

MARTINI
AB AZPILCVETA
DOCTORIS NAVARRI
CONSILIORVM



SIVE RESPONSORVM,

VOLV MEN SECVNDVM:

NVNC SECVNDO IN LVCEM EDITVM,
diligenter recognitum, ac multis denuò locu-
pletatum consilijs.



LVGDVN I,
SVMP TIBVS IOANNIS BAPTISTÆ BVYSSON.

M. D. XCIIII.

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM MARTINI AB AZPILCVETA DOCTORIS NAVARRI

LIBER QVARTVS.

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

SVMARIVM.

Matrimonij sacramenti materia est vtriusque consensus, forma autem sunt verba, vel signa, quibus ille hinc inde manifestatur.

CONSILIVM PRIMVM.



VERITVR, quis consensus sit materia matrimonij, an primus, an secundus? Ad quaestionem respondeo primo, me non satis intelligere quis consensus appellatur in quaestione primus, & quis secundus volentium contrahere.

Secundo, quod si per primum consensum in matrimonium contrahitur, & per secundum non, perpenſa varietate de hac re opinionum, ego delegei eam, quam posui in Manuali confessoriorum, scilicet quod consensus vtriusque est materia; & verba, vel signa, quibus ille idonee exprimitur, forma.

SVMARIVM.

- 1 *Matrimonium fide per procuratorem fictionis ignatum, cum vna, & deinde per se cum alia contrahens, bus censetur contraxisse, sed coram Deo solum secundum tenet.*
- 1 *Matrimonium qui cum duabus eodem tempore contraxit, pro remedio, antequam molestetur, accedat ad officium sanctae Inquisitionis.*

CONSILIVM II.

N.DEDIT mandatum P. ad contrahendum matrimonium cum A. sine intentione vlla contrahendi cum illa: P. recepto mandato ignarus huius intentionis mandatis, cum A. contraxit. Deinde idem N. contraxit matrimonium publice, & consummavit cum alia. Quaesitum quid agere debeat.

1 Respondeo primo, quod D. confidens censetur in foro exteriori contraxisse his matrimonium tam a iudice ecclesiastico, quam seculari. Secundo, quod in foro interiori iudicabitur contraxisse tantum cum secunda, & quod ei cohabitare debet. Tertio, quod ad excusandum se a poena, quam meretur in foro exteriori, oportet ut ipse accedat ad Illustrissimorum Inquisitorum Romanae Urbis officium, & praesentem vnam petitionem, qua contineat vnam narrationem facti; & praeter eam dicat se poenitere plurimum, quod vsus fuerit praefata simulatione; & quod confitetur eam plane coram praedictis Illustrissimis & supplicat eisdem, ut sua sententia diffinitiva condemnent eum poena, & poenitentia, quam meretur in foro interiori, & exteriori, vtentes misericordia solita: attento quod nondum est vocatus ad vllum iudicium, neque ecclesiasticum, neque seculare; & quod venit ad Urbem mille labores & pericula passus; & quod sponte sua confitetur hoc peccatum, quod tamen non commisit propter vllum errorem, quem circa sacrosanctum sacramentum matrimonij haberet; & quod se subdit eorum summo iudicio, promptus ad suscipiendam poenam, & poenitentiam, quam lacrymabundus petit.

SVMARIVM.

- 1 *Plebeius nobilem, primogenitum, & diuitem se fingens, quo nobili secum matrimonium contrahat, Deum, & familiam offendit, sed tenet matrimonium.*
- 2 *Papa ex iusta causa matrimonium non consummatum dissoluit. & nam. 4.*
- 2 *Error persona & conditionis seruili matrimonium annullat, ad quem multum accedit error, vilitatis. nam. 3.*
- 3 *Error persona, vbi plebeius, nobili, primogenitus, patri diuiti in primogenio successurus falso creditur, dici posse videri, ad effectum, vt Papa matrimonium ratum dissoluat. nam. 4.*

CONSILIVM III.

A.PLEBEIVS, se nobilem, primogenitum, & diuitem fingendo matrimonium cum nobili pacto ex illustri familia orta nepte D. B. contraxit. Quaesitum an matrimonium teneat: & cum non sit matrimonium consummatum, an ad sit iusta causa, vt illud Papa dissoluere valeat.

1 Ad propositam quaestionem respondeo primo, praefatum A. si praemissa sunt vera, grauissime offendisse Deum optimi maximum, & Illustris D. B. & familiam eius, tot falsitatibus & dolis aspirando & machinando ad tam sacrum sacramentum, quod sanctissime & limpidissime vti vnum de septem sacramentis a D. Iesu Christo summo Deo nostro institutum iuxta canonem summa reuerentia tractandum est.

Secundo, quod etsi praefatus A. grauissime peccauit vtendo falsitatibus & dolis praefatis, ad inducendum praefatum Illustris D. B. & eius neptem in multos errores, non tamen videtur induxisse penitus in errorem persona, qui solus ipso iure annihilat matrimonium, & nos post alios tradimus in Man. nostro confess. & consequenter dicendum videtur de rigore iuris matrimonium praefatum per verba de praesenti contractum seruata forma in id necessaria per Concilium Tridentinum inducitur in cap. 1. esse validum, & non separabile regulariter.

2 Tertio, quod S. D. N. qui, vt dixit Anglicus poeta reclus a glossa in proaemio clem. propter suam admirabilem altitudinem & potentiam, est quidam stupor mundi, *Nec Deus est nec homo, quasi neuter inter vtrumque*, potest iusta de causa dissoluere illud; quia nondum est consummatum iuxta glossa mellebertinam & receptam.

Quarto, quod meo tenui iudicio in casu proposito occurrit iusta causa id faciendi. Tum ob multa falsa, & dolosa quae machinatus est praefatus A. Tum ob scandala magna, & etiam homicidia, quae probabiliter praesumuntur occurrura. Tum quod error non solum persona, sed etiam conditionis seruili ipso annihilat matrimonium, vt habetur in dict. c. 1. f.

3 ET error vilitatis, & (vt ita dicam) plebeitatis, qua praesertim vir creditur valde nobilis, cum sit plebeius, multum accedit ad errorem seruili conditionis apud nobiliores, quorum de numero sunt Illustris D. B. & eius neptis. Tum quod error, quo falso creditur esse aliquis primogenitus in primogenio patris diuitis successurus, censeri potest error persona, annihilans matrimonium, vt & nos tradimus vbi supra post Calderinum & Hostiensem quos sequitur Angelus.

a c. sess. 7. Concilij Tridentini.

b Cap. 1. 29. qm 1. c. Cap. 22. nu. 32.

d De reform. matr. sess. 24.

e In capis. ex publico. de conu. conug.

f 20. qm. 1. Et toto titulo de coniugio seruorum. g Numo. 32. h In 1. 2. de coniug. seruorū. i in summa. k In summa, verbo matrimonium, impedimento 4. §. 3.

4 Tum denique quod licet nulla prædictorum constituat omnino errorem sufficientem personæ, qui matrimonium ipso iure dirimat: omnia tamen coniuncta videntur profecto constituere errorem proximum errori præfato personæ dirimenti: quæ faciunt iustam causam, ob quâ S.D.N. iuste ac sanctè possit illud dirimere, iuxta glossam præfatam celebratissimam, præsertim considerando, quod præfatus A. per se ore proprio finxit præfata facta, & dolo malo persuasit ea præfato Illustrissimo D.B. octogenario, & præfatæ nepti in cuius potestate manebat; quorum alter ob iuuenilem eius ætatem, & alter ob senilem facillè poterant decipi: & quod non solum quo ad vitam in terris pacificè agendum, sed etiam quo ad vitam æternam consequendam plurimum prodest præfato A. ut præfatum matrimonium dirimatur, ad gloriam Iesu Christi, qui nos omnes saluet in æternum. Amen.

S V M M A R I V M.

1 Infideles sponsi, qui se citra animum consummandi matrimonium cognouerunt, conuersi matrimonium contrahere debent secundum formam Trid. Conc. & subiunguntur alijs canonum impedimentis.

CONSILIVM IV.

IACOBVS & Letitia neophyti nuper baptizati in proximo præterito Sabbato Petecostes, diu essent in Hebraismo, factis tantum sponsalibus de futuro per instrumentum dotale parentum, se ipsos per incontinentiam semel carnaliter cognouerunt, non animo, ut aiunt ipsi, tunc consummandi matrimonium; cum existimarent nullum adhuc inter eos esse posse in matrimonium; quia nondum secundum ritum Hebræorum publicè & legitime contraxerant. Quibus sic statibus conuertunt se ad fidem.

Quæritur nunc, an inter eos fuerit legitimum matrimonium, an post baptismum debeant in facie Ecclesiæ saltem in dubio contrahere.

1 Respondeo primo, quod proculdubio præfati Iacobus & Letitia debent denuo contrahere matrimonium, ut sint veri & legitimi coniuges: quia nullo iure naturali, diuino, nec humano potest esse inter aliquos verum matrimonium, nisi contrahant illud per verba de præfenti, sicut enim sufficit consensus legitimus sine copula subsequuta ad essentiã matrimonij, iuxta c. sufficit. b. & leg. nuptias. c. ita requiritur consensus per verba de præfenti, & nõ qualis qualis, sed liber, & legitimus, d. Vnde Augustinus, relatus in cap. 1. e. dixit duas esse fides circa matrimonium; alteram pactionis, siue promissionis; alterã consensus, qua mutuo se recipiunt in coniuges: & quod hæc requiritur ad constituendum in matrimonium, & illa non sufficit. Non obstat cap. ex parte. f. quamuis habeat, quod per illa verba, Ex hac hora te habebõ in uxorem, licet sint de futuro, contrahitur verum matrimonium: quia licet formaliter sint de futuro, virtualiter tamen continent consensus de præfenti, ut in eo declarant omnes doctores: qualia si fuissent verba præfatorum Iacobi, & Letitiæ, verum matrimonium esset inter eos contractum, nec oporteret denuo inter eos contrahere, per ea, quæ in alio casu aliqua parte huic simili nuper respondi.

Secundo respondeo, quod præfati sponsi tenentur contrahere matrimonium secundum formam sacrosancti Concilij Tridentini quod sunt faciendæ proclamationes; & si per eas inuenirentur cognati, vel affines intra 4. gradum, non possent absque dispensatione verum matrimonium contrahere; licet ante cõuersionem & baptismum potuissent: quia simul ac fuerunt Christiani effecti, cõpigit obligare illos ius canonicum, de quo in cap. non debet. s. Concilium Tridentinum arg. cap. 1. h. & cap. gaudemus. i. Salua, &c.

Aduerte Auctorem per hoc, quod hic requirit expressionem consensus per verba, non excludere expressionem consensus, si fiat per signa ut sup. conf. 1. & infra conf. 5. n. 12.

S V M M A R I V M.

- 1 Catholico cum hæretica matrimonium non licet contrahere, contractum tamen tenet.
- 2 Matrimonium præsumptum, quod olim oriebatur ex copula post sponsalia, non cessat, nisi vbi Concil. Trid. est receptum, & eius decretum sess. 24. de reform. matrim. cap. 1. fuit in parochialibus publicatum. & num. 4.
- 3 Sponsalia clandestina vtilia, licet non matrimonium post Concilium.

A 5 Sponsalia inualida aliter, quam ob defectum consensus, vt sunt contracta à Catholico cum hæretica, causant quidem, vbi Concilium non est receptum, impedimentum publica honestatis, non tamen iuncta cum sequenti copula inducunt matrimonium præsumptum. & num. 11.

6 Promissio de matrimonio cum hæretico contrahendo turpis, & ipso iure nulla.

7 Sponsalia cum vna ex pluribus filiabus Petri ob incertitudinem personæ sunt nulla.

8 Sponsalia per superuenientem hæresim dissoluantur.

9 Matrimonio contrahendo plus impedimentum præfens, quam futurum, obstat.

B 9 Sponsalia cum duobus contrahere iurans, dicens, Iuro contrahere matrimonium cum vtraque vestrum, alteram cognoscens, matrimonium non censetur contrahere.

10 Sponsalia per copulam in matrimonium transire præsumuntur ne præsumatur peccatum fornicationis.

10 Hæreticam sponsam cognoscere vxorio affectu, per quem contrahitur matrimonium, grauius est peccatum, quam cum eadem fornicari.

11 Sponsalia per causam notoriè iustam dissoluantur ipso iure.

12 Cognoscentes se affectu maritali sine præcedentibus sponsalibus ita demum contrahunt matrimonium, si aliquo signo externo ad inuicem animum contrahendi sibi significent.

C 12 Matrimonium ad contrahendum requiritur & sufficit mutus consensus de præfenti hinc inde per signum exterius significatus.

CONSILIVM V.

QVÆSTIO hæc vt noua, ita magna videtur: pro cuius resolutione diuido casum in duas partes. Prior sit, an sponsalia de futuro Catholici contracta cum hæretica, cõsecuta copula carnali, transeant in matrimonium? Posterior, an in casu proposito, etiam si talia sponsalia non transirent per copulam in matrimonium, censendum sit matrimonium cõtractum per copulam carnalem & cohabitationem nientstruam enarratam.

1 Pro resolutione prioris præsuppono primo, quod quauis non liceat Christiano Catholico contrahere matrimonium cum hæretica, si tamen contrahit, validum est, iuxta glossam memorabilem, a. & omnes communiter. b.

Secundo præsuppono, quod in parochiis, in quibus Cõcilium Tridentinum est receptum & publicatum, non habet locum cap. is qui finem de sponsal. argumento c. Concilij Tridentini: adeo quod nullum sit in eis hodie post præfatum Cõcilium matrimonium præsumptum per copulam carnalem subsequutam, vt nos adnotauimus in Man. conf. 11. d. In tertia tamen, in quibus præfatum Concilium nõdum est receptum, & minus in Ecclesiis parochialibus decretum dicti Concilij publicatum, iura antiqua videntur seruanda. Tum quia lex non recepta non ligat, vt est in cap. in istis. e. & glossa solenni litè dilatata per Felinum. f. Tum quia in prædicto Concilio, s. expresse statuitur non esse locum illi cap. nisi in parochiis, in quibus fuerit publicatum, & lapsi 30. dies.

3 Tertio præsuppono, quod licet per præfatum Cõcilium b. matrimonia aliter quam coram parochio, & duobus testibus contracta in terris vbi receptum est præfatum Concilium Tridentinum sint ipso iure nulla: sponsalia tamen de futuro videntur valida, vt dicimus in Man. conf. 1.

4 His præsuppositis, pro parte affirmatiua huius quæstionis, scilicet, quod præfata sponsalia transeant in matrimonium per copulam carnalem, facit primo, & quidem neruosisimè d. cap. u. qui. k. quatenus habet sponsalia de futuro per copulam carnalem subsequutam facere matrimonium saltem præsumptum, & quod illi non est derogatum per Concilium Tridentinum in parochiis, in quibus illud non est publicatum, vel non sunt lapsi triginta dies à publicatione facta, & quod in casu proposito narratur Conciliũ præfatum non esse receptum in terris, in quibus casus hic contigit, nec ea. eius l. in parochiis publicatum.

5 Secundo facit, quod sicut sponsalia etiam quamlibet nulla ob aliam causam, quam ob defectum consensus, producant impedimentum publica honestatis, m. ita & in casu nostro secuta copula inducere videntur matrimonium.

6 Pro parte autem negatiue, nempe quod non transeant in matrimonium, facit primo, quod omnis promissio turpis rei est ipso iure nulla. n. At promissio Catholici de

contrahen

a Cap. ex publico. de conu. coniu.

b 27. q. 2.

c ff. de reg. iur. d. Cap. cu locum. de sponsal. e De sponsal.

f De sponsal.

g Dec. ang. & affinit. & ca. de reform. mat. sess. 24. h De consui. i De disort.

a Cap. non oportet. 28. q. 1. b In 4. l. sent. dist. 29. c Ca. 1. de reforma. matr. sess. 24. d Cap. 25. nu. 144.

e g. leges. 4. d. f In cap. 1. de iur. & pace. g Ca. 1. §. fin.

h Cap. 1.

i Cap. 12. nu. 3.

k De sponsal.

l. de reform. matr. sess. 24. m cap. 1. de sponsal. lib. 6. n cap. in manu. malu. promiss. sit. 22. q. 4. l. iuris gentium §. si ob maleficiu. si de fac. l. generaliter. p. de verbor. lib. 21.

contrahendo matrimonium cum hæretica est promissio rei turpis: cum secundum omnes peccatum sit contrahere matrimonium cum hæretica, licet contractum teneat, vt prædictum est & consequenter præfata sponsalia, fuerunt nulla, & ita nullum videntur producere effectum, argumento ca. non præstat. & illius poëte:

Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.

7. Secundo facit, quod promittens contrahere cū vna filia Petri, qui habet multas filias, habens copulam cum vna, non videtur contrahere matrimonium; quia sponsalia illa propter incertitudinem personæ sunt nulla, secundum glossam notabilem Bernardi quam Præpositus efficaciter defendit.

8. Tertio facit cap. non solum. allegatum à Ioanne Andrea quod secundum ipsum probat sponsalia de futuro dissolui per superuenientem hæresim. Nec obstat, quod in casu proposito non superuenit: quia plus obstat circa matrimonia & sponsalia impedimentum præsens, quam superueniens: affinitas enim præsens reddit matrimonium nullum, non autem superueniens, cognatio item spiritalis idem facit.

9. Quarto, quod qui iurauit contrahere sponsalia cum duabus, dicens, iuro contrahere matrimonium cum vtraque vestrum, licet postea rem habeat cum altera earum, non censetur contrahere matrimonium, eo quod illa sponsalia erant nulla secundum Astensem sum. quem sequitur Ioannes Brunnus. Ergo cum in casu nostro sponsalia fuerint nulla ratione turpitudinis promissionis, consequitur eadem ratione dicendum ea non sufficere, vt per copulam carnalem secutam censetur matrimonium contractum.

10. Quinto, quod ratio potissima, quare sponsus cognoscens sponsam præsumitur id facere animo consummandi matrimonium, est, ne in dubio præsumatur peccare: quia ratio cessat in casu proposito: nam Christianus promittens hæreticæ contrahere cum ipsa, non euitat peccatum cognoscendo illam vxorio affectu, immo magis peccat cognoscendo illam tali affectu, & contrahendo cum illa, quam cognoscendo affectu fornicario; quia committit grande sacrilegium, secundum omnes, ergo non est censendus velle complere sponsalia, seu consummare matrimonium.

11. Sexto, quod sponsalia quamuis iusta dissoluantur ipso iure per causam notoriè iustam, præsertim si sunt clandestina, vt resoluit Siluester, quem nos sequimur in Man. conf. At in proposito casu causa non solum dissolutionis, sed etiam nullitatis sponsalium est notoriè iusta; quia notorium est non posse illa sine peccato sacrilegij impleri. ergo cetera dissoluta, & nullius momenti. Per quæ oia hæc pars videtur probabilior.

Nec obstat opposita. Non primum: quia præfatum cap. in qui fidem. non procedit in sponsalibus, quæ sunt ipso iure nulla per prædictas rationes.

Non obstat etiam secundum: quia sponsalium varij sunt effectus, vt tradit Ioannes Andreas, & effectus publicæ honestatis est diuersus ab effectu transmutandi sponsalia in matrimonium, de quo in d. cap. in qui. & ita concedo quod sponsalia nulla producebant effectum publicæ honestatis impedimenti ante Concilium Tridentinum sed nego, quod producerent effectum transmutandi illa in matrimonium. Tum quia à diuersis non fit illatio. Tum quia in hoc casu non est eadem ratio. Tum quia cap. illud, est exorbitans à regula illa supradicti cap. non præstat impedimentum. Immo & ab illa iuris naturalis, Ex nihilo nihil. Et ideo tamquam exorbitanti Concilium Tridentinum, derogauit. Tum quia nusquam reperitur expressum sponsalia ipso iure nulla producere effectum matrimonij per copulam subsecutam.

12. AD POSTERIOREM respondeo illam pendere à questione illa parum tractata, an cognoscens se carnaliter vxorio affectu, nullis præcedentibus verbis matrimonium, vel sponsalia efficietibus, censeatur contrahere matrimonium: Ex quo ad forum quidem exterius respondendum est quod non, si non constaret de tali vxorio affectu per confessionem vtriusque: quo ad forum autem conscientie dubitari potest: quia glossa, recepra ait, quod ad contrahendum matrimonium verba requiruntur in valentibus loqui, per illud c. tua. & hi de quibus loquimur valebant loqui.

In contrariam partem facit, quod secundum receptiorem sententiã sufficit, quod interueniant nuntus, vel alia signa exteriora, vel sententia sufficiens ad exprimendū cōsensu vxorij, vt resolutur in d. c. tua. & c. cū apud. à nostris & à Theologis,

ita quod secundum omnes licet non sufficiat solus consensus, nec sola verba illum exprimentia sine illo; sufficit tamen & requiritur quod interueniat consensus, quo vir de præfenti velit accipere feminam, & quod verbis, vel alio signo exteriori eis a quipollenti ab vtraque parte alteri significetur: quod clarè colligitur ex cap. licet. ibi, vel mutuo consensu. Er quia id pendet ex facto, ideo non dilato latius. Salua, &c.

S V M M A R I U M.

- 1. Matrimonium consensum vtriusque partis requirit.
- 2. Consensus defectus ex protestatione colligitur. & aliis cōiecturis.
- 3. Testis vnius dicto fides non est adhibenda: ne deponenti ex interuallo contra id, quod prius in iudicio etiam summario deposuit, creditur. & nam. 4.

CONSILIVM VI.

DISTVLI dicere id quod sentiebam super hoc dubio, donec afferretur mihi D. Tiberij informatio, ne qui causam commendauit dominationi vestra reuerendissima, magis affectu quam ratione duci viderer. Nunc ea visa, & perpenfa confessione Ioannis de Caiatayud, & testium dictis; proculdubio videtur dubium resoluendum negatiuè. Primo quidem ob ea, quæ ipse D. Tiberius crudité adduxit. Deinde, quod matrimonium sine consensu vtriusque partis consistere nequit, vt est textus in c. si inter. ibi, mutuo consensu, & ibi, vtroque dicente: quæ hic non fuit, quia defuit consensus alterius partis, & actus agentium non operantur ultra intentionem eorum.

2. Quod autem omnes non habuerint intentionem contrahendi, neque consentiendi, sed decipiendi prædictam Mariam abnunciam, iudicandum est ex multis cōiecturis: nempe, quod cum contraheret, expressit se nolle contrahere secundum legem Romanam, & quod ipsemet id testatus fuit, tam cum interrogaretur, quam cum ad aram Sancti Antonij solemniter iudice deferente iuramentū iurauit: & quod Bartholomæus, & Francus testes principales testantur se fuisse rogatos ab eo promisso pretio, vt essent fictionis & deceptionis illius inique mediatores, & quod ad contrahendum sinistra manu contra morem omnium obrulit: & quod id per se est verisimile, eo quod prædicta Maria erat pauper, ipse autē Ioannes filius patris diuitis: & quod prædictissimus Vicarius generalis maxima inquisitione præmissa ita iudicauit, cum adhuc factum esset recens: & quod tam ille, quam illa iudicatis saltem facto paruerunt, ille quidem contrahendo cum alia, illa verò cum alio: & quod 30. circiter annis sine villo conscientie scrupulo manserunt sic cōiugati: & quod firmiter creditur, quod nunquam ea de re vlla questio mota fuisset, nisi amor inordinatus habendi partis aduersa fuisset causa eam mouendi.

3. Secundo, quod non satis videtur probari, quod ter fuerunt dicta verba contractoria matrimonij, quia sola vna testis 13. annorum dicit illud, & duo testes principales solum deponunt de vna sola vice, quam illa dicit esse tertiam; & omnes contestantur, quod illa vice renuit Ioannes se velle contrahere secundum legem Romanam, & ita cum non videatur satis probari, quod ter fuerunt dicta illa verba, & probatur sufficienter, quod illa vice, qua fuerunt dicta, interuenit renutio, siue voluntas Ioannis contrahendi secundum legem Romanam; necessario videtur iudicandum non fuisse contractum vllum matrimonium inter illos ob adiectionem declarationis voluntatis contrahendi; & consequenter matrimonium inter eos contractum, defectu consensus, & intentionis alterius partis, fuisse omnino nullum.

Tertio, quod, etiam si esset probatum quod ter fuit contractum matrimonium, vt dicit prædicta testis; quia tamen illa tres vices fuerunt continuæ, declaratio voluntatis contrahendi secundum legem Romanam adiecta tertiæ cogit præsumere, quod ea voluntas fuit etiam in duabus vicibus præcedentibus, per ea multa, quæ prædictus D. Tiberius adducit; addito præsertim, quod ideo videtur non declarasse in duabus prioribus vicibus illam voluntatem, quia de lege Romana nulla fuit in illis facta mentio à despōlante illos, & in terra sic.

4. Quarto, quod depositio secunda Ioannis nil videtur obstat. Tum quia antea in prima depositione deposuit contrarium: & deponenti contrarium eius, qui d. antea deposuerat ex interuallo non creditur, iuxta glossam receptam, quæ quam Panormitanus, Felinus & alij approbant tam per illu textum,

De regim.

b cap. ex lita. in d. de spō. sal. c. 28. q. 1. d. in sum. de spons. num. 4.

c cap. 1. c. de matrimon. de eo qui cogno. can. 1. c. 2. de cogno. spir. ca. ad lumen. 30. q. 1. Lib. 2. tit. 6. de eff. spō. q. 13. De spons. c. 1. in 5. post. m. 5.

in d. de spō.

k Verbo sponsal. q. 11. Cap. 21. q. 12.

m In sum. de spons. d. num. 2.

n Logo Papi. man. ff. de minor. cap. ad audiam. de decim. o. 1. de spons. p. lib. 6. q. 3. de reser. mari.

o Dist. in rna.

p De spons.

q Epd. in. q. 4. di. 27.

a De sponsal. d. num.

b De sponsa.

c Leg. non omnis ff. de reb. cred. cap. fin. de prob.

d In cap. cum in rna. de testibus.



a Eod. tit.
b De probat.

c In cap. veniens. 2. verbo utraque pars de testibus.
d In cap. preterea. verbo incontinenti. de testib. cogend.

e In 4. lib. 5. quasi 12. de spons.

f §. sm. Co. de rapt. virg.

g In cap. ex parte de spons. h De spons.

i Cap. 1. §. porro. de despon. impub. lib. 0.

k Cap. 1. de irrog. & paco.

l De spons.

quam per cap. sicut. a & cap. per tuas. b etiamsi prima depositio fuisset facta in iudicio iuratorio, & secunda in plenario, iuxta glossam singularem recep. ibi per Panor. iuratum, Felinum & alios, c & ante illos dixit Innocentius receptus ab omnibus. d Tum quia post illam secundam depositionem solemniter idem quod in prima ad altare diui Antonij deposuit.

S V M M A R I V M.

1 Sponsalia non contrahit, qui iureiurando mulieri, vt illa possit ducitur, dixit, Promitto tibi me aliam non duciturum, nisi te: sed videtur quod sic deceptam teneatur ducere, iudexque fore extermium cogit.

CONSILIUM VII.

SEMPRONIUS cum iuramento mulieri viduæ hæc protulit verba, Promitto tibi me non aliam duciturum uxorem, nisi te, neque aliam mulierem ingressuram in domum meam, nisi te ipsam. ita autem Sempronius mulierem est allocutus, vt illam ad secum concubendum induceret, vt induxit.

An Sempronius teneatur dictam mulierem ducere in uxorem? & supposita obligatione, an ab ipsa liber esse possit, si vel mulier se monialem faceret, vel ipse Sempronius sacris ordinibus initiaretur?

1 Respondeo primo, questionem hanc esse magnam, & quod verioremi puto opinionem Hadriani, e quod per præfata verba non fuerunt contracta sponsalia inter præfatos, saltem quo ad forum conscientie tantum: & quod licet de rigore iuris non fuerint contracta sponsalia, videtur tamen interuenisse deceptio, qua Sempronius deceptam præfata viduam, argumento l. unica. f & diffamatio, propter quas videtur teneri ad contrahendum matrimonium cum ea.

Secundo, quod si Sempronius faceretur præfata coram iudice in foro exteriori, condemnabit eum ad contrahendum matrimonium cum ea, per opinionem Panor. iuratum, & nisi ea fuerit contenta remittere illi obligationem illam, iuxta cap. preterea. h

Aduerte hoc responsum non esse integrum. Deest. n. responsum ad vltimum dubium.

S V M M A R I V M.

- 1 Sponsalia per parentes, sponsis presentibus, vel ratificantibus, contracta tenent, & sponfos obligant, num. 3. aliis non, num. 2.
- 2 Parochus non intererit matrimonio contrahendo, sciens horum alterum cum alia tertia persona sponsalia de futuro contractasse.
- 3 Pœna ad matrimonium contrahendum nemo obligari potest.
- 3 Sponsalia etiã iurata, mutuo consensu, etiam tacito dissoluantur.

CONSILIUM VIII.

PARENTES sponsalia inter A. filium, & B. filiam contraxerunt, & ex parte B. fuerunt iurata, pacto apposito, vt is, per quem fieret, quo minus matrimonium inter eos contraheretur, alteri pœna nomine 300. solueret. Nunc A. sponsus matrimonium cum B. sponsa, nisi aucta dote conuenta, contrahere negligit: B. autem ad augendam dotem non teneri, nec velle, respondet.

Dubitatur primo, an teneantur ad matrimonium contrahendum.

Secundo, an præfata pœna peti possit.

Tertio, an obligationem contrahendi sibi mutuo consensu remittere possint.

1 Ad has questiones responsurus dico primò, quod si præfati sponsi non fuerunt presentes, quando parentes contraxerunt pro eis sponsalia; neque posteaquam scierunt ea esse inter ipsos per suos parentes contracta, ratificauerunt ea; omnes quaestiones manent soluta: quoniam illa nihil valuerunt, & nullum effectum produxerunt. i

2 Secundo dico ad primam quaestionem, quod si præfati sponsi fuerunt presentes prædictis sponsalibus, cum contraherentur, vel ea postea ratificauerunt, tenentur contrahere matrimonium, etiamsi illa non iurasset contrahere: quia sponsalia valuerunt: & magis illa, quam illa iurasset contrahere, & non ille; quia duo vincula sunt fortiora vno, k & consequenter ei volenti contrahere cum alio poterit opponi vinculum sponsalium cum altero ab ea contractorum, & iuratorum, argumento cap. ex litera. & cap. iuravit. cum eis adnotatis, l. adiuncto d. §. porro. Er parochus, cui hoc impedi-

mentum denunciabitur, non audebit interesse matrimonio eorum contrahendo, donec Episcopus declaret esse dissoluta sponsalia inter illos per resumptionem præfati spoli: quod non declarabit Episcopus, nisi audito illo.

3 Ad Secundam respondetur, quod non poterit peti pœna illa: quia nemo potest obligari per pœnam ad contrahendum matrimonium. a

Ad Tertiam respondetur, certum esse quod sponsalia etiam iurata possunt solui de consensu amborum sponsorum, b & quod si sponsus verè noluit contrahere cum sponsa sine auctario dotis, neque ipsa cum illo dando auctarium, videntur sibi mutuo remisisse fidem, & promissionem datam, & etiam iuramentum vti accessorium earum: & quod non indigebit absolute vlla, si res ita se habet. Cauendum autem, an res ita se habeat: quia non videntur omnino conuenire in sese mutuo absolendo. Quamuis de rigore iuris per quamdam consequentiam satis præsumetur sponsus voluisse discedere à sponsalibus, si satis probetur eum noluisse contrahere, & implere sponsalia in forma conuenta sine auctario nouo dotis, & quod illa noluit dare auctarium, & per consequentiam voluit etiam discedere ab illis.

S V M M A R I V M.

- 1 Sponsalia de futuro dissoluantur, si superueniat aliquid, quo tunc existente verisimiliter non fuissent contracta.
- 2 Pœnitentiaria super occultis tantum in foro conscientie dispensat.

CONSILIUM IX.

FRANCISCA contraxit sponsalia de futuro cum Francisco: deinde Franciscus propter crimina fuit bannitus. Quæritur, an Francisca indigeat dispensatione Pœnitentiaria, vt possit legitime alij nubere.

1 Respondeo, præfata D. Franciscam consulentem non egere dispensatione sacra Pœnitentiaria. Tum quia sponsalia de futuro dissoluantur, quando superuenit aliquid, quod si à principio interuenisset, verisimiliter non fuissent contracta, per cap. quemadmodum. c adiuncta glossa & ei adnotatis: & sic delicta, & bannimenta, qua post illa contracta superueniunt præfato D. Francisco, si interuenissent tempore quo ea fuerunt contracta, non contraxisset ea cum illo.

2 Tum quia si præfata sponsalia transissent in matrimonium per aliquem modum legitimum, non potuisset sacra Pœnitentiaria dispensare, & ita nihil profuisset eius dispensatio, & sic non eguisset præfata D. consulens tali dispensatione inutili. Tum quia dispensatio sacra Pœnitentiaria non prodest, nisi quo ad occulta, & quo ad forum conscientie tantum: & præfata D. consulens vel non indiget illa, vel indiget etiam quo ad forum exterius, quia videntur fuisse publice contracta.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium bona fide contra ius humanum contrahentes, & longo tempore continuantes in sua bona fide sunt relinquendi.

CONSILIUM X.

CONVENERUNT parentes A. masculi, & B. feminae filiorum suorum, in domo vnius eorum, vt contraherent matrimonium, vel sponsalia post Concilium Tridentinum, sed nescitur qua verba protulerunt, præter quam quod symposium fecerunt, & præfati A. & B. manibus se tetigerunt: & postea mortuo A. sine copula carnali, ad consilium Rectoris contraxit B. cum parte A. mortui bona fide, in qua manserunt decem annos, & nunc manent suscepta prole. Quæritur quid faciendum.

1 Respondeo primo, multa posse adduci circa hanc quaestionem pro eius utraque parte ab eo, cui vacaret id facere. Secundo, quod omnia vltiori persequutione, videtur consulendum præfato D. Rectori, vt nihil super hac re moneat præfatos, qui contraxerunt, sed relinquat eos gaudere suo matrimonio bona fide contracto, & continuato: attento quod impedimentum præfatum est iuris humani tantum, & quod nescitur an fuerit ortum, quia nescitur qualia verba fuerunt prolata, & per consequentiam non potest probari fuisse ortum impedimentum in foro exteriori: & scitur quod non interuenit copula carnalis: & quod quando impedimentum est

a Cap. gemina. de spons. b Cap. preterea. de spons.

c de iure iuran.

solius iuris humani tantum, & matrimonium est contractum bona fide, & continuatum tanto tempore eadem bona fide, relinquendi sunt contrahentes in illa sua bona fide permanente; vt est casus in cap. quia circa, a secundum intellectum veriorum Goffredi, quem citat ibi Hostiensis quemque nos irrefragabiliter defendimus in cap. si quis autem. b

S V M M A R I V M.

- 1 Affinitatis impedimentum sine copula carnali non oritur.
- 2 Publica honestatis impedimentum oritur ex sponsalibus & matrimonio non consummato.
- 3 Publica honestatis impedimentum restringitur per Concilium Tridentinum, & hoc solum quo ad illud quod oritur ex sponsalibus de futuro: quod autem oritur ex matrimonio rato durat vt prius, vt declarauit Pius V. & num. 4.

CONSILIVM XI.

PETRVS contraxit matrimonium per procuratorem cum Maria, quae mortua est, priusquam esset consummatum, immo & priusquam de facie fuisset cognita. Queritur, an & quod impedimentum sit inter ipsum & sororem D. Mariae iam mortuae, nomine Ioannam, ortum, quo minus matrimonium contrahatur.

1 Respondeo primo, quod nullum impedimentum consanguinitatis, neque affinitatis, neque cognationis spiritualis, neque legalis, quod impediatur matrimonium, est inter illos, vt palam est: quia si esset vltimum tale, maxima esset impedimentum affinitatis, quod tamen non est: quia non fuit habita copula carnalis cum sorore mortua, & sine copula carnali non potest inueniri affinitas, per definitionem affinitatis, quam ponit glossa recepta in arbore affinitatis.

2 Secundo, quod impedimentum, quo ipsi prohibentur contrahere matrimonium inter se, vocatur impedimentum publicae honestatis, de qua est textus sollemnis in cap. sponsam. c cuius verba sunt, Sponsam alterius (maxime si est nubili arati proxima) nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare. Ex quo colligunt omnes doctores, contrahi publicae honestatis impedimentum impediens & dirimens matrimonium inter sponsam, & omnes consanguineos sponsi: dummodo sponsa sit septennis, cum contrahit sponsalia, iuxta cap. literas. & cap. accessit. d

Tertio, quod id quod statuunt praedicta iura de sponsa, quae contrahit sponsalia de futuro, idem est seruandum fortior ratione in ea quae contrahit matrimonium, vt declarat Panormitanus receptus ab omnibus. e

Quarto, quod idem quod statuunt praedicta capp. de sponsa quo ad consanguineos sponsi, censetur statutum & seruandum de sponso quo ad consanguineas sponse, vt satis expressit praedictus Panormitanus receptus ab aliis bis, f proferendo illud verbum, & contra, sicut solum expressit exemplificet de affinitate.

3 Quinto, quod Concilium Tridentinum, h restrinxit hoc impedimentum publicae honestatis, & statuit duo. Alterum, quod post illud non nasceretur ex sponsalibus, quae ipso iure forent nulla: per quod corrigat capit. 1. i Alterum, quod etiam natum ex sponsalibus validis non impediret, nisi in primo gradu consanguinitatis; id est sponsa contrahere posset cum consanguineo sponsi, qui vltiori gradu quam primo esset consanguineus prioris sponsi; & e contrario sponsus posset contrahere cum consanguinea sponse, quae illi esset consanguinea vltra primum gradum, non autem cum ea quae in primo gradu esset consanguinea: per quod corrigit praefatum cap. sponsam. & alia similia, quibus antea prohibebatur matrimonium inter sponsam, & omnes consanguineos sponsi vsque ad quartum gradum, & e contrario inter sponsum, & omnes consanguineas sponse vsque ad quartum gradum.

4 Sexto, quod sel. recor. Pius V. declarauit in extrauagante quae incipit, ad Romanum Pontificem, &c. quod correctio, qua Concilium Tridentinum correxit praefatum capit. sponsam. cum ei similibus, non se extendit ad impedimentum publicae honestatis, quod diximus supra nasci ex matrimonio per verba de praesenti contracto, etiam non consummato, licet aliqui vocent illud sponsalia, sed non sunt proprie talia, immo

sunt verum matrimonium ratum, licet non consummatum, vt tradit Panormitanus, a communiter receptus, & multum dilataris ibidem a Felino, b ita quod extrauagans praedicta intendit in summa, quod solum impedimentum publicae honestatis natum ex sponsalibus proprie dictis, quibus non contrahitur matrimonium, sed solum spondetur & promittitur, vt habet l. 1. & 2. c quod impedit & dirimit matrimonium, restringatur ad primum gradum.

Septimo, quod praefata Ioanna erat consanguinea praedictae Mariae sororis suae in primo gradu: quia fratres & sorores sunt consanguinei in primo gradu secundum ius canonicum, vt habetur in arbore consanguinitatis, & eius glossa recepta, & consequenter praedictus P. non potest contrahere cum praedicta Ioanna propter impedimentum publicae honestatis, quod est inter ipsum, & consanguineas primi gradus praedictae Mariae mortuae, qualis est praedicta Ioanna; quod cum sit natum ex matrimonio de praesenti, impediret & dirimeret, etiam quod esset in vltioribus gradibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Intellectus regulae cap. non firmatur de reg. iur. lib. 6. num. 4.
- 2 Matrimonium vi contractum per spontaneam cohabitationem sine nouo consensu videtur contrahi; sed contrarium verum. num. 3.
- 3 Matrimonium ignoranter cum coniugato contrahens, vxore mortua non separatur, si decepta de nouo contrahere velit. & num. 3.
- 3 Matrimonium solo consensu contrahitur, si sit legitimus.
- 3 Matrimonium sublato impedimento nouum consensum requirit, tuncque incipit valere.
- 4 Votum ante pubertatem emissum non censetur ratificatum, ex eo quod pubes factus proposuit adimplere, sed requiritur vt ratificet sciens illud irritabile.

CONSILIVM XII.

AN habita dispensatione super impedimento matrimonij iam contracti, quod altera pars ignorabat, sit necessarius nouus consensus amborum, etiam partis ignorantis?

1 Et quidem pro parte negante facit primo, quod regu. illa cap. non firmatur. d & illa, quod initio. e quae habet, id quod nullum est ab initio, tractu temporis non conualescere: fallit, cum tractu temporis superuenit id, ob cuius defectum actus non valuit; vel ablatus est id, quod impediabat actus valorem: vt alienatio, quae facta est sine assensu Capituli, est nulla; postea illo consentiente ratificatur, f & matrimonium, quod non valet inter ancillam, & liberum hominem ignorantem eam esse ancillam, fit validum, si rescuerit eam esse ancillam, & maritali affectu tractauerit eam. g

2 Secundo, videtur ad hoc casus in cap. ad id. h quatenus habet, eam quae metu contraxit, fieri vxorem eius, cum quo contraxit, si cohabitauerit illi sine alio nouo consensu; & ibi glossa allegat similes, i & ita ibi videtur casus adiuncta glossa pro hac parte.

Tertio videtur casus in d. cap. 1. k quatenus habet, eam, quae contraxit matrimonium cum aliquo nesciens eum habere vxorem, non esse separandam mortua prima vxore; & nihil meminit de huiusmodi nouo consensu.

3 Sed contrarium est tenendum cum glossa, l cui concordat S. Thomas cum alijs omnibus, m praesertim Scoto, n vbi praedictae glossae tenoris bonam partem refert. Primo quidem, quod licet matrimonium solo consensu contrahatur, o illud tamen debet esse legitimum, p qualis non est consensus solutus cum coniugato, qui non potest habere duas vxores. q

Secundo, quod matrimonium contractum ab inscia impedimenti, cum eo, qui vxorem habebat viuente, est ipso iure nullum secundum omnes, & patet in d. cap. 1. quatenus probat a contrario sensu esse faciendum diuortium, etiam quo ad vinculum coniugale ad petitionem vxoris, quae ignorans nupsit marito alij coniugato, etiam quod petat diuortium post mortem primae illius coniugis: & cum primus consensus non fuerit matrimonialis, nullatenus (vt verbis Scoti vbi supra vtat) potest esse licitus virtute illius; & ideo ad hoc, quod sint coniuges requiritur consensus.

4 Tertio, quod vt votum simplex factum ante pubertatem

a De consang.

b De panit. dist. 9. d. num. 68. v. g. ad n. 75. &c.

c De spons.

d De spons. impub.

e In d. cap. sponsam.

f In d. cap. sponsam.

g Num. 2. & h In sess. 24. tit. de reform. matrim. ca. 3.

i De sponsalib.

a In rubr. de sponsal. b Num. 1. & seq.

c ff. de sponsa.

d De reg. iur. lib. 6. ff. eodem.

f Cap. 3. de his que sunt a prala.

g Cap. proposuit. de coniu. seruo. h De sponsa.

i In cap. 1. de eo qui duxit in matrimon. quam poll. per adult. k De eo qui duxit.

l Pradicti ca. 1.

m In 4. di. 35.

n Quae. 1.

o Cap. sufficiat. 27. q. 2. & ca. cum apud.

p Cap. cum locum eod. tit.

q Ca. gaudent. de diuor. tit.



tatem censetur ratificatum sic, vt à parentibus irritari nequeat, non sufficit quod post pubertatem intendat illud implere pubes factus credens illud à principio valuisse, sed oportet vt sciens illud à principio fuisse irritabile ratificet, vt pulchre determinat Caietanus. ^a

Quartò, videtur casus expressus in cap. *veniens*, ^b in illis verbis: *potuit de nouo consentire*. vbi glossa addit, quod valebit matrimonium vt ex nunc, id est ex tempore cõsensu noui, & non ex tempore contractus, sed nec ex tempore noui cõsensu, si mulier non consentiret: & ita determinauimus in Manuali confess. ^c

Non obstat contraria: non primum: quia illud intelligitur de actu, qui non est ipso iure nullus, vel cum superuenit omne illud, quod requiritur ad actus valorem, & consequenter cõsensu nouus, si is fuisset necessarius.

Ad secundum, quod qui vel qua per metum contraxit, scit vel scire debet matrimonium non valere: & ita si cessante metu cohabitatur, sponte videtur consentire de nouo, & ita nouè contrahere matrimonium.

Ad tertium responderetur, quod illud cap. 1. quatenus habet non esse separandam vxorem in sciè contrahentem, debet intelligi, si vult denuo consentire, vt glossa ibi satis explicat.

SUMMARIUM.

- 1 Impedimentum matrimonij probabiliter ignorans non est moneendus quo ad effectum vitandi peccatum, à quo excusat ignorantia; sed sic quo ad effectum, vt sublato impedimento, valide denuo contrahi possit.

CONSILIVM XIII.

AN coniux ignorans impedimentum matrimonij dirimens debeat certa fieri de illo, etiam si sit occultum, ad hoc, vt denuo in matrimonio consentiat?

1 Respondeo primo, non esse necessarium ad excusandum eum, vel eam ignorantem à peccato, si probabilis erat ignorantia: quia illa excusat à peccato vt est in cap. 2. ^d cap. *ignorantia*. ^e cum eis adnotatis & tradit S. Thomas receptus communiter. ^f Secundo, quod ad hoc vt matrimonij incipiat valere, oportet vt ignorantia coniugi innotescat impedimentum, & habita iusta dispensatione consentiat nouè, vt dictum est in Manuali confess. ^g vbi additur quod coniugi ignorantem debet notificari præfatum impedimentum, & fieri libertas ad consentiendum, vel renuendum consentire; & quod satis videtur id notificari, & dari libertas faciendo, quod ibi apponitur.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium in gradu prohibito contrahentes, obtenta dispensatione, de nouo consentire necesse habent. & num. 5. & per totum.
- 2 Dispensandi mandata super matrimonio contracto hanc olim ex stylo continebant clausulam, vt in contracto matrimonio remanere possent: hodie additur, de nouo præfatis cõsensu. & num. 1. & 15.
- 3 Impedimenta, excepto primo gradu ascendentium, sunt de iure positiuo, qua Papa auferre potest. num. 9. cum seq.
- 4 Papa dispensare potest per legem specialem, & tollere impedimenta quo ad aliquos, ita vt in illis locum non habeant.
- 5 Matrimonium sacramentum est: & Papa quod non est sacramentum, non adhibitis necessarijs ad sacramentum, efficere non valet.
- 6 Dispensatio reuoluit collationes beneficiorum, & contractus à principio nullos, non tamen matrimonium absque nouo cõsensu. & num. 14.
- 7 Dispensatio superueniens matrimonium contractum sub conditione, si Papa dispensauerit, sola non reuoluit.
- 8 Graduum Leuitici prohibitio non moralis, sed iudicialis.
- 9 Papa inter fratrem & relictam fratris ob grauem causam dispensat.
- 10 Gradus primus ascendentium & transversalium pertinet ad naturalem honestatem.
- 11 Papa potest auferre impedimenta, ita vt subsequens cõsensu sit legitimus, sed non vt cõsensu illegitimus sufficiat ad matrimonium.
- 13 Cõsensu olim præfatus censetur durare: vnde si alter consentiat, efficitur cõsensu.
- 15 Matrimonium præcedentibus denunciationibus contractum, habita dispensatione super defectu occulto denuo sine paro-

cho & testibus contrahitur.

CONSILIVM XIII.

AD interrogata respondeo, quod in signatura sacrae Pœnitentiariæ propositæ fuerunt varia supplicationes, in quibus petebatur dispensatio pro coniugibus, qui matrimonium contraxerunt, & postea detecto aliquo impedimento, præsertim affinitatis ex actu fornicario prouenientis, supplicabant vt secum dispensaretur.

2 Antiquus quidem sacrae Pœnitentiariæ stylus erat, vt cum talibus dispensaretur, vt in contracto matrimonio remanere possent, &c. Sed dubitatum fuit, an esset necessarium vt de nouo consentirent. Et stante decreto sacri Concilij Tridentini videtur etiam necessarium; quod saltem coram parocho & duobus testibus præstetur hic nouus cõsensu.

Pro defensione styli, & ita pro parte negatiua, quod non sit necessarius nouus cõsensu saltem expressus, adducebantur huiusmodi argumenta.

3 Primum, quod fere omnia impedimenta huiusmodi, præsertim illa quæ nata sunt ex copula fornicaria (qualia impedimenta, quia solent esse occulta, frequentius proponuntur in foro conscientia) excepto primo gradu ascendentium, sunt ex iure positiuo. vnde cum illa possit Papa auferre, videtur quod impedimento sublato prior cõsensu possit dici reuoluitari, & ita non sit necessarius nouus.

Eam opinionem videtur tenuisse Innocentius, ^a sed clarior Ioannes Andreas, ^b quam opinionem idem Ioannes Andreas suo tempore ait fuisse secundum omnes, & ipsum sequuntur Ancharanus Panormitanus Praepositus. ^c Ancharanus latè, ^d quam etiam sequitur D. Couarruias nunc Episcopus Segobiensis. Et quamuis distinctio Ioannis Andreae in eo quod distinguit gradus prohibitos in Leuitico, & eos gradus accipit, quasi sint in lege Euangelica iure diuino prohibiti, non sit tenenda, vt infra latius dicam: tamen in eo quod dicebat de impedimentis lege canonica inductis, quod Papa possit ea liberè auferre, videbatur non carere magna ratione. & si negaretur post dispensationem seu legitimationem valere matrimonium prout ex tunc, vt ait Ioannes Andreas, quia hoc esset quodammodo dicere quod Papa possit supplere cõsensu coniugum; saltem hoc non videretur negandum, quod valeant prout ex tunc, nempe post obtentam dispensationem: quæ videtur fuisse sententia Innocentij. ^e

4 Secundum argumentum, quod pro ea opinione facit, est, quia negandum non est, quod Papa per generalè constitutionem possit tollere & mutare multa huiusmodi impedimenta, sicut in Concilio Lateranensi tempore Innocentij III. habito, ^f & in Concilio Tridentino factum est, ^g & in 3. & 4. gradu affinitatis fornicaria, ^h & quia dubium poterat esse, an ex dicto decreto essent omnino sublata, vel cessent impedimenta contrahendum, non autem dirimentia contractum, S. D. N. per propriam constitutionem declarauit illa impedimenta esse omnino sublata; & quatenus opus esset, ipse illa penitus abstulit. Sumebatur ergo ex his argumentum hoc modo: Quemadmodum Ecclesia potest per legem generalem mutare ac tollere huiusmodi impedimenta, ita etiam per legem specialem, nempe cum aliquibus ex causa dispensando, potest eadem tollere, ita vt in illis locum non habeant, & cõsensu ab illis præfatus censetur omnino legitimus. Facit pro hoc glossa singularis ⁱ in qua expressè dicitur, quod tanta est Papalis potestas circa ea quæ sunt simpliciter de iure positiuo, quod reuocat illa, vt ex tunc. & quia hæc glossa est Ioannis Andreae addit hoc pertinere plurimum ad ea, quæ dixit in d. cap. *per venerabilem*.

Tertio adducebatur cap. *fi*. ^k in quo ponitur à principio fuisse impedimentum seruitutis, & ad conseruandum illud matrimonium ibi non dicitur quod de nouo vterque debeat consentire; sed innuit quod matrimonium sit legitimum, si vir postquam sciuit, quam duxerat, esse ancillam, facto, vel verbo in eam cõsensit. Ad idem potest optime referri cap. 1. vbi videtur quod non sit necessarius nouus cõsensu viri, quia ille erat in dolo: sed si mulier eum velit, ipse cogendus est, vt habeat eam tanquam vxorem. Ad idem etiam videtur pertinere cap. *veniens*. ^m

5 Et quia præcipuum argumentum eorum, qui asserbant nouum cõsensu legitimum esse omnino necessarium, vt

a 2. 2. queff. ult. art. 5.
b De eo qui duxit in matrimonium quam poll.

c cap. 22. nu. 80.

d De consil. c. De reg. iur. lib. 6.
fi. 2. que. 76. art. 3.

g cap. 22. nu. 47.

a In cap. 1. de eo qui duxit in matrimonium quam poll. per adult.
b In cap. per venerabilem qui filij sint legit.
c In eod. cap. & repetit.
d consil. 409.

e In dicto c. 1.

f cap. non debet de consil. & affin.
g In decr. de claud.
h ca. 4. de refor. matrim. sess. 24.

i In clem. 1. de immunit. eccl. in vers. in rellis.

k De coniug. seru.

l De eo qui duxit in matrimonium quam poll.

m Eod. tit.

infra

infra latius dicemus, erat; quia cum matrimonium sit sacramentum, si à principio non fuit legitime contractum, non potest revalidari; quia nulla est potestas humana, quæ possit facere, vt quod non est sacramentum, non adhibitis his, quæ necessario requiruntur, sit tale; propterea in contrarium adducebatur hoc argumentum: Si duo contrahunt per verba de presenti, & alter verbis tantum, non autem animo, nec mente consentit, non est dubium hoc non esse matrimonium quo ad Deum: quare neque erit sacramentum, & quamdiu hic perseverabit in eo animo, non erit sacramentum: quod si mutauerit animum, illud, quod non erat sacramentum, sine alio consensu nouo illius coniugis, qui simpliciter à principio verbis & corde consentit, efficietur sacramentum. ergo videtur, quod factio hominis matrimonium, quod prius non erat sacramentum, possit effici tale. quod si hoc potest facere priuatus, multo magis videtur posse facere Papa tollendo impedimentum à lege canonica inductum, vt supra latius diximus.

6 Quinto adducebatur quoque à simili, quod quamuis collatio alicuius dignitatis à principio fuerit nulla; si postea dispensatio accedit, videtur revalidari. & hæc est opinio Innocentij & Hostientis, a quos sequitur Antonius, b qui hoc præsertim vult locum habere, quando illud impedimentum veniret ex irregularitate occulta: vt tunc verè dicendum sit, illum, qui postea est dispensatus, esse tutum in conscientia; eo quod collatio, quæ prius erat nulla, validetur per dispensationem subsequentem. Hanc opinionem Antonij & aliorum sequitur Felinus, c à simili, & sic deducebatur argumentum: Quemadmodum propter irregularitatem, vel aliud impedimentum occultum, collatio beneficij, per quam etiam fit quoddam matrimonium, est quidem nulla; sed si postea accedit dispensatio, validatur; ita quod ille sic obtinens beneficium est tutus in conscientia: pari modo matrimonium, quod à principio fuerit nullum ob aliquod impedimentum occultum, si postea accedit dispensatio, videtur revalidari.

7 His tamen non obstantibus contraria opinio post longam disputationem fere per tres signaturas super ea habitas fuit approbata; nempe requiri nouum consensum, vt matrimonium dicatur legitime contractum. Ratio præcipua, quæ vt hoc omnes assereremus vicit, est, quia matrimonij Christianorum est sacramentum, quod si à principio fuit nullum, non potest ab vlla humana potestate confirmari; quia si hoc esse posset, diceremus Papam id, quod nõ erat sacramentum, posse facere sacramentum, quod est falsum. Vnde cum matrimonium, seu contractus matrimonialis habitus stante aliquo impedimento dirimente contractum, non possit dici sacramentum; fit necessario, vt postquam fuerit sublatum impedimentum, adhibendus sit nouus consensus legitimus, ex quo legitimum matrimonium, quod sit sacramentum, oriatur. Et in confirmationem adducebatur cap. super eo, d vbi dicitur non esse matrimonium, etiam si præcedant verba de presenti, si illis additur aliqua conditio, vt, si pater consentierit. & quamuis fere omnes iuris Pontificij doctores inuuant potius, quàm expressè dicant, adueniente conditione valere matrimonium, neque opus esse nouo consensu; id tamen, quod in glossa, e dicitur, nempe quod si ante euentum conditionis alter coniugum cum altero contrahat, valet hoc secundum matrimonium, aperte probat illum priorem consensum, etiam si esset per verba de presenti, ob conditionem appositam non esse talem, ex quo inductur matrimonium: nam si esset, cum sit sacramentum, esset indissolubile. ac propterea Panormitanus qui dubitat de ea glossa opinione, relictus fecisset, si ob hanc rationem glossa refutaret eam opinionem, qua dicebat, adueniente conditione esse matrimonium; nam causa diuersitatis, quam ille ait se non videre in matrimonio, & alijs contractibus, est, quia hoc est sacramentum, alij verò sunt tantum contractus ciuiles, ac politici. & hæc est communis opinio Theologorum: ob quam etiam rationem sacramenti reicienda est communis opinio Canonistarum in hac parte.

In eodem cap. super eo. quarunt doctores; Quid si stante aliquo impedimento dirimente contractum, contrahant per verba de presenti sub hac conditione, si Papa dispensauerit, an accedente dispensatione sit matrimonium sine nouo consensu? Innocentius, Cardinalis, Panormitanus & communis opinio nostrorum est, quod ex illo consensu non possit effici

A matrimonium; & singuli suas rationes afferunt: sed illa Panormitani facit ad nostram questionem principalem, cum ait, Quia matrimonium non poterat esse à principio tempore contractus, ergo non potest retraheri. hæc enim ratio probat, stante quocumque impedimento dirimente contractum, non posse villo modo confirmari matrimonium, quacumque dispensatione adueniente: quæ opinio Panormitani hic expressè videtur repugnare cum his, quæ dixit in capit. per venerabilem. a

Theologi autem, quorum opinionem in hoc verisimam iudico, non dicunt illud matrimonium nõ valere ob aliquam illarum rationum à Zabarella, vel Panormitano adductarum; sed quia consensus, ex quo inducitur matrimonium, debet esse mutuus, purus, ac sine vlla conditione. Adducta etiam fuerunt multa à simili in alijs sacramentis, quæ suppleri non possunt, sed necessaria est repetitio sacramenti: vt si quis aqua rosacea baptizaret, Papa non potest facere, vt ratum sit hoc sacramentum, sed necessario est reiterandum. Item si quis confiteatur sacerdoti excommunicato, heretico, vel schismatico, cum scit eum esse talem, debet repetere confessionem. Et vt aliquid etiam ex iure ciuili pro hac opinione citetur, facit l. inter stipulantem. b vbi aperte dicitur, rei sacre, vel religiose, & hominis liberi nullam esse stipulationem: quin etiam si dicatur, Eum, cum seruus esse coeperit, dare spondes? vel, Eum locum, cum ex sacro religioso profanus esse coeperit, dare spondes?

C huiusmodi stipulationem ait ibi Vlpianus nullam: & addit optimam rationem: quia nec presentis obligationem recipere potest: & ea dumtaxat, quæ natura sui sunt, possibilia, deducuntur in obligationem. A simili ergo in casu nostro, quia tunc inter illos, in quibus est aliquod impedimentum dirimens contractum, non potest etiam legitimus consensus, fit, vt nec postea possit confirmari, cum est sublatum impedimentum: quemadmodum non valet stipulatio, nisi in his quæ de presenti promitti possunt.

His positis, nunc respondendum est ad ea argumenta, quæ pro altera parte adducebantur.

8 Ad primum ergo fatendum quidem est ea impedimenta esse iuris positui, & Papam posse illa auferre per legem generalem; sed negandum est, quod vigente illa lege canonica possit facere, vt consensus, qui à principio illegitimus & nullus fuit, sit legitimus & validus; quia hoc esset quodammodo supplere consensum; quod omnes tam Theologi, quam Pontificij iuris doctores negant fieri posse: sed de hac re latius in secundo argumento tractabimus. Ad illam vero communem opinionem nostrorum, c fatendum est verè & ingenuè in ea tripliciter nostros errasse. Primum peccatum est, dum putant prohibitionem Levitici valere in lege Evangelica. Alterum peccatum est, quod in his autem Papam posse dispensare, prout nunc. Tertium peccatum est, quod aliam in impedimentis lege canonica inductis posse dispensari, vel legitimari prolem, prout tunc: quod perinde est, ac si diceretur posse Papam facere vt proles sit legitima, ac si à principio matrimonium esset legitime contractum. ac quamuis posset aliquid subtiliter dici, quod ipsi totum referunt ad effectum legitimisationis prolis, non autem ad stabilitatem matrimonij: sed quia dicunt hoc posse fieri in impedimentis lege canonica inductis, quia illa Papa potest tollere, fit vt ipsi iudicant, sublato impedimento huiusmodi matrimonium ita confirmari, ac si tunc legitime contractum fuisset: ac propterea censent ipsi prolem omnino ea via legitimari posse, ita vt excludat etiam venientes ab intestato. Ad primum ergo peccatum nostrorum, dum putant gradus in Levitico prohiberos obligare nos, qui sub lege Christiana sumus, dicendum, hoc verum non esse; & hæc est communis opinio Theologorum, quamuis Paludanus cum nostris sentire videatur. Rationes Theologi plurimas adducunt: præcipua est, quod nos nullis præceptis legis veteris tenemur, nisi quatenus ius naturale, & inorum honestatem attingunt: hæc autem prohibitio graduum Levitici non est simpliciter moralis, sed potius est caremonialis, vel iudicialis, quod omnes fatentur, & late multis adductis rationibus, quas inceptum esset hic repetere, docet noster Franciscus Victoria; & cum ex multis loci noui testamenti aperte demonstratur legem amplius non obligare: sicut est illa vox Domini in cruce pendentis, Consummatum est: d & illud decretum Concilij Apostolorum, e Visum est Spiritui sancto, &

E F nobis,

a In cap. nisi cum pridem de veniunt. b In cap. motus. quæ. i. de elec.

c In cap. cum dilectus. q. de decif.

d Decid. ap. pos.

e 2. illius cap.

a Qui fil. sint legit.

b Sacram. de reb. oblig.

c In cap. per venerabile.

d Ioan. 19. e Act. 13.

nobis, nihil aliud imponere vobis oneris, quam hæc necessaria: & illud Pauli Rom. 7. Lex in homine dominatur quanto tempore viuit. itaque vos fratres mortificati estis legi per corpus Christi: quod declarat Paulus comparatione mulieris, quæ mortuo viro soluta est à lege viri. & ad Gal. 4. affert similitudinem pueri, qui sub pedagogo est usque ad tēpus præfinitū à patre. & ad Hebr. 7. Reprobatio fuit prioris mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. & Hebr. 8. inducit illud Hierem. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non sicut testamentum quod feci patribus eorum: & addit Paulus: nouū antiquauit prius, quod autem antiquatur, & senesit, prope interitum est. ex quibus, & aliis, quæ aliunde colligi poterant, rectè probat Victoria omnia præcepta legis antiquæ, quæ cessare potuerunt, cessauisse, ac proinde præcepta moralia nullam vim habere nunc ex lege; sed omnem vim, quam habent, habere vel ex iure naturali, vel quia sunt aliqua in Euangelio, aut lege canonica repetita: ex quo infert idem vir doctissimus, hæreticum esse, si quis asserat Christianum prohiberi aliquo gradu consanguinitatis, quia sit in Leuitico prohibitus: quia esset quodammodo asserere pugnare legem cum Euangelio, quod est damnatum. ^a

a ca. maiores
de baptismo
& eius effect.

b In vers. di-
uina lege. de
restitut. spo-
lia.

At quamuis hæc omnia vera esse iudicem, negandum tamen non est in aliquibus canonibus maiorem habitam fuisse rationem illorum graduum, qui expressè erant in Leuitico prohibiti, quod habetur in cap. *litteras*, iuncta glossa, ^b quod quidem factum est ob honorem quemdam diuinæ legis, & quia illi gradus inueniuntur aliquando præcepto diuino fuisse prohibiti: propterea tamen dicendum non est Christianos ea prohibitione Leuitici obligari ob rationes supra adductas: & hæc de primo peccato sufficiant.

Alterum peccatum est, cum dicunt in his impedimentis lege diuina inductis Papam posse dispensare, vt nunc: quod illi intelligunt, vt si matrimonium contractum est stante aliquo illorum impedimentorum Leuitici, Papa possit dispensare, ita vt matrimonium valeat, ac si nunc, id est, post dispensationem statim esset contractum: quod quidem illi ita accepisse videntur, quasi Papa in omnibus illis impedimentis possit dispensare; quod verum non est: nam in primo ascendendum, vt inter patrē & filiam, & matrē ac filium, ac filiastrum & noueram, ac vitricum & filiastram dispensare non potest: nō quia in Leuitico, sed quia iuri naturali est contrarium, vt inter quos debet esse dominatus, & subiectio iure naturali, inter eos sit paritas matrimonij; & quia hoc natura abhorret, vt pater filie, vel matri filius carnali copula miscetur, quod etiam multa animarum detestari narrantur. Inter fratres etiam, ac sorores, vel relictas ex fratribus quamuis aliqui iudicant iure naturali esse prohibitum matrimonium, tamē verior ac receptior opinio est nō esse in illis tale impedimentum; rectè tamen videtur dixisse Alexander Aletius, qui inter fratrem ac sororem ait prohibitum matrimonium ob quamdam decentiam & honestatem à iure naturali profectam: ac propterea numquam legitur fuisse dispensatum, vt quis sororem suam ducere possit.

c de diuor.

9 Inter fratrem tamen & relictam fratris ob grauem causam fuit aliquoties dispensatum: & si illa non habuerat prolem ex aliis fratribus, similitudine illius, quod Deut. cap. 25. habetur, in cap. fin. ^c legitur cum tota e natione Liuonien- si cum ad fidem Catholicam venerunt, fuisse dispensatum. Ergo vera non est illa opinio, quod in vniuersum Papa in illis impedimentis contentis in Leuitico possit dispensare: quia saltem in primo ascendendum, quia iure naturali est prohibitum, non potest Papa dispensare: ac si à iure diuino essent adhuc illa impedimenta, sicut ipse videtur accepisse, cum referenda essent ad præcepta negatiua, in nullo posset Papa dispensare, sed quia, vt supra diximus, omnis vis huiusmodi prohibitionum fuit sublata, sit vt inter Christianos in huiusmodi impedimentis tantum consideranda sit prohibitio à iure naturali emanans, vt in primo gradu ascendendum, ac primo etiam transuersalium ob honestatem quamdam naturalem, vt supra dixi.

10 Reliqua verò omnia impedimenta pertinent ad prohibitionem canonicam: ex quo fit, vt non possit dici constare illa distinctio, vt in his impedimentis valeat prout nunc, in illis prout tunc; quia, vt supra diximus, excepto primo gradu, in quo Papa non potest dispensare, alia omnia à lege

A canonica vim inter Christianos habent: quare eadem potestas est dispensandi in omnibus.

11 Ad tertium peccatum, cum dicunt, in impedimentis lege canonica inductis Papam posse dispensare, vt valeant, prout tunc; respondendum est ex his, quæ supra dixi in probanda parte affirmante; quod requiritur nouus consensus: nam cum matrimonium sit sacramentum, & constare non possit sine legitimo consensu; si hic nō præcessit, à nullo suppleri potest: sed quia de hac re latissime supra tractauimus, non videntur hic ea fastidiosè repetenda: & hæc de primo argumento.

12 Ad secundum, fatendum quidem est, Concilium generale, ac Maximum Pontificem per se posse auferre aliqua impedimenta, vt factum fuit in magno Concilio Lateranensi & nuper in Concilio Tridentino. ^a quod etiam fuit declaratum & extensum per extrauagantem, Sanctiss. D. N. Pij V. & posse etiam addere aliqua impedimēta, sicut in eodē Tridentino Concilio. ^b factū fuit, & ex eo textu probatur, quod Papa generalem constitutionem edendo possit tollere huiusmodi impedimenta; ita vt illis sublatis, consensus, qui subiequetur, sit legitimus, sed vt consensus, qui à principio fuit illegitimus, possit efficere matrimonium, quod sit sacramentum; hoc inde nullo modo probatur, nec probari potest. quin etiam ex decreto de clandest. si rectè consideretur, clarè demonstratur, ante latam legem generalem non posse dici vlla ratione vel additum, vel sublatū impedimentum matrimo-

a Sess. 24. de
reform. mat.
cap. 4.

b In decre. de
clandest.

13 C nio: nam in eo decreto, in quo tolluntur clandestina, in principio tamen damnantur anathemate illi, qui dicerent ea ante illud decretum contracta, vera ac rata matrimonia nō fuisse: ergo à contrario, qui dicit matrimonium stante aliquo impedimento dirimente contractum posse fieri verum ac ratum (quod propriè ad rem nostram facit) videtur eodem anathemate damnandus. Et ad glossam singularem ^c dicimus ipsam secum asserre responsionem; quia loquitur in his quæ sunt iuris positui, quod etiam fatemur, sed quod fiat matrimonium sacramentum sine legitimo consensu, obstat ius diuinum, vt supra diximus.

c In cle. vni.
de immu. ec-
cles.

Ad tertium, dicendum est c. fin. ^d & ca. 1. & cap. *ueniens*.

^e propriè pertinere ad forum externum. & quod matrimonium non sit inter illos ratum demonstratur: quia si post scientiam veri, quod vxor sit serua, & ipso volente consentire, si illa nolit, & interim alteri nubat, tenet hoc secundum matrimonium, vt omnes fatentur; ergo primus ille consensus nullius est momenti; & ille qui potest facere ratum matrimonium, est hic secundo præstitus post scientiam impedimenti, sed necesse est quod sit mutuus, vel verbis, vel facto indicatio nec te moueat, quod in d. c. fin. nō videtur haberi ratio consensus ancillæ, sed tantum est metio de consensu viri; hoc enim verum est; quia præsumendum est coniugem, qui habet deteriorem causam, non negaturum esse consensum: quare in eo casu ancilla, quæ faciebat meliorem conditionem, libenter consentiebat: sed si nollet præstare consensum, esset quidem cogenda in foro externo, modo prius alteri non nupsisset. Idem etiam colligitur ex c. primo supra citato; vbi dicitur, quod vir, qui erat in dolo, cogendus est vt cohabiteret, sed ex eo quod significatur ad petitionem mulieris posse fieri diuortium, demonstratur inter eos nō esse matrimonium: vnde si alter contrahat, valebit hoc secundum matrimonium. Idem dicendum est ad ca. *ueniens*. quod propriè referendum est ad forum externum, & intelligi consensus legitimum secundo loco esse præstitum.

d De coning.
seru.
e De eo qui
dux. in mat.
quam pol. per
adult.

13 Quartum argumentum, quod videbatur multum stringere, fuit solum duobus modis. Primum, quod consensus illius, qui simpliciter verbis & animo consentit, ceterum semper durare: vnde cum alter, qui verbis tantum consentit, constituit etiam animo consentire. ^f sit mutuus, purus, ac perfectus consensus: & hæc solutio videtur bona. Altera fuit, quod etiā hoc casu requiratur nouus consensus mutuus, ac plenus: & quod hæc coniux quando habet in animo, corde, & verbis consentire, debet cautè interrogare alterum, vt tum etiam mutuo consentiat. pro quo facit, quia cum per procuratorem contractum est matrimonium, solet semper presentibus coniugibus peti, si ipsi etiam cōsentiant, prout procuratores nomine ipsorum fecerunt.

14 Quintum argumentum, quod similitudine quadam collationis inualida nritur, facile dissolui possit: nam quia illa omnia sunt iuris positui, rectè per dispensationem possunt

confirmari;

confirmari,secus est in matrimonio, quod est sacramentum, ad propterea pender à iure diuino.

Qui quidem dispensatione habita, fuit constitutum, vt in futuram mutaretur stylus, & in huiusmodi supplicationibus adderetur hæc clausula, de nouo prestito consensu.

Declar.

Sed dubitatio magna orta fuit, an propter decretum Cõc. Trid. in hoc secundo consensu præstado necesse sit saltem adesse parochum cum duobus vel tribus testibus: & propter illa verba decreti, Et huiusmodi contractus irritos ac nullos decernit, visum fuit esse necessariam præsentiam parochi & testiu: sed quia hoc in multis casibus non posset fieri sine periculo maximi scandali, & in Concilio nõ videtur fuisse cogitatum de huiusmodi casibus occultis, dictum fuit Illustrissimo Cardinali Propœnitentiario, vt nomine totius signaturæ exponeret Sanctiss. videri æquissimum, vt per aliquam constitutionem declararetur, quando præcesserunt denunciations, vel aliàs seruata est forma Concilij, in hoc secundo consensu sufficere, vt secreto præstetur, sed ita vt coniux, qui ignorabat, in genere intelligat impedimentum dirimens matrimonium subesse, & necessarium esse, vt de nouo mutuo cõsentiant, vt matrimonium valeat. & ita Illustrissimus Cardinalis Alciatus Propœnitentiarius retulit in signatura placuisse Sanctiss. vt in huiusmodi impedimētis occultis, quando matrimonium est renouandum, possit hoc fieri inter ipsos coniuges secretè, & quod non sit necessaria præsentia parochi, vel testium: & ita exprimenda est clausula, & secretè inter se contrahere.

Vide pro hoc vltimo dicto infra de spons. impub. consil. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Sacramentalia, & sacramenta, excepto baptismo in morte, ab hæretico vel schismatico scienter accipere non licet.
- 2 Benedictio nuptiarum, siue bene, siue male, puta ab hæretico accepta, nec auget, nec minuit vinculum essenziale matrimonij.

C O N S I L I V M X V.

Inueniuntur homines, qui suscipiunt benedictionem nuptialem à sacerdotibus Græcis hæreticis, qui blasphemant ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: & ex istis inueniuntur quidam, qui propterea dereliquerunt vxores suas: & isti homines sunt Orthodoxi, qui habitant inter Græcos hæreticos in Bosna Turcæ supposita. Queritur quid agendum sit.

1 Respondeo primo, quod oportet eos pœnitere peccari, quod in hoc admiserunt, quia nulli Catholico licet accipere ab hæreticis vel schismaticis, quos nouit esse tales, sacramentalia, de quibus est benedictio nuptialis, neque sacramenta, præter baptisma in morte vt est in c. præter. b iuncta glossa c communiter recepta d per nostros, cui concordat D. Thomas communiter receptus. e

2 Secundo, quod etiam peccant separando se à suis vxoribus, cum quibus legitimè contraxerunt: quia benedictio nuptialis neque bene accepta auget vinculum substantiale & essenziale matrimonij, neque malè accepta minuit illud; quia illud vinculum est indissolubile, iuxta illud Christi quos Deus coniunxit, &c. relat. in capit. quos Deus. & consequenter quod debent ad eas redire, etiam si secundas duxerint. h

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium in foro exteriori præsumitur contractum per hæc verba, Volo hunc accipere in maritum; & hæc, Volo hunc accipere in vxorem; prolata à viro & muliere ad interrogationem parochi presentis, & postea subdenti, Ego non possim modo vos coniungere, sed coniungam post Pascha. At coram Deo attenditur contrahentium intentio.

C O N S I L I V M X V I.

Parochus, vt matrimonio tunc cõtrahendo interesset, accersitus, volentibus matrimonium contrahere dixit, Cum sit tempus quadragesimale, non possum vos coniungere: coniungam vos post Pascha: statimque interrogauit virum in hæc verba: Vis tu Petre Mariam in vxorem accipere? & Petrus respondit, Volo. similiter Mariam interrogauit, Vis tu Maria Petrum in virum tuum accipere? & Maria respondit, Volo. his auditis subiit

Axit parochus, Ego vos post Pascha coniungam. Dubitatur an si inter Petrum & Mariam matrimonium contractum.

1 Respondeo, quod iudex, in cuius tribunali tractaretur hoc negotium in foro exteriori, iudicaret esse matrimonium contractum inter præfatos Petrum & Mariam: in foro autè cõficientiæ, quia mulier affirmat voluisse quidem matrimonium contrahere, si parochus voluisset eos coniungere; sed quod tempore quo ipsa verba prædicta protulit, ex quo parochus dixerat ea quæ præmittuntur, noluit eum in maritum accipere, sed solù sponsalia de futuro contrahere; non est matrimonium: nam perinde est, ac si diceret in effectu, Volo hunc Petrum habere pro marito, quando contraxero cum eo; sed nunc non accipio eum in talem.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium contrahere nequeunt, qui se per adulterium polluerunt: si probetur fidem datam de post mortem mariti contrahendo.
- 2 Vxor duorum nulla esse potest: vnde matrimonium secundum non valet.
- 3 Mariti prioris mors nisi probetur, præsumitur eo viuente matrimonium cõtractum cum secundo, cum quo præsumatur viuere vsque ad centesimum annum.
- 4 Matrimonium, nisi aliunde impeditur, sufficit si in presentia parochi & testium contrahatur, etiam si desint alia solemnitates.
- 5 A iure antiquo non recedendum, nisi quatenus exprimitur in nouo.
- 6 Filij spurij nati viuente primo coniuge, non legitimantur per subsequens matrimonium.

C O N S I L I V M X V I I.

An quis possit ducere in vxorem eam, quam antea cognouit, dum dubitatur an esset nupta alteri, & dubium est vtrum maritus viuat, vel vita functus sit?

1 Huius questionis decisio videtur pendere plurimum ex facto: & ideo responderetur primo, quod si probari posset virum dedisse fidem contrahendi matrimonium post mortem mariti sui, viuente illo, non valet matrimonium propter impedimentum, de quo in titulo. a

2 Secundo, quod non valeret matrimonium, si viueret adhuc maritus concubinæ: quia nulla potest esse vxor duorum, vt per totum tit. b

3 Terrio, quod nisi probetur mors mariti prioris, præsumeretur eo viuente fuisse contractum, & ita nullum iudicaretur; quia præsumitur quis viuere vsque ad centum annos. c

4 Et nota matrimonium aliàs non impeditum valere etiam omisis alijs solemnitatibus, modo presentia parochi, & duorum, vel trium testium sit suffultum, esto quod possit ob id parochus castigari, d quoniam à iure antiquo nõ est recedendum, nisi quatenus exprimitur in nouo, e & iure antiquo nullum matrimonium eo solo, quod clandestinum esset, reddebatur nullum, vt insummet Concilium, f affirmat: iure autem nouo prædicti Concilij tum demum fit nullum matrimonium ob clandestinitatem, quando non fuit cõtractum præsentè parocho, & duobus testibus.

5 Et nota hic filios spurios natos ante legitimum matrimonium non fieri legitimos per matrimonium contrahendù. g

S V M M A R I V M.

- 1 Fidem præstitam, & præcipuè in sponsalibus præsertim iuratis, in vtroque foro seruare quilibet tenetur.
- 1 Trid. Conc. circa sponsalia de futuro nihil mutauit: quare perinde in eiu locum habent antiqua iura post illud, ac antea.
- 2 Matrimonium contractum absque parochi presentia, vel alterius presbyteri de eius vel ordinarij licentia, vel sine testibus, est nullum post Conc. Trid.
- 3 Matrimonium præsumptum per copulam affectu maritali post sponsalia habitam cessat post Conc. Trid.
- 4 Sponsalia etiam iurata diluuntur si sponsus etiam post mortem litem contrahat de presentia cum altera.

C O N S I L I V M X V I I I.

Petrus contractis solemniter sponsalibus de futuro cum Paula, antequam matrimonium per verba de presentia coram parocho & testibus per Concilium Tridentinum ad id requisitis contraheret, habuit rem cum ea, & postea frequenter confessus est illam esse suam vxorem.

b §. v. verum. c Verbo sed agensibus. d 32. dist. e 3. par. q. 92. ar. 2. & in 4. dist. 23. quæst. 1. art. 1. quæst. simulcula 3. f Mart. 29. g 33. q. 2. & in 1. in cor. per d. de rramias. prælat. h cap. 1. & vi. de sponsa duorum.

a De eo qui ducit in vxore quam pol.

b De sponsa duorum.

c l. fin. & ibi not. C. de sacros. an. ecclæ.

d cap. cum in hibitis. de cla. de spons. e l. præcipim. cod. de appellatio.

f in primæ. ca. 1. de reform. matrim. sess. 24.

g cap. tanta. qui filij sunt legitimi.

Quæritur primo, an præfatus Petrus teneatur esse maritus Paulæ.

Secundo, an sit iam verè talis.

1 Ad horum prius respondeo affirmatiuè, quod præfatus Petrus teneatur esse maritus Paulæ in vtroque foro; quia in vtroque foro tenetur quis ad præstandam fidem, præsertim stipulatam, & maximè fidem sponsalium, quæ sunt futurarum nuptiarum promissio, b præsertim iuratorum. c Nec quicquam obstat Concilium Tridentinum quippe quod nihil circa sponsalia de futuro mutauit; & ita in eis perinde habent locum antiqua iura post illud, ac antea habebant. d

2 Ad posterius respondeo (& quidem doleo) negatiuè, nimirum, quod præfatus Petrus in neutro foro est verus maritus Paulæ: quia nullo modo quis potest fieri hodie maritus alicuius, nisi contracto matrimonio coram parcho vel de licentia eius, vel ordinarij, coram altero presbytero, & duobus vel tribus testibus, secundum ius nouum inductum à prædicto Concilio, e & inter prædictum Petrum & Paulam non fuit contractum matrimonium saltem coram parcho & testibus.

3 Nec prodest Paulæ cap. illud solemne, *is qui fidem*, f quod habet matrimonium præsumi contractum inter sponsam & sponsam de futuro, si quæta copula carnali: quia sublatum est illud per præfatum Concilium Tridentinum quod & nos nuper adnotauimus in nostro Manual. confess. & ubi diximus cessare hodie huiusmodi matrimonia præsumpta.

4 Quare cum Petrus contrahendo de factò matrimonium cum altera, possit præfata sponsalia dissoluere, licet cum grauissimo eodemque mortifero peccato, etiam post motam litem, prudentia (vt mihi videtur) fuerit, vt prædicta Paula, & mater eius prudentissima Hadriana, antequàm illam moueant, rem hanc prouidè tractent, nullisq; iniuriis nec minis prædictum Petrum exasperent, & ad iram prouocent, immo publicè dicant se ipsius nobilitati & Christianitati fiderè; secreto autem quanta maxima poterunt instantia, querelis, lacrymis, & euularu plenè moueant Illustrissimum Cardinalem & alios magnates, quo miscrantur earum, & nitantur persuadere prædicto Petro, vt in constantia & fide suæ maximè nobilitatis iurata perseverans præstet promissum: quin & magnopere curent, vt Maiestas Regia, quæ huiusmodi fraudibus maximè est inimica, scribat ei, & Illustrissimo Cardinali, ne rem adeo frædam in suo Regno cum filia tanti ministri sui admittat. Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Promittens ducere aliquam in vxorem, tenetur ducere, etiam si talem promissionem fecerit absque animo adimplendi.
- 2 Iuramentum, quacumque arte verborum concipiatur, debet adimpleri in eo sensu, quem cui iuratur intellexit.

CONSILIVM XIX.

Promisit quis puellæ ducere eam in vxorem absque animo implendi, sed potius decipiendi. Quæritur, an teneatur eam ducere, cum non haberet intentionem eam accipiendi.

1 Ad quæstionis præfate decisionè, & ad ea quæ respondetur à prædictis viris doctissimis, addo primo, quod qui promittit mulieri, præsertim virgini, ducere illam vxorem, tenetur ad implendam promissionem, etiam si absque animo illam ducendi promiserit. Tum quia omnis promissio rei notabilis licitè deliberata obligat promittentem ad implendum promissum sub pœna peccati mortiferi iure naturali, & canonico. b

2 Tum quia quacumque arte verborum iuretur, ita iuramentum est implendum, vt is cui iuratur intelligit, i & nos diximus in nostro Manual. confess. k & in nostro comment. super cap. humana aures. l

SUMMARIUM.

- 3 Conuersationem, vsque ad tactum & impudica oscula deueniendo, cum puella sub fitione illam in vxorem ducendi habens, ob id non tenetur illam in vxorem ducere, etsi dotem damni illari compensatiuam dando satisfaci.
- 2 Restituere damnum qui tenetur puella lasa, potest id secreto facere, ac etiam palam, adiecta tamen causa dationem honestante.
- 3 Dotem qui puella decepta tenetur prestare, non cogitur antequam nubat fructus dotis persolvere magis, quam si ex contractu tenetur.

a l. i. ff. de pac. & leg. i. ff. de verb. oblig. b l. i. ff. de spo. sal. c Cap. ex literis. de sponsal. d Arg. l. precipimus. C. de appell. e Cap. 1. de reform. mat. sess. 24.

f De sponsal.

g Cap. 25. nu. 144.

h Cap. 1. de pact. cap. iura mentii. 22. qu. 5. i Cap. quacumque. 22. qu. 5. k Ca. 10. nu. 18. l 22. q. 5. a. n. 6. & seq.

quam nubat fructus dotis persolvere magis, quam si ex contractu tenetur.

CONSILIVM XX.

Virginem quidam vir diu sollicitauit, fingendo eam velle vxorem ducere, & tantum ad tactus & oscula peruenit. Postea ad Deum conuersus dubitat an teneatur illam ducere, seu saltem dotare: & quomodo salua eius fama, cum eam non cognouerit, dotem constituere valeat: & an dotem in manibus mercatoris teneatur constituere, vt lucretur interese interim dum nubit.

1 Vitis & perpenitis supra scriptis responsis egregia pietate & eruditione datis, respondeo primo illa mihi videri iuridica, attento quod D. consulens volens decipere non peruenit ad habendum rem cum decepta, & quod offert iustam restitutionem damni, quod illa ex sua conuersatione passa est.

2 Secundo, quod etsi aliquo respectu conueniat (vt primus D. consultor tangit) ne nomen D. consulentis in restitutione exprimat; aliis tamen videretur conuenientius, etsi non necessarium, vt exprimeretur se facere illam ob egregiam, quam habet de vitute illius Christiana opinionem conceptam, & quod videt eam non habere fortunas suæ virtuti respondentes. Et licet expediret (quod cumulatæ pietatis fuerit) vt D. consulens fiat presbyter in penitentiam præfate deceptionis, non tamen est necessarè iustitæ.

3 Tertio, quod licet prudens & vtile consilium sit, quod præfatus D. secundus consultor addit, nempe quod pecunia restituenda reponatur in manibus alicuius, vt inde aliquid lucri eueniat præfate puellæ, iusta cap. per vestras, n non tamen videtur necessarium, modo D. consulens tradat illa, quæ ob damnum illatum restitutus est ei, & eo modo, quo restituendo, ac si deberet ex contractu, satisfaceret.

DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

SUMMARIUM.

- 1 Pubes, qui cum impubere contraxit sponsalia, non potest cum alia, etiam impubere, antequam fiat pubes, consentiente, sine peccato contrahere matrimonium, & contrahendo punitur, licet teneat matrimonium.

CONSILIVM I.

Vir vigesimum annum agens contraxit sponsalia de futuro cum agente decem. Quæritur quid agendum.

1 Respondetur primo valere sponsalia, & non posse puberem discedere à puella etiam de consensu eius, donec pubescat, & peruenit ad duodecimum annum.

Secundo, quod expectare debet, donec illa pubescat, & si tunc noluerit ipsa contrahere cum ipso, potest vterque resilire à præfatis sponsalibus: si autem ipsa voluerit contrahere cum illo, tenetur ipse ad contrahendum cum illa.

Tertio, quod si vir contrahat cum alia matrimonium per verba de præfenti, etiam de consensu sponse, antequam illa perueniat ad pubertatem, vel postquam peruenit ad pubertatem sine consensu eius, peccabit grauissimè, quamuis matrimonium aliàs legitime contractum valeret, sed deberet ipse puniri secundum communem opinionem DD. b quam sequitur etiam Couarruias. c

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium per verba de præfenti inter impuberes contractum, matrimonium quidem non est, nec adueniente atate efficitur; sed talia sponsalia, quæ plus obligant, quam sponsalia contracta per verba de futuro: vnde tales tenentur: & si nondum cum alijs de præfenti contraxerunt, qui renuit vt contrahat potest cogi.
- 2 Coactio, qua iudex cogit sponsum ad contrahendum cum sponsa, non est iniusta; immo ei sine peccato, nisi adsit causa, non potest resisti.

CONSILIVM II.

N. & M. impuberes per verba de præfenti contraxerunt inter se matrimonium, à quo M. vellet resilire, & cum alio contrahere. Quæritur an liceat.

1 Respondetur primo, certum esse non contrahi matrimonium inter impuberes, nec inter puberem & impuberem, etiam si se despensent per verba de præfenti; sed tantum iuris fictione censentur sponsalia de futuro, d nisi sint pubertati proximi, & malitia vel potentia suppleat ætatem.

2 Secundo, certum esse quoque talia sponsalia non transire

a De donatio. inter vir. & vxor.

b In cap. de il. l. i. de desp. satione impu. c In epitome super 4. i. pa. ca. 5. §. 1. &c.

d Cap. 1. §. i. dem quoque. de desp. imp. lib. 6.

in m atrimonium per solam etatem superuenientem, vt ibidem habetur: & ita, si alter non vult esse coniux alterius, nō potest cogi ad illud.

Tertio, quod mea sententia vtraque pars obligatur contrahere cum altera in foro cōscientiæ, nisi aliqua iusta de causa excusetur: quoniam matrimonium illud est potentius, quā sponsalia de futuro, secundum omnes; & sola sponsalia de futuro obligant in conscientia ad contrahendum; ergo & illud matrimonium, argumento reg. cui licet quod est plus, licet vtiq; quod est minus. Quod autem supra dixi non posse cogi ad illud, in hunc sensum dixi, videlicet, quod si ipse contraxerit cum alia, erit validum matrimonium, & erit inseparabilis ab illa: sed antequam cum alia contrahat, poterit compelli ad contrahendum cum illa, tamquam sponsus eius, qui virtualiter contraxit sponsalia cum illa priore: nec se poterit defendere iuste sine peccato ab huiusmodi coactione, quam conscientia in foro interiori, & iudex in exteriori facere poterit. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium qui seruata forma Concilij contraxere ante iustam aetatem, de licentia ordinarij iterum, omisso solemnitate, coram parochio, vel debita etiam ad hoc procedente licentia coram alio sacerdote, & duobus testibus secretè, cum impedimento sit occultum, contrahant.

CONSILIVM III.

Rogatus quid facere debeant duo coniuges, qui pridem post Concilium contraxerunt matrimonium, & susceperunt filios, & nunc rescuerunt vxorem non habuisse tempore contractus duodecim annos, quamuis maritus haberet plusquam quatuordecim.

1 Respondeo, quod latissima super hoc disputatio haberi potest, tangendo ea, quæ nuper allegauimus coram S.D.N. super dispensatione ad contrahendum matrimonium inter duos Illustrissimos impuberes.

Sed omittis illis, videntur respondendum, debere præfatos, de quibus quæritur, dicere ordinario, quod ipsi ex causa quadam, quam non oportet ei notam facere, habent scrupulum, qui iam cessauit, de valore matrimonij sui contracti coram parochio ante tot annos: & quod ad deponendum illum vellet denuo contrahere: & quod supplicat ei, vt det eis licentiam id faciendi coram suo parochio, vel alio sacerdote de sua licentia, non præmissis denuntiationibus per Concilium Tridentinum requisitis, artento quod iam antea cum illis contraxerunt: & post illam licentiam habitam, adeant suum parochum, vel alium sacerdotem, cui det licentiam ipse vel ordinarius ad assistendum matrimonio contrahendo: & vocatis duobus vel tribus testibus amicis suis, qui rem teneant secretam, contrahant in nomine Domini, qui nos omnes saluet. Amen.

Aduerte hic presentiam parochi, ac testiū requiri ad cautelam, ne detecto impedimento matrimonium validum negetur: nam in conscientia possunt inrer se sine parochio, & testibus valide contrahere. Vide supra de sponsal. conf. 14. in fine, & clarius in Manual. confess. cap. 22. n. 70.

S V M M A R I V M.

- 1 Coniugio regulariter ineptus est, qui debitum reddere nequit. num. 18.
- 2 Leges determinantes aetatem ad matrimonium, videntur, sed non sunt naturales. num. 13. 14. & 18.
- 3 Obligari quis ad impossibile nulla lege nec privilegio potest.
- 4 Matrimonij de essentia videtur esse actualis potentia cōiundi tempore contractus, sed non est. num. 14. & 19.
- 5 Pueros ante certam aetatem voto solemnī non obligari facit ius humanum.
- 6 Papa consensum ad matrimonium requisitum supplere nequit, nec discretionem, nec potentiam iure naturali ad matrimonium necessaria. num. 20.
- 7 Papa omni lex humana subicitur.
- 8 Lex humana multa iuris diuini indeterminata determinatur: ita vt licet ipsum indeterminatum sit iuris naturalis indispensabile, ipsum tamen determinatum sit iuris humani dispensabile. & num. 12.
- 9 Aetatis ad matrimonium determinatio iuris humani, super quo Papa dispensat. 12. & 13.

A 10 Matrimonium ante pubertatem ex aliqua vrgentissima necessitate contrahi potest.

11 Pubertati proximus, masculus in quā post decimum annum cum dimidio, & mulier post nonum cum dimidio, contrahendo, saltem naturaliter obligatur.

12 Ius natura ad matrimonium contrahendum prudentiam requirit; sed humanum, respiciendo id quod solet communiter accedere, determinat quando illa eueniat.

13 Cōiundi potentiam inesse multis ante tempus à iure præfixum.

15 Impotentia non omni ad cōiundum, etiam perpetua, est contra matrimonij essentiam.

15 Senex ad cōiundum impotens potest matrimonium contrahere. & num. 18.

B 16 Papa est legem diuinam nec tollere, nec limitare, nec in ea dispensare proprie possit, attamen ex ratione desumpta ex alia lege diuina potest declarare ea non procedere in tali & tali casu.

17 Voti, & iuramenti iure natura reddendi obligationem remittit Papa, faciendo de voto & iuramento non votū, non iuramentum.

17 Vota ne fiant, vel iuramenta, potest ex causa Pontifex efficere.

19 Corporum traditio necessaria est ad verum matrimonium, etiam si in tradente non adsit potentia copula.

19 Traditio corporum necessaria ad matrimonium potest fieri sine actu carnali.

CONSILIVM IV.

TRactatum est diu in Hispania de mandato Regiæ Maiestatis Catholicæ per multos proceres, & tandem auctoritate eiusdem cōclusum, vt ad vtilitatem priuatam & publicam contrahantur duo matrimonia, alterum inter Illustrissimum Don Ioannem Ludouicum de la Cerda Ducem Medinæ cæli, & Marchionem, ac Comitē aliorum dominiorum, & Domnam Ioannam del Alama Ducem Alburquerquensem relictam quondam Don Gabrielis Illustriss. Excellentiss. q. Ducis Alburquerquensis, qui ante paucos annos fuit Ducatus Mediolani Gubernator, eandemque multorum dominiorum dominam: alterum inter Illustrissimos & Excellentissimos Don Ioannem de la Cerda Marchionem de Cogolludo filium & successorem prædicti Ducis Medinæ cæli, & Domnam Annam del Alama, & de la Cueua, filiam prædictæ Ducis Alburquerquensis, impuberes, quidē, sed præter communem aetatem animorum & corporum viribus à Deo & natura dotatos. Conclusum inquam est, dummodo intra sex menses, quorum iam tres sunt elapsi, S. D. N. dignetur dispensare, vt prædictus Don Ioannes Marchio de Cogolludo ætatis duodecim annorum possit contrahere matrimonium cum prædicta Domna Anna decem annorum, & non aliter, nec aliàs: quoniam visum fuit viris eruditissimis, nulla pœna, nec artha, nec fideiussione fieri posse certam & securam prædictam Ducem Domnam Ioannam de matrimonio futuro inter prædictam Domnam Annam filiā suam, & prædictum Don Ioannem de la Cerda filium prædicti Ducis Medinæ cæli, nisi mediante prædicta dispensatione. Et quia sunt, qui subdubitet, an S. D. N. id facere possit, petitur informatio iuris, quo palam ostendatur suam Sanctitatem id facere posse.

Responsum ad hanc quæstionem, à nemine, quod sciam, tactam, primum opem diuinam submississimo animo imploro; deinde humiliter supplico S. D. N. vt dignetur sublimitatem animi sui demittere ad hæc humilia, quæ humiliter suæ centuræ sublimi, eidemque profundo iuris tam naturalis, & diuini, quam humani callo munitæ subicimus. Et quidē pro parte negante, quod non possit, facit primo cap. quod sedem. ubi puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio, & videtur loqui de aptitudine requisita iure naturali diuino: nam per illum textum tenet Sorus, quod impotentia ad carnalem actum omni iure impedit matrimonium: & postea in solutione 2. argumenti tenet, quod senex omnino impotens ad actum matrimoniale nulla ratione potest matrimonium contrahere. At prædicti Illustriss. domini ambo sunt impuberes; quia puella nō impleuit duodecimum annum, neque attingit, & puer nondum impleuit decimum-quartum, neque attingit illum: & ita præsumuntur impotentes ad actum carnalem, & consequenter omni iure esse inepti coniugio, cui consequens est, Papam non posse eos aptos facere.

2 Secundo, quod lex tam canonica, quā Cæsarea, quæ statuit, ne femina ante duodecimum annum completum, nec

a De reg. iur. lib. 6.

b Vide conf. sequ.

a De frig. & malef.

b In 4. lib. sent. dist. 34. quæst. 1.



a l. 4. ff. de rit. nupt. & l. 1. de nupt. Co. de nupt. & cap. puberes & c. de illis. & ca. fin. de despon. impub.

b Arg. ca. ius gentium. & c. ius naturale 1. dist.

c Cap. cuncta per mundum. 9. qua. 3.

d Cap. sunt quidam. 25. qua. 1.

e l. impossibilium. ff. de re. iur. & ca. nemo ad impossibile. eod. tit. lib. 6.

f Lib. 4. sent. dist. 34. qua. 1.

g Cap. quod autem. de iure patron. l. si uniuersa. Co. de leg.

h In sum. 20. qua. 1. & in ca. mulier. 32. q. 2.

i In ca. per venerabilem. n. 21. qui sil. sint leg.

k De trasac. l. Tit. de legat. & nunc ostendendum. ver. 18.

m §. cateru. de re iud.

n Ibidem.

o 33. quest. 5.

p In proem. Clem.

q Cap. cuncta per mundum. 9. qua. 3. ca. innotuit. de ele. 11. 2. q. 96. a. 5. ad secundu. ff. de legib. c. De concess. praben. v. In dict. cap. innotuit.

x l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. & ca. ut fame. de sentent. exco.

y Sess. 14. ca. 6.

z Cap. omnis. de p. v. & remiss.

a In 4. sentent. dist. 17. & c. in cap. omnis.

masculis ante quartumdecimum annum completum possit contrahere matrimonium, a videtur esse potius lex naturalis diuina, quam humana, cum vbique gentium seruetur, b & Papa licet possit supplere omnem defectum prouenientem ex lege humana, c non potest tamen supplere defectum prouenientem ex lege naturali & diuina; quia secundum Urbanum vsque ad sanguinem tenetur eam seruare, d ergo non potest supplere predictum defectum.

3 Tertio, quod nulla lege, neque Papæ priuilegio, vel dispensatione fieri potest, vt quis obligetur ad impossibile, e nam neque Deus, secundum S. Hieronymum receptum ab omnibus, obligat quem ad impossibile, at impossibile videtur predictos dominos impuberes debitum coniugale reddere posse, vt præcitatae leges significant, ergo non possunt obligari Papæ priuilegio ad reddendum illud.

4 Quarto, quod ad substantiam matrimonij requiritur, vt contracturus illud tempore contractus habeat potentiam coeundi, vt præ cæteris tradit Scotus, f illa ratione, quæ videtur firma, quod de substantia matrimonij est datio potestatis sui corporis pro parte, quam dat sibi alter: & qui illam non habet, non potest eam dare, iuxta illud, *Nemo dat, quod non habet.* g Cum ergo præfati Illustrissimi impuberes non possint dare potestatem suorum corporum, quam non habent; consequens videtur, per nullam dispensationem posse illos contrahere matrimonium.

5 Quinto, quod prædicti domini impuberes non possunt se obligare ad contrahendum matrimonium spirituale cum Deo per votum solemne, secundum omnium sententiam, ex defectu sufficientis discretionis, & prudentiæ: ergo nec ad perpetuam seruitutem matrimonialem, cum iudicium sufficienti ad obligandum diabolo, vel homini, sufficiat ad obligandum Deo, iuxta glossam solemnem & receptam. h

6 Sexto denique, quod Papa non potest supplere consensum necessarium ad matrimonium, vt tenet Ioannes Andreas quem sequitur Panormitanus, i quem sequuntur alij illa firmissima ratione, quod licet Papa possit supplere defectus iuris humani iuxta cap. 1. & ei notata, k non potest tamen supplere defectus naturales, vt Speculator receptus ab alijs tenet, l pro quo aptus textus in clem. *pastoralis.* m per quem Cardinalis etiam receptus, n adnotauit, Papam non posse supplere defectum citationis, quia iuris naturalis est. At præfati domini impuberes non videntur habere tam liberum, tam discretum & prudentem consensum, quam necessarius videtur iure naturali ad tantum sacramentum, & iugum maritale perpetuo duraturum, argumento textus & glossæ singularis in cap. *notificasti.* o ergo Papa non potest illum supplere.

7 His tamen non obstantibus, contrarium proculdubio est dicendum. Primo quidem, quod Papa est summus, & vnicus summi Christi Dei & hominis Vicarius, de quo est illud Ioannis Anglici citatum per glossam. *Papa stupor mundi, qui maxime rerum Nec Deus est, nec homo, quasi neuter, & inter vtrumque,* cui omnis lex humana subicitur, q saltem quo ad hoc, vt pro loco & tempore iuste possit eam relaxare, vt dixit D. Thomas receptus ab omnibus, r & probatur irrefragabiliter per l. *princeps.* s & cap. *proposuit.* t & per tradita ab Innocentio, v & per alios alibi saepe.

8 Secundo, quod licet aliqua generalia indeterminata sint iuris naturalis, vel diuini? determinatio tamen eorum quo ad quantitatem, tempus, vel locum facta à legislatore homine constituit ius humanum: ita quod ipsa determinata, puta tempus, locus, sint iura humana, & non naturalia, nec diuina. Verbi gratia, ius naturale diuinum est, vt delicta puniantur. x At determinatio, quod illa vel illa poena, tanta vel tanta, tempore vel loco illo vel illo puniantur, ius humanum est secundum omnes: & licet non possit legislator homo statuere, ne crimina puniantur; potest tamen dispensare, ne illa vel illa poena, illo vel illo tempore, & loco puniantur. Præceptum item, vt confiteamur saltem semel omnia peccata mortifera, diuinum est, latum à redemptore omnium Christo Domino Deo nostro, vt declarauit sacrosanctum Concilium Tridentinum, y determinatio autem, vt confiteamur illa semel in anno, z humana est, & licet Papa non possit dispensare, vt non teneamur confiteri mortifera saltem semel in vita; potest tamen ex causa iusta dispensare, vt non teneamur cōfiteri mortifera semel in anno, vel in Quadragesima secundum mentem omnium, a

A quidquid Panormitanus, a inuoluat. Ita etiam licet præceptum de ieiunando sit præceptum iuris naturæ indigenti eo ad salutem, vt tradit D. Thomas, b determinatio verò, quod illo vel illo tempore ieiunemus, est præceptum humanum: & licet Papa non possit dispensare super lege illa naturali de ieiunando, potest tamen dispensare, & quotidie dispensat ex causa super ieiunio illius vel illius diei. Insuper, licet præceptum de cessando aliquo tempore ab opere seruili, vt vacemus Deo, & diuinis, ac spiritualibus, sit præceptum naturale, & lex naturalis; præceptum tamen determinans, vt illo vel illo tempore feriemur ab opere seruili, & Deo vacemus, atque rebus diuinis, præceptum est humanum, & lex humana, vt colligitur ex D. Thoma etiam recepto, c vnde infertur omnia festa Christianorum, etiam dies dominicos, esse præcepta, & iura humana, vt post multos alios nos quoque intulimus in Man. confess. d & vltra omnes irrefragabiliter probat Thomas Vvaldensis. e

B 9 Sic igitur, licet iure naturali ætas aliquorum annorum requiratur ad matrimonium contrahendum; determinatio tamen eius, quod requiratur in masculo ætas quatuordecim annorum completorum, & in fœmina duodecim, ius est humanum, & lex humana est: & ita licet Papa non possit dispensare, quod nullorum annorum ætas requiratur ad contrahendum matrimonium, potest tamen dispensare ex causa, quod non requiratur ætas quatuordecim annorum in masculo, & duodecim in fœmina.

C 10 Tertio, quod est casus in cap. 2. f quatenus habet expressè, matrimonium posse contrahi ante pubertatem pro aliqua vrgentissima necessitate, puta bono pacis. Et ne quis dicat cap. istud loqui de sponsalibus tantum, consideret glossam & ante illam Innocentium intelligere illum textum de coniunctione tam matrimonij, quam sponsalium; & quod Panormitanus, g probat irrefragabilibus argumentis potius intelligendum esse de matrimonio, quam de sponsalibus.

D 11 Quarto, quod pupillus proximus pubertati, qualis est fœmina post nonum annum dimidiatum, & masculus post decimum dimidiatum, contrahere potest, & contrahendo obligari saltè naturaliter iuxta l. 1. h & per alia, quæ citat Decius, i immo & tunc negotium rectè gerit tutore auctore, vbi eius auctoritas est necessaria iuxta §. pupillus. cum ei concordantibus. k At matrimonium est contractus: ergo auctore Papa, cuius auctoritas tantum, immo plus potest in spiritualibus, quam tutoris in temporalibus, l poterit contrahere matrimonium.

E 12 Quinto, quod licet iure naturali ad contrahendum matrimonium requiratur discretio, prudentia, & iudicium, ius tamen, quod determinat tale iudiciu euenire masculo in 14. anno, & fœminæ in 12. non est ius naturale, sed humanum determinatum arbitrio legum latorum, qui respiciunt id, quod communiter accidit, vt ait Celsus, m & ita, quando contingit discretio & prudentia alicui ante tempus determinatum, sanctè potest legislator, habita ea de re iusta informatione, permittere, vt illud ante determinatum tempus fiat. At per iustam informationem constat prædictos Illustrissimos dominos impuberes habere, præter communè suorum æqualium, aliam prudentiam, discretionem, & iudicium sufficienti ad cognoscendum & iudicandum magnitudinem sacramenti matrimonij, & iugum maritale perpetuum, vt in facto proponitur, ergo iustè potest S. D. N. permittere inter illos matrimonij contractum.

F 13 Sexto, quod licet coeundi potentia non soleat euenire vt plurimum ante prædictas ætates, tamen frequenter euenit ante illas, illis maximè, qui nati in murice & auro, & nutriti, vt ille ait, inter superbas opes, & delicias, vires maiores, maiusq; robur corporeum sibi querunt. Vnde Gregorius lib. Dialogorum 4. relatus à glossa, n in summa refert. quemdam puerum ætatis nouè annorum nutriticè suam fecisse prægnantem: & D. Hieronymus narrat in epistola ad Vitalè presbyterum, se audisse, quemdã puerum decè annorum grauidã fecisse suam nutriticè, Salomonemq; in decimo anno genuisse Roboã, & Achaz in anno ætatis vndecimo Ezechia, & sunt viri magna fide digni, qui asserunt quamdã puellam decè annorum ante paucos annos peperisse in regno Neapolitano. Cũ ergo prædicti domini impuberes sint in murice & auro nati, & in delictis nutriti, sitq; iam puer duodecim annoru, ac puella decem, facile potest per iustam informationè & corporis staturã sua-

a Ibidem.

b 2. 2. q. 147. art. 3.

c 2. 2. q. 122. artic. 4. & 5.

d cap. 13. nu. 1. c. in lib. de sacramentali. cap. 14.

e De despos. impub.

g Ibidem.

h ff. de actio. & oblig. i In l. pupillus l. in negotiis. ff. de reg. iur. & Instit. de i. n. i. lib. 1. stipul. l. Arg. cap. ult. de iudi. lib. 6.

m In l. 4. & 5. ff. de legib.

n 2. quest. 1.

deri,

deri, eos habere potentiam coeundi; qua probabiliter credita, nulla est difficultas dispensationi locum esse cessante praecipua causa, ob quam facultas contrahendi matrimonij in illas aetates differtur, argumento ea. cum cessante. & l. adigere. b

14 Septimo, quod potentia actualis coeundi non est de substantia matrimonij, secundum tota iura naturalia diuina. Tum quia pueri quatuordecim annorum possunt contrahere matrimonium, licet non euenit potentia coeundi secundum receptam sententiam, quae probatur, eo quod nullatenus debent tales propter frigiditatem separari. Tum quia impedimentum, quod processu temporis tolli potest naturaliter, vel per artem, non est contra substantiam matrimonij, secundum D. Thomam receptum, b & probatur in cap. fraternitatis. & fere toto tit. de frig. & malef. Tum quia nullum impedimentum naturale, quod non est perpetuum, est contra essentiam & substantiam matrimonij, etiam secundum legem humanam canonicam ut est in d. cap. fraternitatis. in quo ipse Innocentius III. de finit. impedimentum perpetuum esse illud, quod non potest tolli per naturam, vel medicinam, absque periculo vitae probabili. At impotentia praedictorum dominorum ad actum carnalem (si qua talis esset) tolli potest, & vita comite tollitur processu temporis: ergo eorum petitio non solum non continet, ut S. D. N. dispenseret contra id, quod de iure naturali est contra substantiam matrimonij, sed neque id quod de iure humano est contra substantiam eius, sed solum ut relaxet ius humanum, quo vetitum est fieri matrimonium ante illas aetates.

15 Octauo, quod non omnis impotentia ad actum carnalem, etiam perpetua, est contra substantiam matrimonij, etiam secundum legem humanam: senex enim quamlibet impotens, & quamlibet senio grauatus, potest contrahere matrimonium; quod tota seruat Ecclesia, ut ait Scotus ubi supra, propter rationem, quam reddit D. Thomas. d. Mulier etiam sciens virum esse aliqua impotentia perpetua facti impotentem ad actum carnalem, & hoc non obstante contrahit cum eo, tenet matrimonium, per rationem, quam reddit S. Thomas. e. Ergo defectus potentiae ad actum carnalem ratione talis aetatis non est contrarius iure naturali solo inspecto, substantiae matrimonij; quia illa crescente tolli potest, & passim tollitur: quamuis iure humano ob illam reddatur quis inhabilis ad contrahendum: & consequenter S. D. N. iusta de causa iuste illum tollere potest.

16 Nono denique, ad redundantiam, licet non ad necessitatem, facit, quod quamuis Pontifex Maximus non possit tollere, neque limitare legem Dei naturalem, vel diuinam, & consequenter nec dispensare super ea, accepto verbo dispensationis proprie & stricte, secundum eos, qui verius & exactius videntur nobis loqui; eo quod inferior non potest tollere, nec limitare leges superioris, nec consequenter legislator humanus legem Dei legislatoris supremi, f potest tamen eam interpretari, & declarare, ut non debeat seruari, quando ratio desumpta ex alia lege ipsiusmet Dei naturali vel diuina id suadet: ut in clem. 1. s. declarat illam legem naturalem Decalogi, quae damnat homicidam, non comprehendere occidentem ad defensionem sui omnino necessariam, & in ca. 1. h. declarat, legem Decalogi de seruando iuramento non obligare iuramentum seruare statuta Ecclesiae quo ad illicita. Potest etiam per viam epicheiae, siue epicheiae, siue aequitatis, de qua Philosophus, i & S. Thomas, k efficere, quod aliquod factum hominis, quod suapte natura includitur sub verbis legis naturae, vel diuinae, propter aliquam causam non includatur sub ea. Verbi gratia, lex naturae & diuinae praecipit, ut inferior obediat superiori, iuxta l. ut patri parentibusque obediamus. l. At Pontifex Maximus potest efficere iusta de causa, non quidem ut inferior non obediat superiori, sed ut is qui est inferior alicuius, desinat esse subditus illius per suam iustam exemptionem, & consequenter ne teneatur parere illi, qui iam non est suus superior.

17 Potest etiam facere, quod votum, & iuramentum, quae per legem naturalem sunt reddenda & implenda, m iusta de causa desinant esse vota, & iuramenta, n & consequenter licet non possit efficere, quod vota, & iuramenta licita non debeant adimpleri, quia id esset tollere, vel limitare legem naturalem, vel diuinam; potest tamen efficere iusta de causa, quod non sint vota, nec iuramenta: quod post alios declarat Scotus, o & ante illum profundius Caietanus ad aliud propositum, p &

A alio stylo Didacus à Couarruua, q feliciter dilatando seminaria, quae à nobis olim Salmanticae susceperat. Et nostro proposito non est necessarium, quod S. D. N. tollat vel limite legem praeficientem certam aetatem ad contrahendum matrimonium, quamuis id proculdubio facere possit, quia est lex humana per praedicta: sed satis est, quod sua Sanctitas declaret, quod illa lex, quae lata fuit habito respectu ad communiter accidentia, secundum quae non habetur iusta prudentia, & potentia ad contrahendum matrimonium ante illas aetates, non habeat locum in praefatis excellentissimis impuberibus, quibus per iustam informationem constat inesse illas.

B 18 Non obstant opposita. Ad primum enim responderetur primo, quod cap. quod sedem. in eo allegatum, & alia iura, quae habent, puerum, qui non potest reddere debitum, non esse aptum matrimonio, intelligenda sunt primo de aptitudine regulari communi praesumpta, & ideo non habere locum in casu proposito; cum praefati domini habeant aptitudinem veram & particularem maiorem, quam sit communis & praesumpta, ut praedictum est.

C Secundo, quod id quod videtur dicere Scotus in arg. citatus, scilicet, senem omnino impotentem non posse contrahere matrimonium, non est verum; quia, ut & ipsemet ait in propositione argumenti, contrarium seruat Ecclesia, & tenet D. Thomas receptus, b & Michael Medina, c negat Scotum id asserere, quod satis ex eo colligitur.

D Ad secundum respondeo, quod licet leges super aetate ad contrahendum matrimonium latae essent iuris gentium, non sequeretur ex eo, quod essent leges naturales; quia aliud est ius gentium, & aliud ius naturale, per rubricam de iur. nat. gent. & ciuili. & definitiones illorum positas ibi, & in cap. ius natur. & cap. ius gentium. d & à diuersis non fit illatio. e

E 19 Ad tertium respondeo primo, negando esse impossibile praefatis dominis impuberibus reddere sibi mutuo id, quod debetur virtute matrimonij. Tum quia virtute illius solum tenentur dare potestate in suorum corporum, quae dari potest sine actu carnali, ut contingit virgini Marii, & sponso eius Iosepho, inter quos fuit verum matrimonium secundum receptam sententiam, per cap. beata Maria. f & alia multa. Tum quia senex omnino impotens potest contrahere matrimonium, ut supra probatum est. Tum quis etiam potens non tenetur reddere debitum coniugale, quia possunt deliberare prius de intranda religione. g Tum quia maior 14. annis, cui nondum venit potestas coeundi, satisfacit reddendo postea, cum venit, & ut probatum est in arg. 7. pro parte nostra facto, praefati DD. impuberes possunt haec omnia facere, etiam si non inellet eis potentia coeundi. Secundo responderetur negando, quod non inest eis potentia coeundi: quia per iustam informationem probabiliter creditur eos illam habere. Tertio, quod non est necessarium ad substantiam & essentiam matrimonij, quod inest eis actu potentia coeundi: quod constat ex eo, quod senex, & infirmi possunt contrahere, & ex aliis, ut supra probatum est.

F Ad quartum respondeo primo negando, quod sit de substantia matrimonij, ut potentia coeundi inest actu tempore contractus per supradicta, quaequid sentiat Scotus. Secundo negando, quod non inest illa praefatis dominis impuberibus, cum per iustam informationem contrarium probari possit.

G 20 Ad quintum responderetur concedendo, quod praefati domini non possunt solemniter vouere religionem ante praefatas aetates, immo nec post illas ante decimum sextum annum completum post Concilium Tridentinum negando tamen, quod id eueniat per legem naturalem, vel diuinam, secundum quas votum obligat omnes doli capaces, & potentes mortifere peccare, quia, ut supra dictum est, quae discretio sufficit ad obligandum diabolo, sufficit etiam ad obligandum Deo. Et ita concedimus, quod etiam praedicti domini non possunt obligari ad praedicta ante praedictas aetates; sed negamus id statutum esse per legem naturalem, vel diuinam, sed tantum per humanam, quam S. D. N. iuste potest ex causa relaxare.

H Ad vltimum responderetur, concedendo non posse Papam supplere consensum, qui lege naturali requiritur ad matrimonium, nec consequenter discretionem, & prudentiam ad illud lege naturali necessarium; nec illud praedicti domini petunt; negando tamen quod illis desit prudentia, & discretio iusta ad contentendum in illud, ut per informationem allatam constat, & largius constabit per faciendam, si placuerit S. D. N.

a De appella. b s. quamuis de iurapat.

c In praed. di. 34. artic. 1. in corp. quae.

d Vbi supr. in respons. ad 4.

e Vbi supr. in corp. quae.

f Arg. cap. inferior. 21. dist. clem. no Romano de elec. g De bono.

h De iur. lib. 5.

i 2. Eth. k 2. 2. q. 120. art. 1.

l ff. de inst. & no. & cap. 2. de maior. & obed. m Cap. magna de voto. & cap. si uere de iur. n ca. 1. & ca. de bis que de iur. cap. 1. & c. litoratum de voto. o Lib. 7. q. 4. ar. 1. de iust. & iur. p 1. 2. qu. 190. art. 8.

a In epito. o. a. par. cap. 9. p.

b In loco citato in argu. 8. proponitur parte adducto. c In lib. de sac. hem. con. ti. cap. 74.

d 1. dist. el. Porcia. ff. de mioribus.

E 27. q. 2.

g rap. commiss. sum. de spons.



quem vti Ecclesie pastorem incomparabilem, & huic saeculo accommodatissimum & necessarium D. Iesus, cuius est summus Vicarius, pro sua in populum Christianum misericordia quam diutissime seruet incolumen. Amen.

S V M M A R I V M.

- 1 Impuberibus quibusdam, vt matrimonium de presenti contrahere possent, concessisse dicitur Pius V.
- 2 Impuberes non habere consensum sufficiens ad matrimonium de presenti contrahendum, etsi insinuare videatur cap. 2. de despons. impub. verius tamen est id solum verificari in infantibus, & alijs doli non capacibus. num. 3. nam in alijs potest inueniri. num. 4. & 6.
- 3 Decretalium decisarum initia antiqua etsi ad opportunitatem facilius citationis ponantur, ex eis tamen potest desumi aliqua presumpcio mentis statuentis.
- 5 Tolerare, verbum est generale ad tolerantiam bonam & approbatuam, & ad illam qua actus non approbatur, sed relinquitur impunitus; & in vtroque significato saepe in canonicis reperitur.

CONSILIVM V.

BEATISSIME Pater, interrogatus heri à S. V. an viderim aliam dispensationem antehac à sacrosancta Sede Apostolica datam aliquibus impuberibus ad contrahendum matrimonium, respondi me non vidisse: sed postea sub noctem didici, quod fel. rec. Pius V. cuius acta S. V. praeferre fere omnium successorum in orem raro & mirabili exemplo libenter solet imitari in iis quae iure sustineri possunt, & in alijs ad viam iuris redigere, dispensauit per suum legatum & commissarium Rosanum in Hispania in quodam simili casu illius nationis. Quare humillimè supplico S. V. vt dignetur condonare mihi hanc importunitatem, & audire duo, quae sequuntur.

2 Alterum est, quod ad illa duo argumenta, quae S. V. opposuit mihi grauissima ex cap. 2. a quae nullus comminiscendum in illud meminit: quorum vnū est, quod per illa verba, *Vbi non est consensus, & infra*, significari videtur quod impuberes non possunt habere consensum sufficientem ad matrimonium: secundum est, quod illud capit. non videtur probare quod matrimonium inter impuberes contractum approbari possit, sed tantum quod propter urgentem causam solum tolerari possit; & quod multa tolerantur, quae non approbantur. b

3 Ad quorum prius respondebam, quod Gregorius Nonus non posuit clausulam illam integram, *Vbi non est consensus, non est coniugium*. sed solum posuit initium, scilicet, *Vbi non est consensus, & cetera*. ad opportunitatem allegandi, vt saepissime fecit in compilatione libri Decretalium; & quod omisit residuum, ad denotandum quod id non erat verum in omnibus impuberibus, sed solum in infantibus, & alijs, qui non sunt doli & consilij capaces. Ad quod facit, quod licet Antonius Augustinus, vt S. V. optimè ponderauit, non ponat in initio cap. illam clausulam, vt ego putabam, ponit tamen postea in sua nota desumptam ex Nicolao, quem Gratianus citat. c Ex quo patet, quod Gregorius IX. noluit vt illa integra reponeretur in suo libro Decretalium.

4 Salua grauissima censura Sanctitatis vestrae, humiliter responderetur primo, quod per memoriale, quod heri Sanctitati vestrae tradidi, irrefragabiliter probatur posse inueniri consensum sufficientem ad coniugium inter impuberes, vt inuentus fuit in casu cap. *continebatur*. d & in casu cap. *vlr*. e Et ita nec per illud cap. nec per vllum alium textum potest probari contrarium.

Secundo, quod praefatum cap. adeo non probat contrarium huius conclusionis, quod immo videtur probare illam, ea consideratione vt supra. Facit etiam illud, quod idem Antonius, f allegat ex quodam loco Greg. illa verba, *Manifestum est, eum puberem esse, qui gestulatione sui corporis talis est, vt iam procreare possit, licet ad metas legis definitas non peruenerit*. cui satis concordat cap. *puberes*. g in illis verbis, *Certum est, eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare iam potest*. Facit etiam, quod Nicolaus Papa relatus à Gratiano, h ex illa clausula integra, *Vbi non est consensus, non est coniugium*, solum infert, quod pueri in cunabulis existentes non possunt contrahere matrimonium, nec contractum pro eis à parentibus eorum valere: & ita mens eius fuit, dicere quod consensus infantilis non sufficit; quod omnes fatentur.

a De despons. impub.

b cap. cum iam dudum. de prab n

c 30. q. 2. c. 1.

d De despons. impub. e De eo qui cog. con. ang. vxo. sua. f In cap. 3. e. iusdem tit. de despons. col. 1.

g Eod. tit. h In cap. 2. bi 30. q. 2.

Ad posterius autem argumentum cum eadem reuerentia & humilitate responderetur, praesupposito quod verbum, *tolerare*, est generale, & significat ferre, pati, & sustinere, secundum omnes Latine callentes; & ita est genus ad patientiam, & sufferentiam bonorum, & malorum, iuxta illud Terentij, *Vna tecum bona malaque tolerabimus*. Vnde duplex est tolerantia: altera, per quam actus approbatur tamquam bonus: altera, per quam actus non approbatur, sed relinquitur impunitus, iuxta glossam celebrem & receptam. a De priore approbatu loquitur cap. *si quando*. b quatenus habet, Papam patienter sustinere, vt ab eius mandato rationabiliter supplicetur: & cap. *cum teneamur*. c quatenus habet, Papam aequanimiter sustinere, ne mandatum eius, quo mandat alicui prouideri, impleatur, si ipse habeat aliud beneficium sufficiens, & in *l. quasi sum*. d sententia bona appellatur tolerabilissima, & in cap. *tolerabilis*. e patientia malorum poenae, per quam vitatur consensus in peccato, dicitur tolerabilis, & toleranda; & tamen actus ille toleratus est optimus. vnde patientia martyrum appellatur tolerabilis, quae tamen adeo est bona, vt per eam ipsi dicantur, *victorum genus optimum*. De posteriori, qua non approbatur actus, sed tantum relinquitur impunitus, loquitur praefatum cap. *denique*. f & cap. *cum iam dudum*. g

B Hoc igitur praesupposito, responderetur quod praefatum cap. non est intelligendum de tolerantia priore approbatu. Tum quia in dubio verba in meliorem partem sunt intelligenda. h Tum quia sancta Sede Apostolica approbavit matrimonia contracta inter impuberes in casu cap. *continebatur*. i & cap. *fin*. k sequuta copula carnali, non tamquam contracta per copulam carnalem, quia illa non facit matrimonium, sed à tempore quo illa fuerunt contracta per verba de praesenti, per quae matrimonium contrahitur. Tum per alia, quae in hesterno memoriali fuerunt Sanctitati vestrae praesentata, & alia plura, quae in informatione prima fuerunt scripta.

Refertur Greg. 13. die 13. Aprilis 1580. respondisse Sedem Apost. ob hoc non esse interpellandam, cum si desit discretio, vel potentia consummandi matrimonium Sedes Apost. nihil possit. Quod si neutrum deesse cognouerit Ordinarius, poterit (si causa, quae narrantur sunt vera) suo iure dictam licentiam concedere.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochi remittere nequeunt denunciations trinas matrimonij contrahendis praemittendas.

CONSILIVM I.

QUIDAM volentes matrimonium contrahere, & timentes ne si publicaretur, antequam esset contractum, à maleuolis retardaretur, vel etiam impediretur, quae fuerunt, an denunciations trinae, quae ante fieri debent, possint à parochio remitti.

E Ad quam quaestionem respondimus id quod diximus in Manu. confess. scilicet, quod parochi non possunt relaxare obligationem praemittendi tres denunciations faciendas super impedimentis eorum qui volunt contrahere matrimonium. Tum quia Concilium Tridentinum concedendo hanc facultatem Episcopis, videtur tacite negare parochis, vt ibi diximus. m Tum quia illa trina denunciatio praecipua fuit ante Concilium Tridentinum per Concilium generale, de quo in cap. *cum inhibito*. n quod Concilium Tridentinum non tollit, immo confirmat: & secundum mentem communem doctorum non poterant parochi obligationem illius cap. tollere, vel relaxare, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Commendatarius potest omnia, quae Abbati titulari competunt ratione dignitatis; & si sit exemptus habens iurisdictionem quasi Episcopalem, potest regulariter omnia, quae sunt iurisdictionis Episcopalis, & est ordinarius: vnde & ipse remittit denunciations matrimoniales. & num. 2.
- 1 Indefinita locutio legis & canonis intenditur tradere regulam aequipollet vniuersali.
- 2 Diocesanorum appellatione non veniunt inferiores Episcopo praetati, etiam exempti licet veniant appellatione ordinariorum.

CONSILIVM II.

AN Commendatarius abbatiae, quae habet iura episcopalia, & est nullius diocesis, possit tamquam ordinarius

a In ca. denique. 4. dist. b De rescrip.

c De praben.

d ff. de hered. inst. e 32. quest. 5.

f 4. distin. g De praben.

h Cap. 2. de reg. iur. i De despons. impub. k De eo qui cognou. cōsā. vxo. su.

l Cap. 22. num. 70.

m Arg. cap. nonne. de praesumpt. & l. cū prator ff. de iud. n De clandest. despons.

remittere

a Sess. 24. ca. 1. de refor.

b Ca. quere- lam de elect. c In cap. ad- ceteri. in vltim. q. de rescript.

d Cap. ut cir ca de elect. li. 6. verbo alio rum ecclesiarum officiorum.

e De officio ordi. li. 6. f Eod. titulo. g Clem. de in- ro patro. ver- bodum. anis.

h Cle. 1. ver. propri. de re. ecclia. no. aliis.

i Cap. 1. de ve- form. matri- monij. c. 24. k Reg. no. pre- fas. de re. in. lib. 6. l cap. 1. m Arg. ca. ad- no. str. de in- ro. n cap. 1.

remittere denunciations matrimonium, quæ fieri deberent in ecclesijs sua: abbatie, iuxta decretum Concilij Tridentini. 1 Videtur dicendum affirmatiuè quod sic. Primo quidem, quod quidquid potest Abbas titularis ratione dignitatis, potest commendatarius illius, vt notat Panormitanus, b quem & alios sequitur Decius. c

Secundo, quod omnis ordinarius potest remittere denunciations matrimoniales: quoniam præfatum Concilium Tri- dentinum inde finitè disponit, quod ordinarius potest; & in- definita canonis vel legis intendentes tradere regulam, æqui- pollet vniuersali, iuxta glossam solemnem & receptam. d

2 At palam est præfatum Abbatem commendatarium esse ordinarium, per glossam adiuncto textu cap. ordinarij. e & per rubricam de offi. ordinarij. adiuncto cap. cum ab ecclesiarum prelatu. f

Tertio, quod glossa solemnis & recepta, g definit pluri- mum referre, an constitutio concedat aliquam facultatè dice- cesanis, an ordinarijs: quia priore casu videtur concedere so- lis Episcopis, posteriore verò etiã alijs inferioribus ordinarijs.

Quarto, quod prælati exempti, qui habent iurisdictionem quasi episcopalem, possunt regulariter facere omnia, quæ possunt in diocesi sua Episcopi, circa ea quæ sunt iurisdic- tionis, iuxta glossam quæ putatur singularis. h

S V M M A R I V M.

- 1 Parochi loci, vbi contrahitur matrimonium, siue sit habitatio- nis viri, siue mulieris presentia sufficit.
- 3 Matrimonium sine presentia parochi contractum nec vim spon- salsium habet, adeoque notoriè nullum est, vt contrahentes propria auctoritate possint alteri nubere. num. 2.
- 4 Desforans virginem tacitè saltem rogantem, vel leuiter sine deceptione rogatam, quamuis intercesserit matrimonium ob impedimentum nulliter contractum, non tenetur eam in conscientia nec ducere, nec dotare; licet secus in foro exte- riori. & num. 5. & 7.
- 6 Fornicatio commissa post matrimonium, contra formam Con- cilij contractum liberat quidem virum ab obligatione vali- de contrahendi, sed non dotandi, si quam fortè prius occa- sione desforationis contraxerat.

C O N S I L I V M I I I.

Q VÆ S I T V M fuit primo, coram quo parochi con- trahi debeat matrimonium, quando coniungenda sunt personæ diuersarum parochialium; viri, an mulieris, vel vtriusq;?

Secundo, an qui matrimonium sine parochi presentia contraxerunt, possint ab eo absque iudicis licentia discedere.

Tertio, an matrimonium sine parochi licentia contra- ctum vim saltem sponsalsium habeat.

Quarto, an matrimonio sine parochi presentia cum virgi- ne contracto, si vir eam desforauerit, nec amplius cum ea contrahere velit, eam dotare teneatur.

Quinto, an ad idem teneatur, qui virginem pellicentem desforat.

Sexto, matrimonio sine parochi presentia cum virgine contracto, & consummato, si mulier cum alio fornicatur, an vir qui eam desforauit, nec amplius cum ea contrahere in- tendit, ad dæmni restitutionem teneatur.

Septimo, an etiam ad idem teneatur coniugatus, vel in sa- cris constitutus, qui cum virgine coit, & eam desforat.

1 AD P R I M A M respondeo, quod ad hoc, vt matrimo- nium valeat, sufficit quod interueniat parochus habitationis fœminæ, quando contrahitur in parochia habitationis eius; & sufficit parochus viri, quando contrahitur in parochia ha- bitationis viri, vt declarauit Congregatio Illustrissimorum Cardinalium ad dubia Concilij Trid. declaranda de puratorum.

2 AD S E C V N D A M respondeo, quod ad hoc, vt matrimo- nium sine presentia parochi, vel eius substituti, possint discedere à tali matrimonio propria aucto- ritate, & sine vlla iudicis auctoritate potest vir ducere aliam fœminam, & fœmina nubere alij viro. Tum quia tale matri- monium est ipso iure nullum, & omnino irritum, per 1 Con- cilium Tridentinum & impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum. k Tum quia censetur ab illegiti- mis personis contractum, per prædictum 1 Concilium; & consequenter adeo notoriè nullum, quod non est cur ad ea- tur iudex ad illud dissoluendum. m

3 AD T E R T I A M, quod tale matrimonium non vide- tur habere vim sponsalsium. Tum quia contextus prædicti n

Concilij habet huiusmodi contractum esse irritum, & nullum, & habendum pro contracto inter personas omnino illegiti- mas, inter quas non possunt interuenire sponsalia. Nec obstat cap. 1. a Tum quia matrimonium contractum, eo quod sit contractum inter impuberes, non censetur contractum inter personas omnino illegitimas. Tum quia casus ille est specialis, & non est trahendus ad alia saltem dissimilia, & in quibus non militat eadem ratio, argumento ca. presentis. b & cap. qualis. c

4 AD Q V A R T A M respondeo, quod is qui matrimo- nium cum virgine sine parochi presentia contraxit, & eam de- florauit, ad eum modum satisfacere tenetur, vel nõ tenetur, quo modo tenetur, aut non tenetur is qui desforauit virginem volentem, & non deceptam: quomodo autè hic tenetur, aut non tenetur, videatur c. 1. & 2. d & ea quæ nos diximus in Man. confesi. e vbi resoluimus, eum, qui desforauit aliquam leuiter rogatam sine vlla deceptione, & à fortiori rogantè saltem ta- citè, non teneri ad dotandum eam in foro conscientie, licet in foro exteriori sic: eum verò, qui desforauit magnis precibus ad consentiendum adductam, teneri ad dotandum.

5 AD Q V I N T A M respondeo, quod adolescens de- florans virginem pellicentem seu inducentem ad fornicationem, vel stuprum, in foro conscientie non tenetur ad ei resti- tuendum aliquid, sed in foro exteriori condemnabitur, vt in dicto Man. f dicitur in simili fortiori casu, videlicet, cum ado- lesceus non rogatur, sed rogat, leuiter tamen, & sine vlla de- ceptione, vt proxime dictum est.

6 AD S E X T A M respondeo primo, quod qui contra- xit cum aliqua contra formam prædicti Concilij & consum- mauit matrimonium, si postea illa fornicata fuerit, non tene- tur contrahere cum illa, arguendo cap. quemadmodum. g qua- tenus probatur, eum qui iurauit ducere aliquam, non teneri, si postea fornicata fuerit. Secundo, quod tenetur ad dotandum, si ante illam fornicationem erat obligatus: quia fornicatio sequens non est causa tollend. obligationem, quæ ante illam tenebatur dotare. h An autem teneatur ante illam fornicationem, vide- tur colligi ex responsione ad quartam.

7 AD S E P T I M A M respondeo, quod si coniugatus, vel sacris initiatus desforauit virginem contra formam, vel ordinis sacri, non tenebitur quidem illam ducere, vt proponitur in ipsa quæstione; nec tenebitur eam dotare in foro conscientie, si desforauit volentè, vel rogantem, vel tantum leuiter ro- gatam sine vlla deceptione, per responsa ad quæstionem quin- tam. Si autè desforauit rogatam magnis precibus, tenebitur ad dotandam in vtroq; foro, per responsam ad quartam quæstio- nem. Adde tamen id, quod apud neminem legere memui, pre- ces quæ viderentur esse leues, si fierent à gregario iuvene, pos- se dici graues, si fierent ab aliquo magna auctoritatis viro puellæ gregariæ, argumento illius vulgaris, Preces superioris sunt iussu. i & glossa, k & consequenter fieri possent, quod ro- gatio, quæ esset leuis, si fieret à gregario iuvene, diceretur grauis & importuna, si fieret ab aliquo, cui notabilem aucto- ritatem adderet coniugium, aut sacer ordo.

Aduerte, ne ex solutione prima quæst. inferas; Ergo si solus paro- chus viri interueniat, quando matrimonium contrahitur in parochia fœminæ, vel è conuerso, sit nullum, quia refertur à sacra congrega- tione resolutum validum esse, vt etiam auctor refert consilio seq.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochi vnius contrahentiũ presentiam etiã sufficere in quacũq; parochia contrahatur, Congregatio Concilij declarasse refertur.
- 2 Parochi illius presentia requirenda potius videtur, in cuius pa- rochia, siue sit viri, siue mulieris contrahitur matrimonium, & hoc etiam censuit Congregatio. & nu. 1.

C O N S I L I V M I V.

V T R V M ad matrimonij valorem sufficiat presentia parochi viri in parochia mulieris, vel contra presentia parochi mulieris in parochia viri?

1 Respondeo primo, quod decisio huius quæstionis pender ex intellectu illorum verborum Concilij Tridentini, l qui- bus requiritur ad valorem matrimonij presentia parochi, vel alius sacerdotis de licetia ipsius, siue ordinarij; & ex intellectu verborum, quibus Congregatio Illustrissimorum Cardina- lium cum assensu Papæ declarauit præfata verba, cum dubi- taretur vtrius parochi presentia requiretetur, quando vir & mulier sunt diuersarum parochiarum.

a §. 1. de des- spons. impub. lib. 6.

b §. loca. de prob. lib. 6. c 25. dist.

d De adult.

e ca. 16. n. 16.

f ibi supra.

g De iuratur.

h Arg. totius tituli i. i. quibus modis tollitur obli- gatio.

i l. 1. k Verbo quæ- admodum. ff. quod iussu.

l cap. 1. de vo- forci. sess. 24.

a l. in civile. ff. de legib.

Secundo dico, quod quis in civile est iudicare de lege, nisi ea tota petita, * ita non potest apte responderi huic quaestioni, nisi respectu omnibus verbis, quibus constat declaratio illa praefatorum Illustrissimorum.

Tertio, quod ego à fide dignis accepi, quod declaratio praefatorum DD. Cardinalium constabat ex verbis, quae significant id, quod adieci in Manual. confess. scilicet sufficere parochum mulieris, cum in eius parochia contrahitur, & parochum viri, cum in eius parochia contrahitur. Nunc autem subaudio praefatam Congregationem declarasse, quod praesentia parochi vnius contrahentium sufficit, in quacumque parochia contrahatur.

Quarto dico, quod si per priora verba declarant, arbitrator non sufficere praesentiam parochi viri, si contrahatur in parochia femine, neque è contrario, si contrahatur in parochia viri. Si vero declarant per verba posteriora, arbitrator sufficere alterum parochum, in quacumque parochia contrahatur.

Quinto, quod prior declaratio in dubio mihi videtur esse germanior verbis & menti Concilij. Tum quod secundum illam neutri parochorum datur auctoritas in aliena parochia, per aliam verò sic: quod agrè conceditur in his quae pertinent ad forum exterius, cum praesidio tertij. * Tum quod duplex ratio secundum primam interpretationem concurrat: scilicet quod est parochus alterius contrahentium, & contrahitur in parochia sua: & secundum alteram vna tantum, scilicet quod est parochus alterius contrahentium: & duo vincula sunt fortiora vno. ^d Tum quod parochus, in cuius parochia contrahitur, videtur quadamtenus esse parochus vtriusque contrahentium, alterius quidem proprie ratione domicilij, vel habitationis, alterius verò ratione contractus matrimonij, iuxta cap. ^e

Sexto, quod si vir parochum suum duxerit in parochia mulieris, cum qua volebat contrahere, nihil concludit pro matrimonio. & consideratio illa subtilis, quod mulier per matrimonij contractum mutat domicilium ad locum domicilij viri, nihil prodest: quia matrimonium est causa illius mutationis, & acquisitionis domicilij, & praecedat eum saltem natura, siue ordine naturae: & cum effectus non possit esse causa suae causae, mutatio illa & acquisitio domicilij noui non possunt esse causa matrimonij, quod est ipsorum causa, iuxta tradita per Aristotelem & omnes, & saepe à nostris recepta. Nec argumenta sumpta ex facultate exercendi iurisdictionem voluntariam in alieno territorio videtur posse concludere pro matrimonio. Tum quod in proposito non agitur de exercenda iurisdictione, sed de exhibenda praesentia. Tum quod illa concluderent, quod praesentia parochi viri sufficeret in parochia, quae non est viri, nec mulieris, quod non videtur admittendum. Quae omnia sub iudicio Illustrissimi Domini mei, quae emunctissima est, censuræ.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium, cui nec parochus, nec alius sacerdos de parochia seu ordinarij licentia assistit, adeo nullum est, ut partes à se ipsis possint discedere, & alteri copulari. & seq.
- 3 Divortium quo ad cohabitationem potest petere coniux, qui ex suspitione probabili timet ne alter sibi mortem machinetur.

CONSILIVM V.

N. & **M.** contraxerunt matrimonium per verba de praesenti coram quodam presbytero, & quibusdam alijs testibus, nulla denunciatione in Ecclesia faciendarum facta, & postea septennio conuixerunt ut veri coniuges.

Queritur primo, an matrimonium valuerit, vel ratificatum fuerit per cohabitationem septennij.

Secundo, supposito quod non valuit, an possint à sese separari, & cum alijs contrahere.

AD PRIOREM quaestionem respondeo, quod si praefatus presbyter non erat parochus vnius eorum, neque habuit licentiam ab eorum parochis, vel ab ordinario, ad assistendum praefato matrimonio, ut quaestio ipsa videtur significare, illud fuit nullum, & cohabitatione praefata septennij non fuit factum validum per ^h Concilium Tridentinum.

AD POSTERIOREM responderetur, quod ex prioris solutione redditur ipsa superflua, cum ex illa sequatur quod etiam sine alia vlla causa, quam defectu praesentiae parochi, vel alterius sacerdotis de licentia eius vel ordinarij,

A matrimonium contractum adeo sit nullum, ut vir ipse possit se ab illa putativa coniuge separare: & consequenter potest quilibet eorum nouè contrahere matrimonium, vir quidem cum alia femina, & ipsa mulier cum alio viro, perinde ac si illo septennio in puro concubinato conuixissent.

3 Quamuis etiam si matrimonium valuisset, posset petere separationem ex suspitione probabili, quod illa machinaretur sibi mortem, per textum singularem. * Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium de licentia parochi tempore pestis coram acolyto contractum est nullum.
- 2 Episcopus, seu parochus solus presbyteris potestatem assistendi matrimonio contrahendo delegare potest.

CONSILIVM VI.

An valeat matrimonium contractum tempore pestis coram sacrista Ecclesiae parochialis, clerico minorum tantum ordinum, de licentia facta sibi ad id per parochum eiusdem Ecclesiae?

1 Respondeo quod non. Tum quia tamquam necessarium statuitur in Concilio Tridentino, ^b quod matrimonium quod non contrahitur praesente parochis, aut alio sacerdote de eius licentia, sit nullum: vnde cum praedictus sacrista neque sit parochus, neque sacerdos, matrimonium coram illo contractum erit nullum. Tum quia verba illius canonis videntur adeo clara pro hac parte, quod in nullo casu videtur posse ab illa forma recedi. Tum quia, si dicatur propter pestem posse ab illa recedere, oportebit continuo dicere posse ab ea recedere propter metum, & quodlibet aliud notum impedimentum: & consequenter aperietur ostium ad inducendas multas fraudes, & aliqua, & maiora forsitan impedimenta, quam quae ante Concilium oriebantur ex matrimonijs clandestinis.

2 Tum denique quod nec parochus, nec Episcopus, siue Ordinarius, hoc enim verbo vritur Concilium, & non verbo Episcopi potest delegare hanc assistentiam, nisi ei, qui sit sacerdos, etiam si parochus nondum fuerit presbyter, neque Episcopus consecratus, sed tantum subdiaconus: quos tamen demandare posse illam sacerdoti, non videtur dubitandum.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochus contrahentium, & non loci vbi contrahitur, interesse debet matrimonio contrahendo.
- 2 Parochianum non facit habitatio ad tempus extra domicilium.
- 2 Domicilia duo potest quis habere in locis separatis, si in vtroque aequaliter habitet.
- 3 Confessio sacramentalis facta parochis rurali, ad quem paritens rusticandi gratia aliquoties accedit, non valet.

CONSILIVM VII.

CIVITATIS incolae, & in rure praedia habentes, & ad rusticalia exercenda aliquoties in anno ad rus accedentes, dimissa in vrbe parte familia, coram parochis rurali & testibus matrimonium contraxerunt, cum in dicta ecclesia esset Conc. Trid. receptum, & publicatum. Queritur, an matrimonium teneat?

1 Ad quaestionem hanc respondendum est, proculdubio praedictum matrimonium iudicandum esse inualidum, illa ratione syllogistica in prima figura, & modo tertio, qui dicitur vulgo, *Dary*, scilicet; Omne matrimonium contractum post Concilium Tridentinum receptum & rite publicatum, aliter quam praesente parochis, vel alio sacerdote de ipsius parochi, aut ordinarij licentia, est inualidum & nullum, & at matrimonium praedictum est contractum post Concilium Tridentinum rite & rectè publicatum, aliter quam praesente parochis, aut alio sacerdote de ordinarij, vel parochi licentia; ergo est inualidum & nullum. Non obstat, quod praedictus presbyter ruralis erat fortè parochus Ecclesiae parochialis illius ruris. Tum quia contextus Concilij intelligendus est de parochis contrahentium, vel saltem alicuius eorum, secundum omnes: & praedictus presbyter nullius contrahentium erat parochus, licet esset parochus ruris.

2 Non obstat etiam, quod praedicti contrahentes, vel alter eorum habet domus & praedia in illo rure, siue pago, & quod

b cap. 25. nu. 144.

c Lugdunensis. v. nu. 2. & de. 1. de prim. leg.

d cap. 1. de irren. & pace. auct. itaque. C. communia ff. de successio. e. De foro copat.

f. cum quadam puella. ff. de iurisdict. omnium iud.

g in 2. Phisicorum.

a In cap. literas. s. fin. de restit. spolias.

b cap. 1. de re for. matrim. sess. 24.

c cap. 1. de re for. matrim. sess. 24. Concilij Tridentini.

h cap. 1. de re for. mat. sess. 24.

aliquanto

a De sepul. lib. 6. b Sub fin. ov. tit. 6. lib. c S. iuris pruden. ff. ad municip. d S. si quis. ov. tit. e Eod. tit. f De pan. & remiss. & ca. fin. de poen. dist. 6. g Ca. 5. & ca. 9. sess. 14. eiusdem Concilij.

aliquanto tempore soleant ibi commorari causa recreationis, vel rusticiadi, vel exercendi per se, vel per alios aliqua rusticalia: quia ea non sufficiunt ad faciendum quem parochianum parochiz ruris, ut est casus irrefragabilis in cap. is qui. 2. Nec obstat, quod potest quis habere duo domicilia in duobus locis separatis: quoniam id est verum quando quis in utroque loco equaliter habitat, & non aliis, ut est casus in c. 2. b & in l. assumptio e ibi, si utrobique, &c. cui satis concordat l. eius qui, d & Paulus Iuriconsultus in l. Labeo, e requirit ad hoc, ut ex equo se habeat ad utrumque locum. & nemo auderet dicere, quod confessio sacramentalis facta predicto presbytero rurali sine licentia sui parochi valeret: quia id esset contra cap. omnis utriusque sexus, f & contra Concilium Tridentinum requirens quod sit iudex competens, & habeat iurisdictionem spiritualem in comitentem. 8 Salva, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium ob defectum parochi non desinit esse validum si in parochia Concilium Tridentinum non est publicatum. 2 Matrimonium contractum coram schismatico parochi saltem coloratum iuratum habente: si non fuit ut talis declaratus & parochia priuatus, validum est.

CONSILIVM VIII.

AN TENEAT matrimonium coram parochi schismatico tum parochiale ecclesiam regente contractum? Ad questionem respondeo primo, desiderare me scire, an hoc contigerit in terris ubi est receptum Concilium Tridentinum & ubi eius canon, qui de hac re disponit, sit publicatus in ecclesia parochiali, cui subdit: sunt contrahentes: quoniam si non est receptum, ita ut predicatur, censendum est validum matrimonium, iuxta canones antiquiores. Secundo, quod, si receptum est, & publicatio facta, videtur distinguendum, an presbitus sacerdos habuerit canonicam institutionem: si enim eam habuit, & non est per sententiam declaratus schismaticus, & priuatus suo iure, videtur censendum validum: si autem non obtinuit institutionem canonicam, neque coloratam, videtur censendum non fuisse validum, per ea que non vacat in presentia scribere.

SUMMARIUM.

- 1 Parochus etiam qui sacerdos non est matrimonio contrahendo presens esse potest, num. 2. & sect. 1 Alternativa vna pars declarat alteram: sufficitque altera implere, num. 6. 2 Relativum alius significat similem qualitatem in relato. 3 Verba sunt in propria significatione accipienda, a qua tamen propter communem usum receditur interdum, num. 3. 4 Parochus est, qui habet partem cura animarum populi intra certos limites congregati, vel habet parochiam, licet sacerdos non sit, num. 3. 4 Parochus nondum sacerdos potest omnia, qua ad parochum spectant, per se exercere, exceptis actibus pertinentibus ad ordinem. 4 Dare licentiam alteri, ut exerceat sacramenta, potest etiam is qui non habet ordines. 4 Episcopus non consecratus omnia que pertinent ad Episcopum, prater ea qua sunt ordinis exercere potest. 5 Parochus actu regimen animarum ante promotionem ad ordines habet.

CONSILIVM IX.

VTRVM in contrahendo matrimonio sufficiat presentia parochi, qui nondum est sacerdos? Pro parte negante facit, quod h Concilium Tridentinum videtur requirere, quod sit sacerdos, per illa verba: Parochus vel alius sacerdos. Tum quod vna pars alternativè declarat alteram. Tum quod relativum, alius, significat similem qualitatem in relato. & ita cum altera pars alternativè habeat, sacerdos, cum relativo, alius: præsupponit, quod alia pars alternativè, que est, parochus, debeat intelligi de parochi sacerdote. Pro affirmatiua tamen facit primo, quod verba in propria significatione sunt accipienda. At verbum, parochus, secundum linguæ Latinæ callentiores significat habentem munus præbendi quædam necessaria vitæ quibusdam: est enim dicti G. quæ deducta à dō rō rapōxer, quod est præbere, ut ad notavit Budanus. Et parochus, de quo est questio, licet nondum sit sacerdos, habet potestatem præbendi quædam neces-

h Cap. 1. de reform. matrim. i l. i. ff. de re. dub. k l. v. ad iter. ff. de leg. 3. f de iunior. & honorib. in l. fin.

aria vitæ spirituali. Secundo, quod licet interdum recedatur à propria significatione propter usum communem, & quod secundum usum communem idem significat parochus, quod curatus sacerdos: tamen quia etiam secundum usum communem Iuristarum significat eum, qui habet partem curæ animarum, videlicet populi infra certos limites congregati, iuxta Archidiaconum, b receptum cōmuniter ibi, & in rubrica de parochijs & alie. par. sed etiam canonibus insertum significat habentem parochialem ecclesiam, ut satis colligitur ex d. cap. licet canon. & cap. cum ex eo. & cap. commissi. c & constat prouisum canonice de Ecclesia parochiali, etiam si nondum sit sacerdos, habere Ecclesiam parochialem, & curam animarum certo loco deputatarum: ergo etiam secundum communem usum dicitur parochus.

Tertio, quod parochus, de quo est questio, potest facere omnia: que pertinent ad habentem parochialem Ecclesiam, etiam per se, exceptis actibus pertinentibus ad ordines, arg. cap. suffraganeis. & cap. transmissam. d que probant electum & confirmatum in Episcopum, & nondum consecratum, posse exercere omnia pertinentia ad Episcopum, præter ea que sūt ordinis: & præterea dicit glossa recepta, e posse parochum adhuc non presbyterum, de quo est questio, dare licentiam religio ad administranda omnia sacramenta in sua parochia: quia illud nõ requirit ordinem. at exhibere presentiam matrimonio contrahendo nõ pertinet ad ordinem: ergo potest eā exhibere.

Quarto, quod huiusmodi parochus dicitur habere regimen animarum actu, ut probant predictum cap. licet canon. & cap. cum ex eo. & cap. commissi. f quatenus expresse habet, eū, cui est collata Ecclesia parochialis, debere assumere presbyteratum intra annum à commissio sibi regimine animarum: per quod clarè præsupponat eū habere regimen animarum: ante promotionem ad presbyteratum.

Quinto facit, quod in d. Concilio, syndecies facit mentionem Synodus de parochi, & nulla illarum vicium facit mentionem de sacerdotio, nisi cum actus permittitur fieri per alium, quam parochum: & ita sensus germanus illius canonis videtur esse, quod parochus sine sacerdotio potest exhibere presentiam matrimonio contrahendo, sed non per alium, nisi sit ille sacerdos.

Sexto, quod ad satisfaciendum dispositioni alternativè sufficit prestare alteram partium. h At Concilium alternativè requirit parochum, vel alium, qui sit sacerdos, ergo sufficit quod sit parochus, licet non sit sacerdos.

Septimo, quod non est verisimile, voluisse Conciliū tollere proprio parochi auctoritatem exhibendi presentiam in actu, qui non requirit ordinem, cogendo eum ad concedendum illum alteri propter sacerdotium: cum maiorem auctoritatē habeat ipse in hoc, quam sacerdos.

Aduertendum, referri sacram Congreg. inclinasse in sententiam, ut parochus non sacerdos non possit matrimonio contrahendo interesse, sed debeat licentiam alicui sacerdoti illi interessendi concedere, ut etiam auctor tradit consilio seq.

SUMMARIUM.

- 1 Vicarius Episcopi non sacerdos matrimonijs contrahendū non presbit, sed sacerdotem ad id deleget.

CONSILIVM X.

AN vicarius Episcopi, qui sacerdos non est, possit presentiam matrimonio contrahendo prestare? Respondetur, quod articulus est satis anceps, in quo intellecti Congregationem sacri Concilij, cum quaeretur an sufficeret in contrahendo matrimonio presentia parochi, qui nondum sacerdos est, inclinasse in negativam, ponderando verba Concilij posita cap. 1. i vel alio sacerdote. in quibus colligi videtur, quod etiam parochus, si vult matrimonium auctorizare, debet esse sacerdos. vnde licet affirmatiua sit etiam de iure probabilis, non auderem tamen recedere à declaratione sacre Congregationis. Quare consulto faciet talis Vicarius dando licentiam alteri, qui sacerdos sit, ut matrimonio contrahendo interesse possit. Vide supra Concilium proximè præcedens.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium coram parochi & testibus licet ad id non vocatu contractum valet.

a l. Lab. ff. de supel. leg. cap. ex literis. de sponsalibus. b In cap. licet cano. de elec. lib. 6. c De elect. li. 6. d De electio. e in clem. 1. de prouileg. f De electio. lib. 6. g Cap. 1. de re formatio. matrimonij. h Reg. plerūque ff. de iure iur. cap. in alternatiuis. cū gloss. de reg. iur. lib. 6. i De reform. matrim. sess. 24.

CONSILIVM XI.

Quidam contrahere volentes matrimonium, & suspicantes quod parochus, cuius presentia erat necessaria ad valorem matrimonij, iuxta Concilium Tridentinum nollet esse presens illi contrahendo, vocauerunt eum quasi ad aliud propositum in quandam domum; & mox eo presente, & ignorante quid agere volebant, surrexerunt predicti contracturi, & mutuo se receperunt in coniuges per verba de presenti coram illo parcho, & aliis duobus vel tribus testibus. Quæritur an matrimonium valeat.

1 Respondeo, quod multa pro vtraque parte possunt adduci: sed quia non vacat, breuiter dicimus, predictum matrimonium valere. Tum quia est contractum presente parcho, & duobus vel tribus testibus; quod solum requirit prefatum Concilium ad substantialem valorem matrimonij. Tum quia non requiritur saltem regulariter, vt testes sint rogati, & sciat ad quid rogantur, sed sufficit quod sint presentes ad id quod agitur per aliquem sensum corporeum: & predictus parochus, licet nescisset quod fuisset vocatus ad hoc, vt videret contrahi dictum matrimonium, tamen vidit, & audiuit illud contrahi per sensum corporeum visus, & auditus: ergo satisfactum fuit Concilio. Tu quia finis & causa principalis, propter quam id statuit Concilium fuit vt matrimonium alicuius indissolubile contrahendum non esset adeo clandestinum, vt probari non posset, & quod sciretur esse contractum, & in casu proposito satisfactum fuit huic fini, & causæ principalis: quia potest probari, & scitur esse contractum; immo est magis publicum, quam si parochus sponte, & prudens rei futuræ adijisset locum, vbi contrahendum erat: quoniam parochus conuenerit de contrahentibus, quod eum deceptissent, magis illud publicabit, quam aliis publicasset. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Licentia, quam dat parochus sacerdoti, vt intersit matrimonio contrahendo, sufficit vt sit verbalis, & probari potest per testes.
- 1 Scriptura sit ad faciliorem probationem, in nullò actu est necessaria, nisi in casibus, in quibus lex eam ad actus valorem requirit.

CONSILIVM XII.

Utrum licentia, quam dat parochus alteri sacerdoti vt sit presens pro eo matrimonio contrahendo, debeat esse scripta, an sufficiat data verbo tantum, & quomodo probetur?

1 Respondeo, quod sufficit verbalis tantum. Tu quia omnis dispositio potest fieri verbo, nisi canon vel lex requirat ad actus valorem scripturam, iuxta glossam singularem & receptam. Tum quia quamuis sententia definitiua debeat in scriptis fieri, iuxta cap. vlt. quia id ibi specialiter statuitur; interlocutoria tamen, & alia præcepta in iudicijs possunt verbo tenus fieri, iuxta glossam receptam quia nulla iura specialiter requirunt ad eorum prolationem scripturam. Tum quia etiam collatio beneficij potest fieri, & probari absque scriptura secundum omnes. Tum per illa multa, quæ post alios adducit Decius pro illa conclusione communiter recepta, quod ad essentiam & valorem gratiæ non requiritur scriptura; & sic dici potest, quod predicta licentia potest probari per testes. Tum quia quo ad effectum probandi regulariter testes & instrumenta æquiparantur. Tum quia nihil valent, saltem quo ad forum exterius, dispositiones sine scriptura factæ, si per testes absque scriptura non possent probari, vt palam est, cum facta non presumantur, nisi probentur. Tum denique quod regulariter scriptura non requiritur ad probationem, sed tantum ad illam facilius faciendam.

S V M M A R I V M.

- 1 Speciali nota digna, nisi specialiter notentur, neglecta censentur.
- 2 Matrimonio interesse potest sacerdos habens generalem a parcho licentiam exercendi curam.
- 3 Parochus vices suas committere valet, & à regula non disceditur, nisi expresse caueatur.
- 4 Vicarius parochi contrahendis matrimonijs assistere valet, & hoc etiam si sit datus ab eo, qui ad modicum tempus sine licentia scripta Episcopi recessit.
- 5 Parochi in matrimonio contrahendo assistentia requiritur, ne desit probatio, nec reputatur inter functiones digniores parochi.

CONSILIVM XIII.

AN sacerdos ex generali licentia sibi impertita à parcho, vt possit exercere omnia, quæ ad curam pertinent, possit interesse matrimonio contrahendo, iuxta decretum Concilij Tridentini.

1 Ad hanc questionem respondetur, quod pro parte negante, scilicet quod non sufficiat licentia generalis parochi, facit, quod ea quæ sunt speciali nota digna, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta, & prefata licentia videtur speciali nota & concessione digna.

2 Pro parte autem contraria facit primo, quod regulariter concessio & dispositio generalis generaliter est intelligenda, ergo concessio vicium suarum facta alicui sacerdoti à parcho, comprehendit etiam vicem, & facultatem assistendi matrimonio contrahendo.

Secundo, quod à regula non est discedendum, nisi expresse caueatur discessio, & exceptio, iuxta glossam celebrem cui similis in rub. de reg. iur. & probatur per l. i. At omnis parochus regulariter omnes vices suas potest committere alteri sacerdoti generaliter, & specialiter, argumento glossæ solemnis & receptæ: quatenus habet, iure canonico omnia esse delegabilia: ergo parochus generaliter & specialiter potest committere prefatam licentiam assistendi.

Tertio, quod sacerdos, cui committitur generaliter exercenda in aliqua parochia, potest administrare omnia sacramenta, immo & dare licentiam alteri sacerdoti ad administrandum illa omnibus parochianis, iuxta glossam notabilem quatenus habet prefatum sacerdotem posse ministrare sacramentum Eucharistiæ & extremæ unctionis: ergo à fortiori potest prefatam assistentiam facere, argumento auth. multo magis, cum administratio sacramentorum longè maior sit, quam assistentia prefata.

4 Quarto, quod consuetudo est optima legum interpret, & receptum videtur, quod omnes vicarij substituti à parochis nondum factis presbyteris iuxta cap. licet canon. vel aliam absentiam iuxta Concilium Tridentinum, etiam quando parochi absunt ad paruù tempus sine licentia scripta Episcopi, vt durante illa absentia assistant matrimonijs contrahendis, etiam non madetur specialiter illa assistentia, ergo ita seruandum videtur.

5 Quinto, quod ratio, quare illa assistentia iubetur committi alteri sacerdoti, non est quod illa sit maior & dignior functione parochi: quandoquidem aliæ functiones sacramentales sunt longè maiores, sed vt non desit probatio matrimoniorum, ne clandestinè matrimonia contrahantur: & consequenter non obstat argumentum pro contraria parte formatum, scilicet quod speciali nota digna videntur neglecta, nisi specialis de illis fiat mentio.

S V M M A R I V M.

- 1 Cardinales in suis titulis habent iurisdictionem quasi episcopalem; vnde & dant licentiam, vt in eis coram non parcho sacerdote à suis subditis matrimonium contrahatur.
- 1 Matrimonij contrahendi coram alieno parcho licentiam dare potest ille, qui est ordinarius illius parochi, coram quo & in cuius parochia debent contrahere: at si matrimonium sit contrahendum in aliena parochia vel diocesi, nec licentia, immo nec presentia parochi, vel ordinarij ipsorum contrahere volentium sufficit. nu. 3. & 4. quandoquidem presentia auctoritatiua ordinarij, parochi ve, vel alterius sacerdotis ab ipsis licentiatis, quæ à sacro requiritur Concilio: in alieno territorio, in quo sunt priuata persona, prestari non potest. nume. 4. & 5.
- 2 Licentiam penitentia sacramentum, ordineque etiam extra diocesim ab alieno accipiendi, sicut & alios contractus faciendi dat proprius ordinarius; quia in his sola sufficit licentia. nu. 6. secus quo ad contrahendum matrimonium, in quo sola licentia non sufficit, sed auctoritatiua requiritur presentia. nu. 4.
- 3 Voluntaria iurisdictione vtimur extra territorium, modo in ea exercenda non requiratur presentia auctoritatiua. nu. 6.
- 4 Banna matrimonialia debent fieri in parochia, non ipsorum contrahentium, sed in qua contrahitur matrimonium.
- 6 Extra territorium suum existens ordinarius potest licentiam dare alicui sacerdoti, vt intersit matrimonio per subditos ipsius licentiatis contrahendo, modo illud contrahatur in territorio eiusdem licentiantis.

CONSILIVM XIV.

VIDAM volentes contrahere matrimonium inter se, & timentes impedimentum sibi factum iri in ciuitate, cuius erant incolæ, abierunt in aliam ciuitatem longè ab illa sitam, in qua post aliquot dies de licentia ordinarij predictæ ciuitatis, cuius erant incolæ, contraxerunt ma-

rimonium

a Capit. 1. de reformat. matrimo. sess. 24.

b In cap. 1. de censib. lib. 6. sub fin. gloss magna. c De sentent. & re iudic. lib. 6. d In d. ca. vlt. verbo definitiuus. e In cap. 2. de restit. spolia. f In rub. de constitutio. g l. in exercit. d. C. de fid. instru. h In bello. §. facta. ff. de capti. & postli. reuer. & in c. iureperitis de offic. deleg. il. contrahitur. ff. de pignoriò.

k Sess. 24. ca. 1. de reformat. matrim.

a l. apud La-beonem. §. ait prator. ff. de iur. b Cap. si Romanorum. 29. di. l. de pretio. ff. de pub. in rem actio. c l. omnis definitio. ff. de reg. iur. d Lib. 6. c. ff. eod. f In ca. peruenit. 95. dist.

g Clem. 2. de priuileg. verb. presbyterij. h C. de sacro. eccles.

i Cap. cum dilecti. de consuetud. k De elect. li. 6. l Ca. 1. de reformat. m Sess. 23.

trimonium in facie Ecclesie. Quæritur, an valeat matrimonium?

Respondeo primo, quod decisio huius quæstionis pendet à declaratione illius particulæ, quæ habetur in Concilio Tridentino. *Qui aliter quàm præsentie parochi, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, &c.* de quo ordinario intelligatur.

1 Secundo dico, quod sufficit licentia illius ordinarij, cui subiicitur parochus eius, cuius præsentia sufficeret ad contrahendum in parochia huiusmodi parochi; ita quod sufficeret licentia Episcopi, vel vicarij eius generalis, vel alius prælati, qui habet iurisdictionem quasi episcopalem, qua esset superior parochi, cuius parochianus est, qui vel quæ vult contrahere, qualem habent Illustrissimi Cardinales in suis titulis, ^b argumento glossæ singularis, ^o quatenus habet, tenendum esse, saltem post factum, Episcopum, vel vicarium generalem posse dare religioso licentiam administrandi sacramentum Eucharistiæ, vel extremæ vnctionis parochianis parochorum Episcopo subiectorum: & quod etiam ante factum id sit tenendum affirmat communis, & probat efficaciter Bonifacius. ^d

2 Maior tamen est difficultas; an licentia ordinarij proprii sufficiat ad contrahendum matrimonium extra diocesim & territorium suum. Nam pro parte affirmante facit primò, quòd sacerdos de licentia parochi potest audire confessionem illius parochiani extra parochiam (vt ita dixerim) licentiatum secundum omnes, ^c & etiam Episcopus extraneus potest ordinare subditum alterius Episcopi de licentia eius extra ipsius episcopatum, secundum omnes. ^f

Secundo, quod mulier, vel minor, qui iure prohibentur communi vel particulari contrahere aliquibus casibus sine licentia suorum iudicum, possunt contrahere cum illa, extra eorum territoria, si nihil aliud obstat secundum omnes. ergo.

3 Tertio, quod potest quis sua voluntaria iurisdictione vt extra suum territorium, vt habet glossa, si iuncto textu. ^h

Quarto, quia alioquin sequeretur, quod si duo Romani diuersarum parochiarum vellent contrahere in aliqua domo alicuius Illustrissimi sita in tertia parochia, non possent contrahere in ea, etiam ambobus parochis præsentibus; & quod ad hoc esset necessaria licentia Papæ, vel eius vicarij.

Quibus tamen non obstantibus pars negatiua videtur vera. Primo, quod præsentia ipsiusmet ordinarij proprii, licet esset sacerdos, non videtur sufficere extra suam diocesim, nec præsentia parochi extra suam parochiam: quia id videtur significare verba illa prædicta ipsius Concilij, *de ipsius parochi, seu ordinarij licentia*: videntur enim significare, quod præsentia parochi, vel sacerdotis ipsius licentiatum debet interuenire in sua parochia, & quod nõ sufficit vt interueniat in aliena. & idem eadem ratione videtur de præsentia ordinarij, vel licentiatum ab eo, quod non sufficiat, vt interueniat extra territorium, vel diocesim suam, sed quod interueniat intra illam.

4 Tũ quia parochus extra suã parochiã, & ordinarius extra suã diocesim vt est cõsuetur priuatę personę, saltę quo ad exequẽdũ suã potestãtẽ ibi, l. 3. adiũcta gl. i & gl. k adiũcto tex. l. Tũ quia bãnã, seu proclamata faciẽda tribus diebus festis cõtinuis, videntur esse faciẽda in parochia, in qua est contrahendum, iuxta cap. fin. ^m & notata ibi per Innocentium, & latius per Panormitanum receptum, & Præpositum. ⁿ Tum quia alioqui Episcopus, vicarius generalis eius, & parochus possent ira ad ciuitatem per ceterum millia distantem ad exhibendam suã præsentiam matrimonio contrahendo per sibi subditum, & etiam possent ibi licẽtiare aliquem sacerdotem, qui eiusmodi præsentiam præstaret. quod videtur contra mẽtem Concilij, & ita non dicendum. ^o

5 Tum quia ratio quare Concilium desiderauit præsentiam parochi, vel sacerdotis ab eo, vel ab ordinario licentiatum, in cõtrahendo matrimonium, fuit, vt cum maiori auctoritate illud contraheretur: quæ auctoritas cessat, cum eiusmodi præsentia exhibetur extra parochiam, vel territorium; quia, vt dictũ est ibi censentur esse priuatę personę: & sensus genuinus prædictę clausulę videtur esse, quod parochus, vel sacerdos alius de licentia eius, debet esse præsens matrimonio contrahendo, & quòd illud cõtrahatur in sua parochia, vel quòd sacerdos licentiatum ab ordinario sit præsens matrimonio contrahendo, & quòd illud contrahatur in sua diocesi, vel territorio.

6 Ad opposita responderi potest: Ad primũ negando, quod

A sit eadem ratio de confessione & ordine ac matrimonio. Nam id de confessione & ordine verum est, sed non est eadem ratio de volente contrahere matrimonium de licentia parochi: quia in assumptis sufficit consensus facientis facultatem confitendi, vel ordinandi sine præsentatione præsentia, vel auctoritatis eius: in contrahendo autẽ matrimonium non solum requiritur consensus parochi, vel ordinarij, sed etiam præsentia auctorizans per potestãtẽ, quam habet in subditum in eo loco, in quo contrahitur matrimonium.

Ad secundum respondetur, quod etiam in assumpto eius sufficit decretum siue licentia iudicis sine præsentia illius auctoritatis; quod in matrimonio non sufficit.

B Ad tertium autem concedo posse vt quæ iurisdictione voluntaria extra suum territorium, & consequenter posse parochum & ordinarium extra parochiã & diocesim existẽtes præstare licentiam alij sacerdoti ad auctorizandum matrimonium sua præsentia in parochia vel diocesi licentiatum: sed negando, quod executio illius auctorizationis possit fieri extra parochiam vel territorium eius, per prædicta, quæ subtiliter sentit glossa. ^a

C Ad quartum respondeo, concedendo consequentiam, & sequelã; sed negando, quod ea sit nimis dura: præsertim quia, si illa concederetur, sequeretur illud absurdum, quod illud est in quarto argumento pro nostra parte factum, nempe quod vnus Romanus de licentia parochi sancti Laurentij posset contrahere matrimonium ab hinc mille milliaria præsentie sacerdoti sibi nominato, & quod passim parochi aliarũ parochiarum possent præstare præsentiam necessariam matrimoniis contrahendis in alienis parochijs. Salua, &c.

Vide tamen supra consil. 9. & 10. ex quibus videtur posse concludi contrarium.

SVM MARIVM.

- 1 Matrimonium clandestinum contrahentes ante Conc. peccabant, sed censuram aut penam non incurrerant.
- 2 Absoluti ab omnibus virtute cruciata, etiam ab obliuio reservatis, & censuris eiusdem annexis absolui censentur, cum de omnibus & ipsi contritionem habuerint.
- 3 Sponsalia per copulam ante Conc. fiebant matrimonium.
- 4 Matrimonium qui clandestine ante Concil. contraxerunt, possunt nunc secretè coram parochi & duobus testibus denuo contrahere.

CONSILIVM XV.

Dvo ante Concilium Tridentinum dixerunt ad se mutuo verba apta quidem ad contrahendum sponsalia de futuro, sed nesciunt an fuissent sufficientia ad constituendum matrimonium de presenti, & conuixerunt sic in hunc diem, & habuerunt & habent liberos. Quæritur, quid facere debeant.

1 Respondeo primo, quod videntur peccasse contrahendo matrimonium clandestinè contra cap. cum inhibito. ^b & quod peccatum hoc per solam contritionem & confessionem potuit deleri, & videtur iam esse deletum per confessiones tot annorum præteritas.

2 Secundo, quod non videntur indigere absolutione vlla censurarum: quia iure communi nulla censura incurritur ob matrimonium clãdestinũ: & si qua excommunicatio intempit in diocesi sua contra sic clandestinè contrahentes, illa potuit tolli ab Episcopo, & per bullam cruciatã, quam consulentes videntur accepisse, & post eam acceptam confessi fuisse, & absoluti à confessarijs: & quamuis fortè ipsi non fuissent confessi illud peccatum, quia tamen habuerunt contritionem omnium peccatorum suorum in genere, & confessarij absoluunt communiter ab omnibus censuris, quatenus possunt, iuxta ea quæ nos consulimus in Man. confess. ^c manserunt absoluti ab eo tempore, quo post acceptam bullam confessi fuerunt, per quamdam singularem conclusionem, quam nos ponimus in prædicto Manuali, ^d etiam si non soluerint penã per constitutionem synodalem impositam: quia solutio eiusmodi non est necessaria in foro conscientie, iuxta gloss. sing. ^e

3 Tertio respondeo, quod nõ indigent vlla ratificatione matrimonij: quia licet verba prædicta nõ fuerint sufficientia ad efficiendum matrimonium de presenti, fuerunt tamen sufficientia saltem ad contrahenda sponsalia de futuro; & quia sequuta fuit copula, transierunt per illam in matrimonium, iuxta c. ^f qui, cui erat locus ante Concilium Tridentinum, ante quod hæc fuisse facta præsupponitur in casu propositione.

4 Quarto possent ad maiorem securitatem, licet non sit

necessarium

a Cap. 1. de re form. mat. sess. 24.

b Cap. 1. qui. de maior. cũ ibi not.

c Clemens. 1. ver. presbyteri. de priuileg.

d Ibidem nu. 32.

e Cap. omnis. de penit. & remiss. & ca. placuit. de penit. dist. 6.

f Ca. cum nullus. de tempo. ord. lib. 6. & cap. cum quis. de sepul. gl. 2. ff. de offic. proconf.

h In cap. no. nis. de officio legat. ergo.

i ff. de offic. proconf. k Subfin.

l Ca. 1. de rap. m De clãdest. despons. n Eod. nu. 7.

o Arg. l. in cõditionib. ff. de cond. & demon. ca. ff. de prob.

a Dicitur l. pra. sess. de off. praef.

b De clãdest. desponsa.

c Cap. 26. nu. 10.

d cap. 26. nu. 13.

e In clã. 2. §. 1. de heresi. verbo officij.

f De sponsal.

necessarium, non est, si & quatenus opus est contrahere matrimonium coram suo parochio, adhibitis duobus testibus secundo: quia in hoc casu non sunt necessariae denunciations, & alia, que requirit Concilium Tridentinum argumento eorum, que nos diximus in Manu, conf. 11.

a Cap. 22. nu. 70.

DE CONDITIONIBVS APPOSITIS IN DESPONSATIONE, VEL ALIIS CONTRACTIBVS.

SVM MARI VM

- 1 Matrimonium post Conc. Trid. per verba de presenti sub licita conditione coram parochio & testibus contractum, si antequam muretur voluntas, purificatur conditio, perinde est, ac si tunc pure contractum fuisset, adeo ut non possit postmodum cum altera contrahi nu. 6. nec est opus ut simpliciter contrahatur, secundum magis communem, nu. 7. unde nec erit necesse, ut denuo coram parochio fiat, nu. 5. conditio autem pendente, minorem habet vim, quam sponsalia de futuro pure contracta: cum ex hoc, sicut nec ex sponsalibus de futuro sub conditione contractu, nequaquam oriatur publica honestatis impedimentum, nu. 4. & 10. & si interim consensus reuocaretur, pradiatum matrimonium euanesceat, nu. 4. idem, si interim cum altera contraheret, & secundum tenet numero 4.
2 Consensus de presenti ad effectum matrimonij necessarius debet esse liber, liber inquam a metu & coactione, pendens autem ab alterius voluntate, modo sit spontaneus, similis est illi, qui a quacumque alia pendet conditio, nu. 8.
3 Matrimonium confert gratiam ex opere operato, ut caetera sacramenta.
4 Iustitie publicae honestatis impedimentum oritur quidem statim ex sponsalibus de futuro pure contractis, sed non, si sint contracta etiam per verba de presenti sub conditione, nascitur autem ea purificata, nu. 10.
6 Conditionalis dispositio, purificata conditio, perinde ab eo tempore censetur perfecta, ac si a principio pure fuisset contracta.
9 Matrimonium inter absentes per procuratorem, etiam post Concilium contrahi posse videtur, secus per nuncium seu per epistolam.

CONSILIVM I.

AN qui contraxerunt matrimonium coram parochio & testibus per verba de presenti sub conditione licita, teneantur post purificatam ipsam conditionem denuo coram parochio iuxta preceptum Concilij contrahere?

b De condit. apposit.

- 1 Pro parte affirmante facit primo cap. super eo, b quatenus habet, eum qui contraxit matrimonium per verba de presenti cum conditione, si patri eius placuerit, superueniente eius beneplacito, cogendum esse ad contrahendum matrimonium: per quod videtur presupponere non fuisse prius contractum.
2 Secundo, quod ad substantiam & essentiam matrimonij non sufficit consensus de presenti, nisi fuerit liber: quia requiritur ad id liber consensus, iuxta glossam singularem, c quae suam conclusionem probat per ca. cum locum, d & alia: & consensus pendens ab alterius voluntate non est liber, ut habet dictum cap. super eo, nec eadem ratione pendens ab alicuius alius conditionis implemento.
3 Tertio, quod matrimonium est sacramentum, quod ex opere operato confert gratiam, secundum communem & veram opinionem, quam pro infallibili articulo fidei tenenda esse ait Concilium Tridentinum, e & in ca. 1. declarauit: & videretur absurdum dicere, quod conditio impleta, ignorante forte vel dormiente vtraque parte, vel altera, conferatur eis gratia ex opere operato, cum coniugandi debeant se parare ad gratiam illam suscipiendam, in quod prefatum Concilium expressim hortatur, f
4 Quarto, quod matrimonium per verba de presenti sub conditione contractum, effectum est sponsalia de futuro: cum secundum omnes valeat matrimonium cuiuslibet partis, si pendente conditione contrahat cum alio, vel alia: & quod pendente conditione non producit impedimentum iustitie publicae honestatis plusquam sponsalia conditionalia, iuxta c. 1. g & quod si alter eorum ante adimpletam conditionem mutaret voluntatem, non esset matrimonium coram Deo, etiam si parte alia ignorante illa inuatio fieret, h

c In cap. notificasti. 22. qu. 5.

d De sponsal.

e In sess. 24. de reformat. matrimon. c. 1.

f In dict. ca. 1.

g § f. de Despons. l. 6. h Arg. cap. si de procurat. l. 6. i In epist. 4. 2. par. capi. 3.

Quinto, quod hanc partem videntur tenere Theologi, quos refert Couarruias, i

5 Pro parte autem contraria negante facit primo prefatum cap. super eo, quatenus in casu illius interrogatus fuit Papa, an ille, qui sub conditione contraxit matrimonium per verba de presenti, adueniente illa possit compelli ad consummandum illud; & Papa respondit posse compelli ad contrahendum, quod verbum videtur intelligendum de contractus perfectione, siue consummatione, ut responsio congruat interrogationi, sicut congruere debet, a

Secundo facit, quod verba, omnia illius cap. quae pro parte contraria ponderari possunt, solum probant, quod consensus conditionaliter praestitus non perficit matrimonium, durante conditione; quod nemo negat: & a contrario sensu significant, quod consensus continuatus usque ad impletam conditionem perficit illud. Nam verba illa significant in directo sensu, consensum non esse liberum, pendente conditione: a contrario vero, quod ea impleta sit liber, cum desinat pendere, & verba illa, Nisi patris voluntas interueniat, &c. significant in directo sensu, non fieri in matrimonium antequam conditio impleatur: a contrario vero sensu, quod sic illa impleta, & verba Alexandri citata ibi in directo sensu significant valere matrimonium contractum cum altera, pendente conditione ab eo, qui contraxit matrimonium de presenti sub illa: & a contrario sensu significant, quod non valeat, si contraheret post impletam illam.

6 Tertio, quod regula iuris receptissima est, quod dispositio conditionalis adueniente conditione purificatur, & perinde ab eo tempore censetur perfecta, ac si a principio pure fuisset contracta, b & nullo canone inuenitur exceptum ab illa regula matrimonium: ergo iudicandum est secundum illam, iuxta glossam solemnem, c

Quarto, quod durum videretur dictis contrahentibus, si postquam contraxerunt semel iuxta formam Concilij Tridentini praemissis denunciationibus in facie ecclesiae, vel coram parochio, & testibus, matrimonium per verba de presenti, iterum deberent cum eadem solemnitate contrahere post adimpletam conditionem: & quod etiam esset grande scandalum populo, si illi post impletam conditionem nulla mutatione consensus antea facta, dimissis primis sponsis, valide (quod esset admittendum, si prima opinio esset vera) contraherent cum alijs.

Quinto, quod aequum videtur, ut quemadmodum contrahens matrimonium per procuratorem cogendus est in eo perseverare, nisi probet se mutasse voluntatem, & reuocasse mandatum; ita etiam contrahentes conditionaliter per verba de presenti, cogentur perseverare in contractu, nisi volens discedere ab eo probaret se mutasse voluntatem, per d. capit. fin. d

7 Sexto, quod communis opinio Canonistarum est pro hac parte, ut ipsemet Couarruias testatur, inclinando in opinionem Theologorum: & a communi opinione non est discedendum sine textu, vel efficaci ratione, iuxta conclusionem Ioannis Andreae, e communiter receptam per cap. de libellis, f & nullus textus nec vlla ratio adduci potest, cui facile non respondeatur.

Septimo, quod haec opinio finet sacramenti auctoritati, fidei datae conseruationi, obuiat leuitati, aufert materiam delinquendi, & dissidia inimicitiasque contrahendi.

Ad primum oppositorum responderi potest, quod adeo non obstat, quod potest in arguente in retorqueri, ut in primo & secundo argumento pro hac parte factis retorquetur.

8 Ad secundum responderetur primo, quod iura probantia consensum matrimonij debere esse liberum intelligenda sunt de libertate a metu & coactione, ita quod sit spontaneus, & non meticulosus, ut dixit praedicta glossa singularis, g & in casu proposito agitur de consensu conditionalis spontaneo: & ita nihil obstat proposito. Secundo, quod etiam intelligendo verbum, liberum, ita ut significetur non pendens, vel non suspensus conditione, nihil obstat: quia concedimus cum communi consensum conditionalem non esse quidem liberum in hac significatione, pendente conditione: & consequenter concedimus non fieri per illum matrimonium, durante conditione, & suspensione: sed negamus quod non sit liber, adimpleta conditione: nec pars contraria potest dicere contrarium: & ita quamuis consensus conditionalis non sufficiat ad constituendum matrimonium, durante conditione; sufficere tamen, simul ac impleta fuerit conditio: quia incipit esse liber.

a Ar. ca. qua liter & quado. il. 2. sub fi. de accusa. c. l. final. Co. de fideicom. lib. bert.

b § omnia. ad iuncto §. ex conditionalis. In fi. de verb. obli. c. l. omis quod initio. ff. de iur. ep. in rub. eodem tit. lib. 6.

d De procur. lib. 6.

e In cap. 1. de cons. l. 20. distinct.

g Praefati ca. notificasti.

9 Ad tertium eadem facilitate responderi potest, qua respondebatur ante Concilium Tridentinum ad simile argumentum, quod fiebat ad probandum, quod matrimonium non poterat contrahi per literas, vel literas, vel per nuncium inter absentes: eadem item facilitate, qua defendi possent matrimonii, quae quotidie contrahuntur per procuratores in absentia; cum contingere possit, quod altera pars contrahentium dormiat, vel nihil cogitet, quando altera pars accipiens literas, vel nuncium, vel audiens verba procuratoris coram parochio & testibus praestat consensum.

10 Ad quartum respondetur, concedendo, quod matrimonium conditionale per verba de praesenti contractum non habet maiorem vim durante conditione, quam sponsalia de futuro: immo nec tantam, quantum illa, si sunt pura, sed negando, quod non incipiat habere maiorem vim, quam sponsalia de futuro, simulac conditio impletur; quia per illud implementum consensus, qui a principio fuit suspensus, & usque ad implementum perduravit pendens, & non liber, fit in illo instanti liber, & sufficiens ad constituendum matrimonium: sicut etiam sponsalia de futuro nullam vim habent pendente conditione; sed in illo momento, quo illa impleta fuerit, fiunt efficacia, & producant impedimentum publicae honestatis, & alios effectus, quos producant sponsalia de futuro pura, quod cum omnes tam Theologi, quam Canonistae concedant, non satis intelligo cur non advertant, quod qui hoc concedit de sponsalibus conditionalibus, consequenter tenetur concedere idem de matrimonijs conditionalibus.

Ad quintum respondetur, quod si praedictus D. Couarruias audiisset me verbo supra dicta proponentem, & inducentem, ut me audiuit totum fere quartum librum Salmanticae praefatam, non inclinasset in opinionem Theologorum, quia id non satis perpenderunt, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Filia post vigesimum quintum annum stuprum committens exheredari nequit, nec dote privari.
- 2 Matrimonio collocare qui puellam tenetur, siue sit pater de iure, siue hera vel herus ex promissione, constituitur in mora per lapsum vigesimi quinti anni, vel saltem per lapsum temporis sufficientis arbitrio boni viri, num. 3.
- 3 Indeterminato tempore promittens facere, intelligitur obligatus intra tempus arbitrio boni viri declarandum exequi, & num. 4.
- 4 Nuptiae prima nec directe nec indirecte prohiberi possunt virginis feminae, aut masculo.
- 5 Facta ad augmentum, diminutionem operari non debent.
- 5 Dote promissa ancillae, si honeste vixerit, non tollitur quin deficiente conditione et debeatur iustum salarium iuxta tempus servitij.
- 6 Promissio geminata plurimum operatur.
- 6 Conditions, sub qua facta est promissio, deficiente, seu defecta, si promittens perseveret aliquid attendendo circa negotium ipsum, censetur denuo se obligare.

C O N S I L I V M I I.

AN MVLIER, quae promissit ancillae centum pro dote, si ei honeste seruiret, teneatur dare illa, si post novem annos servitij, & viginti quinque gratis ipsius ancillae permiserit se illicitè deflorari?

1 Pro utraque parte questionis multa possent adduci, quibus utraque coloraretur: sed nobis vero propior videtur pars assermativa, scilicet quod praefata D. consulens videtur obligata ad solvendum ei centum promissa, vel saltem salarium honestum, & consuetum solui ancillis eius qualitatibus, cuius erat, & est praefata. Primo quidem, quod filia non potest exheredari, nec dote sua privari a parentibus, propterea quod peccet in corpus suum, & stuprum admiserit post viginti quinque annos, eo quod fuerint in mora tradendi eam marito, per Auth. se si post. & constat magis peccare filiam committendo stuprum manentem in custodia & domo parentum, quam peccet ancilla manens in custodia & domo herae suae: ergo minus poterit illa pro minori peccato dote sibi promissa privari.

2 Secundo, quod sicut patentibus definitur a iure tempus viginti quinque annorum ad incurrendum moram collocandi filiam in matrimonium, eadem vel maiori ratione videtur

2 Co. de inoff. testam.

A constitutum idem tempus ei, qui sua promissione tenetur ad locandam aliquam in matrimonium: ergo praedicta hera tenebatur eam locare, antequam attingeret viginti sex annos, & ita ob moram perdidit facultatem negandi dote promissam.

3 Tertio, quod ea, quae debent fieri in tempore indeterminato, facienda sunt intra tempus, quod leges vel bonus vir determinaverunt, ergo praefata hera promittendo centum pro dote sine vlla praefixione temporis tacita, vel expressa, videtur promississe dare illa centum pro dote intra tempus, quod iudex vel bonus vir arbitraretur. At bonus vir iure arbitrari posse videtur tempus novem annorum esse sufficiens tempus, immo sufficiente maius ad tradendam illam dote, & constituendam in mora praefatam herae: & consequenter praefatam ancillam non peccasse post illam moram quae debet nocere potius herae, quam ancillae, iuxta reg. mora sua cuiuslibet est nociva. b sicut & parentibus nocet mora dote dandi filiam quo ad hoc, ut dictum est in primo arg.

4 Quarto, quod virgini, siue sit vir, siue mulier, non possunt directe, siue indirecte, prohiberi nuptiae primae, ut habetur roto tit. c Ergo per conventionem praefatam de dando centum, si servierit honeste, non debet intelligi, quod debeatur servare honeste tota vita sua, sed usque ad certum tempus, quod prudenti viro videbitur iustum: & servitium novem annorum videtur iustum Romae, ubi communiter accipiuntur ancillae ab heris cum promissione dandi eis id, quod convenit ad collocandas post servitium trium vel quinque annorum.

5 Quinto, quod praefata hera tenebitur ei solvere salarium honestum cuiuslibet anni, in quo servitavit, etiam si non teneatur ad omnia centum solvenda: quoniam promissio illa dandi centum pro dote fuit facta ad augendum salarium: & quae fiunt ad augmentum non debent operari diminutionem, & si praefata hera absolueretur a solutione centum, & non condemnaretur ad solvenda salaria honesta, promissio illa operaretur diminutionem eius, quod iure naturali & divino debetur, iuxta illud Evangel. c Dignus est operarius mercede sua. cum adductis à Gratiano ex Dionysio. Et consequenter necessario tenetur praefata hera solvere centum promissa, aut omnia salaria praefatorum novem annorum, inter quae non videtur multum distare, si rixae & impense litis coniungantur cum debitis salariis.

6 Sexto, quod ipsa hera repromissit illa centum in sponsalitijs; & posteaquam sciuit eam fuisse defloratam, procuravit ut sponsalia verterentur in matrimonium, ne sibi & ancillae resularet incommodum: quae geminatio multum prodesse poterit ancillae ad vincendum, & nocere domine ad hoc, ut vincatur in iudicio, iuxta adnotata post alios per Felinum, & de geminatione actus: praeterquam quod ancilla, vel maritus eius, si forte probaret, quod domina sciuit, vel olfecit stuprum, antequam fieret repromissio, condemnaretur in iudicio virtute secundae repromissionis, & cogeret solvere promissam dote, & perdere multas curas, labores, & impensas in lite faciendas, & aliquam honoris sui iacturam.

Per quae omnia consulendum videtur praefatae D. herae, ut faciat super hoc aliquam bonam concordiam, qua fiat contra illa ancilla, vel, si id fieri nequit, det ei elemosynam, quae ad nubendum promissit.

S V M M A R I V M.

- 1 Clausula illa bona fide posita in fine instrumenti census (quod si quid in eo contineatur contrarium bullae Pij V. habeatur pro non appposito) excusat partes, item & notarium coram Deo: at in foro exteriori tunc demum, si per illam pacta bulla contraria verè tolluntur, & num. 2.

C O N S I L I V M I I I.

QVÆRITVR, an instrumentum constitutionis census, in quo multa pacta & clausulae ponuntur contra bullam Pij V. iustificetur per clausulam generalem, quae in fine eiusdem instrumenti apponitur, scilicet, Non intendentes partes contraire Bullae Pij V. & si quid contra illius dispositionem appositum est volunt pro non appposito haberi, & ad illius formam reduci; an etiam excusetur notarius, & partes quo ad utrumque forum.

a l. ff. de iur. delict. & de causis. de off. deleg.

b De reg. iur. lib. 6. c. l. v. num. ff. de re. cred. c. De iudic. viduit.

d l. rem. legatam. ff. de adm. leg. c. c. si de verb. signif. c. Lucas. c. Cap. Ecclesiam. 15. qu. 1.

a In capitulo quando. de rescrip.

1 Respondeo, quod (vt rectè proponens illam insinuat) nō potest excusari notarius à peccato, ponēdo clausulas cōtrarias p̄fate bullę Pij V. propter p̄fatā clausulā generalē, quā in fine ponit, nisi iusta ignorātia eū excusaret: quæ ignorātia iusta posset euenire duplici de causa. Altera, quōd inter doctos dubitatur, an p̄dicta clausula sit contraria alicui parti bullę p̄fate: ignorantia enim illa, quę nascitur ex socordia, vel negligentia interrogandi doctos, non videtur probabilis. Altera est ex eo, quod dubitant, an in terra, in qua conficiunt instrumentum, obliget p̄fata bulla quo ad illud, cōtra quod clausula illa adicitur: vt enim nos, ^a profundè diximus, non omnes particula p̄fate bullę videntur in omnibus terris extra statum Apostolicum necessario seruanda.

2 Secundo respōdetur, quod si ambę partes bona fide absque fraude sua & notarij conuenirent, vt clausula p̄fata generalis apponeretur, esset tantę virtutis, vt deleteret clausulas contrarias, & excusaret notarium ab infamia, & suspitione mala fouendi vsuras, vel aliam iniquitatem. Item putarem eū excusatum in foro conscientie, quamuis fortè in foro exteriori reprehendi posset ob ignorantiam supinam, socordiam, vel fraudem, quam p̄fata bulla sanctissimę facere voluisse crederentur. Partes autem in hoc bona fide conuenientes à peccato excusarentur, & permitteretur eis in vtroque foro, vt curarent effici aliud instrumentum, si opus esset, absque vilius partis dampno.

QVI CLERICI, VEL VOVENTES MATRIMONIUM CONTRAHERE POSSUNT.

S V M M A R I V M.

- 1 *Votum religionis non tollitur per sponsalia, etiam cum copula postea subsequuta.*
- 1 *Matrimonium per verba de presenti non tollit votum religionis præcedens, si statim vult illud adimplere.*
- 1 *Religionis, & castitatis voto astrictus, si postea habeat copulam carnalem cum puella, cum promissione illam in uxorem ducendi, tenetur votum implere. & num. 2.*
- 2 *Votum religionis non tollit, sed differt restituendū obligatio, siue ante, siue post votum nata sit.*

CONSILIVM I.

QVÆSITVM est, an qui post votum emissum de intranda religione, & seruanda castitate, promisit puellæ ducere eam in uxorem, vt consentiret in copulam carnalem, quod illico fecit, & manet ob id infamata, teneatur potius votum implere quàm eam ducere, vel contra potius eam ducere quàm votum implere.

1 Respondeo, quod pro implemento voti facit, quod prius fuit obligatus Deo, quam puellæ; & consequenter prius debet ei solui, per cap. *qui prior*, cum suis similibus. ^b

Secundo, quod sponsalia de futuro nulla ratione tollunt votum de intranda religione, argumento c. *commisum*. ^c quatenus probat, quod etiam matrimonium per verba de p̄senti contractum non tollit votum, si vouens vult illud statim adimplere.

Tertio, quod est casus formalis in cap. *rursus*. ^d quatenus habet eum, qui vouit castitatem, peccare promittendo alicui contrahere matrimonium, & magis si iurauit promissionem; & quod non obstante iuramento tenetur adimplere votum castitatis, quamuis matrimonium per verba de p̄senti contractum p̄feratur voto castitatis, vt ibidem habet.

2 Quarto, quod non obstat, quod puella fuerit infamata, & quod ipse obligatur ad restituendum ei damnum, quod intrulit, per ea quæ habentur in cap. 1. ^e Tum quia illa obligatio tolli potest per restitutionem damni illati, dando ei tantum, quanto eget, vt æquè bene collocetur, non obstante hac infamia, ac collocata fuisset, si nō fuisset infamata. Non obstat etiam dicere, quod transurus ad religionem debet prius soluere sua debita, arg. cap. 1. ^f & aliorum, quibus id contra Paludanum & Siluestrum probamus in com. 1. de reg. 8 quia obligatio voti p̄cedit obligationem restituendi.

Sed quia contra hoc facit, quod ex eo sequeretur, eum, qui fecit votum de intranda religione, non teneri prius ad soluendum debita contracta post votum, quod videtur repro-

bari per allegata: ^a ideo melius responderi potest, quod illa obligatio restituendi poterit differre ingressu religionis, donec fiat, sed non tollit votum, neque obligat ad remanendum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Peccati venia non datur nisi correcto, & male percepta restituenti. num. 2.*
- 2 *Fingens beneficiarius se habere illum ordinem, sine quo fructus seu distributiones non lucraretur, restituere tenetur ijs, quibus accreuissent.*
- 3 *Intentio nedum ordinantis, sed etiam ordinem suscipientis saltem virtualis conferendi & suscipiendi sacramentum ordinis est necessaria; alioqui non imprimatur character, potestque in conscientia sine dispensatione coram Deo uxorem ducere, num. 5. & cum eadem manere, num. 9. licet secus quo ad Ecclesiam, qua adhaeret apparentibus, & non occultis. num. 4.*
- 6 *Dispensatione fori exterioris non eget, qui cum coram Deo verè impeditus non esset, creditur, etsi falso, dispensatus.*
- 7 *Probat dispensationem obtentam semiplenè fama, adiuncta probatione direptionis honorum, ac tolerantia ordinarij, quę probatio perfici posset per iuramentum suppletium.*
- 8 *Interrogatus super aliquo impedimento fori exterioris, quod verè coram Deo non patitur, vt se purget, potest allegare se dispensatum, dispensationemque amissam, petereque sibi deferri iuramentum, & iurare exterius simpliciter, addita tamen intrinsecu cautela, qua euitetur mendacium.*
- 9 *Legitima proles est, nata ex muliere, qua bona fide nupsit subdiacono, quem talem probabiliter ignorabat, vel quem probabiliter credebat sufficienter dispensatum.*

CONSILIVM II.

N. PROVISVS de p̄benda in quadam collegiata, nubente parte, vt posset lucrificare fructus, ad subleuandam domum necessariis, ficto animo accepit sacrum subdiaconatus ordinem: post octo annos, dimisso beneficio, fingens secum dispensatum, duxit uxorem, & prolem suscepit plurimam, & militię seculari se dedit. Quaritur, quo medio p̄fatus N. possit exire à peccatis, quibus (vt multis videtur) est vincetus, ita vt coram Deo & hominibus iudicetur absolutus, & regno Dei dignus, quam minima honoris iactura ficta.

1 Ad quæstionem propositam respondeo, petita prius ope diuina, primo quidem quod D. consulens ad recuperandam & conseruandam postea gratiam Dei, quam perdidit, debet primum indolere plurimū de peccato illo grandi fictionis a deo magno tempore continuato cum mala fide; quia peccati venia non datur nisi correcto & pœnitenti. ^b

2 Secundo, quod debet restituere fructus omnes, quos percepit inseruendo canonicatui & p̄hendē sine vero subdiaconatus ordine, quē nec suscepit, nec voluit suscipere, sed tantum finxit decipiendo proximos, ad quos pertinuissent illi, & quibus fuissent quæsiti, si non male percepisset eos ipse: quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. ^c

3 Tertio, quod debet credere se non esse subdiaconum, nec vquam fuisse coram Deo, & in foro conscientię; quia noluit assumere illum, nec habuit vllam intentionem assumendi; & ordinatus ab Episcopo, vel baptizatus ab alio sine animo & intentione actuali, vel virtuali recipiendi ordinem, vel aliud sacramentum, non recipit illud coram Deo, & quo ad forum interius, sed est falsarius, fictor, peccato mortali se maculans, vt est in cap. *maiores*. ^d & tradit S. Thomas ab omnibus receptus, ^e sicut & intentio ministri ordinatis requiritur secundum eundem, ^f vt ibi pulchrè tradit Caietanus.

4 Quamuis etiam credere debeat, quod quo ad forum exterius sit censendus ordinatus, & cogi possit ad vtendum ordinis, & puniri, nisi eo vtatur, quando Ecclesia id facere iubet, nihil curando de defectu intentionis recipiendi ordinem, & de mala fictione ordinati: quia de non apparentibus idem iudicium est, quod de non existentibus, in foro exteriori. ^g

5 Quarto, quod ex p̄missis inferitur non fuisse vquam, neque esse necessariam dispensationem Papæ D. consulenti ad contrahendum matrimonium, non obstante subdiaconatu quo ad forum Dei & interius; quia quo ad illud non est sub-

diaconus,

^a In cōment. de usur. super p̄fata bulla num. 105.

^b De reg. iur. lib. 6.

^c De sponsal.

^d Quis de. vel vot.

^e Et cap. 2. de adul.

^f De obligat. ad ratio. g. Super cap. cui portio. 12. qu. 1. num. 8.

^a In dicitio. 8.

^b Ca. legatur 24. q. 2. & c. venia. de reg. iur. lib. 6.

^c Ca. si res aliena. 14. qu. 6. & cap. peccatum. de re. iur. lib. 6.

^d Si isem queritur. de baptismo.

^e 3. par. q. 88. art. 7.

^f In eadem 3. par. q. 84. ar. 8.

^g Le. duo sūt Titij. ff. de testament. tu. tol. & cap. si sacerdos. ad. iuncta glos. verb. remouere de offic. ordin.

a Cap. ad dif-
foluendum. de
dijponja. im-
puberum.
b l. decem. ff.
de verb. obli.

diaconus: & quod non est non potest tolli, & dissolui, a quia priuatio prae-supponit habitum. b

6 Quinto, quod etiam probabiliter dici potest non esse in proposito casu necessariam dispensationem quo ad forum exterius. Tum quia probabiliter credi potest neminem vquam facturum esse alis controuersiam super hoc: eo quod in facto prae-supponitur vxorem D. consulentis, & cognatos vtriusque, & etiam alios extraneos credere dispensationem interuenisse; & quod ipsi sunt licite coniuncti, non obstante illa; & quod in neutro foro est haecenus accusatum praedictum matrimonium tandiu continuatum, quod iam sunt multi liberi suscepti; & ita minus videtur accusatum iri in futurum.

Sexto, quod si accusaretur, responderi posset à D. consulente, & ab vxore, & à filijs, primò quidem negando ordinem talem verè suscepisse, sed solum finxisse suscipere, vt satisfaceret precibus, & minis matris, & vt non negarentur ei alimenta, & vt lucrificaret illa ex seruitio facto Ecclesiae ad sustentandam decenter suam nobilitatem: & ad colorandam eiusmodi responsionem, allegare, quod numquam vsus fuit ille tali ordine nisi semel, & tunc non quia erat ordinatus verè, & ad seruiendum Deo, sed ad lucrandos fructus praebenda ad se alendum: & quod numquam vllibi est visa nec inuenta dispensatio super impedimento talis subdiaconatus, nec inuenitur in vllò registro Curiae Romanae, quia non cegetur ea coram Deo: & quod non est verisimile, quod homo nobilis & Catholicissimus fuisset ausus contrahere matrimonium in statu subdiaconatus, & alia similia, quae D. consulens posset congerere, praesertim si haberet aliquos testes, quibus se cretò & amicè dixisset, antequam ordinem susciperet, ipsum illum suscepturum, vel suscepisse fictè, & non verè ad satisfaciendum matri & suae sustentationi: neque vllum Christianum esse adeo malum iudicandum, quod ecclesiam tam insignem relinqueret, & arma caperet ad exercendum ea perpetuo inferuendo fidei Catholicae Romanae absque vlla dispensatione super impedimento subdiaconatus, si vero animo suscipiendi ordinem ordinatus fuisset.

7 Sed quia probatio ordinationis publicae poterit multis modis probari, se curius videtur, vt respondeat alio modo, scilicet, quod habuit dispensationem: & ad probandum illam allegare famam praefatam sparsam de dispensatione habita, & quod est praedicta cum multis alijs bonis, quae perdidit tam maritus, quam vxor in tumultibus tor & tam grandibus, quod vix suas vitas seruarunt: & quod praefata fama cum probatione amissionis bonorum, quae in facto allegatur, seruiret eis pro semiplena probatione: & in supplementum probationis plenae posset addere praesumendum esse Episcopum, vicarium eius, vel parochum, coram quo contractum fuit matrimonium, vidisse dispensationem, de qua erat fama, & offerre iuramentum faciendum licite eo modo, quo infra dicitur iuste offerri, & fieri posse.

8 Septimo, quod praefatus D. consulens potest iuste offerre iuramentum super praedicta dispensatione habita & perditam, ad finem propositum gerendo in mente & quo ad Deum & interius forum aliud quam sonent verba eius foris quo ad homines & forum exterius, per illa quae nos late adduximus in commu. cap. humana aures. c vbi efficaciter probamus, eum qui non tenetur respondere secundum mentem interrogantis, posse respondere id quod est verum secundum suam mentem, licet sit falsum secundum mentem interrogantis. interrogatus enim quis, an peccauerit, vel confessus fuerit confessario certum peccatum, quod ipse nullo iure naturali diuino vel humano tenetur ei reuelare, potest respondere quod non, intelligendo intra se ita vt sit obligatus ei manifestare illud, licet verè id fecerit vel confessus fuerit; per illum modum, quo in Euangelio interrogatus Dominus ab Apostolis quando futurum esset vniuersale iudicium, respondit se nescire, intelligendo intra se se nescire ad indicandum illud eis, quamuis ab aeterno illud sciebat; & per alia quae cum hoc dicto Domini adducimus in d. cap. humana aures. & D. consulens nullo iure tenetur ad confitendum se obtinuisse & perdidisse veram dispensationem, quia numquam tali indiguit: & ita potest iuste affirmare, immo & iurare se habuisse dispensationem ad ducendam vxorem post subdiaconatum susceptum, intelligendo intra mentem suam per verbum dispensationem facultatem à diuino & humano iure sibi datam

b 2a. quæst. 5.

A ad ducendam illam: & interrogatus an verè perdidit illam cum bonis alijs potest iuste respondere quod sic, intelligendo intra se per perditionem dispensationis facultatem ducendi aliam vxorem praesenti viuente. Quae omnia sunt seruanda secretissima, & solum reuelanda alicui confessario erudito amico & Catholico, si per semetipsum non potest praedicta satis intelligere.

9 Octauo, quod D. consulens per semetipsum, si est eruditus, aut per confessarium eruditum amicum & Catholicum intelligere potest, quod ad redeundum in viam gratiae ac salutis aeternae nulla dispensatione indiget super subdiaconatu ad remanendum in matrimonio iam contracto quo ad forum Dei & interius: immo nec quo ad forum exterius quoad legitimisationem filiorum suorum eget aliqua dispensatione, si praefata vxor ignorabat ordinationem praedictam, vel probabiliter credebat dispensationem sufficientem fuisse impetratam: quia bona fides alterius coniugum credentis matrimonium valere sufficit ad legitimandum illos, iuxta cap. ex reno-re. cum glossa ab omnibus recepta, a nec etiam indiget quo ad alia, si praefata secreta tenuerit, & iuxta ea responderit. Quae omnia fiant in gloriam D. N. Iesu Christi, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, quibus hic dies sacer est. Salua, &c.

a Qui filijs
legimus.

DE EO QUI DVXIT IN MATRIMONIUM QVAM POLLVIT PER ADULTERIUM.

SVMMARIVM.

- 1 Adulterium solum non impedit, quin adulter possit adulteram viro suo superstitem ducere, nec sola fides data: at si concurrat fides data de contrahendo cum adulterio dirimit.
- 1 Machinatio in mortem coniugis, si sit ex parte vnius tantum, non dirimit; sed si ex parte vtriusque: nisi forte occidissent in alium finem, quam contrahendi: quia tunc non esset machinatio, nec dirimit matrimonium etiam inter adulteros contractum, num. 2.
- 2 Vxoridicium machinatum ideo Ecclesia statuit esse impedimentum dirimens, vt sic impediret, ne qui cupiunt ducere quas amant, incitentur ad occidendas coniuges.
- 2 Adulterium cum machinatione causat impedimentum dirimens.

CONSILIVM I.

MARITVS vxorem adulteram, & adulterum oderat, & per insidias occidere parabat: adulter, & vxor hoc scientes absque intentione contrahendi matrimonium illius mortem machinati sunt, & secreto occiderunt, postmodum matrimonium contraxerunt in facie Ecclesiae. Queritur, an teneat.

E 1 Respondeo, praefatae quaestiones decisionem pendere ab illa generali, an occidens coniugem alterius ad alium finem, quam ad contrahendum matrimonium cum relicto, vel relicta, impediatur contrahere matrimonium cum illo, vel illa. Pro cuius decisione dico primo, quod Panormitanus b videtur sibi satisfecisse quo ad omnes casus: resoluendo primo, quod solum adulterium habitum cum aliqua, viuente vxore, non impedit matrimonium cum illa, mortua vxore. c Secundo, quod nec fides data per verba de praesenti, vel de futuro, non interueniente adulterio, per c. fi. d Tertio, quod neque machinatio mortis vnius volentium contrahere, sed machinatio vtriusque sic, per cap. i. e per quam resolutionem videri potest dicendum quod in casu proposito non valuit matrimonium: quia vtraque pars consensit, & cooperata est mortem mariti, praesertim quod interuenit etiam adulterium viuente marito: & ita concurrunt adulterium & machinatio mortis ab vtraque parte.

F 2 Secundo, quod praedicta resolutio Panormitani non videtur tangere punctum huius quaestiones: quia illa agit de casu, in quo vtraque pars procurat, seu machinatur mortem ad contrahendum matrimonium post illam: quaestio verò nostra est de casu, in quo neutra pars procurauit, nec machinata est mortem coniugis ad finem contrahendi matrimonium, sed ad alium. S. Thomas non videtur satis aperte hoc determinare, f solum enim ait, quod adulterium cum machinatione mortis coniugis impedit matrimonium; sed non aperit, an dicatur machinari mortem, eo solo quod occidit, an

b Tam in ca. 1. de eo qui duxit in matrimonium, quia in cap. 1. de conuerso infide. c Cap. significatio. de eo qui duxit in matrimonium. d Eod. tit. e De conuerso infidel.

f In lib. 4. c. 2. dist. 31. in ex. l. 1. c. 2. quod lib. 3. ar. 15.

a Ca. 21. nu. 46.

b De cōmerf. infid.

c De eo qui duxit in mat. d In 4. di. 37. quaf. 2. art. 2.

e Vbi fup. e. in d. ca. fup. hoc. f In Verb. matrimonium. 8. qu. 9.

g l. ff. de ba. rudib. infid.

h Cap. fin. e. per totum tit. de eo qui.

i Cap. fin. de cond. app.

requiratur quod machinetur, siue procuret mortem ad contrahendum matrimonium. Nos autem in Manual. confess. a re satis perpensa dicimus nō videri mortis machinationē quo ad hunc effectum interuenire, nisi procuretur mors ad effectum contrahendi matrimonium cum relicto, vel relicta. Pro quo facit principaliter cap. 1. b quatenus probat non impediri matrimonium inter duos, eo quod alter occiderit coniugem alterius in bello, vel odio, aut alia causa, quam contrahendi matrimonium cum eius coniuge. Secundo facit glossa cap. super hoc. c quatenus determinat hoc impedimentum non nasci ex sola occasione, sed ex illa facta ad matrimonium contrahendum cum eius coniuge. Tertio, quod S. Thomas, d ait, quod tunc demum vxoricidium inducit impedimentum dirimens contractum, quando quis interficit vxorem, vt contrahat matrimonium cum qua est mōchatus. Quarto, quod Panormitanus et si non omnino aperte, tacite tamen, e sentit quod requiratur propositum contrahendi cum coniuge relicto, vel relicta. Si uerō etiam hoc ipsum videtur tenere. f Denique quod ratio & fundamentum inductionis huius impedimenti fuit, ne coniuges suos vel suas coniuges occiderent ad contrahendum matrimonium cum alijs, quos, vel quas amant, quæ ratio funditus cessat, cum alia de causa eos, vel eas occidunt: & causa finali cessante cessat lex, & in casu proposito prædicti oratores non occiderunt maritum alterius ad finem contrahendi inter se matrimonium, sed longè alium. Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Adulterium, cum fide sub conditione etiam impossibili, vel nulliter data causat impedimentum dirimens.
- 2 Condicio impossibilis, modo non sit contra essentiam matrimonij, vitatur, & non vitiat.

CONSILIVM II.

QUIDAM, qui rem habuit cum coniugata, cum illa peteret vt ipsam veller ducere, dicens posse fieri, quia absens fuisset per septem annos, respondit se id facturum, si illa probaret posse fieri, vt dicebat: nec aliud factū est, nisi quod perseverabant in adulterio. Postea viro mortuo duxit illam. Dubitatur, an sit matrimonium validum: quia non promisit formaliter, sicut doctores requirunt, quod duceret illam post mortem viri; sed quod duceret, si ostenderetur quod posset eo viuente. Quod autem sit inualidum, videtur, quia est promissio adulteri de ducenda adultera: & quidem doctores & textus simpliciter dicunt talem promissionem esse impedimentum dirimens.

1 Respondeo vero propius videri, ortum fuisse hoc casu impedimentum impediens & dirimens matrimonium, de quo in rub. de eo qui duxit in matrimonium, &c. Tum quia interuenit promissio conditionalis ducendi adulteram, si probaret id fieri posse propter absentiam tam longam mariti: & licet promissio conditionalis non habeat effectum obligandi promittentem ante conditionem impletam, habet tamen effectum ad hoc, vt verè dici possit esse datam fidem, quæ datio cum adulterio sufficit, b &c. Tum quia non requiritur valor promissionis ad hoc, vt ex illa, & ex adulterio oriatur impedimentum, cum palam sit omnem promissionem etiam puram de contrahendo cum adultera post mortem eius mariti nihil valere.

2 Tum quia nihil prodest dicere, quod dicta promissio fuit facta sub conditione impossibili. Tum quia, vt dictum est supra, non requiritur promissio valida. Tum quod in matrimonialibus condicio impossibilis reicitur, & non vitiat, sed vitatur, modo non sit contra substantiam matrimonij, qualis hæc non est, vt per ibidem notata probatur. Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium qui viuente prima, publicè, sed nulliter cum secunda impedimenti occulti ignara contraxit, tenetur vel eam dotare, vel iterum cum eadem legitime contrahere. nu. 2. quod occultè inter se contrahere validè possunt. num. 3. expedit tamen vt adhibeantur parochus, testes, & notarius. num. 4. Quod si hæc secunda vxor, sciens primam adhuc viuere, p. ff. fuisse se à dicto viro cognosci carnaliter, dispensatione opus esset.
- 4 Matrimonium publicè, sed ob occultum defectum nulliter contractum, quando denuo secretè validè contrahitur, expedit quandoque adhibere notarium.

CONSILIVM III.

A. VIVENTE priore vxore, motus rumore mortis eius, quæ degebat longè absens ab eo, contraxit cum B. absolutusque fuit ab illo peccato per iudicem competentem, denuo est mortua prior vxor. Quaritur quid oporteat eum pro salute vtriusque hominis facere.

1 Respondetur primo, quod præfatus A. non potest iuste coniuere matrimonialiter cum prædicta B. nisi denuo contrahat matrimonium: quia prius contractum non valet quicquam, quia fuit contractum viuente priore vxore, quod lex Christiana non patitur. a

Secundo, quod A. non potest contrahere cum B. quæ habita notitia primæ vxoris adhuc viuētis non abstinet à copula adulterina; nisi habita dispensatione quo ad vtrumque forum super impedimento, quod nascitur ex rit. de eo qui duxit in matrim. quam poli. per adult. vt probatur per cap. 1. & totum illum titulum.

2 Tertio, quod præfatus A. potest cogi ad contrahendum denuo cum B. vel ad dotandam eam, eo quod videtur decepisse illam, & abstulisse pudorem eius deceptorie, & infamasse, per cap. 1. & 2. b & ea quæ vtiliter traduntur in nostro Manual. confess. c eo quod non manifestauit ei se habuisse vxorem, de cuius morte non habebat certum testimonium.

3 Quarto, quod ex quo prædictum impedimentum est occultum, potest dictum matrimonium denuo contrahi clandestinè absque denunciationibus, quas requirunt antiqua iura, & noua Cœcili Tridēntini, quia vt declarauit Pius V. potest matrimonium contrahi denuo absque denunciationibus, quando prius contractum fuit cum illis, quod praxis sacre Pœnitentiariæ seruat, & latius tradimus in d. cap. 16. d

4 Quinto, quod conuenit plurimum in hoc casu, ne causa, propter quam prius matrimonium fuit nullum, sciatur ab alijs, quam ipsis A. & B. ne detur occasio Inquisitori loci tractandi de illa iterum; qui licet cessaret monstrato absolutiois instrumento; tamen fieret aliqua molestia, & spargeretur mala fama de A. etiam quod est reconciliarius; & fieri potest matrimonium coram parcho & testibus, nescientibus illis quidquam de culpa in specie, sed tantum in genere, vt tangitur in sequenti dicto.

6 Sexto, quod licet omnia supradicta non requirantur in omnibus casibus, in quibus matrimonium prius publicè contractum denuo est contrahendum; secundum tamen, & quartum, & hoc quod sequitur frequentissimè seruari possunt, & debent, videlicet vt contrahant etiam præfente parcho, testibus, & notario, qui cum illis testibus fidem faciat de matrimonio denuo contracto; attestando quod fuit rogatus à prædictis A. & B. vt faceret publicam fidem de hoc matrimonio contracto coram præfato parcho & testibus, eo quod prius matrimonium, quod publicè antea contraxerunt, non erat validum ob quoddam impedimentum, quod ipsi sciunt, & conuenit eis ne publicetur. quoniam si huiusmodi instrumentum non fieret, contingere posset quod mortuo parcho & testibus reuelaretur impedimentum prædictum, scilicet, quod prius matrimonium fuit contractum viuente priore vxore; & si non posset probari postea denuo contractum fuisse sublato impedimento, ipsi castigaretur, & filij eorum iudicari possent illegitimi, & multa alia scandala orirentur.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium qui viuente prima cum alia impedimenti ignara publicè contraxit, mortua prima, si impedimentum sit occultum, potest cum secunda, nouo præfatis consensu, clam & clandestinè contrahere; sed & debet, vt possit in eo perseverare. numero 2.

CONSILIVM IIII.

CONTRAXIT M. clam ante Concilium Tridēntinum cum N. & postea ea viuente cum O. ignara prædicti matrimonij, in facie Ecclesiæ, deinde obiit N. postquam habuit liberos ex præfata O. Quaritur remedium, quo possit præfatus M. contrahere cum præfata O. denuo, & viuere cum illa absque scandalo, & peccato, non obstante quod N. fuit à principio vera vxor præfati M.

1 Ad hanc questionem respondemus primò, necessarium esse remedium, quo præfatus M. & O. coniuere possint absque peccato: quoniam matrimonium eorum non fuit validum;

quia

a Ca. gaude. mus de di. uors. cum si. milibus.

b De adul. c Cap. 16. nu. 16.

d Vbi fup. nu. 30.

quia matrimonia clandestina ante Concilium Tridentinum contracta, licet peccarint contrahentes, erant valida: & ita cum M. fuit coniugatus cum O. iam erat verus maritus N. & non poterat contrahere cum praefata O. quia lex humana non patitur vllum virum habere simul plures vxores, nec vnam feminam plures viros, iuxta cap. gaudemus. 2 quod se fundat in Euangelio b Marci.

2 Secundo, quod nullum remedium potest adhiberi, vt ipsi conuiuant absque peccato mortali, praeterquam contrahendo denuo matrimonium, cum possint contrahere iam illud mortua praefata N. vxore legitima.

Tertio, quod possunt contrahere, si volunt, contrahendo noue, legitime nouo consensu praestito, & non aliis: quia matrimonium, quod ab initio est nullum ob aliquod impedimentum, non potest validari, nisi denuo contrahendo, vt tradit in nostro Manual. confess. 6 & supra repetimus in alijs consilijs.

Quarto, quod possunt contrahere absque scandalo contrahendo denuo clam: quia omne matrimonium contractum inualide in facie Ecclesiae potest etiam post Concilium Tridentinum denuo contrahi clam & secrete, vt diximus in dicto Manual. confess. 4. Quoiure de consensu Pape vtitur sacra eius Pœnitentaria. Modus autem notificandi impedimentum vxori ignorant, ne renuat denuo consentire, tangitur in praed. Manual. 6

S V M M A R I V M.

1 Papa solus dispensat super impedimento procedente ex eo, quod qui duxit alteri adhuc viuenti nupram.

C O N S I L I V M V.

AD QUAESTIONEM respondetur, quod non potest Episcopus permittere matrimonium contractum inter eos, de quibus quaeritur; quia illud a principio non valuit, eo quod vivebat maritus mulieris, & mortuo illo oportet noue contrahere; quod non possunt facere sine dispensatione propter impedimentum, quod est inter eos natum ex titulo de eo qui duxit in mat. quam poli. per adult. super quo solus Papa dispensat; quia est impedimentum impediens, & dirimens, secundum omnes.

D E C O G N A T I O N E S P I R I T V A L I.

S V M M A R I V M.

1 Cognationem spirituales non contrahit non baptizatus baptizans; secus si baptizatus, licet non confirmatus teneat ad confirmationem.

C O N S I L I V M I.

N non baptizatus baptizando contrahat cognationem spirituales? & an baptizatus non confirmatus tenendo ad confirmationem eandem contrahat?

AD P R I O R E M respondeo, quod sicut nondum habens vitam carnalem non potest esse cognatus alterius carnaliter, sic exers vix spiritualis non potest esse cognatus alterius spiritualiter: & consequenter non baptizatus, vt ait S. Thomas communiter receptus, non contrahit cognationem. Non dixi autem vt Siluester nondum natus carnaliter &c. Quia nondum natus carnaliter potest esse cognatus alterius.

AD P O S T E R I O R E M respondeo, quod baptizatus non confirmatus tenens confirmandum contrahit cognationem spirituales, vt concludit Siluester, h quia habet vitam spirituales. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Infans occidens nec lege Cornelia ligatur, nec pena irregularitatis, nec aliter potest se obligare. nu. 2. quia regulariter praesumitur incapax doli. nu. 3. At si, habet rationem & iudicij usum, quod sufficeret ad peccandum, obligaretur inramento, nu. 4. & esset occidendo irregularis, nu. 5. & factus compater contraheret cognationem spirituales, nu. 3. & hoc etiam si plene non intelligeret id, quod agit. nu. 7.

2 Pupillus, seu impubes, quidquid videt, ignorat: hoc est, licet possit habere tantum usum rationis, qui sufficiat ad peccandum, plene tamen id quod agit non intelligit. nu. 7.

3 Patrinus is regulariter assumi debet, qui sit aptus ad catechizandum infantem, & erudiendum in virtutibus: sed defectus huius qualitatatis non impedit quin contrahatur cognatio. nu. 6.

6 Lex generaliter loquens, non distinguens inter sexum & sexum, aetatem & aetatem, omnes generaliter comprehendit, licet maior ratio militet in vno, quam in alio.

7 Rationis usum et si impubes non habere dicatur, ita vt ignoret quod agit; non tamen tollitur quin habere possit sufficiens iudicium ad peccandum.

C O N S I L I V M I I.

Q V A E R I T V R, an infans tenens baptizatum in baptismo fiat patrinus, & contrahat cognationem spirituales cum baptizato. Ex quo infertur solutio quaestionis post haec propositae, scilicet, an puer decennis tenens puellam sexennem, contrahat praedictam cognationem, tenendo eam ad confirmationem.

1 Quaestio haec noua est, & profecto difficilis. Pro parte negante facit primo, quod infans occidens aliquem non patitur poenam legis Corneliae de sicarijs, nec incurrit irregularitatem.

2 Secundo, quod carens rationis iudicio non potest obligari, nec iniuriam facere, licet pati sic. 6 At infans est expertus rationis, & iudicij, & aequiparatur furioso, 4 immo & de pupillo maiore infante dixit Imperator, 5 quod quicquid videt ignorat.

Tertio, quod patrinum oportet esse doctum, qui docere possit baptizatum fidem Catholicam, & admonere eum castitatem, & alios bonos mores, iuxta ca. vos ante. f & tradit ante & post alios S. Thomas. 8 At infans non potest praedicta docere, neque admonere: ergo neque potest esse patrinus.

Quarto, quod, vt profunde docet S. Thomas, 6 inceptus est quilibet intra primum septennium ad quoquo modo contrahendum, & quod ideo non potest contrahere sponsalia, ergo pari ratione nemo poterit se obligare intra illud septennium ad faciendum ea, quae ad officium patris spectant. 1

3 Pro parte autem affirmante facit primo, & grauilissime, quod infans licet non praesumatur doli capax, & communiter verè non sit talis, frequenter tamen est talis, & adeo quidem, vt Hippolitus, 2 testetur se vidisse, & scire, quod multi infantes in 6. vel 7. anno plus doli & malitiae exercent hodie, quam olim in 14. & 15. & probatur irrefragabiliter per illud B. Gregorij, 1 afferentibus filium cuiusdam quinquennem propter blasphemiam arreptum à diabolo de vlnis patris in gehennam inferni, quem refert S. Thomas, 10 & Ioannes Andreas, Panormitanus, & alij, 11 quod fieri non potuit, nisi fuisset doli capax. Nec obstat quod aliqui dicunt id fuisse factum ad terrendum patrem, & non propter peccatum filij: quoniam, vt recte ponderat Sotus, 12 verba ipsi B. Gregorij repugnant eis.

4 Secundo facit, quod infans doli capax etiam obligatur iureiurando, & potest esse periurus, vt probatur ex multis, quae Ioannes ab Anannia scribit. 13

Tertio, quod iudicium sufficiens ad obligandum Diabolo, est sufficiens ad obligandum Deo, iuxta glossam celebrem. 14

5 Quarto, quod licet elem. 1. 15 absolute statuat infantem occidentem non fieri irregularem, tamen Ioannes, Andreas, & Panormitanus, 16 aiunt esse limitandum, vt procedat in eo, qui non est doli capax: enim illam incurrit, vt ipsi ibi aiunt, quae opinio communiter recepta est secundum Didacum, 17 & Hippolytum, 18 qui licet verè dicat posse inueniri infantem doli capaxem, & hodie aliquos in 6. & 7. anno plus habere doli & malitiae, quam olim in 14. & 15. parum considerat tamen in hoc allegat glossam cap. fina. 19 quia non loquitur de infante, sed de puero.

6 Quinto, & efficacissime facit, quod lex generaliter loquens generaliter est intelligenda, 20 etiam si maior ratio militet in vna specie, quam in alia, 21 & tradit post & ante alios Decius. 22 At canones generaliter statuunt, vt leuans de fonte baptismi contrahat cognationem spirituales, non distinguendo inter sexum & sexum, nec inter aetatem & aetatem, inter iuuenem & senem, puerum & infantem: ergo in omnibus istis habet locum, quamuis aliqua maior ratio militaret in iuuetne, quam in senio confecto, & in puero vel infante.

Sexto, quod nemo auderet dicere, quod senio confectus & iam iam moriturus non contraheret cognationem, si quem leuaret de fonte: ergo neque id negare debet de infante doli capace, cum maior sit spes quod huiusmodi infans possit instruire leuatum, quam senio confectus & iam iam moriturus.

7 Septimo denique, quod nulla ratio reddi potest, cur infans, vel furiosus leuando de fonte non contrahant praedictam

a De dimort. b Cap. 10.

c Ca. 22. nu. 47. & 86.

d Ca. 21. nu. 47. & 86.

e Ca. 22. nu. 47.

f Lib. 4. sem. dist. 4. qu. 1. art. 3.

g ff. de liber. & post. per totum.

h Ver. matr. 8 qu. 7. nota. 12.

a l. infans. ff. ad legem Co. de sicar. b Clem. 1. de homicidio. c l. illud. ff. de iur. translat. in ca. illud. 15. qu. 1. d in dist. l. infans. & in d. elem. 1. e In l. ff. Cod. de sal. mone. f De cons. eccl. n. 4. g in 4. dist. 6. qua. 2. artic. 2. h In 4. dist. 27. qu. 2. artic. 2. i l. illud. ff. ad legem 1. qu. 1. cap. dudum. il. 2. de iust. & in l. infans. ff. ad legem Corneliae de sic. l. in 4. Dialo. in l. d. v. 7. qua. 2. ar. 2. n in cap. 1. de delict. puer. o in d. di. 27.

p In capis. 1. a num. 7. & 8. de delict. pua. q In cap. mulier. 2. qu. 2. De homici. s In cap. 1. de delict. puero. r In di. cle. 1. 2. par. relect. §. 1. a nu. 5. v In d. l. infans. x De sens. ex. commu. y Cap. solita. de maior. & obed. l. de praesio ff. de publ. in rem. act. z l. 1. §. quod autem. ff. de alea lusu. a Conf. 609. num. 3.

cognitionem, nisi quia non habent usum rationis, nec sunt capaces doli, vel prudentiæ. Cum ergo in infante homine v-
sus rationis & doli & prudentiæ capace cesset hæc ratio, con-
sequens est, vt & cessare debeat in illo responsio negatiua,
scilicet quod non contrahat illam cognitionem.

7 Quibus omnibus satis perperis, videtur resoluendum
primo, quod argumenta pro parte negante adducta debent
intelligi de infante, qui nondum habet usum rationis, nec po-
test peccare, nec obligare se voto; argumenta vero pro parte
affirmante adducta, de illo infante, qui iam vitur ratione, &
potest peccare, & obligare se voto.

Secundo ex hoc sequitur, quod non est necessaria dispen-
satio in specie proposita, ad hoc vt oratores contrahant, si
verba illa in supplicatione porrigenda posita, quod omnino i-
gnorabat quid ageret, intelligantur de ignorantia, quæ causaretur
ex defectu iudicii, & vsus rationis sufficientis ad peccan-
dum, & obligandum se voto; quia non fuisset doli capax.

Tertio, quod esset necessaria dispensatio, si verba illa præ-
dicta significarent ignorantiam, quam habet impubes etiam
doli capax ante secundum septennium, de qua ignorantia lo-
quitur l. vlt. quatenus habet impubertem ignorare quidquid
videt: illa enim ignorantia non solum inuenitur in eo qui
nondum est septennis, nec vitur vsu rationis, nec potest pec-
care, sed etiam in eo qui est maior septennio, & iam habet
vsu rationis, & potest peccare, vt prædictum est.

S V M M A R I V M.

1 Cognitionem spiritualement tunc demum contrahit minor te-
nendo in baptismo, vel confirmatione, si habet iudicium ad
peccandum mortaliter.

CONSILIVM III.

T ANNORVM duodecim tenuit Iuliam puellam sex
annorum, dum susciperet sacramentum confirmatio-
nis. Queritur an inter ipsos sit contracta affinitas spiritualis.

1 Respondeo, quod ante paucos dies multis & firmissimis
rationibus nixi respondimus, quemdam infantem doli capa-
cem, & habentem iudicium sufficientem contrahere prædictam
cognitionem spiritualement, leuando alium infantem de baptis-
matis fonte, ex quo inferitur, quod si is, de quo queritur, non
maior 12. annis erat iam discretus, & doli rationisque capax, &
habebat iudicium sufficientem ad peccandum mortaliter, con-
trahit cognitionem spiritualement impedientem & dirimentem
matrimonium cum ipsa Iulia, & licet per Concilium Tri-
dentinum, aliquot cognationes spirituales fuerunt sublatae,
ista tamen non. Si autem is non maior 12. annis erat doli & ra-
tionis expertus, adeo quod non habebat iudicium ad peccan-
dum sufficientem, non contrahit prædictam cognitionem, sed
quia credo eum non fuisse adeo rationis vsu carentem, non
subiicio prædictas rationes, sed concludo necessariam esse
dispensationem, quo iuste possint contrahere.

Vide in cons. superiori.

S V M M A R I V M.

1 Patrinus non requiritur quod sit maior baptizato, nec gerit
personam patris: cum in baptismo baptizans pater, & aqua
matris personam gerant.

CONSILIVM IIII.

AN PATRINVS etate maior baptizato esse debeat?
1 Responderetur, quod pro parte affirmante facit pri-
mo, quod Panormitanus & Archidiaconus determinant, quod
debere patrinum esse baptizati, qui non est maior baptizato
saltem 14. annis, argumento S. minorum, qui habet, adoptan-
tem debere maiorem adoptato 18. annis. Secundo, quod pa-
trinus censetur pater baptizati: & monstrum videtur, quod
quis dicatur pater alicuius, nisi sit maior eo tot annis, vt possit
esse pater eius naturalis, cum ars imitetur naturam. Tertio,
quod argum. à patrino baptizati ad patrinum confirmati valet.

Quibus non obstantibus, pars negatiua videtur vera. Tum
quia fundamenta Panormitani & Archidiaconi videntur in-
firma, & parabolica. Tum quia præsupponunt falsum, scilicet
patrinum, vel maritimum gerere personam patris, vel matris,
quia tantum baptizans gerit personam patris, & aqua matris,
vt ait Augustinus.

Vide tamen quoad hoc vltimum dictum infra Cons. sequ. in fin.

S V M M A R I V M.

3 Baptizans in necessitate filium suum ex vxore, nullum contra-
bit impedimentum, seu cognationem talem, qua impediatur
vsus matrimonij.

A 2 Cognatio impediens & dirimens contrahitur, vbi quis filium
suum fornicarium etiam in necessitate baptizat.

CONSILIVM V.

S PONS I ante Concilium Tridentinum in eorum terris
publicatum se carnaliter cognouerunt, & prole susceperunt,
& cum paruulus in periculo mortis esset, pater eum baptizauit.

Dubitatur primo, an impedimentum ad contrahendum
matrimonium cum dicta sponsa contraxerit.

Secundo, an baptizans in tali necessitate suum & concu-
binæ filium illud incurrat.

1 AD PRIOREM questionem respondeo, quod ex
prædicto baptismo nullum impedimentum, quod noceat, or-
tuum est inter prædictos parentes baptizati: quia per sponsalia
præcedentia, & copulam carnalem subsequutam constitu-
tum fuit matrimonium de presenti, iuxta cap. is qui. & pater
baptizans in necessitate in casu relato filium suum, & vxoris
sue, nullam contrahit cognitionem, quæ noceat, vel impediatur
vsus matrimonij, vt est casus in cap. ad limina. quia per ac-
tum bonum non debet præiudicari matrimonio sanctè an-
te contracto: & certum est quod Concilium Tridentinum
nihil obstat matrimonio clandestinè contrahendo in terris, in
quibus non est publicatum, quæ responsio firma est in foro
exteriori, in quo præsumptio est iuris, & de iure, quæ non ad-
mittit probationem in contrarium: præsumitur enim, copu-
lam, quam sponsus habet cum sponsa, esse matrimonialem, &
vxorio affectu habitam, est etiam firma quo ad forum inter-
ius conscientiæ, si res ita habet coram Deo, ac præsumitur
exteriori, si autem copula prædicta verè fuisset fornicaria, &
non habita vxorio affectu, secus esset dicendum; quia non es-
set coram Deo & in foro interiori contractum matrimonium,
& consequenter attendenda est decisio sequentis questionis.

2 AD SECUNDAM respondeo affirmatiuè: regula
enim iuris habet, quod inter baptizantem, & patrem & ma-
trem baptizati oritur cognatio impediens, & dirimens con-
tractum matrimonij, & quamuis prædictum Concilium, ab-
stulerit aliquas cognationes spirituales, non tamen abstulit
hanc, vt ex eius tenore apparet. & ita qui fornicarium filium
baptizat in necessitate, includitur sub illa regula, & non ex-
cluditur per d. cap. ad limina. & alia similia ei, quod tantum
excusat patrem baptizantem filium suæ vxoris in necessitate,
nec potest extendi ad patrem baptizantem filium fornicari-
um suæ concubinæ: quia non est eadem ratio, cum in illo
casu agatur de non præiudicando matrimonio iam contra-
cto, in hoc autem de non præiudicando contrahendo; per
quod videtur solui argumenta, quæ in contrarium adducit
Sotus, qui tamen non fuit ausus tenere contrarium, nec etiam
Paludanus vt nos diximus in nostro Manua. § Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Regula illa, Potest quis per alium quod per se, fallit in cognatio-
ne spirituali, & alijs, num. 5.

1 Matrimonium per procuratorem & literas contrahi posse, ex-
presso quidem iure cauetur; sed de cognatione spirituali hoc
non reperitur expressum, num. 9. & verior videtur negatiua,
num. 5. & 7.

1 Cognatio spiritualis olim contrahatur, etiam mediante per-
sona sui coniugij suscipientis, num. 10.

2 Patrinus in baptismo fidesufforem, pedagogum, & cognatum
se facit, num. 10.

3 Cognatio spiritualis actum proprium patrini per se tenentis &
respondentis requirit, num. 4.

3 Cognatio spiritualis est astinentia ex sacramenti datione pro-
ueniens.

6 Impedimenta matrimonij restringi Reipublica interest.

6 Patrinum sola presentia sine alio actu non facit.

7 Cognationem spiritualement per alium non contrahi, verius: sicut
etiam dicitur de corporali & legali cognatione, num. 5.

8 Consuetudine induci posset, vt cognatio spiritualis per alium
contrahatur, sed an sit inductum, dubitatur.

8 Consuetudinem esse, nisi probetur, non creditur.

CONSILIVM VI.

AN cognatio spiritualis, siue compaternitas contrahatur
per alium, scilicet per procuratorem, vel mandatarium,
ita vt perinde impediatur matrimonium, ac si per seipsum fuisset
contracta?

1 Pro parte affirmante facit primo regula illa iuris, potest
quis per alium quod potest per seipsum.

a Cod. de fal.
mon.

b Cap. 1. §. 1.
de cogn. spir.
in 6.
c Ca. 2. de re-
form. mari.
sess. 24.

d In cap. de
bitum de bap-
tis.
e In sit. de a-
doption.

f Ca. 1. in præ-
de cognat. spi-
rit. lib. 6.

a De spons.

b 30. qu. 1.

c Cap. 1. sess.
24. de refor.

d Cap. 1. de
cog. spir. in præ-
cip. lib. 6.
e in præd. fo-
cap. 2.

f In 4. di. 42.
art. 1.
g Cap. 22. num.
40.

h Lib. 6. cum
suis concord.

3 Patrini etsi plures, quàm duo, contra prohibitionem iuris communis, & Concilij, designati & admissi fuerint, actus tamen tenet, & omnes efficiuntur patrini.

CONSILIVM VII.

PARENTE S cuiusdam baptizandi nominaverunt tres patrilinos, quos admittit parochus contra. a Concilium Tridentinum. Queritur quid iuris.

1 Respondeo, quod pro parte negante facit, quod factum contra legem non valet. b

Pro parte autem affirmante facit primo, quod aut est dicendum nullum eorum esse patrilinum, aut omnes: sed durum est dicere primum, ergo dicendum erit secundum.

Secundo, quod multa prohibentur, quae tamen facta tenent. c

2 Tertio, quod licet regulariter actus factus contra legem non valeat per d. l. non dubium. fallit tamen, quando lex expressè non annullat actum, & addit poenam extrinsecam, quae potest consistere cum actus valore, & valor actus non respicit fauorem eius, cui poena imponitur, vt resoluuit Bartholus communiter receptus, d & in casu proposito praefatum cap. 2. non annihilat adhibitionem plurium patrilinorum, & addit poenam parochi admittenti plures patrilinos: & valor actus patrilinorum non respicit fauorem, vel utilitatem parochi, sed baptizandi: ergo valet actus.

Quarto, quod quantum ad hoc nihil noui induxit Concilium, quia etiam iure antiquo prohibebatur, ne plures patrini fierent eiusdem baptizandi. e Attamen semper seruatum est, vt omnes leuantes, immo & tangentes, etiam si non essent designati à parentibus, fierent patrini, & haberentur pro talibus, per cap. quamuis. f & à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus per nouum exprimitur.

3 Cum ergo per nouum Concilij ius non annulletur actus patrilinorum plurium, non est dicendum eorum actum esse nullum, vt diximus in nostro Manual. confess. g

Quinto, quod non debet alteri per alterum iniqua inferri conditio, h ergo nec per parochum admittentem plures patrilinos debet inferri iniqua conditio baptizato, vt careat patrilino, & minus solemnitati tanti sacramenti, quod iam inde à nascente Ecclesia ornatur assistentia patrilini tamquam paedagogi baptizandi. & ideo merito Concilium addidit poenam parochi, nulla de annulatione actus facta mentione.

Sexto, quod non obstat dicere, quod sublato vno remanent alij duo: quia nulla ratione potest dici, cur magis aliorum adhibitio valeat, quàm vnus, cum omnes fuerint designati, & omnes à parochi admitti, & omnium nomina in libro descripta.

S Y M M A R I V M.

- 1 Incestus, qui inter consanguineos & affines committitur, etsi causet impedimentum impediens, secus tamen, si committatur inter cognatos spirituales. num. 8. nec est proprie incestus, num. 6. licet cognatio spiritualis sit nobilior carnali quo ad reuerentiam & casus in iure expressos; non tamen ab vno ad aliud arguitur. num. 10.
- 2 Impedimenta plura cum adsunt, potest ab vno peti dispensatio, absque eo quod de alio fiat mentio; potestque postea super alio separatim impetrari alia dispensatio, nu. 5. etiam si vna à Papa, & altera ab Episcopo esset petenda. nu. 9. sed & absolutio ab vna ex duabus excommunicationibus potest obtineri, alia tacita. num. 5.
- 3 Falsa expressio vitiat quidem gratiam; ac taciturnitas illius, quod scitur principem redderet difficiliorem, tunc demum vitiat, cum iura id iubent exprimi.
- 4 Criminoso facta collatio beneficij, tacito crimine, modo non inducat irregularitatem, tenet.
- 7 Filiam spiritualem poenitentiae cognoscens sacerdos adulterium dicitur committere, sed improprie.
- 11 Coniuncte persona cum sit mentio in iure, intelligitur in dubio de coniunctione carnali, non autem de spirituali.

CONSILIVM VIII.

I. & A. qui erant cognati cognatione spirituali compaternitatis, tractauerunt de matrimonio inter se contrahendo, & scripserunt Romam pro dispensatione habenda, nullis sponsalibus, neque matrimonio contractis; antequam tamen impetraretur dispensatio, vel mandatum, vel commissio ad dispensandum, habuerunt inter se copulam: & commissio ad dis-

pensandum fuit impetrata, nulla mentione facta de copula. Queritur, an impetratio sit subreptitia.

Pro parte affirmante facit primo, quod taciturnitas eius, quod expressum redderet principem difficiliorem ad gratiam concedendam, reddit eam nullam, a & videtur quod Papa difficilius concessisset dispensationem, si nouisset eos copulam inter se habuisse.

1 Secundo, quod incestus impedit matrimonium contrahendum, b & copula inter cognatos spiritualiter videtur esse incestus: ergo oportet habere dispensationem super eo.

2 His tamen non obstantibus, contrarium est dicendum. Primo quidem, quod nullo iure canonico, vel Caesareo cauetur, quod in impetratione dispensationis super vno impedimento matrimonij debeat fieri mentio de alijs, ad hoc vt valeat dispensatio quo ad impedimentum, ad quod illa impetratur: & non est inducenda obligatio iuris sine iure ad id obligante. c

3 Secundo, quod licet omnis expressio falsi, qua mouetur princeps ad faciendum concessendam gratiam, faciat eam subreptitiam, & ipso iure nullam, d non tamen omnis taciturnitas veri, cuius expressio retraxisset principem ad non tam facile concedendum, reddit gratiam nullam, sed sola illa, qua taceatur verum, quod iura iubent exprimi in tali impetratione. quae est resolutio Rotae, e & Egidij, f & Felini, g relata à nobis in Man. confess. h pro qua facit glossa recepta, i quatenus habet in impetratione beneficij faciendam quidem esse mentionem de beneficio habito, sed non de cura vel ordine illi annexis, licet mentio illorum difficiliorem redderet principem ad concedendum: quia id nullo iure praecipitur.

4 Facit etiam, quod valet collatio beneficij facta criminoso crimine non inducente irregularitatem, & inhabilitatem ad beneficium, non facta mentione de illo crimine, licet expressio illius difficiliorem reddidisset principem ad conferendum, vt sentit Innocentius, k & resoluuit Felinus post alios. l

5 Tertio, quod valet impetratio absolutionis ab vna excommunicatione, non facta mentione de alia, secundum glossam i. communiter receptam. m

Quarto, quod passim contingit in curia impetrari dispensationem super vno impedimento matrimonij, non facta mentione de alio, & postea impetratur dispensatio super alio, quarum vtraque iudicatur valida.

6 Quinto, quod copula inter cognatos spiritualiter tantum non est verè incestus: quia incestus definitur esse consanguineorum affiniumque coniunctio, n & palam est cognatos spiritualiter tantum non esse consanguineos, neque affines, vt manifestè demonstrant rubricae diuersae de consanguinitate & affinitate, & de cognatione spirituali: & expressè dicitur, o quod talis cognatio non est consanguinitas: neque iura, glossae, & doctores appellant illam copulam incestum; & si cubi appellaretur, deberet intelligi de appellatione impropria, & similitudinaria: sicut in cap. si sacerdos. p appellatur adulterium copula sacerdotis cum filia spirituali poenitentiae, quam tamen constat non esse verè adulterium.

7 Non obstant citata in contrarium: non primum, quia nõ cuiuscumque veri taciturnitas reddit gratiam nullam, sed solum illius quod iura iubent exprimi, per resolutionem positam in secundo fundamento.

8 Ad secundum responderetur primo, negando copulam inter cognatos spirituales esse verum incestum, per tertium fundamentum. Secundo, quod nullibi probatur, quod per talem copulam inducatur impedimentum ad contrahendum matrimonium, & ita non est dicendum, per primum fundamentum. Tertio, quod impedimentum incestus non dirimit matrimonium contractum, & super eo potest dispensare Episcopus, immo videtur consuetudine sublatum, per ea quae dixi in Manual. q

9 Et ideo esto quod esset necessaria dispensatio super illa, posset haberi ab Episcopo ante vel post impetrationem super cognatione ipsa spirituali, quam certum est non esse necessariam ad hoc vt matrimonium contractum valeat, secundum omnes; neque est vllus qui dicat eam necessariam etiam ad impediendum peccatum, quod in contrahendo committeretur, per praedicta.

10 Nec obstat, quod nobilior est coniunctio spiritualis, quam carnalis, r quia id verum est quo ad ius quoddam reuerentiale, & spirituale, & quo ad effectus expressos

a Cap. 2. de reform. matrim. sess. 24.

b l. non dubium C. de legibus.

c Cap. 2. de matrim. contra. contra. interd. eccles. cap. 2. de cler. per sal. prom.

d In l. pratoris. num. 3. ff. de noui operis nunc.

e Ca. non. plu. res. de consec. dist. 4.

f De cognat. spirit. lib. 6.

g Ca. 22. nu. 39. sequen. h l. non debet. de reg. iur.

a Cap. postulasti. de rescri.

b Ca. 1. & 2. & cap. transmissa. de eo qui conf. ux. ju.

c Arg. ca. con. sulisti. 2. qu. 1. & cap. 2. de translat. praeb.

d Cap. super literis. de res. l. & si legib. Co. si contra ius vel util. pub. qua est §. sub ca. dicitur. 25. qu. 2.

e De rese. 32. decis. in nouis num. 5.

f Decis. 698.

g Dicit ca. postulasti de rescri. col. 4.

h Ca. 22. nu. 80.

i In clem. 1. de praeb. in verb. vel alteri.

k In ca. propo. suit de consec. praebend. in verbo exco. tore.

l In ca. 2. nu. 4. de rescrip. m In cap. ex parte. de off. ord.

n 30. q. 1. ca. 1.

o In c. 1. 30. q. 3.

p 30. qu. 1.

q Cap. 22. nu. 75.

r Cap. ita. ca. cap. Pittat. 30. qu. 3.

in iure,

in iure, non tamen quoad alia.

Unde licet coniuncta persona possit pro coniuncta agere sine mandato, & canonici vnius ecclesia: sunt coniuncta persona spiritualiter, non tamen potest alter pro altero agere sine illo, ut est glossa celebris, recepta à Panormitano & communi, & dilata per Felinum concludentem, quod vbiunque aliquid statuitur in iure de coniuncta persona, debet intelligi de coniuncta carnaliter, & non de coniuncta spiritualiter, nisi quo ad effectus expressos: & nullibi reperitur expressum quod huiusmodi coniunctio & copula sit incestus, nec pariat vllum impedimentum ad matrimonium, licet ipsa cognatio spiritualis producat impedimentum, non solum ad contrahendum, sed etiam ad dirimendum contractum.

DE EO QUI COGNOVIT CONSANGVINEAM VXORIS SVÆ.

SVMMARIVM.

Incestum cum consanguinea, sicut cum affine, impedit matrimonium contrahi cum quacumque alia, secundum Canonistas contra Theologos. & num. 2.

CONSILIVM I.

Incestus cum consanguinea impedit contrahere matrimonium cum alia, sicut incestus habitus cum affine?

Respondeo, quod communis opinio Theologorum videtur tenere quod non. nam id tenet S. Thomas, communiter receptus, & Sorus. S. Antonius 3. par. cap. 16. §. 4. titul. 1. Silvester, quos sequitur Couarruias.

Tum quia videtur eis nullo iure id caueri, eo quod cap. 1. & 2. & 4. solum tribuunt illud incestui cum affine habito, & non incestui cum consanguinea. Tum quia ut ait Richardus, & non videtur hoc inductum ob gravitatem criminis, sed ob iniuriam quae fit matrimonio per coitum cum cognata coniugis. 2. Contrarium vero tenent Canonistae plerique cum Panormitano & Praeposito, quos sequuti fuimus in nostro Man. conf. 1. cum Angelo. Tum quia, ut ibi dixi, stylus curiae id servare videtur, quatenus cum dispensat, ut consanguinei, qui se incestu polluerunt, contrahant inter se matrimonium, apponit clausulam ut superstes sine spe coniugij maneat. Nec dicatur, incestum quidem impedire matrimonium contrahendum inter ipsos consanguineos, qui se incestu polluerunt, non autem contrahendum cum aliis: quia per illam clausulam iubetur superstes sine spe coniugij manere cum alio. Tum quod cap. si duo. 1. habet consanguineos matrimonio coniunctos separari debere, & posse cum aliis contrahere, si iuvenes sunt, significando indigere dispensatione, quae propter iuventutem & timorem incontinentiae illis concedi potest. Tum quia c. si. de concubinariis consanguineis habet, si alter eorum morte praeventus fuerit, alter quamdiu vivit graviter poeniteat, & sine spe coniugij maneat. Tum quia cap. de incestu. n. habet, incestuosos nullo nomine deputandos. Tum quia cap. qui propinquam. o. habet, Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt, & separantur, non licebit eis, quamdiu vterque vivit, alias uxores sibi in coniugio sociare, nisi ignorantia excusetur. Tum denique quia ratio Richardi non concludit: quia potest assignari aliqua alia ratio, quare praed. capp. 1. disponunt de incestu cum affine, & non de incestu cum consanguinea; scilicet quia de illo plus potest dubitari, quam de hoc.

SVMMARIVM.

- 1. Destorans virginem post sponsalia nulliter cum eadem impedi- menti ignara contracta, ut minimū tenetur danum resarcire.
2. Dispensationem petere non tenetur, qui simpliciter cum aliqua occultum impedimentum ignorante in gradu prohibito contraxit: & hoc, etiam si tacite in mente sua gerat intentionem illam petendi, quod si eam destoravit, danmū resarciat: si tamen intendebat se obligare, vel promisit illa petere, tunc tenetur: at si solum promisit eam ducere, si Papa dispensabit, non tenetur illam procurare: ea tamen à parte obtenta, tenetur (contra sententiam Innocentij) ducere.

CONSILIVM II.

AN qui cum matre rem habuit, postea contraxit sponsalia cum filia, cum qua etiam rem habuit, post quae iterum habuit rem cum matre, teneatur in foro conscientiae querere pro viribus dispensationem, ut possit contrahere valide cum filia, & post eam obtentam contrahere solemniter

cum eadem?

1 Pro parte negante facit, quod impossibile nulla est obligatio, ergo sponsalia illa non valuerunt, quia non erant possibilia ob impedimentum affinitatis in primo gradu.

Pro parte affirmante facit primo, quod decepit filia ignorantem fornicationem eius cum sua matre, & consequenter impedimentum, quod erat inter ipsos: & ita tenebitur resarcire danum deflorationis eius. Secundo, quod non est omnino impossibile quod possit fieri iuste aliquo modo, saltem per dispensationem Papae, quamvis aliquo modo sit tale, saltem si solet super eo dispensare princeps, ut ille §. significat in illis verbis, non valet, ac satis probat l. quidam relogatus. c.

2 Pro resolutione videntur considerandi multi casus. Primus, si contraxit sponsalia simpliciter, nulla facta mentione expressae, nec tacite de dispensatione: quo casu sponsalia videntur omnino nulla, & ita ad nil obligantia, quamvis ob deceptionem, qua sciens impedimentum contraxit cum ignorante, teneatur resarcire danum ex alio capite, nempe damni dati. Secundus casus, si contraxit cum proposito & intentione obtinendi & procurandi dispensationem: quo casu videri potest alicui ipsum teneri ad procurandum dispensationem; sed alij videri potest contrarium: quia non sufficit intentio vnius partis se obligandi, nisi id alij pateat, sicut neque emendi, vel vendendi, nisi emat, vel vendat; nec ascendendi arborem, nisi ascendat, iuxta notata per glossam. Et puto, quod, si intra se habuit animum obligandi se Deo, qui vbiq; est praesens, teneretur in foro interiori, alioqui non. Tertius casus est, si promisit ducere, si Papa dispensaret: quo casu si non promisit procurare dispensationem, non videtur teneri ad eam procurandam, immo neque ad contrahendum procurata illa per aliam partem, secundum mentem Innocentij, & quamvis contrarium putem verius per adducta à Couarruvia, sed licet teneatur ad contrahendum, non videtur teneri ad procurandam dispensationem. Quartus, in quo promisit tacite vel expresse illam procurare: quo casu tenebitur adhibere mediocrem diligentiam ad impetrandam illam, & ad contrahendum post eam impetratam, &c.

Vide infra Conf. de consang. & affini.

DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE.

SVMMARIVM.

- 1 Affinitatis impedimentum ex illicito coitu, tam occulto, quam publico, nascitur.
2 Matrimonium iuste nemo contrahit, nisi credat non adesse impedimentum.

CONSILIVM I.

ANTONIUS vellet matrimonium contrahere cum Lucretia, quam Hieronymus eius frater adamarat, & dubitat an secretò eam cognoverit. Quaeritur, an Antonius tuta conscientia illud matrimonium contrahere possit.

1 Ex coitu carnali illicito nascitur affinitas iure canonico quo ad effectum impediendi matrimonium, secundum omnes, siue coitus sit publicus, siue occultus, ut colligitur ex definitione affinitatis data in arbore affinitatis, & singulariter colligitur ex cap. discretionem. quatenus probat non referre quo ad hoc, an coitus incestus sit publicus, aut occultus, colligitur etiam in cap. concubuit. & aliquot aliis, quatenus probant per coitus admissos cum cognatis primi gradus impedi- ri matrimonia: & clarum est huiusmodi coitus esse solere secretos, & occultos.

2 Et ideo sicut publicus coitus generat affinitatem quo ad forum publicum & conscientiae, ita coitus occultus generat affinitatem quo ad forum conscientiae, & consequenter praefatus Antonius cum praefata Lucretia non potest iuste contrahere matrimonium, nisi coram Deo credat quod Hieronymus non cognovit Lucretiam, vel nisi obrinuerit dispensationem, saltem quo ad forum conscientiae tantum, etiam si nullatenus probari posset, nec vllum scandalum ex contracto matrimonio generaretur; quod stylus sacrae Penitentiariae quotidie servat. Salva, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Matrimonium contrahendum non potest impedi ad dictum vnius testis asserentis se ab vno alio audivisse eos esse consan-

a Cap. c. M. de iust. in ver. confortes.

b In 4. di. 34. q. 3. ar. 3. c. Dist. 37. ar. 2. sub fin. d. Verba matrimonium 7. imped. c. In epist. 4. 2. par. capi. 6. in princ. num. 4. f. De eo qui cog. conf. 1. pro vi sua. g. In suprad. in di. 34. h. In d. c. 1. c. 1. de eo qui cog. conf. vi. sua. i. Cap. 21. num. 75. k. Verbo, in c. 5. ar. 6. l. 25. q. 6.

m 34. 9.

n 35. q. 3. 1

o 35. q. 3.

p De eo qui cog. conf.

a l. impossibile. ff. de ver. iur. c. l. no. mo ad impossibile. de reg. iur. lib. 6.

b l. apud Italia. nu. 9. constat. ff. de legat. 1. c. ff. de reb. dub. c. l. interdictis. ff. de condit. & demonstrat. d. Arg. reg. no. praestat. de ver. iur. lib. 6.

c Arg. l. qui absenti. ff. de acq. poss. f. In l. in vendentis. Co. de contrah. emp.

g In ca. super eo. de condit. appof. h In epist. 4. 2. par. ca. 3.

i Lib. 6. k De eo qui cognov. consang. vxo. sua. l. 32. q. 7.

guineos. Idem est, si secundus deponens de veritate nollet iurare: secus esset, si plures deponeret, se à pluribus id audivisse, vel vnus tantum iuratus deponeret de veritate. nu. 2.

1 Tuior pars non est de necessitate sequenda; sed sufficit vt tutam, etiam in contrahendu matrimonii, sequamur.

CONSILIVM II.

VOLENTIBVS duobus, viro scilicet, & muliere, contrahere matrimonium, dum fierent denunciations in Ecclesia, mulier quaedam declaravit & testificata est intercedere inter eos impedimentum, quia vt ab vno ex suis maioribus audierat, quarto consanguinitatis gradu sibi inuicem atinebant. Quaritur, an istud sit impedimentum, ita vt contrahere non valeant.

1 Videtur resoluendum, quod dictu præfatæ mulieris non sufficit ad impediendum matrimonium contrahendum inter eos, quos ait se contingere 4. gradu consanguinitatis. Tum quia est vnica testis, quæ nihil probat. 2 Tum quia est testis de auditu, qualis non probat, etiam in hac materia, nisi audisset à pluribus maioribus, b & hæc non audiuit nisi ab vno tantum. Tum quia dictum vnus testis de auditu, & alterius de veritate sine iuramento non probat sufficienter impedimentum, etiam ad contrahendum, secundum Panormitanum. c Tum quia ad opposita responderi potest.

Ad primum quidem concedendo testes de auditu plures, & qui à pluribus audierunt, probare quidem per allegata in argumento; sed quod hæc est vnica, & singularis, & non audiuit à pluribus.

Ad secundum, non esse necesse eligere tutiorẽ viam: quia sufficit eligere tutam, vt nos latè probauimus in cap. si quis autem. d

2 Ad tertium negando, quod ex eo, quod dictum vnus testis de veritate sufficit, consequatur quod dictum vnus testis de auditu sufficiat; quoniam maioris ponderis est dictum de visu, & veritate, quam de auditu, etiam si dictum de auditu esset validum: quia testimonium de veritate est probatio naturalis, & regularis; testimonium autem de auditu irregularis; & non est relaxandum vltra casum, ad quem admittitur. argum. cap. tua. e & ait Felinus. f Et esto quod eiusdem valoris esset dictum testis de auditu, cuius est testis de veritate, intelligendum tamen esset de testimonio de auditu valido, quale non est hoc, de quo loquimur, per supradicta pro nostra parte.

Ad quartum negando, quod hoc testimonium nemini noceret, cum palam lædat facultatem à iure naturali, diuino, & humano concessam volentibus contrahere.

Ad vltimum, negando assumptum, licet enim cap. in omni. g prober denunciatores admitti pro vno teste, non tamen probat sufficere vnum, immo clarè requirit alterum, vel duos.

SVMMARIVM.

- 1 Consanguinei sunt, cū vnus descendit ab alio, vel ambo à tertio.
- 2 Primum genus affinitatis hodie post cap. non debet, de consanguinit. & affinit. solum inducit impedimentum: hoc autem non contrahitur inter viros, & consanguineas mulierum cognatarum, & vice versa.

CONSILIVM III.

IULIVS duxit vxorem Artemisiam sororem Saturni, & Ica mortua duxit Pantam, & mortuus est. Quaritur, an Saturnus possit ducere Pantam.

1 Respondeo quod sic. Tum quia nullum impedimentum canonicum inuenitur inter eos; non quidem consanguinitatis, quia non sunt consanguinei, quia non descendit vnus ab alio, nec ambo à tertio, quod requiritur ad consanguinitatem, iuxta glossam receptam in arbore consanguinitatis: neque impedimentum affinitatis, quia nec Saturnus cognouit vllam consanguineam Pantæ, neque Pantæ vllum consanguineum Saturni, quod requiritur ad impedimentum affinitatis, iuxta glossam receptam in arbore affinitatis, quoniam Iulius non erat consanguineus Saturni, sed solum cognatus, vel affinis eius.

2 Tum quia solum primum genus affinitatis inducit hodie post cap. non debet. h impedimentum; quia per illud sublata sunt secundum & tertium genus affinitatis. Primum autem genus affinitatis solum contrahitur inter viros & consanguineas mulierum, & inter mulieres & consanguineos virorum.

a Cap. cum à nobis, de testibus. b Ca. licet ex quadam, de testibus. c In ca. 1. nu. 2. de con. angumit.

d De pæn. di. 7. num. 35. & sequ.

e De consag. & affini. f In capi. licet ex quadam, de testib. nu. 1.

g De testib.

h De consag. & affini.

A Nam genus affinitatis, quod oritur inter viros & mulieres cognitas ab affinibus eorum, & è contrario inter mulieres, & viros cognitos ab earum affinibus, est quidem genus affinitatis secundum, vel tertium, sed non primum, quod solum hodie inducit impedimentum, vt dictum est. Et ita inter Saturnum & Pantam est quidem genus affinitatis secundum, quia ortum fuit ex coniunctione Iulij affinis sui cum Pantæ, & non ex coniunctione consanguineæ; & ita nõ inducit impedimentum hodie. Et qui contrarium responderunt Reuerendissimo Episcopo, inaduerter putauerunt omne genus affinitatis inducere impedimentum; quia solum primum genus inducit illud, & non secundum, nec tertium, vt dictum est.

SVMMARIVM.

- 1 Affinitas proprie sumpta non contrahitur, nisi interueniente copula carnali, quæ sit completa per seminis commixtionem, adeo vt non sufficiat clausura pudoris fracta fuisse; sicut nec pollutio extraordinaria, vel contra naturam, nu. 5. eaque definitur quod sit proximitas personarum ex copula carnali proueniens. nu. 4. & 5. quæ licet de iure civili non proueniat nisi ex iusta maritali copula, tamẽ de iure canonico oritur etiam ex illicita, & etiam cum propriis consanguineis habitis. nu. 3. & 4. At qua oritur inter ipsosmet maritum & vxorem quæ non affines sed affinitatis causa appellatur, item & que oritur inter sponfos, proprie affinitas non est. nu. 2. sicut nec qua oritur ex matrimonio rato, & non consummato. nu. 1. & 4. per totum. Vnde sacrum Concil. quod prohibet ne nisi cum principibus dispensetur in primo & secundo affinitatis gradu, non est extendendũ ad dictas affinitates improprie dictas. n. 8.
- 3 Affinitas & affinitatis impedimentum differunt, sicut cognatio, & cognationis impedimentum: nec omnis affinitas parit impedimentum, etia quod sit licita; quia extra quartum gradum illud non producit. num. 7.
- 8 Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum fuit solo iure humano post legem Evangelicam introductum; vnde facilius tollitur, quam alia impedimenta.
- 9 Dispensatio, & alius dispensationis sunt restringendi, quia sunt contra ius, & sic odiosi: at facultas dispensandi est favorabilis, adeo vt illius restrictio & sublatio sit odiosa, & strictè intelligenda.

CONSILIVM IIII.

CONTRA id, quod aliis respondi, scilicet non contrahi affinitatem, nisi ex copula carnali, dicuntur aliqui scrupulum mouere, ex eo quod S. Thomas in additionibus ad eius tertiam partem. a videtur tenere, impedimentum affinitatis nasci ex sponfalibus, vel matrimonio ante copulam carnalem habitam. Ad cuius sublationem præsuppono primo, verbum hoc, affines, generaliter & largè sumptum significare secundum suam etymologiam duo, quorum vnum trahitur ad finẽ alius, & è contrario: quo modo accepit Cicero, b ibi, Huic sceleri ne paruos affines esse putetis. & Modestinus, c ibi, Affines dicuntur, eo quod alter ad alterius cognationis finẽ accedit: per quem contextum idem dicit glossa recepta & approbata per omnes. d

2 Hoc etiam modo videtur accipi in l. non ideo minus. e quæ habet institutionem vxoris factam à marito, appellando eam affinem valere; licet, vt ibi ait glossa, vxor proprie non sit affinis viri, sed causa affinitatis, vt habet lex præ allegata non facile. sic etiam accipitur in l. quod seruis. f quæ dicit, inter sponsum & sponfam de futuro esse quamdam affinitatem: vbi glossa recepta per omnes ait, improprie, & non proprie esse affinitatem, & ita largo & generali modo illam ibi appellari affinitatem. Sic etiam glossa recepta per omnes, g ait, regulam illius legis, quæ habet, ratione affinitatis non dari successionẽ, procedere vniuersaliter, licet aliquando vxor succedat marito, & aliquando maritus vxori; quia licet largo modo & improprie maritus & vxor possint appellari affines, non tamen sunt proprie tales.

3 Secundo, quod aliud est loqui de affinitate, aliud loqui de impedimento affinitatis: sicut & aliud est loqui de cognatione, siue de consanguinitate, & impedimento cognationis, siue consanguinitatis, sicut enim non omnis cognatio vel consanguinitas parit impedimentum consanguinitatis, ita neque omnis affinitas parit impedimentum affinitatis: & consequenter non omnis, qui ait esse aliquam affinitatem inter aliquos, videtur

a q. 55. art. 4.

b In Catilinã. c In l. non facile, de affines. ff. de gradibus affinit. d In arbore affinit. e C. de bare. instit. ff. de cõdit. causa data.

g In l. affinitas, de C. communi de successio.

dicere

dicere inter eos esse impedimentum affinitatis, nec iure Canonico, nec Casarico, quo non nascitur affinitas, nisi ex legitimis nuptiis copula carnali subsequuta, licet iure Canonico nascatur etiam ex sola copula illicita sine vllis nuptiis legitimis precedētib; iuxta cap. discretionem. & ei concordata, quæ omnia sunt ab omnibus vtriusque iuris interpretibus recepta.

4 Tertio, quod hæc consequitur rectissimã esse definitionem affinitatis, quam posuit glossa in arbore affinitatis typis excusa tam in Decreto Gratiani, b quã in Decretali, c quam lib. 6. d & receptam per omnes in omnibus prædictis locis, & per omnes Theologos, e post S. Thomã, f scilicet, Affinitas est proximitas personarum ex copula carnali proveniens omni carens parentela: intelligendo per illa verba vltima, quod ea ratione qua est affinitas, non requirit vllam cõsanguinitatem interuenire, licet alia ratione possint cõcurrere cõsanguinitas, & affinitas, vt concurrat cum contrahatur etiam ex concubitu cõsanguineorum licito, vel illicito, vt declarat S. Thomas. g

5 Quarto, quod ex his colligitur, quam friuolus sit scrupulus, quo angete cupiūt nos, & nostrum respõsum, ex eo quod videtur eis dixisse S. Thomas ex solo matrimonio sine copula consequuta nasci impedimentum affinitatis in primo gradu impediens & dirimens matrimoniũ. Tum primo, quod additiones prædictæ nõ sunt D. Thomæ, sed longè post eius mortem collectæ ab alio, vt in titulo ipsarum expressè docetur.

Tum secũdo, quia S. Thomas in 4. h vnde videtur desumpta additio illa, expressè tenet definitionem datã à prædicta glossa prædictæ arboris affinitatis, scilicet, quod est propinquitas personarum ex carnali copula proveniẽs omni carens parentela, & quia bona definitio est de substantia & essentia definiti, & conuertitur cum eo; ita quod cui convenit definitũ, convenit definitio, & e cõtrario, vt probatur in l. 1. i & l. 1. cum notatis à Bartholo & aliis, k & latè tradit Decius, & citati ab eo, l consequitur, quod S. Thomas approbando illã definitionem, sentie expressè non posse dari propriã affinitatem sine interuentu copulæ: quia definitio eius habet eã nasci ex copula & coitu. Tum tertio, quod ipsemet S. Thomas paulo post ait, m quod affinitas adeo requirit copulã carnalẽ ad sui productionem, quod quantumcumq; aliquis claustra pudoris inuadat, vel frangat, nisi cõmixtio seminum sequatur, non contrahitur ex hoc affinitas, vnde nec copula contra naturam, neque extraordinaria pollutio generat affinitatẽ, secundũ eundem, n

pro quo facit cap. vlt. o & cap. extraordinaria. p Tum quarto, quod nõ obstat id quod ipsemet S. Thomas subdit, ex contractu matrimonij per verba de præsentĩ nasci quãdam propinquitatem, seu affinitatem, quæ pertinet ad societatem: quia loquitur de affinitate generaliter & largo modo sumpta, sicut leges citatæ in primo præsupposito, quarum omnium glossæ receptæ ab omnibus dicunt eam non esse propriẽ affinitatem.

Tum quinto, quod aliud est dicere quod aliqui sunt affines, & aliud, quod inter eos est impedimentũ affinitatis, vt habet præsuppositum secundum, & ideo ex eo quod S. Thomas dixerit ex matrimonio solo nasci affinitatẽ, non inferitur quod dixerit ex illo nasci impedimentum affinitatis: quia à diuersis non fit illatio. q

6 Tum sexto, quod aut est dicendum S. Thomã loqui variè, aut esse sibi ipsi concordandũ, si dicamus loqui variè, non est ei credendum; quia testi variè vel cõtrario modo loquenti non creditur, vt tradunt Pauormitanus & Felinus, r & alia citata per ipsos. Aut esse ipsum sibi concordandũ: & nõ se se offert alia concordia melior, quã quod in vna parte loquitur de affinitate propriẽ dicta, & de impedimento affinitatis, & in alia de affinitate largo modo & generaliter dicta: quoniã glossæ citatæ in primo præsupposito sic concordant textus de affinitate loquentes improprie & largo modo accepta. Tum septimo, quod ipse est fere solus, & omnes iuris interpretes sunt ei contrarij, & communis opinio præfertur singulari, vt est doctrina receptissima Ioannis Andreæ. s

7 Tum octauo, quod etiam singularis opinio præfertur communi, quando neruosiore ratione nititur, vt probat cap. capellanus. t vhi Pauormitanus ab omnibus receptus tradit, & Felinus & citati ab eo, v & S. Thomas fortiore ratione tenet id quod communis fere omnium, quam id quod prædictis scrupulosis videtur dicere.

Per quæ omnia concluditur efficacissime, friuolum esse prædictum scrupulum: & quod illo non obstante planè asse-

rendum est affinitatem propriẽ dictam nõ posse generari sine copula carnali licita, vel illicita, & minus impedimentum affinitatis: quia ad id requiritur quod sit intra gradum quartum.

8 Quod autem lex Concilij Tridentini, * quæ prohibet dispensationem dati coniunctis secundo gradu cõsanguinitatis, & affinitatis, non comprehendat impedimentum publicæ honestatis primi gradus, facit præter alia, quod longè aliud est impedimentum publicæ honestatis ab impedimento affinitatis: quoniã hoc saltem quo ad aliquas personas & gradus fuit inductum iure diuino scripto antiqui testamenti, b illud verò nullo iure veteri, nec scripto, sed est inuentum nouum post passum Christum, secundum omnes; & ita non est tanta ratio inhibendi dispensationem circa illud: & lex præsertim prohibitoria non est extendenda ad casum, in quo non est tanta ratio prohibendi. c Facit etiam illa ratio firma, quod nulla dispositio restringibilis est extendenda vltra terminos propriæ significationis illius, per reg. qua à iure. d cum ei concordant.

9 Et sublatio prædicta dispensandi est restringibilis: quia contrarium eius, quod est potestas dispensandi, est fauorabile, iuxta glossam solemnem, e receptam communiter per omnes, quorum aliquos citat & sequitur Felinus, f quamuis ipsa dispensatio, & actus dispensationis sint restringendi; quia sunt contrarij: sicuti dispensatio illegitimi est odiosa, sed potestas legitimandi est fauorabilis, & ampliabilis, vt tradit idem Felinus post alios. g Sapia, &c.

S V M M A R I V M.

1 Stipulatio, etiam in matrimonialibus, qua fit contra bonos mores, non obligat.

1 Promissio rei, qua iure impleri non potest, non valet.

2 Sponsalia contracta inter habentes impedimentum publicæ honestatis sub conditione si Papa dispensauerit, de iuris subtilitate non obligant partes, etiam si postea mandet Pont. super eo dispensari, contra num. 9.

4 In obligatione ea dumtaxat deducuntur, qua natura sua possibilia sunt.

4 Euentus illius rei frustra expectatur, qua etiam quod euenires, nullum produceret effectum.

5 Stupratam cum promissione ducendi tenetur stuprator ducere, & dotare. & 9.

6 Stuprans de iure civili non tenetur stupratam ducere, nisi particulari statuto caueatur.

7 Obligatus ex statuto aliquid facere, tenetur facere, vt alium valeat.

8 Promissio rei sacra, seu religiosa, licet non valeat; si tamen adfit iuramentum, cum conditione, si ex dispensatione principis fiat profana, tenet.

9 Stuprans cõsanguineam cum promissione ducendi illam, tenetur querere dispensationẽ, & obtenta per se vel per alium tenetur eam ducere. Impensas vero in dispensatione factas vitæ pars soluet. Quod si nõ poterit obtineri, tenetur eã dotare.

C O N S I L I V M V.

CVM quidam nobilis quamdam filiam familias virginem sibi secundo cõsanguinitatis gradu coniunctam adamaret, post decreti Concilij Tridentini de matrimonio publicationem iam antea sufficienter factã, ad cubiculum d. virginis accedens, præcedente promissione, quod eam in vxorẽ duceret, eandẽ detorauit, & postea scientibus & consentientibus dictæ mulieris parentibus cum eadẽ in sermone, mensa, & lecto, tamquã cum vxore, per multum tẽporis commoratus est, & liberos ex ea suscepit; quæ cum ordinatio loci innotuissent, eisdẽ, ne simul cohabitarent, prohibuit. Qua separatione facta, dictus iuuenis sæpius dictæ mulieri, quã vxorem nominabat, per literas significauit sicuti omni opera nitebatur à summo Pontifice dispensationẽ ad eum eadẽ contrahẽdum impetrare. Tandẽ post aliquot annos dictus iuuenis à d. ordinario petiit declarari inter ipsum & dictã mulierẽ nullũ extra matrimonium, secumq; dispensari, vt non obstante prædicto incestu possit liberè & licitè cũ alia sibi aliã de iure non prohibita matrimoniũ ad euitandã incontinentiam contrahere. Opposuit dicta mulier, immo dictũ iuuenẽ cogendũ ad pro posse impetrandã dispensationẽ prædictã, vel salte pati, vt ab ipsa impetretur, & successiue ea impetrata cogẽdum ad eum ipsã matrimoniũ cõtrahẽdũ, prout tenetur, tũ quia promissit, tũ quia de torauit modo prænarrato. Quæritur quid iuris, & quis soluere debeat impẽsas in obtinẽda dispensatione factas.

a De eo qui cognoscit consanguinitatem uxoris sue.
b Sub 25. qu.
c Post sicut de consanguinitate & affinitate.
d Post sicut de cognatione spiritus.
e In 4. l. sen. d. 41.
f In 9. l. art. 2. quæstionum 103.
g In prædicta quæst. 1. art. 2. quæstionum 103.
h Dis. 41. qu. 2. art. 2.
i ff. de dolo.
k ff. de test. l. in rub. de probatio.
m In responsum ad secundum.
n Ibidem.
o De sponsal. l. 25. q. 2. c. 3.
p Ibidem.
q l. Papianus ff. de minorib.
r In primo. pro am. decret. in prima eius gloss.
s In 2. l. de cõsu.
t De feruis. v. in cap. 1. de consuet. mo. 54.

a S. de i. ca. 2. de 2. v. m.
b Len. 18.
c Arg. ea. p. r. na. de p. v. m. d. i. l. cum p. m. b.
d De reg. iur. lib. c. e. in de. 1. de off. d. v. c. r. in ca. p. m. l. a. ff. de r. i. c. num. 10.
g Vbi sup. nu. 8.

Responsum alterius Doctoris.

1 Videtur respondendum primo, quod si dicta sponsalia fuerunt absolute, ut premititur, contracta, nulla fuerunt, nullamque produxerunt obligationem. arg. l. si stipulor. a vbi si quis fororem adoptiuam nupturam sibi stipuletur, non valet stipulatio, quia statim fit contra bonos mores, unde non obligat. Facit cap. non est obligatorium. b Et hanc opinionem admittunt omnes doctores infra adducendi. Nam ut inquit Petrus Sotus in hac materia, c non valet promissio rei que iure impleri non potest. d

2 Secundo, si dictis sponsalibus adiecta fuit conditio, si Pontifex dispensabit; res habet maiorem difficultatem. Nam Couarruias, e tenet hanc sponsalia esse etiam valida. Antonius de Butrio, f idem tenet; in quam partem inclinat Præpositus ibi, licet relinquat cogitandum; & inter summistas tenet Angelica, g & inter Theologos Adrianus, h Contrarium, scilicet quod hæc sponsalia sint nulla, & nullam producant obligationem, tenent Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Cardinalis, Ancharanus, Abbas, i Aretinus, k qui in causa inter Ducem Mediolani & Marchionem Mantua tenet, quod sponsalia contracta inter habentes impedimentum publicæ honestatis, sub conditione, si Papa dispensauerit, de iuris subtilitate non obligant partes, etiam quod post dicta sponsalia Pontifex mandasset super d. impedimento dispensandum; licet additio Abbatis, l adducere videatur Aretinum pro contraria parte, & hanc opinionem Innocentij prædictâ fatetur communem, idem Adrianus vbi vsupra, & alij.

3 Hanc eandem opinionem tenet inter summistas Rosella, m Siluester, n & Victoria de sacramentis, o & contra Adrianum tenet Sotus, p & concludit quod non obstantibus prædictis sponsalibus vna pars, etiam altera inuita, & etiam post obtentum dispensandi mādaturum à Papa potest ab eisdem recedere. Pro quo dicto facit Baldus, q qui respondit, quod si inter consanguineos sit tractata parentela, & subsequuta subarratio, vna pars potest ad aliud conuolare matrimoniū, siue Papa velit, siue nolit dispensare. quod dictum refert & sequitur Parisinus. r Et hanc partē amplectimur per rationes, quas vltimo loco refert & ponit Sotus vbi supra, & tanto magis in casu proposito, in quo agitur de dispensatione in secundo consanguinitatis gradu, cui resistit Concilium Tridentinum, s & in quo raro solet Pontifex dispensare. Couarruias autem & alij loquuntur in gradibus magis remotis, in quibus facilius dispensari solitum erat. Item ex quo sumus in casu, in quo dispensatio nondum est obtenta: in quo casu, inquit Sotus nullum est dubium, quin vterque possit, etiam altera parte inuita, à pacto recedere.

4 Et certè pro hac parte me multum vrget tex. l. inter stipulantem. t dum reprobat hanc stipulationem; Eum locum, cum ex sacro religiose profanus esse ceperit, dare spondes? & subdit rationem, quæ communis est casui nostro, dicens: Quia nec presentis obligationem temporis recipere potest: & ea dumtaxat, que natura sui possibilia sunt, deducuntur in obligationem. Sed quod, si tacite vel expresse promissit propriis expensis & labore dispensationem impetrare, & cum ut dictum est secundum magis communem opinionem prædicta sponsalia non obligent, vtiq; nec hoc accessorium tenebit: frustra enim expectatur euentus illius rei, quæ etiam quod eueniret, nullum produceret effectum. v

5 Descendendo autem ad articulum stupri, videtur, quod ex quo ex narratis constat dictam puellam seductam, & prout etiam præsumitur ex Carrerio, x Abbate: & ibi additio, y dictus iuuenis tenetur eandem dotare, & ducere, z & Dominatione tua in Man. confess. a

6 Nèc obstat, si dicatur textum c. 1. & 2. b procedere solum inter subditos locorū & terrarum subiectarū iurisdictioni Ecclesiæ, non autem in locis subditis principi sæculari, in quibus seruanda est pœna iuris ciuilibus, ut notat Abbas, c de iure autem ciuili stuprans nō tenetur stupratā ducere, ut ait Carrerius. d Nam responderetur Abbatem, & alios doctores solū dicere ius canonicum mitigasse quo ad subditos Ecclesiæ pœnā legum statutam contra stupratores; ita tamen, ut iudex sæcularis minime prohibeatur pœnam legalem imponere suo subdito, qui stuprum perpetravit: non negant tamen quin iudex ecclesiasticus possit hunc stupratorem oppidi subiecti principi sæculari in hac materia, quæ etiam spectat ad forum ecclesiasticum, punire pœna canonica, secundum Anchara-

nū, a & hoc tãto magis procedit in hoc casu, in quo (ut audio) oppidum, in quo moratur dictus iuuenis, & mulier, est sub principe sæculari, qui vniuersali statuto obligat stuprantes, ut ducant desforantes; unde ex hoc capite potest iudex ecclesiasticus in decitiuis sequi & seruare ipsorum laicorum leges, secundum Abbatem, b & ibi Felinum. c

7 Facit etiam c. 1. d Cum autē teneatur dictus iuuenis eandem ducere, vtiq; tenetur necessariā dispensationē pro posse obtinere. e Nam ut singulariter inquit Iason, f qui ex statuto tenetur aliquid facere, tenetur facere ut actus valeat; unde & legatario debetur ab herede via ad ædes legatas, ne ius ipsius legatarij sit inutile, ut est in l. binas ades. g & habet Bartholus, h licet secus sit in fundo empto, quia potuit emptor apertius legem dicere ut ait Decius. i Que ratio eū ceilet in hac puella seducta, nō videtur dubiū quin iuuenis, qui tenetur eā ducere, teneatur etiā procurare dispensationē ad hoc necessariam: sicut & qui tenetur dare hominē, talem debet dare, qui ab eo non possit auferri, iuxta l. qui decē. k cum concordatis ibi per gloss. l. & l. 3. vbi etiā gloss. m Hoc autē totū debet dictus iuuenis suis expensis procurare. n Et si d. mulier dubitat ne dictus iuuenis procedat bona fide in procuranda dicta dispensatione, poterit pro suo interesse in ipso negotio assistere, & adesse. o

8 Ex quibus arbitror dictū iuuenem condemnandū iuxta petita à dicta puella; & hoc multo magis, si nedū promississet eam in vxorē ducere, sed & iurasset, ut voluit Tabiena. p & Baldus. q Nā licet non valeat promissio rei sacræ, seu religiose; si tamen adsit iuramentū, adiecta cōditione, si ex priuilegio, seu dispensatione principis dicta res fieret profana, teneret. Et hæc opinio potest teneri, licet Sotus, r teneat in hoc casu dicta sponsalia non obligare.

Responsum Doctoris Nauarri.

9 Visis supradictis, quæ prudenter & erudite sunt perpensa, & citata, & aliquot aliis, arbitror partes Reuerēdis. Episc. esse, declarare quidē nullū extare matrimoniū inter præfatū iuuenem, & præfatā puellā, iuxta petitionē præfati iuuenis; teneri autem eū ad cōtrahendū matrimoniū cum illa, si S. D. N. placuerit dispensare super præfato impedimēto consanguinitatis gradus secūdi; teneriq; ad procurandā bona fide præfatā dispensationē, & ad acceptandā, si ea per præfatā puellā, vel procuratores suos fuerit obrēta: & casu, quo nō potuerit obtineri, obligatum esse ad dotandam eam arbitrio boni viri: impensas autem, quæ in dispensatione impetranda factæ fuerint ab vtraque parte soluendas esse, siue ipse, siue ipsa eam obtinuerit.

S V M M A R I V M.

- 1 Affinitas, que ex illicita, sicut & que ex licita procedit copula, semel orta, etiam post mortē sic cogniti durat, matrimoniumque postea subsequutum dirimit, at antea contractum non, immo nec impedit illius vsum, nisi respectu delinquentis, qui non potest sine peccato debitum exigere: restringitur tamen modo post sacrum Concilium ad secundum gradum; ita ut que oritur ex illicita copula in tertio vel quarto gradu, nullum ex prædictis amplius operetur effectum. nu. 2. & 3.
- 3 Impedire dicitur etiam id, quod in aliqua tantum parte impedit.
- 4 Negatiua præcedens, omnia que sequuntur, destruit, & contrarium eorum ponit.

CONSILIUM VI.

D V B I V M est, an impedimentū, quod propter affinitatem ex fornicatione cōtractā inducitur, & matrimoniū postea factū dirimit, quod ad eos tantū, qui in primo vel secūdo gradu coniunguntur, restringitur, habeat locum etiā in impedimento affinitatis superuientis post contractum matrimonium, ut non extendatur vltra dictum secundū gradum.

1 In hac quæstione: si errore amanuentis non est scriptum, superuientis, pro superuientis, non video quod dubium contineatur; cum palam sit, affinitatem contrahi ex coitu illicito iure canonico, cap. discretionem, s & tradit glossa recepta, t & quod affinitas semel contracta non extinguitur morte persona, qua mediante contrahitur, iuxta cap. fraternitatis, v & traditur à dicta glossa recepta.

2 Si autem per errorem scriptum est, superuientis, pro, superuientis; respondendum videtur, quod nulla affinitas superuientis matrimonio contracto dirimit illud, licet partem culpabilem impediatur ab exigendo debito, x & consequenter palam esse impedimentum huiusmodi præueniens matrimonium in prædictis duobus gradibus longe maioris virtutis esse quo ad matrimonium præuentū, quam superuientis quo

a De verb. oblig.

b De reg. iur. lib. 6.

c De sacramento matrimonij lect. 18. cl. pacta que contra. Co. de pact.

d In 4. in epif. de sponsal. 2. p. cap. 3. num. 7.

e In ver. matrimonium 3 in 3. impedimento. nu. 4. h 12. de matrimon. qu. 10. i in d. super eo.

f Conf. 142. ex factu. nu. 1. 2. & 3.

g Dic. o. super eo.

h Ver. matrimonium 6. in fin.

i Verb. matrimonium 3. qua. 9.

o De sponsal. qua. 258.

p In 4. sen. d. 29. qu. 2. ar. 1. ante fin.

q Cōf. 60. vol. 2.

r Conf. 52. n. 4. cum sequ. vol. 4.

s Sess. 24. c. 5.

t §. sacram. ff. de verb. obli.

v l. pen. ff. de fideiuss. l. aliquando. §. si ff. ad senat. consul. Velle. x In sua pra. crimin. §. circa igitur quartum. nu. 7.

y Ca. 1. de adulter.

z In cap. 1. & 2. de adulter.

a Ca. 16. nu. 16.

b De adulter. c. Diē. cap. 2.

d Vbi supra num. 9.

a Ca. conquies. de foro comp. num. 7.

b Cap. quod clericus. nu. 11.

c In fine de for. compet.

d De nou. oper. nunc.

e Arg. l. 2. ff. de iurisd. om. ni. iud.

f l. huiusmodi. in prin. nu. 27. ff. de lega. 1.

g ff. de seruit. vrb. prad.

h l. 1. ff. de seruit. legat. i. Diē. l. 2. nu. 33.

k §. Qui hominem.

l ff. de solutio. m ff. de actio. empt.

n Argu. l. suo vitiu. ff. de operi. libert.

o Arg. c. 2. in fin. de procur. lib. 6. l. si suspecta. ff. de inoff. test.

p Verb. sponsalia. nu. 9. vers. s. quero.

q Ca. cum contingat. nu. 22. de iure iur. i. Vbi supra.

s De eo, qui cogn. cognos. uxoris sua.

t In prima arboris affinita re lib. 6.

v 35. que. 10. x Cap. transmissa. & cap. tua. de eo qui cog. cog. uxor. sua.



ad matrimonium præueniens ipsum, cum præueniens affinitas matrimonium sequens impediatur, & dirimat, superueniens autem nec dirimat, nec impediatur, nisi quo ad hoc ne culpabilis debitum exigat, per iura supradicta.

3 Maius dubium esset, an affinitas tertij & quarti gradus contracta ex illicito coitu superueniens impediatur exactionem debiti; licet præueniens non dirimat matrimonium contractum, per expressam Concilij Tridentini decisionem, nec etiam impediatur contrahendum, per declarationem Pij V.

Nam pro parte affirmante facit, quod aliud est dirimere matrimonium, de quo loquitur Concilium & aliud impedire tantum, de quo ait declaratio Pij V. & aliud exactio debiti, de qua nihil statuit Concilium, nec declaratio prædicta; & secundum ius commune vetatur exactio per prædictam affinitatem superuenientem: & casus omniſus habetur pro omisso. b

Pro parte verò negante, quod non impediatur exactio, facit, quod lex per similitudinem rationis extenditur ab vno ad aliud. c Facit etiam, quod Pius V. declarauit, quod nec dirimit, nec impedit; & consequenter non obstante illa, licite contrahitur, quod videtur consequi, quod etiam licite petatur debitum. Tum quia minus est exigere, quam contrahere, ergo qui concedit contractionem, à fortiori videtur concedere exactioem, argumto cap. eius licet quod est plus. d

4 Tum quia id, quod impedit exactioem debiti, quo ad aliquam partem impedit matrimonium; & prædictus Pius V. declarauit simpliciter, quod non impedit, & consequenter quod nulla ex parte impedit: quia negatiua præcedens, omnia quæ sequuntur destruit, & contrarium eorum ponit, iuxta glossam singularem receptam. e Facit etiam, quod verba declarationis Pij V. scilicet quod non impedit matrimonium, factis includunt per proximè dicta impedimentum exactiois; & ita per illa tollitur illud: quia lex generaliter loquens intelligenda est generaliter. f De hoc autem dubio, quod aliàs in sacra Pœnitentiaria prætorio propositum fuit, & non resolutum, non videtur loqui quæritio proposita: & ideo non resoluo illud, tamen si multum inclino in partem negantem, scilicet vt non extendatur.

Et ita refertur sacra Congreg. inclinasse in hanc partem, vt incestum vltra secundum gradum superueniens non impediatur exactioem debiti.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispensatio super affinitate non extenditur ad publicam honestatem concurrentem, nisi de ea saltem tacite fiat mentio.
- 2 Dispensationem super affinitate taciturnitas publica honestatis concurrentis non vitiat, remanet tamen ipsum publicæ honestatis impedimentum.
- 3 Impedimento vno ex duobus sublato, remanet alterum.
- 4 Subreptio non vitiat gratiam, nisi pro illa parte, cuius fuit causa: potestque gratia & rescriptum pro vna parte valere, & non pro altera.

C O N S I L I V M V I I.

Q V Æ R I T V R, an dispensatio super affinitate extendatur ad publicæ honestatis impedimentum, & an valeat quo ad affinitatis impedimentum.

1 Per dispensationem, per quam tollitur affinitatis impedimentum, non censetur sublato impedimento publicæ honestatis concurrentis cum affinitate, iuxta glossam communiter receptam in arbore affinitatis circa principium, cui videntur contraria glossa. 3. cap. non debet. g quæ est vera, quando saltem tacite fit mentio de illo: altera verò, quando nec expressè, neque tacite fit talis mentio, iuxta concordiam, quam inter illas ponunt Panormitanus & Præpositus. h

2 Sed quæstio noua est, an dispensatio super affinitate valeat saltem quo ad affinitatis sublationem, licet non valeat quo ad sublationem publicæ honestatis. Nam pro parte negante facit, quod tacetur aliquid, quo expressè difficiliter concessa fuisset dispensatio super affinitate; & ita videtur subreptitia. i

3 Sed præfata glossa arboris affinitatis à nemine adhuc ponderata contrarium tenet, & idem videtur sentire Panormitanus & Præpositus, k & alij omnes, qui sequuntur eam in sensu prædicto, quatenus in confirmatione eius allegant illud vulgatum, Vno de duobus vinculis sublato, remanere aliud, l per quod significant, per impetrationem dispensationis super vinculo affinitatis, nulla facta mentione expressa, nec tacita de vinculo publicæ honestatis, alterum quidem tolli, & non alterum: & hoc est aptum ac singulare exemplum illius theori-

A ca Rota, a scilicet taciturnitatem veri, quod expressum retraheret principem à gratia faciendâ, non efficere illam subreptitiam, nisi sit tale, de quo iure caueatur illud esse exprimentum, quam decisionem nos quoque sequimur in Manu. confessar. b

4 Cuius theoricæ exemplum, vt prædicta Rota dixit, est in collatione criminosa facta à principe, quæ valet regulariter per resolutionem Felini & eorum, quos ille citat, c quod nos resolutus tractauimus nuper. d Tum quia subreptio non vitiat gratiam, nisi quo ad illud, cuius causa fuit; & potest esse gratia subreptitia quo ad aliquid, & valida ac non subreptitia quo ad aliud, e vt dicit Nicolaus de Millis, f Panormitanus, g & sic potest pro parte valere rescriptum & gratia, & pro parte non; & sic vtile per inutile non vitatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Incestum qui cum consanguineis commiserunt, secundum communem Canonistarum contra Theologos, contrahunt impedimentum impediens contrahendi cum quacunque.
- 2 Dispensatio super vno ex duobus impedimentis, tacite altero, etiam si expressum principem difficiliorem reddidisset, valide impetratur; remanet tamen in suo robore non narratum, nu. 1. & 3. & super eo potest separata ab habente potestatem fieri dispensatio. Unde qui à Papa obtinuit dispensationem super impedimento affinitatis dirimente, potest separatim antea vel post ab Episcopo obtinere dispensationem super incestu impedimento impediens, nu. 4. sicut dicitur, qui vult ducere affinem, potest separatim impetrare dispensationem super impedimento diaconatus, & separatim super impedimento affinitatis, nu. 7. Fallit prædicta conclusio, quando lex id, quod tacitum fuit, exprimi iubet. Unde qui impetrat remissionem super seculo homicidio debet exprimere remissionem primi. Item fallit, quando materia sunt adeo connexæ, vt vnus defectus alteri arguat. Unde qui fuit dispensatus super defectu natalium, si velit obtinere dispensationem super pluralitate beneficiorum, tenetur de prima dispensatione mentionem facere, nu. 6.
- 4 Episcopus dispensat quidem super impedimento impediens procedente ex delicto incestus, at super impedimento consanguinitatis dirimente solus Papa.
- 5 Copula, nullis præcedentibus nec matrimonio nec sponsalibus inter consanguineos, sine animo & intentione, vt sic facilius impetrarent dispensationem, habita, nec de iure, nec per sacrum Concilium est faciendâ mentio: at nunc tempore Pontificatus Gregorij XIII. de eiusdem S. D. N. mente, de ea est faciendâ mentio. Quod si etiâ contraxerunt matrimonium, vel sponsalia clandestine, de ea etiâ ignoranter habita; quod si publicè contraxerunt, solum de scienter habita esset faciendâ mentio.

C O N S I L I V M V I I I.

A N consanguinei, qui copulam habuerunt secretè, teneantur exprimere Papæ hoc delictum, si petant dispensationem contrahendi inter se?

1 Respondeo, visum fuisse aliquibus in hac curia, esse necessarium, eo maxime, quod incestuosi prohibentur contrahere non solè inter se, sed etiâ cum aliis, vt communis tenet opinio Canonistarum, contra communem Theologorum, vt scripsi in Manu. h quod seruat curia, vt ibi dixi, & nunc hic repeto: pro qua dudum allegaui quatuor textus, qui expresse id probant, & ita duo impedimenta concurrunt in prædictis, vnum consanguinitatis, aliud incestus: & ita impetratio tacita copula incestuosa videri potest impetratio subreptitia: quia tacetur aliquid, quo expressè difficiliter dispensasset Papa, quod argumentum maximè coloris habet, præsertim quod sublato vno ex duobus vinculis, alterum non videtur sublato. i

2 Sed oppositum est tenendum per multa, & primo ex decisione Rota, k quam sequitur Felinus & allegati ab illo. l

3 Quatenus habet in impetratione dispensationis non esse necessarium faciendam mentionem, nisi de illis tantum, de quibus iura iubent; etiam si talia sint, quibus expressis difficiliter Papa dispensaret: & quia stylus curiæ videtur tenere, vt impetratio super vno impedimento matrimonij valeat, non facta mentione de alio; non quidem ad hoc, vt censetur sublatum aliud, neque quo ad hoc, vt possit contrahi matrimonium licite ante dispensationem super alio; sed quo ad hoc, vt dispensatio valeat, & censetur sublato impedimento, super quo habita est illa; & quod post habitam dispensationem super

a Sess. 24. ca. 4.

b Commodi sine ff. de liber. & posth. & cap. suscip. sum. de rescript. lib. 6. c. l. non possit. ff. de legib. & cap. dudum. 2. de elec. d. De reg. iur. lib. 6.

c Ca. cum dilectum de consensu.

d Cap. solite. in fin. de maior. & l. de pado. ff. de pub. in rem. lib. 6.

e de consang.

f In dicto ca. non debet.

g Cap. postula si de rescript. l. vbi supra. l. Ca. ex tuarum de aut. & l. si domus ff. de seruic. lib. vbi supra. præd. & l. affinitatis. l. i. de nupt.

a 32. in nouis de rescript.

b Cap. 22. nu. 83.

c In cap. 2. de rescriptis. d. in Mis. 34. de orat.

e Ca. si eo tempore. cap. suscip. lib. 6. ff. de rescript. lib. 6. ff. de rescriptis. ver. gratia ad fin. g Cap. super literis. de rescript.

h Cap. 22. nu. 75.

i Cap. ex tuarum. de aut. & l. vbi supra. l. domus. ff. de seruic. vend. g. affinitatis. in sen. d. nupt. k 32. de rescriptis. in nouis. l. Cap. postula si col. 4. de rescript.



alio iuste poterit contrahi matrimonium.

4 Ex quibus inferitur primo (cum in casu proposito sint duo impedimenta, primum consanguinitatis, secundum incestus; & impedimentum consanguinitatis solus Papa tollere possit, impedimentum autem incestus etiam Episcopus ex iusta causa,) quod habita dispensatione à Papa de consanguinitate, non facta mentione de copula, habita dispensatione ab Episcopo super incestu, ante, vel post dispensationem consanguinitatis, possit matrimonium contrahi.

Secundo inferitur parum referre quo ad hoc, quod copula sit occulta, vel manifesta, & confessorio confessâ, & absoluta, vel non confessâ, nec absoluta, si Episcopi dispensatio non interuenit.

5 Addendum tamen, quod si dicta copula occulta, vel manifesta, eo sine fuerit habita, ut facilius impetrarent dispensationem, esset facienda mentio eius tempore Sanctiss. Domini nostri, qui declarauit non esse animum dispensandi cum talibus: quamuis iure antiquo, & etiam Concilij Tridentini, non videtur id obesse, si neque matrimonium, neque sponsalia contraxerunt. Si autem contractis illis publicè habuerunt scienter copulam, vel contractis clandestinè habuerunt eam etiam ignorantes, non valebit dispensatio, nisi fiat mentio de illa; & si fiat, non dabitur huius Sanctiss. Domini tempore, & merito: quia Concilium Tridentinum ubi supra statuit ne cum huiusmodi dispensetur; immo neque cum eis, qui scienter, vel ignoranter non seruatis solemnitatibus requisitis contraxerunt, etiam si non consummauerint.

6 Obstare autem prædictis videtur, quod indulgentia secundi homicidij non valet, non facta mentione de indulgentia prioris, secundum Gulielmum de Cuno, d relatum per Baldum ibi: & etiam dispensatio concessâ super pluralitate illegitimo non valet, non facta mentione de priori dispensatione super defectu natalium, qua facta est habilis ad vnum. Sed respondetur ad primum, quod lex illa tertia requirit expressionem iterationis, siue geminationis delicti. Ad secundum, quod caput illud 2. illo casu illam mentionem requirit ob specialem rationem: & ratio specialitatis est, quod illæ dispensationes se contingunt, & sunt quasi idem; & tacitum auget delictum, vel defectum expressum, super quo dispensatur; quæ ratio cessat in casu nostro, in quo dispensatio fit super diuersis: vnde gratia facta de pœna adulterij non requirit mentionem de gratia pœna homicidij, nec gratia pluralitatis beneficiorum facta illegitimo requirit mentionem gratia facta de non ieiunando certis diebus, vel non soluendo pœnâ perjurij, vel fruendi stationibus Romanis.

7 Per quæ respondimus gratiam ducendi uxorem factam subdiacono occultissimè, & malè ordinato, nō vitari, eo quod tacuit, præsertim absque dolo, quod erat affinis illa quam volebat ducere: nec gratia postea impetrata super affinitate, non facta mentione de dispensatione super ordine, fuit subreptitia; quia sunt res separata, nec vna auget alteram, nec villo iure requiritur mentio alterius in altera.

Vide infra consilio seq.

S V M M A R I V M.

- 1 Taciturnitas illius, quo expresso difficiliter dispensasset Papa, vitari gratiam: sed hoc procedit, quando lex mandat illud exprimi; vt, quod in impetratione secundi beneficij fiat mentio de altero, quod prius obtinuit, nu. 2. & vt impetrans remissionem secundi homicidij mentionem faciat de gratia primi. num. 1. & 4. in alijs non. num. 3. Vnde qui impetrat dispensationem super gradu affinitatis, vel consanguinitatis, non cogitur exprimere incestum causantem impedimentum impediens. nu. 4. & 5.
- 2 Duplici excommunicatione, vel alio impedimento dupliciter ligatus, ab vno potest valide absolui, & dispensari. altero tacito. nu. 3. quod quia non censetur sublatum, durat. nu. 4.
- 5 Incestus peccati impedimentum impediens contrario vsu fuit sublatum. seu saltem pro eo nō petitur dispensatio, nisi quando quis vult ducere quam per incestum polluit: sed & Episcopus super eo dispensare potest.
- 6 Occultum peccatum incestus qui etiam ad effectum petendi dispensationem super alio impedimento reuelat, peccat grauiter.

CONSILIVM IX.

AN Valet dispensatio super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula prius habita?

A 1 Respondetur, pro parte negante facere primo, quod tacitum est illud, quo expresso difficiliter dispensasset Papa; & per consequens non valere. a

Secundo, quod impetratio veniæ pro secundo homicidio commisso non valet, si non fiat mentio de venia data pro primo, secundum Gulielmum, b per illum textum, quem sequitur ibi Baldus, c communiter receptus, vt tradit Felinus. d

2 Sed contrarium videtur verius. Tum quia nullo iure cauetur, dispensationem super vno impedimento matrimonij esse nullam, eo quod super altero non sit habita. Tum quod stylus Curia videtur habere, quod dispensatio facta super vno impedimento valeat, antequam dispensetur super alio; licet non possit iustum iuris effectum fortiri, donec super alio dispensetur, sicuti excommunicatus duplici excommunicatione frequenter absoluitur ab vna, antequam absoluat ab alijs, & valet prior absolutio, licet non restituatur ei communicatio, donec ab altera absoluat. per cap. ex parte. iuncta glossâ recepta. e

3 Tum quod Egidius ait, f quod non omnia tacita, quorum expressio potuisset mouere principem ad difficiliter concedendam gratiam, illam vitiant, sed ea solum de quibus reperitur iure expressum, quod in impetranda gratia debeant exprimi, nam impetranti beneficium, & dicenti se criminofum, Papa verisimiliter difficiliter illud concederet; at tacere hoc minime nocet: quia valet collatio facta criminoso, nisi sit crimen inducens inhabilitatem ipso iure: quem refert, & sequitur Felinus, g & declarat pulchrè Rota. h

Quibus sic constitutis, non obstant in contrarium adducta. Nam ad primum respondetur, scilicet ad cap. postulasti. quod textus ille loquitur de taciturnitate in beneficijs prius impetratis, in quibus iure cautum est debere prius exprimi, per cap. cum adeo. i & cap. si motu proprio. de præbend. lib. 6.

4 Ad secundum, cui non videtur ab aliquo doctore hætenus satisfactum, respondetur primo eodem modo, scilicet quod etiam iure cauetur per dictâ l. 2. k & ibi Baldus, l quod in impetratione veniæ pro secundo homicidio debet exprimi venia data pro primo. Ex quibus inferitur, quod quibus rationibus defenditur, impetrantem dispensationem super impedimento consanguinitatis non teneri manifestare copulam incestus, eisdem etiam rationibus defendi potest, impetrantem dispensationem super impedimento affinitatis non teneri ad reuelandum incestum admissum.

Nec obstat prædictis, quod aliud est impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, & aliud impedimentum incestus; & consequenter quod vno illorum sublato non censetur alterum sublatum. m Nam respondetur illa esse diuersa impedimenta, & quod sublato vno non ceterum sublatum alterum; negando tamen, quod sint paria: quia impedimenta consanguinitatis, & affinitatis sunt impedimenta impediencia, & dirimentia, impedimentum autem incestus solum impediens: itaque licet peccent contrahentes sine dispensatione illius, non tamen dirimit contractum, secundum omnes, præcipue secundum Paludanum, n quem sequitur D. Antoninus, o eo quod videtur consuetudine abrogatum, vt ait idemmet Paludanum & citari à nobis in nostro Manu. conf. p cui credimus.

Primo, eo quod in tota nostra ætate numquam legimus, nec audiimus dispensationem super hoc solo impedimento, nisi aliud consanguinitatis vel affinitatis committatur, impetratam etiam ab Episcopo, quem in hoc dispensare posse communis habet opinio.

Secundo, quod etiam si non esset abrogatum, tamen nullo iure cauetur, vt vna cum alio impedimento debeat impetrari; & per consequens sufficeret, vt per se impetraretur.

6 Tertio, quod hic loquimur de incestu secreto, quod non est reuelandum in literis Apostolicis cum grandi opprobrio volentium contrahere, sed sufficeret impetrare clam à summo Pœnitentiario, vel suo Episcopo: immo arbitror grauiter peccaturum, qui se coniugemque suam huiusmodi notarit infamia, contra præceptum Decalogi, & ea quæ diximus super eo. q Salua, &c.

Aduerte, quia refertur Congreg. censuisse consanguineos, vel affines, qui tacita copula obrinuerunt dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, esse subreptitos, & matrimonium postea contractum esse nullum: cui sententia videtur etiam ipse D. Nauarrus postea adhaesisse in quarta editione sui Man.

confess.

a Cap. si duo. 36. quæst. 6.

b Sess. 24. ca. 5.

c Vt in d. ca. 5.

d l. 3. C. de episcopali audi.

e Cap. 2. de filiis presbyte. in 6.

a Arg. capit. postulasti. de rescript.

b In l. 2. C. de episcop. auditi.

c In nu. 4.

d In ca. super literis. de rescript.

e De offic. ordin.

f In deci. 608. incipiente. C. conclusio extra Rotam.

g In ca. postu. l. 3. col. 3. de rescript.

h In nouis de cis. 32. de rescript. col. pen. & finali.

i De rescript.

k C. de Episcopali auditi. l. Num. 4.

m Arg. cap. ex tuarum. de audi. & v. su pallij. & l. si domus ff. de seruis. urbanorum præd.

n In 4. di. 34. qu. 1. col. 3.

o In 3. pa. tit. 1. cap. 15. §. 4. p. Cap. 22. nu. 75.

q In ca. 18. dicti nostri Man.

Cap. 22. no. 25. in fine.

confess. & ita observat praxi. Vide etiam consilium precedens, & duo sequentia.

S V M M A R I V M.

- 1 Incestus delictum, quod impedit, sed non dirimit, inter consanguineos perpetratum non vitiat mandatum Apostolicum super impedimento gradus dirimenta dispensando antea impetratum, nec dispensationem matrimonij postea subsequutam. & num. 2.
- 1 Impedimenta matrimonialia duo patiens, dispensationem super vno, altero tacito impetrare non prohibetur; sed non debet contrahere, nisi utroque sublato.
- 3 Filij nati ex matrimonio valide contracto, sed cum peccato, sunt legitimi.
- 3 Debitum matrimoniale ut sancte petere possint, qui cum impedimento impediendo tantum contraxerunt, dispensatione egent episcopali.
- 4 Parentum confessio subsequens obtentam dispensationem super occulto impedimento filijs negantibus non nocet quo ad legitimitatem.
- 4 Opinione grauis auctoris sequens in ijs, qua sunt iuris humani diuersimode intellecti, non peccat.
- 5 Incestum occulte post commissionem ad dispensandum admissum commissario interroganti contrahentes sateri non tenentur: peccant tamen, si cu iuramento absolute negat. & nu. 1.

C O N S I L I V M X.

NTRACTABAT de matrimonio contrahendo cum C. secundo gradu consanguinitatis sibi attinente: & post missam informationem ad Urbem, & impetratam commissionem dispensandi, antequam dispensatio fieret, cognouerunt se carnaliter; & postea commissarius accepto iuramento, quo iurauerunt se non cognouisse, dispensauit, & contraxerunt publice matrimonium, & multis annis vixerunt coniugati. Queritur de remedio salutis animae & corporis praefatorum.

Ad hanc quaestionem respondeo primo, illam esse grauissimam, & multiplicem; ita quod eius plena decisio multarum aliarum decisionem requirat; ideoque non vacare nobis nunc eam pro dignitate decidere: tamen pro amicitia, quam in dominum interrogantem, per pauca seminaria ita eam tractabo, ut ex eis colligi possint in id necessaria.

Secundo, quod praefati grauissimè peccauerunt per incestum, & periurium; quorum oportet eos verè pœnitere, ut condonentur à Deo misericordissimo.

Tertio, quod iure ipso attento valuit dispensatio praefata. Tum quia in impetratione commissionis eius Papalis non fuit admissa vlla subreptio; quia nondum incestum admiserant. Tum quia nullo iure cauetur, quod non possit impetrari dispensatio super vno impedimento, non facta mentione de alio; quamuis non possit contrahi matrimonium iuste, donec super utroque dispenseretur. sicuti excommunicatus duplici excommunicatione absolui quidem potest ab vna, non facta mentione de altera; licet non possit iuste communicare cum proximo, donec ab omnibus absoluat, iuxta cap. ex parte. & glossam magnam eius receptam in theoria & praxi. b Faciunt multa quae adducit Felinus. c

2 Quarto, quod praefatum matrimonium valuit, quamuis iniuste fuerit contractum: quia impedimentum incestus, licet impediatur contrahendum, non tamen dirimit contractum, secundum omnes, & ita, cum per praefatam dispensationem fuisset sublatum impedimentum secundi gradus consanguinitatis, quod impedit & dirimit, solum remansit impedimentum incestus impediens, & non dirimens, iuxta tradita in nostro Manual. confess. d super quo potest dispensare Episcopus, ut traditur ibidem. e

3 Quinto, quod filij praefatorum sunt legitimi; quia nati sunt ex legitimo matrimonio, licet cum peccato contracto, qualia sunt, ut ego arbitror, pleraque matrimonia.

Sexto, quod ad manendum cum salute animae, corporis, & honoris sufficit praedictis consulentibus legitime pœnitere, & confiteri, & pœnitentias iniunctas implere, & impetrare dispensationem ab Episcopo petendi debitum à se mutuo, ad hoc, ut suo matrimonio sanctè fruantur.

4 Septimo, quod consultè ac providè facient tacenda, & non fatendo incestum illum, quem admiserunt; cuius tamen publicatio non noceret filijs legitimis natis, & negantibus illum, per ea quae traduntur per Bartholum & alios f & alibi

A saepe de filio non credente matri dicenti eum esse spurium. 5 Octavo facit pro consulentibus, quod quando aliquid dependet ex intellectu iuris humani diuerso modo intellecti, non peccat quis insequendo intellectu grauis auctoris, etiam si ille esset verè falsus, secundum Innocentium, a communiter receptum per Baldum & alios, quos citat Felinus, b & ea quae nos tradidimus nuperrime. c

Nono facit, quod ante multos annos tenuit Thomas corrector Pœnitentiarum, qui post fuit Episcopus Ilerdensis, quosdam, qui impetrarunt commissionem ad dispensandum, & postea ante dispensationem commiserunt incestum, non fuisse obligatos ad confitendum illum commissario interroganti, quia fuit occultus & secretus, & eius manifestatio non erat ad substantiam dispensationis necessaria, per iura vulgata.

B Aduertendum, casum, de quo in presenti consilio, differre ab illis, de quibus in duobus precedentibus consiliis: sed nihilominus referri sacram Congregatione inclinasse, & in hoc casu hos ad sedem Apost. pro quibusdam certis literis obtinendis remittendos à iudicibus, antequam in vim priuatarum literarum dispenserent. Item aduerte id de quo in 6. dicto in fin. forte non exigi nisi ad cautelam, ut videtur posse colligi ex conf. sequ. Nec enim videtur necessarium ut qui contraxerunt cum impedimento impediendo, & consummauerunt, teneantur impetrare dispensationem ad petendum debitum.

S V M M A R I V M.

- 1 Incestus inter consanguineos post literas Apostolicas de dispensando, antequam dispensatio fieret, subsequutus, causat quidem impedimentum impediens, sed non annullat dispensationem, nec matrimonium subsequutum.

C O N S I L I V M X I.

QUIDAM quarto gradu consanguinitatis sese attinentes decreuerunt contrahere matrimonium; & procurarunt impetrare dispensationem à Papa, & obtinuerunt eam commissariam: antequam tamen dispensatio fieret, cognouerunt se carnaliter, & postea dispensatione consequuta contraxerunt matrimonium, & assequuti fuerunt benedictionem nubentium à parochio, qui solus in confessione sciebat incestum, & susceperunt prolem. Queritur quid oporteat eos facere.

D Videtur respondendum non indigere praefatos consulentes alia dispensatione super praefato impedimento consanguinitatis: sed peccasse, quando contraxerunt non habita dispensatione super incestu à Papa, vel ab Episcopo qui eam dare poterat, sed quia illud impedimentum licet impediatur contrahendum, non tamen dirimit contractum, matrimonium remanet legitimum, per multa, quae non vacat nunc scribere.

Vide consilium proxime precedens.

S V M M A R I V M.

- 1 Filius fornicationem committens cum cognita à patre iure diuino grauissime peccat & plusquam si cum alia. & nu. 4. & si erat patri concubina, non poterat cum illa contrahere matrimonium iure Romano, num. 2. illud propter honestatem prohibente. num. 5.
- 2 Baptismus etsi tollat adulterij peccatum, attamen secundum aliquos non tollit affinitatem ex illo procedentem: quod tamen non est verum. num. 5.
- 2 Affinitas licet naturali ratione oriri videatur ex illicita copula, tamè solo iure canonico est inducitur, nu. 3. 7. & 8. ita ut non extendatur ad copulam in infidelitate habitam, n. 6. & 7. & tunc demum oritur, si copula naturali ordine habitata fuerit. nu. 4.
- 3 Cognitam fornicariè à patre in infidelitate, conuersam, conuersus filius ducit in uxorem, & num. 6.
- 4 Naturalis iuris non sunt omnia, quae naturali nituntur rationi, nisi sint per se nota, vel quae in bona consequentia ex per se notis inferuntur.
- 8 Consanguinitas seu cognatio ex copula etià illicita iure Ethnico Romano & Pontificio oritur. & num. 8.
- 8 Cognationis impedimentum, etià ex illicita copula in infidelitate contractum, lex canonica ampliat quo ad postea conuersos.
- 8 Affinitatem ex illicita copula lex canonica decreuit esse impedimentum, ut sic cohiberet fornicationem.

C O N S I L I V M X I I.

AN qui Iudeus coiuuit cum ea, cum qua pater Iudeus coierat, factus Christianus possit contrahere matrimonium cum eadem facta Christiana? Cuius quaestiones decisio videtur pendere ab illa, an nascatur affinitas impediens & dirimens matrimonium ex coitu illicito inter Iudeos & Paganos?

a In cap. per rnas. il. 2. de f. mon.
b In cap. 1. de senten. & re. ind. fal. 7.
c In commen. de alienat. re. ram. eccl. in summa 8. & 15.

b De senten. excommunicati. c In cap. querelam. de in. re. & in cap. omnipotens. de accusat. & in cap. 2. de rescript. à num. 1.

d Cap. 22. no. 74. e Num. 25.

f In l. filium. num. 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.



1 Et pro parte affirmatiua facit primo, quod Amos 2. pro grauissimo peccato improperatur, quod pater & filius ad eandem puellam accedebant; & quod D. Basilius ad Diodorum ex eo inferre videtur, absurdum esse contrahi matrimonium inter filium, & amicam patris, attenta lege diuina; licet non prohibeatur seculari.

a In cap. nec eam. 35. q. 4. 3.

Secundo, quod D. Gregorius, videtur dicere, ordine nature fieri incestuosum eum, qui cognoscit cognitam etiam illicitè à cognato suo.

b In 4. di. 41.

2 Tertio, quod D. Thomas, receptus significat affinitatem naturali ratione inductam, & consequenter apud omnes Iudæos & Paganos inueniri.

c In cap. 1. de conuer. infidel.

Quarto, quod Ioannes Andreas & Cardinalis dicunt, quod per baptismum tollitur adulterium, & non affinitas: per quod præsupponunt ante baptismum nasci affinitatem.

d C. de nup.

Quinto, quod etiam iure Romano antiquo à Paganis condito videtur nasci affinitas ex coitu illicito, quo ad effectum impediendi nuptias, iuxta l. liberi. quæ vetat liberis ducere parentum concubinas: quod affirmat Præpositus in dicta arbore affinitatis sequutus Cardinalem ibi citando & in hoc l. & nihil interest. quæ habet nihil interesse, an cognatio descendat ex iustis nuptiis, an non: quod ipsum tenet Panormitanus sequutus eundem Cardinalem.

e ff. de ritu nupt. l. in ea. discrecionem. de eo qui cognouit coniang. vxo. sua. g. §. affines. ff. de gradib. affinis. h. In ead. l. §. sciendum.

3 Pro parte autem negatiua, scilicet, quod nulla affinitas ex solo illicito coitu contrahatur iure naturali, nec veteris legis, nec vllò iure antiquo Romano Ethnico, facit primo, quod textus expressè habet in d. l. non facile. §. affines non esse nisi ex iustis nuptiis, & idem habet textus.

i l. dist. k. 1. 2. q. 99. l. Præsertim art. 4.

Secundo, quod nullo iure antiquo Romano, nec veteris testamenti probatur, quod non possit quis contrahere matrimonium cum persona cognita carnaliter ab aliquo cognato suo, etiam à patre.

m Cap. 18.

Tertio, quod ex nullo iure naturali illud elici potest: quia id non est per se notum, nec ex per se notis in bona consequentia inferri potest, & consequenter non est iuris naturalis, cum solum tale sit ius naturale, vt est in ca. ius naturale. & tradit D. Thomas, per totam.

n §. sciendum.

Quarto, quod nullo iure veteris testamenti id conuinci potest, immo ex m. Leuit. per locum ab speciali probatur contrarium.

Quinto, quod in nullo Bibliorum, vel vllò iuris Cæsari loco aliquis appellatur affinis ob coitum illicitum: & in d. l. non facile. n. expressè dicitur affinitatem nullam posse provenire nisi ex iustis nuptiis.

4 Ad opposita respondetur. Ad primum quidem concedendo, quod peior est fornicatio cum amica patris, quam cum alia: sed negando, quod ex ea nasceretur affinitas ante ius Pontificum.

Ad secundum, quod verba illa, ordine nature, posita in dicto cap. non significant coitum illum, de quo loquitur, esse incestum iure nature, sed tunc demum esse incestum, si copula habeatur ordine nature.

Ad tertium, quod non omnia quæ nituntur ratione naturali, sunt iuris naturalis; alioqui omnes leges rationales essent naturales: sed illa tantum, quæ sunt per se nota, vel in bona consequentia ex per se notis inferuntur, vt prædictum est.

Ad quartum & quintum respondeo, quod DD. in eis allegati non satis cautè loquuti sunt; nam eorum fundamenta nihil concludunt: non prædicta l. & nihil. quia in ea non agitur de affinitate, sed solum de cognatione, sine parentela; confirmat enim suum dictum ex eo, quod non possit quis ducere sororem vulgo quæsitam; quia licet ex illicito coitu sit habitata, cognata tamen, siue consanguinea, & soror eius est. nec etiam prædicta l. liberi. Tum quia non habet inter filium & concubinam patris non posse consistere matrimonium ratione affinitatis, sed ratione prohibitionis, qua propter honestatem lex Romana id prohibuit, sicut & inter alios, multos, vt videre est per totum titulum, o. in quem intellectum inclinat glossa, p. si satis perpendatur. Tum quia apud Romanos non erat illicitus concubinatus, vt habet expressè textus, q. & consequenter ibi non interuenit coitus lege Romana illicitus: & ita ad summum solum probare possit ex concubinatu induci affinitatem, qui non contingit in casu proposito, sed quidam coitus illicitus vagus, qui nullo iure Romano Ethnico, nec veteris testamenti probatur impedire matrimonium.

o ff. de ritu nupt. p. In d. §. affines. q. In l. in concubinatu. ff. de concub.

A Tum quia lex illa, liberi. potest retorqueri pro hac parte; ponderando primo, quod non habet nullos cognatos posse iungi matrimonio cum concubinis suorum cognatorum, sed tantum, quod liberi non possunt iungi matrimonio concubinis parentum. Ponderando secundo, quod illa lex solum prohibet matrimonium inter filios, & concubinas parentum, non autem inter filios, & alias mulieres, quas etiam vago coitu parentes eorum cognouerunt: & quod de vno definit, de alio negare videtur, saltem quando in alio est diuersa ratio, vt ibi ait Dominicus qualis est inter concubinatum, qui iure illo putabatur licitus, & inter vagum coitum, qui non probabatur: leges enim Romanæ Ethnicæ per concubinam significant mulierem in domo retentam, quasi quamdam vxorem, vt colligitur ex l. 1. & d. l. in concubinatu. b. & annotatis ei per Bartholum. Cum ergo lex illa solum loquatur de liberis, & non de aliis aliter cognatis à latere, cumque solum loquatur de concubinis, & non de aliis aliter cognitis, significare videtur non includere omnes cognatos, neque omnes mulieres qualitercumque cognatas; & consequenter, quod non intendit inducere affinitatem, quam iura Pontificia induxerunt, tam extensam, quam est consanguinitas, seu cognatio.

a cap. qualis. 2. §. d. cum suis concord.

b ff. de concub.

6 Sunt tamen qui dicant, quod licet ex coitu illicito non oriatur affinitas impediens iure naturali, nec diuino, nec Romano Ethnico, tamen ille coitus illicitus producit post baptismum affinitatem impediens, & dirimentem matrimonium, & confirmant hoc ex illo Pauli. c. Qui adhæret meretrici, vna caro cū ea efficitur. Sicut cognatio tertij & quarti gradus non impedit matrimonium inter Iudæos & Gentiles, d. sed post baptismum fit tale impedimentum. Sed contra hos concluditur. Tum eo quod non entia non potest inesse qualitas, ergo ei, quæ non est affinitas, non potest adici qualitas impediens matrimonium: & consequenter cum nulla affinitas fuerit nata inter Iudæos ex illicito coitu, non potest dici quod per baptismum eorum fiat affinitas dirimens matrimonium.

c i. ad Cor. 6.

d cap. gaudeamus. de iunor.

e l. si seruum. §. 1. ff. de act. empt.

7 Tum quia affinitas nascitur ex copula, & non ex baptismo: & ita si ex copula præcedente baptismum non fuit nata affinitas, non potest nasci per baptismum sequentem. Non obstat eorum fundamentum. Tum quia à separatis non fit illatio: & consanguinitas, siue cognatio est res separata ab affinitate, vt constat ex ipsa rubrica de consang. & affinit. in qua illa coniunguntur per coniunctionem, et, quæ denotat copulata esse diuersa, iuxta glossam. f. Constat etiã per diuersas arbores consanguinitatis, & affinitatis, & per alia innumera. Tum quod non solum sunt separata, sed longe dissimilia: quia omni iure naturali diuino veteris & noui testamenti, & iure Romano Ethnico, & Pontificio nascitur cognatio & consanguinitas ex coitu illicito, vt exprimit prædicta l. & nihil interest an ex licito, vel illicito oriatur cognatio. g.

f In rub. ff. de iur. & facti. §. no. & in cap. querelam. de sim.

g ff. de ritu nupt.

h cap. gaudeamus. de diuo.

8 Et ideo non est mirum, quod cognationi iam natæ ante baptismum post illum adicitur qualitas impediens matrimonium: quia ei quod est, qualitas adici potest: affinitas autem nullo iure prædictorum, excepto Pontificio, nascitur ex illicito coitu, & ex Pontificio nõ potest ea inter Iudæos nasci, quia non ligantur eo, h. & ita ei, quod non est ante baptismum, non potest adici qualitas post illum. Ad confirmationem autem concedimus illud dictum Pauli probare quidem, quod non sine ratione iure Pontificio inducta est affinitas ex coitu illicito contra omnia iura Romanorum, & aliarum nationum: sed non probat, quod etiam tempore Pauli ex tali coitu nascebatur affinitas, & quod illa ante baptismum nata fiebat impedimentum post baptismum, sicut & homicidium, quod ante baptismum committitur, licet inducat quemdam horrorem, non tamen talem, qui fiat irregularitas post baptismum impediens ordinationem, quæ iuris Pontificij inuentum est, secundum Innocentium receptum. i. Sic etiam coitus illicitus, qui non producit affinitatem ante baptismum, non producit post illum affinitatem impediens matrimonium.

i In ca. ad audientiam. de hom.

Confirmatur etiam, eo quod ratio, quare iure Pontificio inducta est affinitas ex coitu illicito, non est, quia ex eo nascantur amicitia, cum ex eo potius separatio & inimicitia communiter gignantur, vt palam est; sed illa, quod ius Pontificium fornicationi est valde inimicum: & vt Christianos, in quam sunt proni, arceret ab ea, statuit, vt ex ea oriatur affinitas prædicta, quæ impediret matrimonium, & consequenter fornicationem, qua tolleretur libertas contrahendi matrimonium fornicatori. Salua, &c.



SUMMARIUM.

1 Dispensandi causam quidem praestant vedum vrgens iustaq; ratio, seu maior utilitas, sed & ignorantia prohibitionis, secundo proles habita, tertio diuturnitas matrimonij male contracti, quarto scandalum graue, vt mortu euitanda; quinto miseria puella indotata, puta mouens principē ad miserendū; sexto minor aetas 18. annorum. n. 2. Sed hac de rigore iuris non sufficiunt ad dispensandum in secundo, cum Conc. eam dispensationem restringat ad solos principes, iuncta publica utilitate. eod. num. 2.

CONSILIVM XIII.

AN infra scriptae quinque causae sufficiant ad iuste dispensandum cum quibusdam super cognatione in secundo gradu.

1 Pro parte negante facit illud Concilij Tridentini de reformat. matrimonij. 2 In secundo gradu numquam dispensetur, nisi inter magnos principes, & ob publicam causam.

Pro parte affirmante facit illud eiusdem Concilij de reformat. 3 Si vrgens, iustaque ratio, & maior quandoque utilitas postulat, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, ac summa maturitate, atque gratia, a quibuscumque, ad quos dispensatio pertinet, eris praestandum; aliterque facta dispensatio subrepticia censetur. Prima causa, ignorantia rigoris prohibitionis, iuxta illud Pauli, 4 misericordiam suam consequutus, quia ignorans feci. Secunda, proles iam habita. 5 Tertia diuturnitas matrimonij male contracti. 6 Quarta, scandalum inde oriundum mortuum puellae, & cognatorum. 7 Quinta, misericordia Papae; quia puella est pauper, & eam vult iuuenis patrius honeste dotare. 8

2 RESPONDEO primo, quod huius petitionis & adiectae informationis auctores erudite ac amice colligunt causas dispensandi hoc casu, quibus addi potest minor aetas decem & octo annorum, quae miserationem ad poenam diminuendam inducit. h

Secundo, non arbitror illas solas sufficere de rigore iuris quo ad dispensandum cum praedictis. Tum quia verba praefati Concilij sunt praecisa, quatenus continens nullatenus dispensandum esse in praefato secundo gradu, nisi cum principibus, & ob utilitatem publicam; quorum neutrum concurrat in eo. Tum quia tam S. D. N. quam se. rec. Pio V. frequenter ita vsus est de similibus causis.

Tertio, quod sicut misericordiae Domini non est numerus, ita misericordiae S. D. N. nemo alius ab ipso met modum necessarium imponere potest. i

SUMMARIUM.

1 Episcopus propter scandalum dispensat super impedimentu occulto dirimentibus matrimonium publice contracta, si non possit haberi recursus ad Papam, nec ad eius legatum.

CONSILIVM XIII.

AN Episcopus super impedimentis dirimentibus dispensare valeat cum ijs, qui de facto matrimonium publice & in facie Ecclesiae contraxerunt:

1 Respondeo primo, vt diximus in Manul. confess. k nos fuimus primi omnium, qui in Academijis Hispaniae vulgarunt opinionem tenentem Episcopum posse dispensare in impedimentis etiam dirimentibus matrimonium, quando impedimentum esset occultum, & matrimonium publicum, & separatio magno scandalo foret, & non possit, vel non nisi cum magna difficultate haberi recursus ad Papam, vel Legatum eius, propter paupertatem, aut alia legitima impedimenta. Secundo, quod non potest dari certa regula de concurrentia praedictorum necessarium ad hoc, vt Episcopus huiusmodi potestate uti possit, sed relinquatur arbitrio viri prudentis, iuxta l. i. l & cap. de causis. m Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Dotis incompetencia tam mulieris nubenda, quam eius sororum, etiam per tertium supplenda, causam sufficientem praebet dispensandi, vt consanguineo nubat. & num. 2. 3. & 5.
2 Paupertas parentis, qua narratur pro obtinendis dispensationibus in gradibus prohibitis, attenditur etiam habito respectu ad hoc quod non possit filias competenter iuxta suam conditionem dotare. & num. 6.
3 Praesens principis nuda est si forte non videantur sufficiens causa

A dispensandi in gradibus prohibitis; attamen si dicte preces fundentur super iusta causa, secus erit. & num. 4.

3 Dispensatione ad preces aliorum obtenta, modo causa expressa sint vera, vti possunt ipsi dispensati. n. 4. & 7.

CONSILIVM XV.

INSTANTE quadam vniuersitate, & Regia Maestrate, Pontifex dispensauit cum quadam M. vt posset nubere suo consanguineo, ex eo quod quidam F. volebat nedum dictam M. competenter dotare, sed & alias eius sorores in certum euentum dotare, quas I. earum pater non poterat secundum suum gradum competenter dotare. Dubitatur an dispensatio sit legitima, & sit tutus in conscientia.

1 Ad hanc quaestionem respondeo primo, quod sua Sanctitas mota fuit ad dispensandum per praedictas causas. Primo quidem, quod ait illas sibi fuisse expressas, & constat eas esse notabiles, & magni momenti ad dispensandum in his secundum ius & etiam styllum Curiae.

Secundo, quod sua Sanctitas ponderat indigentiam praefati I. etiam quo ad dotem praefatae M. qualitatis ponderatae, quod scilicet non poterat dare ei idoneam dotem ad nubendum sine hac dispensatione.

Tertio, quod etiam ponderat quod praefatus F. dotat praefatam M. in decem millibus ducatis: quod arguit aliquam indigentiam sui patris.

3 Quarto, quod etiam ponderat quod praefatus F. promittit dotare alias quatuor filias in certo euentu: quod etiam praesupponit indigentiam patris sui ad onera tam grandia.

Quinto, quod etiam sua Sanctitas ait quod oppidum Victoriae, & maiestas Regia propter praemissa mota sunt ad exorandam praefatam dispensationem: ita quod preces Regis praesupponunt indigentiam praefati I. ad dotandum omnes suas filias decenter.

4 Sexto, quod non ait sua Sanctitas se dispensare simpliciter ob preces Regiae maiestatis, sed ob preces praefatae Victoriae, & Regiae maiestatis, fundatas super dote decem millium, quam praefatus F. constituit praefatae M. & super onere dotandi decenter alias filias, & super promissione F. dotandi eas in certum euentum.

5 Septimo denique, quod sua Sanctitas respondit Illustrissimo D. Legato, quod inclinaret se ad dispensandum, si praefatus F. se obligaret ad dotandas alias filias praefati I. & quod dato consensu ad obligandum se ad id in certum euentum, dispensauit.

Per quae proculdubio nobis videtur dispensationem praefatam fuisse fundatam super indigentia praefati I. ad dotandas decenter secundum statum suum praefatam M. & alias filias.

6 Secundo respondetur, quod praefatum breue fideliter & prudenter est impetratum, estque conforme ad memorialia ex Hispania missa: quia illa multis modis, vt praedictum est, significant indigentiam praefati I. ad dotandas filias suas decenter: & licet in eis non dicatur, nec appelletur pauper expressè, appellatur tamen tacite & aequipollenter: & non refert quid de aequipollentibus fiat: neque in praefato breui appellatur simpliciter pauper, sed cum additione ad dotandas tot filias secundum statum suum. Nec debet sua dominio reputare id sibi esse dedecori, cum id passim contingat nobilibus viris suae conditionis, & magnis principibus, & dominis.

7 Tertio respondetur, quod dispensatio praefata est valida, & sine vilo scrupulo possunt uti ea per eam dispensati, si praefatae causae, super quibus dicta dispensatio; sicut & preces Regiae, & Victoriae fundatae fuerunt, sunt verae.

SUMMARIUM.

1 Subreptitia est dispensatio matrimoniali, in qua narratum fuit oratores ignorasse impedimentum, cum vnus sciret: nec propter induisibilitatem prodest ignorantia; immo si postea sciuisset, uterque eget vt reuoluetur.

CONSILIVM XVI.

QVÆRITVR, an dispensatio de contrahendo matrimonio non obstante quarto gradu consanguinitatis, cum supplicatione quod ignorantes impedimentum contraxerunt in matrimonium, valeat, si vir sciebat vel scire tenebatur impedimentum, quod tamen femina penitus ignorabat.

a Cap. 5. sess. 24.

b Cap. 12. sess. 25.

c1. ad Timot. 1.

d Cap. fin. 35. b. n. 1. qui in provincia. 5. diuus. ff. de ritu nupt. e Cap. de gradibus. 35. q. 2. & d. l. qui in provincia.

f Argumēto cap. qui circa de consangu. 8. Arg. l. i. ff. solus. matri. h l. auxilium. ff. de minor.

i Cap. cuncta per mundum. 9. quati. 3. & cap. proposuit. de concess. praebend.

k Cap. 22. n. 85.

l ff. de iur. de lib. m De off. de leg.

1 Respondeo primo decisionem huius questionis pendere ab illa, an ignorantia impedimenti feminæ efficiat ut ipsa & vir dicantur ignorasse impedimentum, & puto quod non, & quod vir indiget revalidatione dispensationis: & quia id iam fecit mulier, indigebit & ipsa. Secundo, quod dispensatio prædicta non prodest viro, nec per quamdam consequentiam uxori propter indiuisibilitatem & unionem huius matrimonij.

DE FRIGIDIS ET MALEFICIATIS.

S V M M A R I V M.

- 1 Diuortij sententia etiam quo ad vinculum si ob veram probatam perpetuam impotentiam sit lata, valet; secus si sit lata ob præsumptam; nisi prius coniuges per triennalem cohabitationem probentur impotentes: aliter autem licentiati conuolantes ad alia matrimonia tenentur ad primum redire, & dictum triennale experimentum facere. num. 3.
- 2 Impotentia coeundi ex maleficio procedens potest esse quo ad duos inter se tantum: vnde horum vterque, lata sententia diuortij, & licentiati possunt iuste alia inire matrimonia.
- 4 Papa ex causa potest matrimonium ratum, modo non sit consummatum, dissoluere, ita ut vterque ad alias possit conuolare nuptias.

CONSILIVM I.



CAROLVS & Anna matrimonium inter se contraxerunt, & cum simul per aliquod tempus minus triennio cohabitassent, nec illud consummare valuissent, ab ordinario ob illorum impotentiam per sententiam impetrarunt, ut scilicet Carolus cum alia, & similiter Anna cum alio matrimonio iungi possent, prout factum est, ex quo filios vterque procreauit. Dubitatur, an iuste in secundo matrimonio perseverare possint, attento quod sententia præfata videtur iniusta ex eo, quod vterque cum alio, vel alia filios habuit.

1 Respondeo sequentia. Primum, quod sententia diuortij lata inter Carolum & Annam non videtur fuisse iusta: quia non videtur fuisse verè probata impotentia, cum per consequutum matrimonium constet vtrumque illorum fuisse potentem. nec etiam fuit probata impotentia præsumptiue, quia ad id requirebatur cohabitatio triennalis sine facultate coeundi, per cap. *laudabilem*. & cap. *vl.* & notata in cap. *fraternitatis*.^b iuxta resolutionem receptam communiter Panormitani in eiusdem capp.

2 Secundo, quod possibile est, quod inter Carolum & Annam interuenit verum impedimentum perpetuum maleficij, non obstante quod vterque illorum habuerit potentiam coeundi cum alijs: quia potest quis maleficio impediri quo ad vnam personam, licet non impediatur quo ad aliam, argu. cap. *si per Sortiarias*.^c & colligitur ex notatis à Panormitano & alijs vbi supra: sed non est præsumendum tale impedimentum, nisi præcedente cohabitatione triennali sine facultate coeundi.

3 Tertio, quod per nullum remedium iuris ordinarij possunt iuste remanere, ut nunc de facto iniuste remanent, nisi redeundo prius ad cohabitandum per triennium, & experiendum impotentiam, & iurandum illud cum septima manu, ut dicitur in dicto cap. *laudabilem*.^d

4 Quarto, quod potest dari remedium extraordinarium dispensationis Papalis, secundum illam opinionem omnium purè Canonistarum, & eorum qui sunt Canonistæ simul, & Theologi, immo & aliquorum paucorum purè Theologorum, ex quibus est Caietanus quos nos quoque referimus, & sequimur in Manual. confess.^e secundum inquam illam opinionem, quæ habet posse Pontificem Maximum dissoluere iusta de causa matrimonium ratum, & non consummatum: quandoquidem matrimonium inter eos contractum non fuit consummatum, ut in facto proponitur: & satis iusta videtur esse causa prædicta. nam & in simili casu dispensauit sua Sanctitas quo ad forum conscientie cum multis. Verum tamen est, quod illi, quibus cum dispensauit, contraxerunt occultè, hi autem publicè: & ita videri potest alicui facilius potuisse dispensare cum illis, quam cum his. sed quia illi contraxerunt mala fide, & nulla sententia diuortij prius inter eos lata, hi autem bona fide, & sententia diuortij prius lata, satis potest dici esse par ratio, saltem ad dispensandum quo ad forum conscientie tantum.

a De frigo. & malef.
b Eod. tit.

c 33. qu. 1.

d Et dict. cap. vl.

e Cap. 22. nu. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Publicatis testibus, etsi saltem super eisdem articulis alij non sint recipiendi testes; hoc tamen fallit, quando deponitur per artis propria peritiam. & nu. 25.
- 2 Testiculis ambobus carès etsi generare non possit, nec semē emittē, matrimonium tamen contrahere potest, modo possit virginem deslorare, seu cum muliere coire. n. 3. ut sic coeundo possit in se ipso & muliere sedare copule appetitum, alias secus. n. 16. 20.
- 2 Seminis commixtio non est de essentia matrimonij, modo mulier possit membrum viri recipere, & vir ita intronittere, ut sibi ipsis in desiderio copule satisfaciunt, illud sic sedando. nu. 12.
- 3 Matrimonium cum sit viri & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ unitatem continens, eo debent animo illud contrahentes contrahere, ut intendant cū coniugibus habitationem indiuiduam & perpetuam facere, & nu. 4. hoc tamen ad illud contrahendum non sufficit, cum alia requirantur, ut est quod persone sint habiles. num. 14.
- 4 Copula non est de essentia matrimonij, actualis inquam, secus est de potentiā, quæ necessario requiritur, n. 7. & 14. immo etiam actualis per commixtionem seminum actualē, vel potentiālem requiritur ad hoc, ut sit consummatum. num. 8.
- 5 Impedimentum perpetuū impotentia vsque ab initio matrimonij contracti patientem, etsi aliter possit diuertendo relinquere, cum tale non sit matrimonium, n. 9. & 12. concedi tamen eis volentibus potest, ut tamquam frater & soror cohabitent, n. 5. cum omni inquam castimonia abstinentes se ab omni immunditia, n. 10. ab osculisque, & tactibus impudicis. nu. 15.
- 5 Cohabitatio maris & femine, qui verè coniuges non sunt, periculosa cēsetur; vnde nec concedenda, nisi personarum qualitas excludat suspicionem peccati. num. 14.
- 6 Senes etsi generare non possunt, possunt tamen matrimonium contrahere; & hoc modo possunt ita erigere, ut possint mēbrum in vas mulieris immittē, ita ut appetitum copula hinc inde sedari valeat. num. 15.
- 8 Consummatio matrimonij copulam actualē, & commixtionem seminū actualē, vel potentiālem requirit, ut sic representare possit indissolubilem Christi & Ecclesia coniunctionem.
- 11 Spadones, quorum multa sunt species, illi valde contrahunt matrimonium, qui etiam si semen non emittant, ita tamen valent coire, ut appetitus seu ardor copula in vtroque sedari valeat.
- 13 Seminis mutuam commixtionem ad matrimonij consummationem necessariam esse, nullibi cautum esse videtur.
- 17 Matrimonij nullitatem post prolem natam, & pro sua tractatam, proponens vir prætendens se vsque ab initio impotentem fuisse, non est audiendus. & nu. 23.
- 18 Legitimi ex iuris præsumptione reputantur filij nati ex cohabitantibus in figura matrimonij, licet que contrarium possit probari, attamen ad id probandum non debent admitti parentes, qui eosdem vti proprios filios nominauerunt.
- 19 Confessio etsi possit tamquam erronea probato errore reuocari, fallit, si versaremur in errore facti proprii, qui nisi alia concurrant, non excusat: & tanto minus est admittendus, si velit allegare suam turpitudinem. nu. 13.
- 20 Confessione coniugum non statatur in his, quæ per partes non sunt inducibilia, vel remissibilia.
- 20 Coeundi impotentia, ad effectum, ut matrimonium declaratur nullum, non probatur ex carentia testiculorū, modicitate mēbri, & ineptitudine ad generandum: sed nec ex præsentia impotentia argui potest quod affuerit etiam tempore contracti matrimonij. num. 21.
- 22 Speciali & indiuiduo effectui, qui dicitur subsequutus, magis adhaerendum, quam generali regula contrariū dictanti, vnde si in casu hoc speciali reperitur hunc generasse, hinc effectui magis inhaerendū, quā generali regula asserenti tales nō posse generare.
- 23 Generales regulas multos fessellisse & fallere reperitur: vnde specialibus magis adhaerendum.
- 23 Virginis matrix, etiam claustris pudoris minime fractis, potest semen recipere, & ita concipere.
- 24 Medici in suis regulis saepe falluntur, sicut & oculi & manus ipsarum obstetricum inspicitiam integritatem, & alias mulierum dispositiones.

CONSILIVM II.

POST QVAM B. spado cū L. circiter annos xiiij. tamquam cum sua legitima uxore cohabitauerat, & filios suscepit, & longo tempore tamquam suos & à se genitos in

domo

a ca. quod au-
tem. 5. ecce.
27. quast. 2.
b Genes. 2.
c Matib. 19.
d in d. cap. 10.
e in d. ca. fra-
ternitatis. 35.
qua. 10. de eo
qui cog.
f in ca. nō est
dubium. & in
ca. cum facio-
tas. 27. qu. 2.
g in cap. lex
divina. rad.
caus. & qua.

g ca. fraterni-
tatis. cap. fin.
de frigid. &
malefic. & c.
de crim. 27.
qu. 2.

h in cap. 3.
de frigid.
& malefic.

i. spadonum
generatio ap-
pellatio est. ff.
de verb. sig.

k in d. l. spa-
donum.

bilitas enim coeundi, & habendi copulam, reddit matrimo-
nium nullum.^a

Tertio facit illud. ^b *Et erunt duo in carne vna.* id est, sicut
quodammodo vna persona ex carnis copula, vt exponit D.
Thom. ^c & sentit Gregorius, ^d & ita necessaria est carnis co-
pula actualis, vel saltem potentialis, ad hoc, vt valeat matri-
monium.

8 Quarto facit, quod ad hoc, vt sacramentum matrimonij
significet indissolubilitatem coniunctionis Christi ad Eccle-
siam, requirit coniunctionem sexuum, vt ait Augustinus, ^e
aut carnalem copulam, secundum Papam Benedictum, ^f er-
go sine carnali copula, vel commixtione sexuum, quod vide-
tur fieri per commixtionem seminum actualem, vel poten-
tialem, non potest consistere matrimonium.

9 Quinto irrefragabiliter videtur facere, quod si post con-
tractum matrimonium constiterit, non posse illud copulam
carnalem consequi, dissoluendi sunt coniuncti; & ei qui fue-
rit ad copulam habilis, danda facultas cū altera persona con-
trahendi, & quod fieri non posset, si verum matrimonium in-
ter eos intercessisset; cū, secundum omnes, matrimonium
ratum, etiam nondum consummatum, sit indissolubile in
hunc sensum, quod iuxta fere omnium Theologorum sen-
tentiam non potest solui quo ad vinculum, nisi per profes-
sionem alicuius religionis probata, etiam per dispensationem
Papæ: & licet secundum Canonistas possit per hanc dissolui,
non tamen debet id fieri sine maxima causa.

10 Sexto, quod frivolum videtur dicere, Pontifices illos
Max. & grauissimos, Lucium, & Celestinum, ^h dum his, qui
ob impedimentum perpetuum dissoluuntur, faciunt faculta-
tem conuiuendi vt frater & soror, voluisse dicere, quod pos-
sent cohabitare in vna domo, condormire in vno lecto, oscu-
lari, amplexari, & alia omnia munia coniugum sibi mutuo red-
dere, excepta copula, quam non possunt habere: eiusmodi
enim cohabitatio longè aliena est à cohabitatione fratrum &
sororum, quæ debet esse castissima, & ab omni impudici-
tia aliena, vt palam est. Et ad argumentum, quo Medina ad id
asserendum nititur, quodque ipse grauius supra muniui, mox
respondebitur. & mea sententia satis est cuiuslibet eruditi
modesto animo ad id credendum, quod omnes, qui super ea
re vsque ad Medinam scripserunt, cum Theologi, quam Can-
oniste, ita illa duo responsa duorum illorum sanctissimo-
rum Patrum intellexerunt. Quare nos quoque hanc, quæ fe-
re omnium est, opinionem sequimur, & suscipimus.

11 Non obstant pro contraria opinione adducta. Ad primū
enim respondeo, quod spadonum multa sunt genera, & spe-
cies, ⁱ & concedo non solum spadonem, qui vnum testiculum
habet, posse contrahere matrimonium, sed etiam qui nullum
habet, etiam si sint thlasia, quibus testes fracti sunt, siue thli-
bia, qui eos habent attritos, modo arrigere collem & virgam,
& coire possunt, iuxta prædictas duas glossas in argumento
citatas, quod etiam eruditissimus Alciatus tradit, ^k in quod
me mouer maximè, quod ex medicorum responsis didici, per
huiusmodi spadonum coitum sedari, siue tolli, vel vitari ten-
tationem, & periculum fornicandi tam in viro, quam in fœ-
mina; etsi non tantum, quantum, si vterque de more aliorum
seminare. aiunt enim spadonem sic arrigere & coire poten-
tem, etiam si nihil feminis immittat in vuluam mulieris, ex-
siccare tamen illum humorem vtrinque seminariū, ita vt
eo exonerentur. & consequenter huiusmodi matrimonium
consequitur illum finem, in quem est institutum, quatenus
est remedium. Nego autem, alios spadones, siue sint castrati,
qui penitus non erigunt, siue quia naturaliter siue testibus
genti sunt, siue quia ante pubertatem omnino excisisti, siue
sint thlasia, siue thlibia, si nequeant arrigere, neque coire in-
tra vas debitum, ita vt prædictum est contrahere posse.

12 Ad secundum concedo in eo assumptum, & quod ma-
trimonium contractum cum fœmina nihil seminante, poten-
te tamen recipere semen viri intra suam vuluam seminantis,
est verum matrimonium, & eadem ratione contractum in-
ter fœminam seminantem, & spadonem potentem intra vas
debitum illam ad id prouocare, ita quod etiam ipse per illam
prouocationem excurret suum humorem, quo calefit, & sedet
sua tentationem, & passionem. ex hoc tamen non sequitur
idem dicendum de alijs spadonibus, & fœminis ad coeun-
dum prædicto modo impotentibus; quia longe alia in eis ra-
tio aliud, vt palam est, suadet.

13 Ad tertium conceditur, ad consummationem matrimo-
nij non esse necessariam seminum viri & mulieris commix-
tionem; quia id nullo iure efficaciter probatur, præsertim quod
D. Thomas, ^a post Aristotelem, ^b quorum vtrumque late re-
fert Caietanus, ^c dicit, semen fœminæ esse quid imperfectum
in genere feminis, & ideo de se non esse aptum generationi,
nec necessario requiri ad conceptum, sed sufficere & requiri
coitum supradicto modo habitum.

Ad quartum conceditur, spadonem, de quo loquitur, posse
contrahere, vt ad primum est dictum.

14 Ad quintum respondetur, definitionem matrimonij non
esse intelligendam de coniunctione cuiuscumque viri & fœ-
minæ, sed tantum illorum, qui habet legitimas personas con-
trahendi: & negatur omnes spadones habere tales personas,
vt dictum est ad primum, per argumenta pro parte nega-
tiua adducta.

Ad sextum concedimus non requiri ad essentiam matri-
monij carnalem copulam actualem coniugum, sed bene po-
tentiam eorum ad eam habendam.

Ad septimum respondetur concedendo Pontifices illos
Maximos in eo citatos facere facultatem conuiuendi, de qua
in eo; sed negando non potuisse eos eam cohabitationem ius-
tè facere: nam licet regulariter cohabitatio virorum cum fœ-
minis sit periculosa, frequenter tamen non est talis, vt cum co-
gnatio valde propinqua tollit periculum, iuxta cap. *in omni-
bus.* ^d vel cum deuotio & virtus animorum ab eo liberat, ar-
gumento cap. *quod Deo pari.* ^e quatenus probat non solum
iustè, sed sanctissimè sibi mutuo coiuuere posse coniuges, qui
voto abstinendi à venereis pari consensu se astrinxerunt: vel
ætas, vel morbus, vel aliquid aliud huiusmodi, cui innitentes
facile possunt conuiuere, vt frater, & soror, vel vt pater, & fi-
lia, & patruus, & neptis: fatemur autem multos coniugatos
esse adeo iuuenes, adeo infirmo, & in venerea propensos, & à
virtute, animi abstinentia, & deuotione in Deum, & virtute
castitatis & pudicitie alienos, vt non deberent ipsi tali facul-
tate vti, nec vt vterentur permitti: sicut neque cum est suspi-
cio de lapsu, & lubricitate, permittitur etiā clericis cohabita-
tio cum fœminis etiam primi vel secundi gradus. ^f

15 Ad octauum respondetur, concedendo, senes contrahe-
re posse regulariter, esseque personas ad id faciendum legit-
imas: si tamen essent omnino impotentes, non deberent con-
trahere, secundum illam Scoti, quæ sua subtilitate digna est,
sententiam, & qui subdit, nonnullas, quæ cum senibus contra-
hant, potius desponsare diuitias, quam personas, licet ei Medi-
na repugnare videatur. Illi autem senes per superius dicta di-
cendi sunt impotentes, qui nec generare, neque adeo arrigere
possunt, vt immittere queant genitalia membra in mulierum
vuluas; qui ideo non deberent, nec possunt inter se contrahere;
& si contraherent, matrimonia essent inualida: ideoque non
licere eis impudicè osculari, amplexari, & minus ad se pol-
luendum prouocare; cū non liceat etiam iustis coniugibus
prouocare ad pollutionem extra vas & modum ordinariū,
& ipsi non possint intra vas debitum ordinario modo se
polluere.

16 Ad nonum concedimus matrimonium esse institutum,
quatenus est remedium, ad vitandam fornicationem, & ita
concedimus valere matrimonium contractum à spadone, qui
licet non possit generare, nec mittere semen in vuluam mu-
lieris, potest tamen cognoscendo eam intra vas, & ordinario
modo, facere vt tollatur vel sedetur appetitus vtriusque ad
habendam copulam carnalem conceptus, qui ad fornicand-
um posset incitare.

Circa igitur primum, videlicet opinionem admodum re-
uerendi patris eiusdemque viri doctiss. fratris Michaëlis à
Medina, videtur dicendum in summa, eam esse partim am-
plectendam, & partim relinquendam, vt ex prædictis col-
ligi potest.

Circa verò secundum breuiter dico, matrimonium, de
quo est quæstio, esse mea sententia validum, & non posse
quo ad vinculum diuidi: quia vir est eius generis spadonum,
qui possunt contrahere; cum vxorem, quam habet, deflora-
uerit, & illa adeo appetitui commiscendi se viro satisfecerit,
vt elegerit cum eo contrahere; & ipsa patiendo intra vas de-
bitum coitum eius ordinariū, etiam sedet appetitum ipsius
viri: eo maximè, quòd in facto præsupponitur eum aliquale
semen emittere potuisse, hoc enim ex prædictis circa primum

a 2. par. q. 32.
art. 5. ad 3.
b Lib. 1. de ge-
nerat.
c 2. 2. qm. 154.
art. 18.

d 21. di. cap. 2.
nobis. de cob.
cler. & mul.
e 33. quast. 5.

f cap. 1. de co-
habit. cler. &
mul.

g in 4. sent.
dist. 34. qm. 1.
ad 2.

efficaciter inferri videtur.

Sequitur responsum ad primo propositam secundam questionem principalem.

17 PRÆMISSO igitur tenore prædicti respõsi, respõpondeo ad secundum principale dubium, quod nihilo alio probato, quàm eo, quod in facto proponitur, proculdubio iudicandum est prædictum matrimonium fuisse & esse validum, ab eo qui sequeretur opinionem prædicti doctoris à Medina, ut palam colligitur ex eo: sed quia illa nullatenus videtur tenenda, per prædicta: respondeo, quod ad iudicandum prædictum matrimonium non fuisse, nec esse validum, plurimum vrgeret cõclusio illa, quæ desumitur ex tenore responsi præmissi; scilicet, non posse consistere matrimonium inter illas personas, quarum altera non habet potentiam coeundi cum altera, & prædicti medici iurati; & artis periti attestati fuerunt tria, videlicet, quod carebat omnino testiculis, & membrum virile non erat maius quam dimidium digiti auricularis, & quod ob hæc est, & fuit ad generandum profus inhabilis.

Sed pro contraria parte, nempe, quod prædictum matrimonium est validum, facit primo confessio vtriusque, tam B. quàm L. qui ambo tractando, nominando, & educando prædictos duos filios intra domum suam magno tempore tamquam filios suos à se genitos, per quamdam consequentiam confessi sunt habere potentiam coeundi, immo & generandi. cum enim habere filium necessario præsupponat potentiam coeundi, & generandi; qui vel quæ confiteretur se patrem, aut matrem alicuius, necessario cõfiteri videtur se habere, vel habuisse potentiam coeundi, & generandi, & ideo prædicti B. & L. qui confessi sunt toties & tanto tempore prædictos esse filios suos, non debent audiri negantes id; nec consequenter B. qui negat eos esse filios suos, iuxta c. per tuas. & l. generaliter. vnde illud desumptum fuit.

18 Secundo facit, quod etiam si ipsi negarent, tamen prædicti filij præsumuntur esse sui, quia filius natus ex nupta viuente cum suo marito præsumitur filius eius.

Tertio, quod non obstat dicere, quod potest probari cõtra præsumptionem, qua quis præsumitur esse filius alicuius ut dicta l. filium probat efficaciter: quia in nostro casu ultra prædictam præsumptionem concurrat confessio ipsius B. contra quam non debet audiri, ut prædictum est.

19 Nec obstat, quod confessio facta per errorem potest reuocari probato errore, ut est in l. nõ fatetur. & glossa recep. f. quia illud intelligitur de errore facti alieni; quia error iuris non excusat, nec error facti proprii, nisi concurrentibus certis circumstantiis, ut traditur in locis prædictis, & in ca. præsumitur. Et in hoc casu, si quis erat error facti, ille erat proprii facti, videlicet, de impotentia coeundi, & non concurrat aliqua de prædictis circumstantiis, ergo non licet illi ea reuocare.

20 Quarto, quod non obstat dicere quod non est statum confessioni coniugum consentientium vel negantium aliquid, quod non est inducibile, vel remissibile per consensum partium, iuxta mentem glossæ & declarationem Panormitani: & in hoc casu videntur prædicti coniuges confiteri aliquid, quod non est inducibile consensu partium contra matrimonium; eo quod, confitendo se habere filios, confitebantur se habere potentiam coeundi, & generandi, quæ non erat inducibilis per cõsensum partium. Non inquam hoc obstat. Tum quia potentia coeundi & generandi non est de essentia matrimonij, secundum prædictam opinionem Medinæ, quam si teneremus, ut prædixi, omnia essent plana: sed quia diximus eam non esse tenendam, alia ratione dico nõ obstat, nepe quod nõ probat se impõtere ad coeundum. nõ enim hoc dicunt medici, solum enim testantur tria supradicta in argumento pro contraria parte formato, videlicet quod caret omnino testiculis, & quod membrum eius genitale non est maius quam dimidium digiti auricularis, & quod profus ineptus est ad generandum. quæ tria non concludunt necessario non fuisse illi potentiam coeundi, ut in præmissis responsis probatum est: cum secundum omnes inueniatur spado, qui careat vtroque testiculo, & arrigat virgam, adeo ut virginem de florare possit; qualem posse contrahere matrimonium, etiã si generare nequiret, in prædicto præmissis consilio firmate tenendum probauimus.

21 Quinto facit, quod fieri potest, quod à tempore contractus matrimonij vsque in diem inspectionis medicorum

A fuerit B. membrum genitale contractum, sicut Sulpitius testatur in vita sancti Martini fuisse viro sancto contractum situm, adeo ut tempore suæ mortis videretur membrum infantis: & quod verisimile est membrum pudore medicorum præsentium contractius, quàm aliis apparuisse: & certum est eiusmodi membrum appetitu coeundi calefactum crescere, & in aliquibus plusquàm in duplũ, vel amplius, & ita potuisse coire.

Sexto, quod nec medici, nec B. dicunt eum non habuisse potentiam feminandi, & verisimile est eum solitum seminare, cum alioqui nullatenus potuisset credere prædictos filios fuisse suos, nec continere iram, qua moueretur ad occidendum vel accusandum L. aut certè ad petendum diuortium propter adulterium.

B Septimo, quod nihil obstat dictum medicorum, quatenus habet, eum qui caret testiculis, non posse generare: quia potentia generandi non est de substantia matrimonij, sed solum potentia coeundi: alioqui inter steriles, etiam coire potentes, & seminantes, non posset consistere matrimonium, quod est contra omnes.

22 Octauo, quod potius est standum ei, quod videmus in specie, siue in indiuiduo effectum, quàm ei, quod in genere definitur non esse effectum, vel fieri non posse. Ita quod à regula generali, immo & vniuersali, discedimus in casu, in quo in specie inuenitur contrarium, siue casus ille specialis præcedendum à regula illa generali medicorum dicentium; contentem vtroque testiculo non posse generare; eo quod videmus in particulari filios natos, & educatos longo tempore ab vtroque parète, & habitos & nominatos ab eis pro filiis suis, sicut & frequentissime multi egroti, quos medici per suas regulas generales definiunt nullatenus à suis morbis vnquã liberandos, immo & quã curissimè morituros, sanantur, & liberantur.

23 Nono, quod licet probatio prædicta sufficeret ad impediendum matrimonium contrahendum inter prædictum B. & L. & etiam ad dissoluendum contractum, si non haberent filios: tamen cum videat Ecclesia eos multo tempore esse confessos habere filios, & agnoscere & tractare illos pro filiis, & matrem eorum idem etiam nunc facientem, & quod est tam honesta, quod nunquam de illa est conquestus B. & quod frequenter quæ iudicantur steriles, fiunt pregnantes; & multæ ante legem Euangelicam, & post illam senio confectæ, & centum ac plures annos natæ genuerunt filios; & quod idè Deus est, & gubernat nunc, qui olim; credendum profectò videtur potius euentibus & gestis in specie & indiuiduo, quàm regulis generalibus, quæ multos fecerunt, & fallunt non solum medicos, sed etiam ipsammet Ecclesiam, iuxta capit. à nobis. & capit. fraternitatis. quatenus habet, ob euentum, qui non nunquam contra peritorum in arte regulas euenit, mutari iudicium etiam Ecclesie. Facit, quod regulariter nulla virgo manens virgo, fit pregnans, & tamè interdum cõtigat virgines concipere sine violatione claustris pudoris ex semine viri circum illud effuso, testante id D. Thoma.

D Decimo, quod magis videtur credendum prædictæ L. dicenti habuisse copulam cum B. & ex eo genuisse filios, quam B. Tum quia vxores solent petere communiter separari à viris impotentibus coire, & non contra viri impotentes ab vxoribus potentibus, ut experientia docet, & est argumentum ca. fin. & cap. proposuisti. Tum quia ipse multo tempore idem fuit verbo & facto confessus. Tum quia suam turpitudinem viderit allegare, contra cap. cum super. quandoquidem cõsequenter videtur confiteri se peccasse contrahendo cum L. & abutendo ea, & non confitendo illa peccata confessario, vel sine vlla emendatione communicando corpori & sanguini Domini: per responsum enim præmissum constat huiusmodi impotentes in his omnibus peccare.

E Undecimo facit, quod hanc partem tenendo solũ credimus contra illam regulam medicorum, quod carens vtroque testiculo non potest generare: tenendo autem contrarium, crederemus contra multas regulas naturales, diuinas & humanas, nempe prædictam feminam honestam toties & tanto tempore adulteratam fuisse, & B. patronam adulterij fuisse, & filios adulterinos & spurios esse, & parentes eorum tanto tempore mentirosos fuisse, & in tam graui peccato perseuerasse contra tot regulas iuris naturalis, diuini, & humani, contentas in cap. fi. k

F Nõ obstat argumentum pro parte opposita formatum: quia

a. Illud. ff. de acqui. ha. red. & ca. pra. seruo. de off. deleg. b. De probat. c. ff. de no. num. pecu. c. Leg. filium. ff. de his qui sunt sui vol. aliq.

c. Dig. de con. fess. l. in cap. de conf. c. Ca. ignor. na. de reg. iur. lib. 6. h. Cap. ab ex. communicat. de rescrip. & leg. quisquis. C. de rescrip. vnde. l. De reg. iur. lib. 6. k. Cap. super. eo. de eo qui cogno. c. can. gni. vno. sua. l. in cap. iura. m. no. 4. de probacione.

m. Num. j.

a. Cap. gener. de reg. iur. lib. 6. c. leg. in totu. ff. de reg. iur. b. Leg. sed & posteriora. ff. de legib. & gloss. l. sciendũ ff. qui testif. cog. admissa a. alia in autib. offeratur. Co. de his con. fess.

c. s. de st. ex. d. De frigid. & malef.

e. Quodlib. 6. art. 18.

f. De frigid. & malef. g. De probat. h. De concess. probat. & inser. dilectio. de donat. i. Numer. 1. 8. 10. & 11.

k. De praes. ca. 2. de regulis iuris mo. l. merito. ff. pro socio. & alia similibus.



fatis superq; diluitur in quinto & sexto argumētis, in quibus ostenditur, quod medici supradicti nō deponunt prædictum B. caruisse potentia coeundi, immo neque potentia feminandi sed tantum caruisse testiculis, & potentia generandi: & per responsum præcedens, constat esse spadones carentes utroque testiculo, qui possunt coire; & quod potentia generandi non est de essentia matrimonij, sed solum potestas coeundi. & in sequentibus fundamentis ostenditur credendum esse in hoc casu particulari propter multas circumstantias in eo concurrentes, quod in B. fallit illa regula medicorum, quæ habet carentem testiculis non posse generare, sicut, ut ait Cyprianus, sæpe manus, & oculi obstetricum, & pari ratione aliorum artis peritorum falluntur: & frequenter experimur multas eorū regulas in multis casib; cōtra sua prognostica fallere. & in prædictis fundamentis, cōresponsi præmissi probatur, quod ad solum iudicandum hoc matrimonium validum, non est opus defendere B. potuisse generare, sed solum potuisse coire, hoc est membrum suum genitale immittere in vas genitale vxoris, quo se, & vxorem saltem ex parte exoneraret appetitu coeundi, siue fornicandi modo ibi prædicto.

25 RESPONDENDVM igitur videtur ordinario consulenti, partes ipsius esse accipere alios medicos phisicos, vel aliās artis peritos, quos prædicta L. ad id duxerit eligendos non obstante publicatione aliorum testium: & si quid maioris lucis pro ea, vel pro B. allatum fuerit, illud diligenter perpendere, iuxta omnia supradicta: quod si nihil aliud probatum fuerit ultra id, quod in facto narratur, declarare prædictum matrimonium fuisse de se validum, & nullatenus eius dissolutionem esse faciendam. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Spado ad copulam omnino impotens potest remanere in coniugio de facto contracto, uti frater & soror, non vtendo delectatione carnali.
- 2 Impotentia coeundi est impedimentum etiam dirimens matrimonium.

CONSILIVM III.

QVIDAM spado, cui Turcæ omnia virilia absciderunt, ita quod nec virga nec testiculi remanserunt, contraxit matrimonium cum Christiana id sciēte, & monita. Quæritur, an possint remanere in coniugio tamquam frater & soror.

- 1 Respondetur id, quod nos diximus in Man. confess. d videlicet, quod possēt quidem remanere ut frater & soror nullatenus vtendo delectatione carnali, sed non vtendo illa per oscula, tactus vel amplexus, præsertim se polluendo.
- 2 Quia id numquam licet facere extra coniugium legitimum, quale non est hoc ob impedimentum impotentia coeundi, quod secundum omnes est impedimentū non solum impediens, sed etiam dirimens: quod ipsum etiam nunc absque scrupulo affirmamus.

DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA INTERDICTVM ECCLESIAE.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium alicui ad tempus prohibere ex causa potest Papa, immo & sua lege aliquod genus personarum inhabilitare: certas autem personas suo interdico inhabilitare, indignum, & sine exemplo esset. nu. 2.
- 2 Parocho, & Episcopo interdiceret, ne tali intra tale tempus volenti contrahere presentiam suam præstent, nec alij præstandi licentiam faciant, si subsit causa iudicio boni viri rationalis, iuste potest Papa. & nu. 3.
- 3 Fascinationis factæ timor iusta causa videtur, ut prohibeatur parocho, & Episcopo, ne tali volenti contrahere intra tale tempus presentiam præstent.

CONSILIVM I.

QVIDAM iuuenis filius nobilissimæ ac illustrissimæ familiæ, ut prætenditur, fascinatus, vult inuito eius patre cum muliere vilissima matrimonium contrahere, non sine maximo eius familiæ dedecore. Quæritur modo, si ab eius patre iuste potest impetrari à summo Pontifice motus proprius, per quem filio prohibeatur, ne per annū absque patris voluntate contrahat, & si contraxerit, sit irritum & inane; ad hoc ut infra tale tempus videatur, si orationibus mediantibus, ab huiusmodi fascinatione liberari possit, adeo quod in se reuertus, quod sibi & suæ familiæ conuenit, faciat.

A 1 Respondeo primo, certum esse circa hanc quæstionem, quod Papa sumus Christi Vicarius potest iusta de causa matrimonium interdiceret alicui vsque ad aliquod tempus, ut satis probat torus titulus de matrim. contract. contra interdictum Ecclesie.

Secundo, huiusmodi interdictum inducere quidem impedimentum impediens matrimonium contrahendum, sed non dirimens post contractum: ut ibidem probatur.

Tertio, constare quod Papa potest facere legem, qua aliquod genus personarum fiat inhabile ad contrahendum, ut colligitur ex tit. de consang. & cognat. spirit. & nouissime ex Concilio Tridentino.

B 2 Quarto, rem sine exemplo esse, quod Papa per suum interdictum particulare duas personas alioqui habiles faciat inhabiles ad contrahendum inter se matrimonium, ita ut contractum sit nullum, & ita mea sententia indignam quæ petatur, & indigniorem quæ concedatur, cui consequens prædictum motum proprium non debere peti, neque concedi.

Quinto, quod videtur iuste & honestè interdiceret posse Papam cuiquam parocho, & ordinario, ne interessent, præsentibusve essent, neve facerent facultatem, siue licentiā alteri presbytero, ut possit illi interessē, censuras, & alias pœnas imponendo eis, si contra fecerint; modo iusta causa id prohibendi subsistet. Tum argumento cap. final. e Tum quia habet potestatem summam prohibendi peccata, & occasionem eorum, ut in hac ipsa materia satis exprimitur in prædicto tit. de matrim. contract. & ca. præterea, d accepta tamen prius informatione de iustitia talis causa prohibitionis temporaria.

C 3 Sexto, quod prædicta fascinationis suspicio proueniens ex tanta imparitate personarum, & ex tanto tantæ familiæ dedecore, & ex tāta pertinacia iuuenis diuitis & nobilis in deligendis nuptiis adeo indecoris, & timor quod pœnitentia, quæ illos de more consequetur, possit esse occasio, ut illa vel ferro occidatur, vel veneno, videntur iustæ causæ, ut S. D. N. prohibere dignetur sub censuris & pœnis grauissimis parocho prædictæ mulieris, qui nunc est, & qui mutato domicilio foret, & ordinario eius, ne interessent huiusmodi nuptijs, nec alijs presbyteris facultatem in eis interueniendi facerent intra annum ad effectum pium in quæstione propositum: quia quæ causa in hoc iusta sit, cum non definiatur à iure, arbitrio prudentis & boni viri definiendum est. e Salua, &c.

Aduertendum tamē temporibus nostris Papam ex causa prædictæ consimili inhabitasse quandam Illustriss. personā ad contrahendū cū quadā muliere: itemque & quandam alium, qui ut eluderet sponsalia de futuro, pro quibus lis mouebatur, tentabat cum alia contrahere matrimonium de presenti. Timebatur enim in utroq; casu non leuia scandala.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium ne quis cum hæretica contrahat potest Papa præcipere, nisi aliqua particulares circumstantia contractum adeo iustum facerent, quod redderet tale præceptum iniquum.
- 2 Papa licet possit inhabilitare ad contrahendum matrimonium certas personas, inter quas iure naturali, diuino, & humano, tenet aliās matrimonium contractum; an tamen conueniat, non facile est iudicare.
- 2 Doctrina generales circa moralia non sunt adeo vera communitate, ac circa naturalia.
- 3 Prohibitiones matrimoniorum non sunt facile faciendæ propter facilem transgressionem.
- 4 Leges etiam generales, quæ præiudicant alicui particulari, solent dici iniustæ, & non ligare.

CONSILIVM II.

F VTRVM Papa possit præcipere propter bonum publicum, ne quis ducat vxorem hæreticam, irritando matrimonium, si fortè post præceptum contraheretur?

1 Respondeo primo, quod potest præcipere ne contrahat, iuxta intellectum verum cap. caue, & cap. non oportet, f nisi aliq; circumstantiæ conditionum, personarum, locorum, vel temporum contractum adeo facerent iustum, quod redderet præceptum iniquum. b

2 Secundo, quod mea sententia nō debeo respondere huic quæstioni, quatenus per eam quæritur generaliter, an summus Pontifex possit addere huiusmodi præcepto clausulam, qua reddat aliquam certā personā inhabile ad contrahendum cū aliqua alia certa persona, inter quas iure naturali, diuino, &

humano

a Num. 3.

b In cap. nec aliqua. 27. q. 1.

c Num. 13. & 16.

a Cap. 1. de re for. matr. sess. 24.

b Arg. cap. le gatur. 24. q. 2. & ca. si habet. 24. qm. 3.

c De clande. de spof. & Cl. 1. de consang.

d De sponsal. & prædicto c. fin. de clā. despons.

e Leg. 1. ff. de iur. delib. & c. de causis de offic. dele.

d Cap. 21. nu. 60.

f 28. qm. 1.

g Argu. capi. non semper. & ca. qui resistit. & cap. Iulianus. 11. q. 3.

humano recepto & seruatō tenet matrimonium cōtractum.

3 Tum quia est quæstio vaga & generalis, quali raro respondent iuriscōsulti respondentes potius ad praxim, quàm ad disputationem, eo quod doctrinæ generales circa moralia non sunt adeo verè communiter, ac circa naturalia, vt ait S. Thomas. 4 Tum quia non memini legisse apud aliquos, qui testarentur aliquem Summum Pontificē ad vnamquam tentasse: & ideo licet in ea essent opinione, quod de absoluta potestate posset hoc facere, non tamen facile mihi persuaderem, quod conueniret, vt præcipere fieri hoc etate nostra, in qua multi (proh dolor) multa etiam vetera præcepta eius egrè suscipiant.

4 Et non solum præcepta particularia, sed etiam generales leges, quæ præiudicant alicui particulari, solent dici inuulgæ, & non ligare, vt colligitur ex eadē omnes, & notata ibi per Fel. b

QVI FILII SINT LEGITIMI. S V M M A R I V M.

- 1 Legitimitas Imperatoris non se extendit ad spiritualia.
- 2 Dispensatio ad quacunq; beneficia data illegitimo, dum esset secularis, restringitur ad secularia, nec se extendit ad regularia, etiam si dispensatus postea fiat regularis.
- 3 Professio in religione approbata tollit irregularitatem procedentem ex defectu natalium quo ad susceptionem ordinum, sed non vt possit habere dignitates, seu prelationes.
- 4 Dispensare censetur Papa eo ipso, quod inhabili scienter confert beneficium, alij autem inferiores, licet habeant potestatem dispensandi, tamen ob hoc non censentur dispensare, nisi expresse dispensent.
- 5 Lex mandatum, ve Papa & dispositio non trahitur ad præterita perfectè acta, etiam si plenum adhuc non sint sortita effectum, sed effectus dependeat à futuro euentu, nisi ex verbis dispositionis legi vel præcepti aliud insinuetur.

C O N S I L I V M I.

REGVLARIS quidam, cum laicus esset, ab Imperatore fuit legitimatus, & ab Apostolico Nuncio ad ordines sacros & quacunq; beneficia ecclesiastica fuit dispensatus; postea religionem approbatam ingressus, & professus est, & beneficia & dignitates ordinis est adeptus. Quaruntur tria, primò, an tuta conscientia illa retinere valeat virtute talis dispensationis.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo primo, legitimatōnem Imperatoris; nihil profuisse prædicto consulenti religioso quo ad habendum dignitates ecclesiasticas regulares, immo neque sacculares: quia nec Imperator; nec Rex possunt legitimare, nec habilitare quemquam ad spiritualia beneficia, & dignitates, &c. vt habetur in cap. lege. v. ubi expresse glossa recepta ab Archidiacono, & vtroque Cardinali ibi, & ab omnibus. d

2 Secundo, quod dispensatio facta à Nuncio non monstratur, & ideo non potest satis certo responderi, an illa dispensatio extenderetur ad prædictas dignitates, & administrationes regulares, nec ne, e sed verisimilius videtur, quod nõ prodest ei quo ad beneficia, dignitates, & administrationes regulares; arg. cap. cum de beneficio. f ex quo Dominicus, & Francus in vltimo notabile colligit, quod verbum qualificatiuum additum in literis beneficialibus, quod potest denotare qualitates diuersas, intelligitur de qualitate congruente personæ impetranti: & quia consulens adhuc erat laicus secularis, quando obrinuit dispensationem à Nuncio ad beneficia, videtur illa intelligenda de beneficiis secularibus, & non de regularibus.

3 Terrio, quod ex his sequitur, cum indigere alia dispensatione maiori, qua possit habere beneficia regularia, vel dignitates, & administrationes regulares. Nec obstat, quod defectus natalium, & irregularitas ex eo procedens tollatur per professionem legitimam in regione factam, per ca. 1. F quia id intelligitur, vt in eodem cap. exprimitur, quo ad ordines sacros, nõ tamen quo ad dignitates & prelationes.

SECVNDÆ QVÆSTIO. quaritur, cum religioso facultatem, seu privilegium habeant, vt possint cum illegitimis ad beneficia & officia ordinis obtinenda dispensare, an salte eligendo, conferendo, seu prouidendo censentur dispensare.

4 Respondeo, quod prelati prædicti consulenti nõ potuerunt eum admittre ad prelationes & dignitates sui ordinis, nisi præuia dispensatione, etiam si prædicti prelati habuissent potestatem dispensandi, & sciuisent eius defectum: quia licet Maximus Pontifex conferendo aliquam dignitatem ei, quem

nouit esse inhabilem ad eam, videatur dispensare tacite conferendo eam ei, inferior tamen habentis potestatem dispensandi non videtur ob hoc dispensare, nisi expresse dispenderit, iuxta duo dicta singularia Innocentij, quorum alterũ posuit in cap. veniens. a & alterum in cap. diuersis fallacijs. b quæ in specie contraria secundum hanc distinctionem cõciliantur à Panormitano in prædictis locis, quem etiam post alios nos sequimur in Man. conf. f. c

TERTIA QVÆSTIO, si Papa motu proprio & viuz vocis oraculo mandet Generali ordini, ne admittat illegitimos ad dignitates, an per huiusmodi decretum dispensatio antea obrepta sit reuocata.

5 Respondeo primo, facile videri posse cuiuspiam, quod nec huiusmodi viuz vocis oraculum factũ Reuerendissimo Generali, nec breue idem continens directum toti ordini, præiudicat prædicto consulenti. Tum quia lex non trahitur ad præterita. d Tum quia cap. statimimus, e quod disponit, quod canonicus maior in ordine præferatur minori, non præiudicat antea receptis, qui iam quæsierunt præcedentiam. f Tum quia forma data testamētis faciēdis non cõprehendit testamēta iã facta, etiam si testatores eorum viuunt, & nondum sint sortita effectum, & eadem ratione habilitatio illegitimi ad dignitatem iam facta, licet nondum sit sortita effectum, non videtur tolli propter statutum, & minus propter mandatum de non admittendis illegitimis ad dignitates. Tum quod videtur casus in specie in cap. ex tua. h quatenus probat, quod literæ Apostolicæ præcipientes, vt filijs presbyterorum tollantur Ecclesie, quas patres eorum immediatè tenuerunt, non præiudicant filijs presbyterorũ, qui dispensatione Apostolica facti habiles tenent eas. Tum ob alia multa, per quæ cõcluditur, quod præterita perfectè acta non tolluntur per dispositionem sequentem, etiam si effectus eorum pendeat à futuro euentu, vt Panormitanus, Imolenfis, Felinus & omnes concludunt, i & colligitur ex Bartholo & alijs. k

Secundo respondeo, quod quia tenor prædicti oraculi viuz vocis facti, vel breuis idem continens, potest esse varius, & talis quod præiudicaret prædicto consulenti, & talis quod non præiudicaret illi, non possum ipse respondere quidquam certum, nisi mōstretur illud, vel eius copia, quod non fit in quæstione propoſita.

S V M M A R I V M.

- 1 Filij ex matrimonio nullo, rite tamen in facie Ecclesie contracto & durante amborum, vel alterius coniugu ignorantia nati, sunt legitimi.
- 2 Papa, immo nec Deus, potest facere, vt factum, non sit factum, & num. 10. licet possit fictionem & presumptionem in contrarium inducere.
- 3 Papa sacramentũ sine hijs quæ sũt de eius essentia facere nequit.
- 3 Cõsensus verus, & liber viri ac mulieris est de essentia matrimonij.
- 4 Papa nequit quæ sunt de sacramenti essentia supplere.
- 4 Matrimonium inter inhabiles contractum non ratificatur per solam Papæ dispensationem, sine nouo contrahentiũ consensu.
- 5 Resuscitatus ad suam uxorem sine nouo matrimoniali consensu redire nequit.
- 5 Papa stupor mundi, nec Deus est, nec homo.
- 6 Papa, quidquid fieri potest lege humana, potest per se ipsum.
- 6 Papa, & Imperator sunt canones, & leges animata.
- 7 Papa pliusquam consuetudo & privilegium potest.
- 7 Consuetudine induci potest, vt nati ex matrimonio putatiuo bona fide aliquo certo tempore continuato sint legitimi.
- 8 Papa ex causa legem naturalem & diuinam limitare, & desuper in aliquo occurrentis casu dispensare valet.
- 9 Papa leges suas & prædecessorum reuocare potest, cum omnibus effectibus ab eu productis, modo non processerint virtute iurũ naturalũ, vel diuinũ, num. 11. nec referuati Deo, aut Regi seculari, nu. 12 14.
- 12 Legitimat nequaquam Papa natos extra terras Apostolicas, nisi simul dispensando in radice matrimonij.
- 13 Leges super matrimonio latae, quatenus humanae sunt, potest Papa, ita cum suis effectibus reuocare, vt fingatur eas non latas, & effectus ab ipsis producti, quatenus eius subiiciuntur potestati, non essent producti, & nu. 14.
- 15 Papa sine magna & iusta causa legem suam de non contrahendo in quarto gradu cum effectibus subsequentiũ reuocando, peccat, sed valet actus.
- 15 Papa plenitudine potestatis sine magna causa vti non debet.

a In prim. 2. 20

b Num. 1. & seq. cons. f.

c 10. disp.

d In cap. per venerabili. qui filij sint legitimi.

e Arg. J. incivilis. ff. de legi.

f Sub finem de prob. lib. 6.

g De fil. pres.

a De fil. pres. b De cleric. coniug.

c Ca. 25. nu. 74.

d Cap. fin. de eos. & lege leges. C. de legi. c. De maior. f Iuxta cap. 1. eod. tit. g Leg. inbimus. C. de testam. cum ei annos.

h De fil. pres. byt.

i In d. ca. fin. k In l. omnes populi. q. 5. de iustitia & iure.



15 Papa non potest licite sine magna causa ob scandalum quod alias sequeretur suas leges etiam habentes clausulam (scandalo non obstante) reuocare, nec in damnum rerum temporalium suorum subditorum, & num. 16.

15 Papa non potest suas leges cum scandalo populi reuocare.

CONSILIVM II.

AN PAPA possit facere, vt post mortem alterius coniugis putatiue, que verè non erat coniux ob impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, filij incestuosi fiant legitimi, approbando matrimonium inter ipsos, perinde ac fieret, si ambo viuerent, & approbaretur à sua Sanctitate.

Questio hæc est maxima, & maximo dignissima cothurno, quam quo ad vtrumque forum paulo latius, sed quam breuissime fieri potest tractabo.

1 Respondeo igitur primo, quod filij, qui nati fuerunt antequam vterque coniugum sciret impedimentum, sint legitimi absque vlla Papæ dispensatione: quia ignorantia impedimenti parentum vel alterius eorum efficit legitimos filios, si matrimonium contraxerunt factis legitime denunciationibus debitis, & nullo denunciatore apparente, vt clarè probatur in cap. 2. & in cap. referente. & cap. ex tenore. adiunctis suis glossis communiter receptis, & cum in casu proposito matrimonium fuisset contractum seruata forma Concilij Tridentini, & quod præmissis denunciationibus nemo denunciavit impedimentum, si vterque parentum vel alter eorum verè ignorabat impedimentum, certum est filios eorum ante scientiam impedimenti natos esse legitimos.

2 Pro parte negante, scilicet quod filij, qui concepti & nati fuerunt postquam vterque parentum sciuit impedimentum, non possunt legitimari per S. D. N. ita vt sint legitimi à tempore, quo fuerunt concepti, & nati, per approbationem matrimonij factam à sua Sanctitate post mortem alterius parentum, facit primò quod non potest eius Sanctitas facere, vt quod factum est, non sit factum, iuxta l. in bello. b & cap. si Paulus. c vbi D. Hieronymus ait etiam Deum ipsum non posse id facere: quia implicat cõtradictionem, vt declarat D. Thomas, d qui reddit rationem sui dicti clariorem, quod licet Papa & Imperator inducere possint fictionem aut præsumptionem alicuius actus, qui verè non fuit factus, vt fingatur, vel præsumatur esse factus, iuxta cap. in qui. e & tradit Bartholus, g & ponendo exemplum de l. postliminium. h fingente redeuntem ab hostibus non fuisse captum; & de lege Cornelia fingente captum ab hostibus mori cum capitur ab eis: non tamen posse efficere, quod verè non fuerint capti: quia non possunt facere, quod duo verè cõtradictoria sint vera, vt tradit S. Thomas vbi supra.

3 Secundo, quod non potest facere Papa, vt aliquod sit verum sacramentum à D. N. Iesu Christo institutum, nisi concurrat ea quæ sunt de substantia & essentia sacramenti, per ea, quæ omnis turba doctorum Theologorum tradit, i & probatur in cap. veniens, k tradit S. Thomas receptus: & ita per nullam potestatem humanam potest effici verum sacramentum Eucharistiæ sine vero pane, & vero vino, neque sacramentum baptismi sine vera aqua, nec consequenter verum matrimonium sine vero consensu viri & mulieris: quia sicut panis verus, & vinum verum sunt de essentia sacramenti Eucharistiæ, & aqua vera de essentia baptismi, ita consensus verus viri & mulieris est de essentia matrimonij, m & non qualis qualis cõsensus, sed liber. n Sicut ergo Papa, qui potest efficere quod aliquid præsumatur esse sacramentum Eucharistiæ, vel baptismi, vel ordinis, tamen non potest efficere vt aliquid sit verè vnum horum sacramentorum sine his quæ Christus Deus voluit esse de essentia eorù, ita licet possit inducere præsumptionem, qua putetur aliquid esse sacramentum matrimonij, o non tamen potest efficere, vt id quod coram Deo non est sacramentum matrimonij, sit tale verum coram hominibus.

4 Tertio, quod Papa non potest supplere consensum requisitum, vt post Ioannem Andream tradit Panormitanus, p quos etiam nos post alios sequuti sumus in Man. confess. q in sinuando rationem eam esse, quæ iure naturali & diuino ad substantiam matrimonij requiritur. Sed & Franciscus Aretinus tenet, r quod matrimonium contractum inter inhabiles non ratificatur per solam dispensationem Papæ, sed oportet vt nouo consensu post dispensationem nouè cõtrahatur, quod in casu nostro fieri non potest.

5 Quarto, quod mors omnia soluit, s & consequenter ma-

trimonium, adeo quod Lazarus resuscitatus non potuisset de iure accedere ad suam vxorem; si quam habuisset, & reliquisset viam, non contrahendo nouè matrimonium, iuxta glossam solemnem. b

Pro parte affirmante, scilicet, quod potest facere Papa per suam dispensationem & dispositionem, vt per matrimonium prædictum fiant filij legitimi, facit primo illud potè Anglici relati à glossa, c Papa stupor mundi. & infra, nec Deus est, nec homo, sed neuter inter vtrumque. pro quo est cap. cuncta per mundum, d & cap. proposuit. e

6 Secundo, quod quidquid potest fieri iuste per canonem humanum, potest fieri per Papam, cum ipse sit pater & auctor canonum, immo etiam canones viui iuxta, cap. ipsi sunt canones animatos, sicut & Imperator est lex animata. h At possit generali canone statui, vt filij eorum, qui bona fide certo numero annorum permanserint in matrimonio aliàs legitime contracto per ignorantiam probabilem, sint legitimi, sicut statutum est, vt sint legitimi filij, quorum pater vel mater bona fide putauit matrimonium, ex quo geniti sunt, esse verum, iuxta supradicta: quia talis canon non esset cõtra ius naturale, neque diuinum, ergo etiam Papa potest per suam dispensationem id facere, cum qui potest facere quod est plus, possit facere quod est minus, per reg. cui licet quod est plus, & quod minus est licebit. k

7 Tertio, quod Papa plus potest facere, quam consuetudo, etiam immemorabilis, & priuilegium, vt palam est. At cõsuetudine immemorabili & priuilegio induci potest, quod in aliqua prouincia, vel in aliquo genere hominù sint legitimi filij nati ex matrimonio putatiuo bona fide, aliquo certo tempore continuato: quia hoc non est contra legem naturalem, neque diuinam, ergo etiam id potest efficere Papa.

8 Quarto, quod Papa potest limitare iusta de causa legem naturalem, & diuinam, & dispensare circa illas iusta de causa in aliquo casu occurrenti, vt tradunt Innocentius & omnes l per l. Lucius. m & Papa dispensat iusta de causa super omni voto, licet illud iure naturali obliget, immo etiam in solemnibus castitatis, faciendo monachum verum, qui vouit tria substantia- lia religionis vota, habilem ad coniugium, secundum Innocentium à Canonistis receptum, n & etiam Caietanum contra S. Thomam, o tanta est eius potestatis plenitudo, vt monstrat illa plurima, quæ citat Felinus. p

9 Quinto, quod glossa putata singularis, q recepta communiter habet tantam esse plenitudinem potestatis Papæ, quod potest reuocare omnes leges à se, vel prædecessoribus suis latis, cum omnibus effectibus ab eis productis, ita vt censentur reuocata à tempore, quo factæ fuerunt, cum omnibus effectibus ex eis consequentibus. At lex, quæ inducit impedimentum in 4. consanguinitatis gradu, est lex lata per Papas, quia nec iure naturali, neque diuino villo sunt prohibita matrimonia in illo gradu, ergo potest reuocare illam cum suis effectibus: ita vt censentur reuocata non tantum ex nunc, sed & ex tunc, scilicet à tempore quo fuit lata. quæ glossa procedit etiam in Papa reuocante legem sui prædecessoris: loquitur enim de reuocatione, qua Clemens V. reuocauit legem factam à Bonifacio VIII. prædecessore suo habendo illam pro infecta: per quæ eandem glossam Petrus ab Ancharano tenet hanc partem, r quin & Panormitanus magnificando illam glossam asseruit ferè idem. s

10 Præmissis pro vtraque parte supradictis, ad concordiam reducendo dico primo, argumenta pro priore parte negante formata concludere illam quo ad ea, quæ iure naturali & diuino sunt instituta pro sancto sacramento matrimonij, & consequenter quod Papa nõ potest efficere quod matrimonium non fuerit verè solutum per mortem vxoris, iuxta illud Pauli, t secundum solam naturalem & diuinam legem loquentis, Coniux mortuo coniuge soluta est à lege illius. neque facere potest, vt matrimonium, de quo agitur, non fuerit iniustum: quia cõtradictoria eius est vera, scilicet, quod fuit iniustum: & non potest Papa facere vt duo cõtradictoria sint vera, vt prædictum est: nec consequenter potest efficere, vt prædictum matrimonium verè reuiuifcat inter præfatos coniuges inhabiles ad illud, cessante inhabilitate per dispensationem, vel alio modo, sine nouo consensu: quia iure naturali & diuino consensus est de substantia & essentia matrimonij, vt dictum est. Nec potest facere quod fiat sacramentum sine materia, & forma quas instituit Christus ad eius essentiam necessarias: quia, vt prædictum

a Qui filij sint legitimi.

b §. facta. ff. de capis. & postli. reuers. c 32. quæst. 5. d 1 par. q. 25. art. 3. & 4. c in 3. art.

f Et cap. tua. de sponsal. g In l. si is qui pro emptore. à nume. 2. ff. de iur. cap. h ff. de captiu.

i In 1. dist. lib. 4. sent. k De presb. no bap. l 3. par. q. 64. art. 1. & 2.

m Cap. suffi. ciat. 27. qu. 2. n Cap. umlo cum. de spons.

o Dist. cap. is qui. & c. tua. de spons.

p In cap. per venerabile. num. 22. qui filij sint leg. q Ca. 12. nu. 86. r In cõf. 142. num. 4.

a Authen. de nuptijs. §. deinceps. col. 4.

b In ca. licitè. 32. quæ. 7.

c In procemio Clem. d o. qu. 3. e De concess. praben.

f Cap. 1. de cõstit. cap. si Romanorù. 19. dist. g o. qu. 3. h §. fin. in au. de consulib. col. 4.

i Cap. 2. cap. referente. & ca. ex tenore. cum suis glossis, qui filij sint leg. k De reg. iur. lib. 6.

l In cap. que in ecclesiariù. de consit. m Dig. de cui cõio.

n In cap. cum ad §. si. de sta. monach. o 22. qu. 88. art. 11.

p In capit. 1. à nu. 6. de cõst. q In clem. 1. verb. pro infectis. de imm. ecclesiari.

r In cõf. 409. s In c per venerabilem. à num. 22. qui filij sint legitimi.

t 1. ad Corint. 7.

est, non

est, non potest legem naturalem & diuinam tollere. Nec potest etiam facere, quod filij nati post scientiam vtriusque parentis impediti, non fuerint illegitimi; quia implicat contradictionem, quod aliquis fuerit & non fuerit illegitimus.

11. Secundo, quod Papa non potest efficere, vt leges à se vel prædecessoribus suis factæ habeantur pro infectis quo ad illos effectus, quos iam operatæ sunt virtute iuris naturalis, vel diuini; nõ enim potest efficere, quin cõiuges, qui inualidè cõtra leges Papales matrimonium scientes impedimentum cõtraxerunt, vel eo vsi sunt, peccauerint mortiferè: neque quod non damnentur ob illa peccata à Deo si eos non pœnituerit eorum iustè; neque quod non peccauerint mortiferè accipientes sacramentum pœnitentiæ vel eucharistiæ in illo malo statu; quia delictio & extinctio peccati mortiferi iam admissi nõ pertinet ad nutum Papæ, sine iusta contritione, & necessaria confessione, iuxta cap. *legatur.* & cap. *venia non datur nisi correctio.* neque gratia sacramentalis recuperari potest per solâ legis reuocationem: quia solus Deus illam restituit.

12. Tertio, quod nec sua Sanctitas reuocare posse videtur prædictas suas leges ad effectum tollendi effectus, qui licet nõ sint referuari soli Deo, sunt tamè referuari Regi seculari: qualis est legitimatio filiorum natorum extra terras Apostolicas, quam licet Papa facere possit dispensando in radice matrimonij, non tamen potest simpliciter dispensando circa ipsam solâ legitimatorem, vt satis sentit Panormitanus, & videtur praesertim seruare illud, vt colligitur ex *Rota.*

13. Quarto, quod Papa potest reuocare omnes leges à se vel prædecessoribus suis super matrimonio latas, quatenus sunt humanæ: & ita reuocare, quod fingantur non esse factæ & perinde iudicentur ea super quibus factæ sunt, ac si nunquã fuissent factæ, per multa quæ adduci possunt ex dictis Bartholi & aliorum nouorum repetentium, quæ fundantur super prædicta glossa.

Quinto, quod non solum potest sua Sanctitas leges præfatas reuocare, & fingere vt pro infectis habeantur, & censetur non esse factæ quo ad ipsasmet, sed etiam quo ad effectus ab eis vel propter eas productos; ita quod non habeatur pro productis; & perinde iudicandum sit de omnibus rebus, super quibus factæ sunt, ac si non fuissent factæ: etiam si effectus essent excommunicationes, suspensiones, interdicta, & irregularitates, vel aliæ inhabilitates, modo sint tales, quæ subiiciantur potestati eius mirabili, vt glossa prædicta à plerisque fere omnibus recepta tenet, & multis rationibus confirmari potest. Dixi, modo subiiciantur potestati eius: nam illos, qui soli diuinæ potestati, vel alterius superioris secularis referuantur, non potest reuocare, neque pro non consequutis habere, vt dictum est, i qualis est cõdemnatio ad infernum, vel absolutio ab illo & à peccatis, vel impressio characteris baptismi, confirmationis, & ordinis, quæ per ea, vel propter ea consequutæ sunt, iuxta cap. *hi qui.* & cap. *quod quidam.* & ca. *degradatio.* cum eis & alibi sepe adnotatis & recuperatio gratiæ sacramentalis, quæ per contrauentionem eorum perdita fuit, & à solo Deo recuperari potest, vt dictum est.

14. Sexto, quod certum est, legem, qua non licet contrahere in 4. consanguinitatis gradu, in quo atinentes prædicti cõtraxerunt, non esse legem naturalem, neque diuinam, sed solum humanam positiuam inductam per Papas, vel Concilia quorum caput est Papa: & consequenter posse illam reuocare S. D. N. in Concilio vel extra Conciliũ, licet non fuerit facta ab ipso, sed à prædecessoribus suis, per d. c. *cũcta per mūdũ.* & cap. *proposuit.* & quod potest reuocare, ita vt fingatur nõ esse facta, nec produxisse vllum effectum; cuius sublatio subiicitur eius potestati: & consequenter prædicti filij illegitimè nati fingantur esse nati legitimè; vt nati fuissent, si tale impedimentum gradus quarti consanguinitatis vel affinitatis per d. legem non fuisset inductum: immo ita, vt iudicarentur legitimi eo modo, quo solo iure naturæ & diuino inspecto nati essent, vt nascebantur omnes olim ante legum humanarum prohibitionem, iuxta auth.

15. Addo etiam primo, quod licet S. D. N. de plenitudine suæ potestatis possit in casu proposito prædictam legem de non contrahendo in 4. gradu reuocare, non solum vt censetur reuocata ex nunc, sed etiam à tempore, quo fuit facta; & ita reuocare, vt fingatur vel habeatur pro infecta cum suis omnibus effectibus subiectis suæ potestati, & voluntati; non potest tamen hoc facere absque peccato sine aliqua magna

& iusta causa: quia sua Sanctitas non debet vti plenitudine potestatis sine illa; licet possit ita vti, vt valeat actus, secundum Innocentium receptum ibi à Panormitano & alijs. Tũ quia alioqui, si vellent, pro libito sine causa iusta possent tollere omnes canones inducentes iure humano impedimentum matrimonij, & habere illos pro infectis absque peccato: & quod omnes malè coniugati propter impedimenta solo iure humano inducta possent bene coniugari. Tum quia pro libito possent efficere, vt omnes monachi & monachæ desinerent esse verè religiosi, id est, non solemniter professi, tenèdo communem sententiam, quæ habet solemnitatem voti esse iuris humani; licet votum ipsum, modo sit validum, iure diuino & naturali debeat seruari, nec possit reuocari ita, vt habeatur pro infecto.

16. Secundo, quod non possit S. S. saltem sine maxima causa facere tales reuocationes cum scandalo populi, nec prodesse quidquam clauis, non obstante scandalo, quia id excedere suam potestatem dicit Baldus quæ sequitur Decius.

Tertio, quod abstinentia ab huiusmodi reuocatione, saltem sine maxima causa faciendâ, persuadet, quod prædictæ personæ videntur esse de temporali iurisdictione dominij Venetiarum: & quod huiusmodi reuocationi vix sine grandi scandalo parebit illa Serenissima, quæ par est Regiæ, Dominatiõ: & quod prædicta reuocatio est præiudicialis tertio, scilicet filiis ante scientiã impedimeti natis, vel agnatis: quibus, quamuis suæ iurisdictioni temporali subiecti essent, non possent iustè sine iusta causa præiudicari: quia sunt laici, vel saltem agit de bonis temporarijs laicis.

Quarto, quod si sua Sanctitas hanc reuocationem fecerit, ita vt prædictus canon inducens prædictum impedimentum habeatur pro infecto cum omnibus effectibus suæ potestati & voluntati subiectis, accedat ad eam in numerabilis multitudo, non solum Gallorum, Hispanorum, & Germanorum, sed etiam Italicorum, vt legitime filios suos illegitimos ob impedimenta canonica per huiusmodi reuocationes canonum, quibus illa sunt inuenta: & consequenter magna multitudo monachorum & monacharum, vt idem faciat circa eorum & earum professionem.

Quare concludo, posse quidè suam Sanctitatè hoc facere, ita vt valeat factum; sed non absque graui peccato & scandalo populorum, si sine maxima & iusta causa id fecerit. Salua eius, quæ maxima, canissima, omnique iure fundata est censura, immo & cuiusuis alius melius sentientis sententiã.

Notandum Gregor. mense Nouemb. 1584. negasse peritam hanc dispensationem: ac addidisse non posse. Aduertendum etiã quod ponitur supra num. 8. esse intelligendum secundum notata cons. 3. de his, quæ vi met.

S I M M A R I V M.

1. Filios natos ex iniusto matrimonio non legitima credulitas parentum credentium super matrimonio per solam bullam cõmissionis de dispensando Episcopo presentatam esse dispensatum. Secus esset, si Episcopus, licet nulliter ob non seruata formam cõmissionis, dispensasset; quia hac credulitas esset iusta, præcedens autem non.

C O N S I L I V M I I I.

EPISCOPVS accepta cõmissione à Papa ad dispensandum cum impeditis tertio gradu consanguinitatis, qui iam contraxerant, nullam informationem accepit: & ipsi coniugati credentes se esse iam dispensatos manserunt in eodem coniugio, & susceperunt prolem. Queritur, an filij eorũ sint legitimi censendi.

1. Respondeo primo, quod si Episcopus commissarius non accepit informationem, nec fecit dispensationem, non erunt censendi legitimi: quia non habebant bonam fidem, & sciebant, vel scire debebant inter ipsos esse impedimentũ. Si autè Episcopus, accepta cõmissione, facta, vel non facta, informatione dispensauit, licet non satis ordine iuris seruato, credo quod erunt legitimi, si bona fide credebant dispensationem fuisse legitime factam: quia habuerunt iustam causam credendi eam bene factam, quod sufficit ad legitimandam prolem, argumento cap. *ex tenore.* & glossæ communiter receptæ, & per alia quæ non vacat nunc scribere.

a 24. qu. 2.
b De reg. iur. lib. 6.
c Cap. inno. de consor. di.
d In dicit. cap. per venerabilem, no. 26. qui filij suis legitimi.
e Decis. 1.
f In nouis eo. tit.
g In dicit. leg. p. in qui pro ep. tori. ff. de v. sac. cap.
h Clem. 1. de immuni. eccl.

i In 2. q. 3. dicit.
k 1. Quæst. 1. l. De pœnis li. 6.

m 9. Quæst. 3. n. De concess. prob.

o Quibusmodi diu. naturalis eff. sui. 5. 1.

a In cap. inno. enis. de elect.

b Arg. ca. nihil. de praeser. cap. 2. de oper. no. nunc. c In l. rescrip. Co. de pracip. imp. off. d In ca. si quã do num. 4. do refc.

c Qui filij sint legitimi.



DE DIVORTIIS.

SVM MARIVM.

5 Adulteria coniugum: siue sint publica, siue occulta, ipso iure suū operantur effectum, tam quo ad amissionem exigendi debitum, quam recuperandi amissum: mutuaque compensatione tolluntur, etiam si diuersis contingant temporibus, alterumque sit publicum, alterum vero occultum. Vnde vir adulter, etiam occultus: nisi vxorem adulteram publicam etiam post sententiam diuortij iuste latam dimissam, velit recipere, vel repetere, non est absolendus. num. 2. & 3. & hoc etiam quod mulier taceat. num. 4.

5 Pollutio extraordinaria non videtur equiparanda adulterio, nec quo ad effectum perdendi ius exigendi debitum, nec iam amissum recuperandi.

6 Sodomiticum crimen an sit equiparandum adulterio quo ad effectum perdendi ius exigendi debitum, vel non, remissiuè.

CONSILIVM I.

VIR PROPTER notorium adulterium vxoris: apud iudicem diuortium iuste obtinuit, postea secretè peccauit, & nunc continet.

Queritur primo, an sit cogendus repetere vxorem tacentem quidem, sed perseuerantem in peccato, & quæ repetita cessaret peccare?

Secundo, quid si dictus vir etiam nunc peccet aliquando sed secretè?

Tertio, quid si publicè etiam ipse postea peccauit?

Quarto, quid si semel vxor ita dimissa, cognito adulterio viri petiit reconciliationem, sed viso quod vir noluit reconciliari, perseuerauit in adulterio, & nunc tacet?

Quinto, an inquam vir sit cogendus vxorem repetere?

Sexto, an sicut adulterium viri impedit, ne possit vxorem notoriam adulterā dimittere, idem operetur pollutio extraordinaria præcedens, vel sequens, maximè si timetur quod in eadem perseuerabit, cogatque eundem, vt mulieri publicæ adulteræ reconcilietur.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM dico primo certum esse adulteria coniugum, quo ad effectum perdendi, vel recuperandi ius petendi debitum, mutua compensatione tolli.^a

Secundo, quod sicut alter coniugum per suum adulterium ipso iure perdit ius debitum exigendi, ita ipso iure recipit & recuperat illud adulterio suæ consortis, per ea quæ latius adduximus in Manu. conf. b

Tertio, quod non videtur quo ad hoc differentia, an eodè tempore simul vir & vxor adulterentur, an successiuè prius vir & postea vxor; aut contra prius vxor, & postea vir. Tum quia nullo iure id cauetur; sed solum statuitur virum & vxorem perdere ius exigendi debitum per suum adulterium, & recuperare illud per consortis adulterium. Tum quia id in quo fundatur prædicta compensatio, est illud, *Frangenti fidē, fides frangatur eidē.* c & in id vtroque casu videtur habere locū. ex quo sequitur, idem esse iudicandū in casu proposito, quod iudicaretur, si vxor prius adulterata fuisset publicè, & postea vir secretè.

Quarto, quod licet quo ad forum exterius plurimum referat, an adulterium sit publicum, nec ne, per cap. *significasti.* & cap. *porro.* d & per eis adnotata; quo ad forum tamen Dei & conscientia (quo ad quod omnia sunt nuda, & aperta, nihil vel certè parui refert, quo ad nostrum propositum.

2 His præsuppositis, ad primam quæstionem respondeo, non videri absolvendū in foro Dei & conscientia præfatum maritum, nisi velit suam vxorem recipere. Tum quia si vtrūque adulterium esset publicum; vel vtrumque secretum, id esset respondendum: & vt prædictum est, nihil aut parui refert, an sint publica, an secreta quo ad forum Dei & conscientia.

AD SECVNDAM respondeo, quod à fortiori idem est respondendum, si maritus interdum, vel raro adulteretur, immo tunc nullum dubium foret.

AD TERTIAM, quod idè à fortiori dicendum, si mariti adulterium esset notorium.

3 AD QVARTAM respondeo, prædictū maritū teneri ad idem in foro Dei, non obstante prædicta separationis sententia. Tum quia quo ad illud forum per suum adulterium amittit ius sibi per illam sententiam quæsitum. Tum quia sententia ipsiusmet D. N. Iesu Christi veri Dei, qua ipso iure

A absoluitur à necessitate cohabitandi vxori, non prodest ei, per prædicta: ergo à fortiori minus proderit sententia hominis.^a

AD QVINTAM, à fortiori tenebitur præfatus maritus recipere illam, si ea cognito viri adulterio petiit ab eo reconciliationem. Addo, quod vbicunque supra reperitur verbū *tenetur recipere*, potest addi quod tenetur & repetere. Confirmatur per illud Apostoli, *Vir caput est mulieris, & tenetur eam, regere.*

4 Item cum mulieres sint timidiore, etiam si cupiant, non tamen solent ex verecūdia repetere maritos: vnde etiam augetur obligatio viri, vt ipse repetat eum etiam tacentem: potest tamen vt aliqua honesta arte, vt tacitè moneat aliquem; qui tanquam communis amicus à seipso videatur moueri, vt cupiat, & roget, ac instet ipsos virum & vxorem reconciliari.

5 AD SEXTAM respondeo, quod non auderem legē, quæ habet perdi per adulterium ius petendi debitum, extendere ad pollutionem extraordinariam præcedentem, vel sequentē, etiā continuatam. Tum quia lex prænalis non est extendenda ad casum in ea non comprehensum. c Tum quia non est eadem ratio propter multa, quæ considerari possunt diuersa inter adulteriū, & huiusmodi pollutiones: & à diuersis non fit illatio. d Quid autem de vitio Sodomitico, vide Couarruuiam. e Salua, &c.

SVM MARIVM.

2 Fornicatio præcedens sponsalia non præbet legitimam causam sponso ab eis recedendi; nec marito, etiam si eandem solum post matrimonium rescuisset, diuertendi: immo si ipsa ob illam sibi timēs clam aufugisset, tenetur vir eandem, quæ forte erubescit petere vt recipiatur, repetere. num. 4.

2 Debitor etiam non exactus, iure poli, modo sciat, vel scire debeat creditorem id velle, tenetur soluere debitum. & num. 4.

3 Maritus, qui tentatur vxorem, quia ante matrimonium fornicata fuit, occidere, non potest ob id eam deserere, nec est absolendus, nisi proponat saltem post aliquam modicam ei nō denegandam moram ad eam redire.

4 Maritus ad vxorem, quæ ipsum ob fornicationem ante matrimonium commissam sequi non audeat extra patriam, reuertitur tenetur, non obstante mudano dedecore, quem timet, si inter notos videatur tali cohabitare mulieri: quia nō est iustus timor, aut iusta causa.

CONSILIVM II.

NPOST QVAM prima nocte reperisset vxorem ei traditam vt virginem, fuisse prius corruptam, per triduum abstinuit ab vxore; quæ timēs sibi clam ad patriam reuersa est; & vir alio migravit; & in patriam ob dedecus non vult ad illam reuerti, nec mulier ob timorem fortè audebit ipsum sequi.

Queritur primo, an credens ducere virginem in vxorem, ducendo corruptam, possit eam dimittere.

Secundo, an maritus sic dimissus teneatur vxorem tacentem requirere, & repetere.

Tertio an timor occidendi eam, si cohabitaret illi, excuset virum ne secum viuere teneatur.

Quarto, cum huiusmodi vxor virum, ob timorem, ne ab eo occidatur, extra patriam sequi recuset, & maritus indecorum reputet cum ea in patria habitare, & ipsa nec virum, nec debitum, petat, sed taceat, adhuc teneatur maritus ad eam redire, & debitum soluere.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo negatiuè: quia nullibi reperitur scriptum, quod maritus possit relinquere vxorem propter fornicationem ante matrimonium per eam admissam; copula enim præcedens non continet iniustitiam contra maritum, nec consumat matrimonium sequens; nec est sufficiens causa, vt sponsus per verba de futuro promittens aliquam ducere in vxorem, possit iuste ab implemento suę promissionis recedere, vt est in cap. *quemadmodum*, f vbi hoc expresse Panormitanus & alij notarunt.

2 AD SECVNDAM respondeo affirmatiuè, quod sic: quia debitor tenetur soluere creditori sponte, etiam non expresse exactus, si scit, vel debet scire, quod creditor vult suum debitum sibi solui, & non detineri à debitore, licet ob metum vel aliam causam grauem non petat expresse, arg. ca. *sape*. g quatenus habet, paria esse retinere alienum, vel capere illud; quia præceptum de non retinendo, h vtrumque præcipit, scilicet non rapere, nec detinere alienum, secundum D. Thomam, i & in nostro Manu. k

a Arg. authē, multo magis. Co. de sacrosanct. eccles.

b Ad Eph. s.

c Cap. pœna. de pœnis. dist. 1. l. præses. ff. de pœnis. d. Leg. Papi- nianus. ff. de minorib. cap. ad audientiā. de decimis. e In 4. par. 2. cap. 7. § nu. 5. num. 6.

a Cap. intella ximus. & ca. tua de adulterijs. cum eis adnot. b Cap. 22. à nu. 23.

c l. cum propo nas. Cod. de pact. cap. penul. de iureiurando.

d De diuortijs. e Ad Hebra. 4. capit. Deum omnipotēs. 2. quaest. 1.

f De iureiurando.

g Dereff. § 20. liat. h Leuit. 19. i 22. qu. 62. a. fin. k Cap. 17. in princ. & nu. 54.

3 AD TERTIAM respondeo quod non, nisi forte ad aliquantulum temporis: quia in sua manu situm est resistere ope diuina eiusmodi tentationi, quam, cum possit tenetur vitare, vt quotidie per orationem dominicam orat ex formula Christi.

4 AD QUARTAM respondeo, quod si vxor probabiliter id timeret coram Deo, non tenetur sequi maritum extra territorium vbi degit: & quod vana & mala imaginatio est, quod sit dedecus coram Deo, & bonis Christianis, habitare cum huiusmodi vxore: quandoquidem inter opera caritatis computatur ducere meretricem etiam publicam, ad hoc, vt à via erroris in viam rectam reducat. Nec excusatur à peccato grauissimo, qui prouocatus ad duellum acceptat illud, & exequitur; eo quod commilitones, & alij vulgares, qui colunt diabolum, & suas leges, reputent illud non acceptare esse probrosum; cum Deus iustissimus, & veri honoris conseruator optimus id grauissime prohibeat. Nec excusatur à fornicatione, qui rogatus à pulchra puella in opportuno ad id loco consensit ei, eo quod Holofernes, & eiusdem farinae homines contrarium reputant probrosum, sed dissentire tenetur, sicut Iosephus dissensit, nam obedire oportet Deo magis quam hominibus. Et ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij. Non obstat responsioni ad secundum, quod communiter dicitur, debitorem non esse in mora soluendi ante petitionem creditoris: quia quo ad forum interius sufficit petitio interior, qualis videtur esse in casu proposito; præsertim si vxor est iuuenis, & vir non est continens: etenim creditor non definit petere sponte, sed coactus metu, verecundia, vel alia causa, quam nouit debitor, vt notatur in l. vinum. § Salua, &c.

Aduertendum secundum dictum, de quo nu. 1. intelligendum secundum distinctionem, quam facit D. Nauar. in Manual. confess. cap. 22. nu. 27. vrs. (Dixi superuenientem) ne sibi contradicat.

SVM MARIVM.

- 1 Adulteri occulti penitentis petitio ad vxorem porrecta, vt velit respicere, etiam iuncta pertinacia vxoris, nõ equipollet sententia diuortij: vnde ante illam non poterit irruocabiliter religionem ingredi, licet possit ob id illam dimittere. nu. 3.
- 2 Adultera penitens potest quandoquique viri professionem reuocare, probando eundem ante professionem adulterasse & vir adulter occultus non potest ingredi religionem nisi sententia diuortij, ex eo quod mulier timens viri scuitiam, nec illi cautioni, quam vir dare potest, acquiescendo, ad virum reuertitur recuset, vel etiam ex capite adulterij laxa esset. num. 4. & hoc dummodo vir penitens rogauerit, sed frustra, vxorem, vt vellet respicere, num. 3.
- 2 Motam committere non dicitur mulier, qua rogata idco non vult ad virum reuerti, quia timet ne contra ipsam ob adulterium commissum sciat, estque parata stare iudicio iudicis.

CONSILIVM III.

EXCELLENTISSIME Domine, super casu sequente, & rationibus pro vtraque parte adductis desideratur iudicium vestrum. Vir ex vrgentibus & vehementibus præsumptionibus habens vxorem de adulterio suspectam, contra eandem ad diuortium coram ordinario iudicium intentauit: vxor negauit adulterium, & simul se subduxit de domo viri, ac adultero adhæsit: verum, quoniam vir ob eius inopiam, & potentiam vxoris, non potuit dictum adulterium probare, in causa non fuit vterius processum. Post aliquot annos dictus vir, qui tamen interim nec ipse continuit, sed secreta adulterium perpetravit, ad cor rediens, ab ordinario loci petijt, vt cogeret dictam eius vxorem ad cohabitandum cum eo: negauit vxor reuerti, asserendo ante omnia terminandum iudicium diuortij contra ipsam intentatum: & quia vir non habebat modum litigandi, nec hæc eius petitio effectum habuit; vnde per aliquot annos quieuit; sed ramen nec continuit, immo secreta adulteravit: tandem per communes amicos eandem vxorem interpellari fecit, vt vellet ad ipsum reuerti, quia obliteratis omnibus ante actis volebat eandem recipere, & vxorio affectu tractare. negauit d. vxor velle reuerti; & prolem ex adulterio, non ramen notorie, procreauit. vir etiam & ipse minime continuit, sed secreta peccauit: nunc autem non sperans in sæculo ab vxore separatus continere, decreuit denuo iudicialiter & extra iudicialiter tettare rogare,

A vt reuertatur; & si hoc obtinere non possit, de cætero continere, & religionem ad loca remota accedendo ingredi, & professionem emittere. Ob hoc Romam venit, & consilium petit pro salute animæ suæ; & an hoc ei liceat exequi.

Pro negatiua facit primo, quod tunc demum vir sine licentia vxoris religionem ingredi potest ex capite adulterij, si de eo constet notorie, vel lata sit sententia diuortij, vt ait glossa in cap. Agathosa. vbi Archidiaconus & Turrecremata b quorum neutrum cum hic intercedat, nec licebit religionem ingredi.

Secundo propter adulterium non potest vxor dimitti, si vix simili laborat vitio, nec religionem intrare. Non obstante, quod viri delictum sit secretum, vxoris autem publicum, Archidiaconus d. cap. nihil. & licet vir ageret penitentiam præteriti peccati, non tamen tollitur ius exceptionis mulieri competentis.

Pro affirmatiua facit: nam ideo vxoratus inuita vxore prohibetur ingredi religionem, quod ex lege matrimoniali tenetur eidem adhærere, nec potest eam iure suo priuare: ergo seruitute cessante cessare debet. & prohibitio, vt deducitur ex cap. constitutum. vbi glossa 1. cap. veniens. vbi glossa 1. & cap. Agathosa. h & alibi sæpe. Sed sic est, quod in casu præmissio peractis prædictis dictus vir liber erit à prædicta seruitute, adeo vt possit ab eadem vxore diuertere: ergo poterit religionem intrare, vinculo matrimonij non obstante. Consequenter patet, assumptum probari ex Goffredo i dum inquit, si maritus sit correctus, & vxor sit impœnitens in peccato perseverans, potest petere diuortium, & dimittere eam secundum eundem Hostiensem, Turrecrematam, qui addunt S. Thomam & Bonaventuram quos refert & sequitur Sum. confess. iniquis, quod licet occultus adulter non possit nec dimittere, nec accusare vxorem publicè adulteram; si tamen vir egit penitentiam, & mulier inonita nollet se emendare, poterit vtrumque idem tener Paludanus, adducens rationem, quia vltima mora nocet, S. Antoninus, Siluester, & Sorus: 9 facit etiam ad hoc glossa in cap. quemadmodum ver. præcedentem, de iureiur.

D Ad contraria respondetur: & ad primum dicitur requiri vel sententiam, vel notorietatem quo ad forum exterius, & ne Ecclesia, cui non constat de adulterio, cogere possit diuertere ad dimissam reuerti. Vnde Goffredus, inquit: qui post sententiam diuortij ingreditur religionem, irruocabiliter ingreditur: ac qui ingreditur ante, ingreditur quidem sed reuocabiliter. idem & clarius notat D. tua in Manual. confess. dum vult in foro conscientia innocenter posse diuertere sine iudicis sententia, ratio est, quod non sententia, sed delictum ipsum priuat vxorem adulteram iure suo, vt deducitur ex cap. dixit Dominus. & ex Abbate, & Ioanne de Anania.

E Ad secundum respondetur, vt supra dictum est, quod procederet, si dicti coniuges nunquam se nec adinuicem repudiassent, nec aliud interuenisset, quod eandem vim obtinere potest, vt est prædicta repetitio, & admonitio, quam fecit vir vxori, per quam dicta vxor in vltima mora & contumacia constituitur pertinaciter, quod voluit & vult permanere in adulterio. Vnde, sicut si post reconciliationem peccaret, posset dimitti, & ita & si modo peccet post prædictam interpellationem & monitionem, quæ vim reconciliationis habet, ex prædictis, maxime ex doctrina Soti vbi supra. Ne igitur hæc obstinata mulier ex dolo suo reportet lucrum sine sui spirituali vilitate in perniciem viri, qui ad Deum vult conuerti, cupio huic penitenti licere religionem in remotis locis ingredi, si tamen reperire poterit beneuolos receptores.

F Sed numquid ingrediendo teneatur propulare se vxorem adulteram habere? Et si de hoc non interrogetur, non video quod teneatur. maius dubium est, si nominatim interrogetur, an vxorem habeat, & forte adhuc posset respondere se ex hoc capite nullum habere impedimentum: & si adhuc vrgeretur respondere an habeat vxorem in uentem, & forte respondendo ad intentionem interrogatus posset negare, intelligendo se non habere vxorem, quæ præbeat ei ad ingressum impedimentum, vt in simili voluit D. tua in suo Manual. 2 post Siluestrum.

RESPONDEO, quod questio hæc magna est in se, & eam erudite profecto, & acriter iudicio, magnoque caritatis zelo tractauit, qui adduxit prædicta, quisquis ille sit. Et primo respondeo, quod facti narratio videtur secum pugnare,

a Cap. inter. supra de spof.
b Cap. 19. de reform. sess. 25. Conc. Tri. & monema. cbia. 2. qn. 4. c Indist. 12. d Genes. 39. e Act. Apost. cap. 5. & cap. qui resistit. 11. quæst. 3. f Et quæst. 5. g ff. si certum pet.

a Ver. fornicationis. & ver. conuersionis. b 27. qua. 2. c Cap. nihil iniquum. 32. q. 6. cap. significasti. de dimo. d Abb. ca. veniens. num. 7. de conuers. coniug. e Abb. cap. cõfluitum. n. 9. de conuers. coniug. S. Thom. in 4. dist. 35. q. 2. art. 6. Sor. dist. 16. ar. 6. ad fin. f Abb. cap. f. num. 8. de aduit. & ibi Ioan. de An. colum. penult. g De conuers. coniug. h 27. qua. 2. i Tu. de diuo. nu. 15. k Eod. tit. nu. 11. l Cap. nihil iniquum. 32. q. 6. m Lib. 4. tit. 22. de diuort. q. 15. fol. 240. n In 4. dist. 35. q. 1. art. 2. o Th. 3. par. e. 21. q. 6. vers. 7. p In ver. matrimonium 9. nu. 6. & ver. diuortium. num. 9. q In 4. di. 36. ar. 1. ver. qua propter. r De conuers. coniug. nu. 7. in quæst. 14. s Cap. 22. nu. 25. t 32. qu. 1. v Cap. gaudemus. nu. 5. de conuers. coniug. x Dist. cap. fi. col. 3. de adul. y Arg. glo. 1. a. quemadmodum. per illud textum. de in reiuir. z Cap. 12. nu. 19. a Ver. instrumentum. 3. q. 2. ad fin.



quatenus habet maritum non potuisse probare adulterium, & quod vxor fugit ab ipso, & adhesit adultero: item quod maritus petijt diuortium, & postea repetit vxorem, & quod illa vult ferri sententiam super diuortio, & quod ipse non potest facile habere super eo sententiam.

Secundo, quod prefata narratio facti non videtur sufficiens, eo quod non continet causas, ob quas vxor negat reditum, cum tamen neget adulterium.

1 Tertio, quod ego cupio determinationem prefati D. eruditissimique consulti esse veram; & quod iugulum quaestio- nis videtur consistere in probando, quod poenitentia prefati viri, adiuncta requisitione, & petitione, qua vxorem petit, & cum eius pertinacia aequipollet sententiae diuortij: & quod pro parte affirmante videntur adducta supra omnia substan- tialia, quae adduci possent.

2 Quarto, quod pro parte negante facit, quod non videtur inueniri vllus canon, qui hoc exprimat, nec videtur occurrif- se vllus casus, in quo expresse aliqua glossa vel auctor ordina- rius id dixerit; & quod in foro exteriori ingressus huius viri in monasterium, etiam consequuta professione, reuocabitur, si vxor prefata sua male actae vitae poenitens petierit illum, & probauerit ipsum, quoque adulteratum fuisse: & quod no est in mora resipiscendi, neque regrediendi ad maritum, eo quod forte allegat, quod non audet regredi ad maritum ti- more iusto mortis, ne veneno, vel aliquo alio modo publice vel secretae occidat eam; & quod parata est stare iudicio iudi- cis, coram quo lis est ad instanciam mariti coepta, & quod non datur ei, vel non potest dari cautio sufficiens de non occiden- do eam publice, neque secretae.

3 Et quod prefati auctores, quamuis dicant, quod adulter secretus post iustam poenitentiam, & requisitionem suffi- cientem, potest adulteram impoenitentem dimittere, & pete- re diuortium; non tamen dicunt, quod potest intrare irreuo- cabiliter religionem. quod non abs re videtur omittitur: quia dimissio, & petitio diuortij nulli tertio praedictat, ingressus autem religionis grauitur praedictat potest monasterio, & religioni, quam ingrederetur, & profiteretur: & quod non potest ipse dicere verum etiam quo ad forum conscientiae, & coram Deo tantum, se non habere vxorem, quae non possit suo ingressui praedictat: quia immo possit, probando mariti adulterium, cum per poenitentiam eius non sit ablatum vxori ius compensandi suum adulterium per adulterium mariti, saltem in foro exteriori. quin etiam possit quis dicere sen- tentiam diuortij datam ex eo, quod non probauit adulterium obiectum marito, nihil prodesse ei quo ad forum conscientiae: attento, quod secundum receptam opinionem sententia in se iniusta non prodest coram Deo ei, pro quo datur. licet ad hoc replicari possit, quod illa proficeret quoad forum ex- terius, & poenitentia iusta & requisitio sufficiens mariti cum pertinacia vxoris excusaret eum quo ad forum interius con- scientiae, iuxta prefatos auctores.

4 Itaque securius mihi videtur, quod obtineat sententiam diuortij, quam (vt ex facto conicio) facile habebit, & tunc in nomine Domini ingrediatur religionem, respondendo ad in- terrogata modis eruditissime supra scriptis. Dixi autem, quod facile obtinebit: quia potest petere diuortium, vel quod iu- beatur redire ad suum maritum. & si replicauerit, quod ti- met, ne occidatur ab eo, triplicabitur, quod dabit cautionem iuratum. & si respondeatur, quod illa non sufficit, addi potest, quod si non est contenta de tali cautione, quam maiorem ip- se dare non potest, feratur sententia diuortij vel ex capite adulterij, vel ex capite inimicitiae capitalis, quam ipsa fatetur, iuxta textum singularem. ^a

S V M M A R I V M.

- 1 Adultera damnata per iudicem secularem, & monasterio in- clusa, eam viro intra biennium repente, redire debet; secus, si per ecclesiasticum sententia diuortij sit lata: quia tunc po- test ingredi etiam religionem. num. 3.
- 2 Adultera de mariti sauitia timens non tenetur ad eum redire, nec credere quod sincero animo repetatur. num. 2.

CONSILIVM IIII.

VXOR saepius adulterata fuit, & ob id a marito expulsa, & deinde reconciliata iterum peccauit: vnde per iudi-

^a In c. literas §. final. de re- stituti. spoliat.

A cem ecclesiasticum instante marito lata fuit sententia diuor- tij, & vxor in monasterium inclusa est.

Quaeritur, an marito petenti iterum reconciliari vxor re- stitui debeat, cum dicat illius amore teneri, & quod metu consensit in diuortium.

1 Respondeo, quod, licet vxor damnata adulterij per iudi- cem secularem, & in poenam eius inclusa intra monaste- rium debeat redire ad maritum eam recipere volentem in- tra biennium, iuxta authen. ^a vxor tamen separata a viro per sententiam iudicis ecclesiastici non tenetur redire ad ma- ritum, nec e contrario maritus ad vxorem, iuxta glossam me- morabilem. ^b

2 Secundo, quod non est facile credendum marito dicenti se metu consensisse in diuortium, si sententia iudicis fuit illud factum: quia fingere potest id maritus ad effectum trahendi illam ad cohabitationem secum faciendam, quo eam ferro vel veneno occidat: cuius rei in casu propolito suspicio & coniectura nasci potest ex eo, quod illa post primam recon- ciliationem adulterata fuit, & tanta instantia illam petit post adeo notorias repullas, quod non videtur procedere ex amo- re, quo fingit se amare eam, sed ex ira, quam habet occultam contra eam, ex amore contrahendi cum alia post mortem ip- sius praesertim in viro gentis Hispanae, quae procliuor est ad parum amandas vxores etiam castas, quam ad conciliandas sibi vxores adulteras, praesertim ultra primam vicem.

3 Tertio, quod, si haec mulier ob praedictas coniecturas, vel alias, probabiliter putat, quod maritus quaerit eius cohabita- tionem ad habendam opportunitatem occidendi eam ferro, vel veneno in vindictam, vt postea possit aliam ducere, non tenetur ad ipsum redire, per textum singularem, ^c & conse- quenter potest bona conscientia vt sententia, quam habuit diuortij, & intrare monasterium conuertitarum. ^d Primum tamen dictum intelligendum secundum terminos glossae, ^e scilicet de volente ingredi religionem.

S V M M A R I V M.

- 1 Sauiitia viri perpetuo duratura dat causam perpetuo diuortio, vt pro sauitia ad tempus duratura potest concedi separatio, seu diuortium, etiam temporale: primum autem non potest concedi, nisi parte citata, secundum verum potest; & mulier interim poterit recipi in aliquo monasterio.
- 2 Ingressum mulieris secularis in monasteria monialium ex ma- nifesta & rationabili causa Concil. Trid. & bulla Pij V. non impediunt, cum licentia tamen Episcopi, vel superioris in scriptis obtenta.

CONSILIVM V.

E X I S T E N T E discordia cum lite inter virum & vxo- rem propter sauitiam viri, & alias querelas, petit mulier an possit inscio & inuito viro obtinere facultatem ingrediendi monasterium monialium, interim dum haec controuersiae componuntur, & vir mitior reddatur, & an hoc ei liceat fa- cere tuta conscientia.

1 Duo videntur obuiare concessioni huius facultatis. Alte- rum est, quod per eam separatur vxor a suo marito. Alterum est, quod sit facultas foeminae seculari & nuptae ad ingre- diendum monasterium regularium, quod vetatur in cap. i. ^f Quorum tamen prius tollitur ea ratione, quod prefata vxor non petit diuortium, nec separationem a thoro, quae non pos- sunt peti neque dari sine citatione aduersae partis, iuxta cap. i. ^g sed petit licentiam manendi aliquantulo tempore in monasterio, quo discordia inter eos durabit, quod in summa- rio informationis dari potest. ^h Tollitur etiam illa ratione, quod propter sauitiam coniugis probabiliter perpetuo dura- turam potest separatio perpetuo concedi, ⁱ ergo etiam pro- pter sauitiam parum duraturam potest concedi separatio pa- rum duratura. ^k

2 Posterius autem tollitur ea ratione, quod cap. i. ^l etiam adiuncta innouatione Concilij Tridentini & Pij V. non im- pedit ingressum secularis intra regulares monachas ex ma- nifesta & rationabili causa cum licentia Episcopi, vel superio- ris in scriptis obtenta; ita quod de licentia Episcopi & superio- ris praefatarum monacharum in scriptis obtenta, possit in ea sententia praefata vxor manere intra praefatas monachas, quo- niam causa est rationabilis, & non potest esse non manifesta

^a Sed hodie. C. ad leg. Iul. de adult. ^b Cap. Agathosa. 27. qu. 2.

^c Ca. literas. §. fin. de rest. spo. ^d Arg. praef. cap. Agathosa. ^e Pen. d. capi. Agathosa.

^f De statu re. lib. 6.

^g De causa. possess. ^h Ar. l. aquisi- tum ff. de usufruct. ⁱ Cap. literas. §. fin. de resti. spoliat. cum ei adnos. ^k Arg. l. qua de tota. ff. de rei vendic. ^l De stat. re- gul.

inter personas adeo illustres. Quanto ergo magis poterit manere iuste inter illas de licentia S.D.N. qui viuat in æternum. Amen.

Aduertendum referri à sacra Congregatione processisse quandam formulam, secundum quam similes mulieres debent recipi in monasterijs; ideoque occurrente casu ad illam recurrendum.

S V M M A R I V M.

1 Nupta Indeo, Turca, Pagano, catechumeno, immo & schismatico, siue heretico, qui non secundum sufficientem formam baptismi baptizati fuerunt, cum matrimonium non teneat, non potest tali cohabitare, nu. 2. At si nupsit schismatico, vel heretico secundam sufficientem formam baptizato, cum matrimonium teneat, non potest ab eo diuertere: & si diuertit, tenetur redire ad virum, si ipsam vult tractare honeste absque contumelia creatoris, & absque eo quod trahere tenet ad peccatum mortale, alias non. num. 2.

C O N S I L I V M V I.

QUÆRITVR, quid si heretica, seu schismatica nupta schismatico, postmodum conuersa nubat Catholico, vel postquam nupsit conuertatur, debeat cogi redire ad primum, cum sine licentia recesserit: quia aliquando redire ad primum esset periculum errandi iterum, & relabendi in aliquod peccatum, & in contumeliam fidei Christianæ, alioquin non consentirent cohabitare in simul. hoc dicimus, quando alter coniugum non vult cõuerti, cum vt plurimum aliqui heretici contrahant cum conditione.

Secundo, quid si Catholica nubat infideli Turcæ, & cum eo habitans in sua fide, an possit absolui, & Eucharistiam sumere, vel non assentiente, postea Catholico nubere.

1 AD PRIMAM respondetur primo, quod matrimonium contractum inter fidelem, & infidelem baptizatum valet, & consequenter inter Catholicam, & hereticum, iuxta glossam receptam, & D. Thomam receptum, licet non inter fidelem, & infidelem non baptizatum, qualis est Iudæus, Turca, vel Paganus, iuxta glossam, & etiam si iam esset catechumenus, vel catechumena, vt eadem glossa dixit, & traditur, præsertim per Sotum q. 1.

Secundo, quod serio animaduertendum est in casu proposito. Nam si prædicti heretici, & schismatici sunt baptizati iuxta formam prouinciæ Bosniæ, censentur non baptizati, vt aliàs dixi. in conf. 4. de baptis. Si autem sunt baptizati iuxta formam Græcorum antiquam, de qua loquuntur iura & DD. in ea citati, censentur baptizati, & consequenter valet matrimonium: si autem secundum formam Bosniæ, non valet matrimonium.

Tertio, quod illa, de qua queritur, nullatenus tenetur redire ad priorem, si erat baptizatus secundum formam Bosniæ: si autem erat baptizatus secundum formam aliam, tenetur redire, si vult ille tractare honeste illam absque contumelia creatoris, & absque attractione ad peccatum mortale, & aliàs non quamuis non possit nubere alijs, iuxta notata cap. gaudentur. & ea quæ nos tradimus in Manual. f.

2 AD SECVNDAM respondetur, quod non potest absolui: quia prædictum est in questione præcedenti, quod matrimonium contractum inter Catholicam, & Turcam non baptizatum non valet, per textum glossæ, & consequenter eorum cohabitatio esset status fornicationis, qui est malus & intolerabilis. b

S V M M A R I V M.

1 Coniugata potest coniugi, qui à fide apostas auit, si eam sine contumelia creatoris tractat, licite cohabitare; & de illius solo consensu possunt filij baptizari: at eo viuente non potest alteri nubere, etiam si deberet in seruitutem iniuste redigi. num. 2. & 3.

3 Consentiens mater filia, vt cui non licet nubat, peccat; sed penitenti, & facienti quod in se est, vt à peccato discedatur, est danda absolutio.

4 Coniugati propria auctoritate sine legitima probatione impedimentis maleficijs vel impotentia diuertentes, & secundas nuptias contrahentes non possunt absolui, quia perseverant in peccato.

C O N S I L I V M V I I.

1 **P**RO resolutione questionum Episcopi Græci, ad primam questionem dicendum primo, quod mulier nupta fidei, si ille fiat infidelis, non potest alteri nubere, a potest tamen conuiuere illi sine contumelia creatoris eam tractanti vt post cap. si infidelis. b traditur in 4. lib. sent. c & filij paruuli baptizari possunt de solo consensu vxoris, d vt habet glossa, Panormitanus & alij, e & debent educari penes illam, f & non est cur illi denegentur sacramenta.

2 AD SECVNDAM dicendum, quod si præfata vxor fidelis nubat alteri viuente priore marito, peccat, etiam si crederet quod à superioribus infidelium, inter quos viuat, redigeretur in seruitutem per aliquam calurniam ei impositam, nisi nubat: & ita negandum est ei sacramentum penitentia, quod non datur non contrito, g & sacramentum Eucharistia, eo quod perseverat in mortifero peccato, non debet ministrari, h quod ipsum est dicendum de illo, qui sciens eam alteri viuente fuisse nuptam ducit illam in vxorem.

3 AD TERTIAM, quod sacramenta sunt deneganda marito, qui duxit alteram, viuente priore vxore, & etiam priori vxori, quæ nupsit Turcæ: quia perseverant in peccato mortifero notorio, matri vero, si pœnitet eam consensisse peccato filiar, & faciat id quod debet, vt filia respiciat, possunt conferri sacramenta, non aliàs, iuxta cap. peccati venia non datur nisi correcto. i

4 AD QVARTAM, quod non debent dari sacramenta illis, de quibus queritur: quoniam auctoritate propria sine probatione legitima se separauerunt propter impedimentum frigiditatis, vel maleficijs, & se alijs matrimonio coniunxerunt: quia perseverant in peccato mortifero. k

D E D O N A T I O N I B V S I N T E R V I R V M E T V X O R E M.

S V M M A R I V M.

1 Heres scriptus, cuius culpa testator obiit, illi succedere nequit, & a fortiori venit priuandus, si illum occidit.

2 Fornicatio matrimonium præcedens, nec vxori, nec eius heredi obest.

2 Bona constante matrimonio quesita sunt mariti, nisi aliud consuetudine, vel statuto caueatur. num. 3.

C O N S I L I V M I.

IN contractu quodam antenuptiali in Italia partibus adiecta fuit clausula, quod si alter coniugum decederet non relictis liberis, ad superstitem pertinerent omnia mobilia, & debita, etiam actiua, cum onere soluendi omnia passiua. Accidit, quod maritus pro certo sciuit adulteratam esse vxorem: ipsa enim, cum celare non posset, confessâ fuit; & quia admonita à praua consuetudine non cessabat, immo maritum veneno tollere parabat, vnde & communem cum ea mensam fugiebat; in tali anxietate constitutus maritus præuenire malens, quam præueniri, curauit illi certum venenum dari, ex quo postea in febrim incidit, & post plurium dierum spatium de functa est, nesciens se ex veneno moriturus: & factum occultum est.

Queritur, an maritus ad aliquid teneatur heredibus vxoris virtute prædictæ clausulæ, & quia incertum est vter coniugum superuixisset, si naturali morte vterque mortuus esset, cum vterque fere ætatis esset eiusdem.

1 Pro parte negante est textus in l. 2. l. quæ habet, heredem scriptum, cuius negligentia mortuus fuit testator, non posse succedere illi, per quam Azo in summa dicit à fortiori esse priuandum eum, si occiderit illum.

Pro parte affirmante facit, quod illa voluit illum occidere prius & quod fuit adulterata, & quod ante matrimonium fuit corrupta, & pro virgine tradita, & quod nulla bona mobilia in dotem attulit.

Sed respondeo primo, quod hæ rationes pro parte affirmatiua nihil concludunt: quoniam ipse quoque maritus adulteratus fuit, & non licuit ei præuenire eam veneno, eo quod ipsa voluit illum præuenire. Neque fornicatio præcedens matrimonium quidquam obest vxori, vel heredibus eius, iuxta notata in cap. quemadmodum. m

a Cap. quanto de diuor. b 28. qu. c Diff. 39. d Cap. Iudai. 28. qu. 1. e In cap. fin. de conuers. infid. f Diff. ca. Iudai.

c Cap. quanto de diuor. f Cap. 22. de imm. 4. 8. g Diff. ca. ca. h Cap. nemo. cap. meretri. ces. 32. qu. 4.

a Cap. quanto de diuor. b 28. qu. c Diff. 39. d Cap. Iudai. 28. qu. 1. e In cap. fin. de conuers. infid. f Diff. ca. Iudai.

g Ca. firmis. i. qu. 1. h cap. quod quidam. de pæu. & remi. h Cap. quotidi. de consec. dist. 2. adiu. & gloss. ver. affectu.

i De reg. iur. cap. legatur. 2. 4. qu. 2.

k Cap. frater natus. & ca. fin. de frigid. & malef.

l ff. de his quib. vs ind.

m De inuenerand.



2 Secundo, quod alia ratione posset eius intentio defendi, nempe quod, ut audio, Romæ utuntur iure Cæsareo, exceptis illis casibus, in quibus per statuta Urbis receditur ab eo: & quod iure Cæsareo omnia, quæ maritus & vxor constante matrimonio quærunt, pertinent ad solum maritum sustinentem onera matrimonij, cum obligatione restituendi dotem, si quam accepit.^a

3 Nec obstat capit. significauit. ^b quia intelligenda est eius decisio, quando pactum nuptiale, vel consuetudo terræ aliud haberent, ut Panormitanus & Præpositus communiter recepti declarant. ^c Nescio tamen an sit aliquod Romanum statutum contrarium ei, quod supra dico me audisse. Nec etiam obstat dicere, quod pactum prædictum nuptiale significare videtur, quod, si pactum illud non esset adiectum, hæc rebus præmorientis deberetur dimidium bonorum quæsitorum durante matrimonio: quia hoc ex nulla parte illius colligitur, licet colligatur pactum illud fuisse fauorabilius vxori, quam marito, immo nihil profuisse marito, vxori autem potuisse prodesse plurimum: quod nihil præfatæ nostræ decisioni obstat, ut palam est.

Aduertendum, immo magis veram, & communem sententiam esse, occidentem ipso iure succedere occiso, licet ab eo prout indigno possit per fiscum auferri, gloss. l. his consequenter. §. 1. verb. non pertinere. ff. familia herciscunda. Salic. l. 1. num. 5. cap. vnde vir. qui loquitur de coniuge occidente alium ciuem coniugem, Clarus. §. homicid. l. 1. verb. prinetur. De hac materia vide etiam Palatium de donat. int. vi. in rubr. §. 70. num. 13. & seq. fol. 121. Et de marito, qui si occidat vxorem adulteram amittit lucrum, quod ei lex desert. Couar. in 4. decret. par. 2. cap. 7. §. 7.

SVMMARIVM.

- 1 Donationem iuramento firmatam, factam vxori, non potest vir etiam legando ad pia opera reuocare, secundum communem, nisi obset ius municipale.

CONSILIVM II.

PAVLV S donauit Romæ vxori suæ ducenta scuta in augmentum dotis, & iurauit non reuocare illam donationem, & veniens ad mortem reliquit centum ex illis alijs operibus pijs. Quæritur an vxor teneatur soluere illa legata. 1 Respondeo, quod præfatus Paulus non potuit reuocare illam donationem iuratam, secundum communem opinionem, quam nos semper sequuti fuimus, & nunc sequimur, per ea quæ adducit Couarruias. ^d An autem hæc opinio seruetur in Vrbe, nescio; quia sum alienigena, & parum versatus circa Urbis statuta, quamuis credam vix posse ab Urbis Senatu statui licite contrarium huius opinionis.

DE SECUNDIS NVPTIIS.

SVMMARIVM.

- 1 Mors mariti an per samam solam, vel cum alijs coniecturis probetur, arbitratu iudex.
- 2 Testis vnus deponens de fama illam non probat.

CONSILIVM I.

VXOR, eo quod subolfecit maritum suum mortem obiisse, cuperet secundo nubere, sed tamé dubitat id posse iuste facere, eo quod mors mariti in dubio versatur: quia tantum vnicus testis deponit de publica fama; alter, quod audiuit illum valde ægrotare. Quæritur, quid iuris.

1 Respondetur primo, quod omnium textuum in hac materia disponentium optimus videtur esse cap. in presentia, ^e & post illud auth. hodie. ^f & cap. quoniam frequenter. ^g & adiuncta glossa, ^h in quibus omnibus locis, & alibi sæpe tractant de hac re doctores: & quidquid alij alibi dicant, verior sententia videtur esse, quam tradit Panormitanus quem sequitur ibi Præpositus, ⁱ & Couarruias, ^k videlicet, quod relinquatur arbitrio iudicis, an fama mortis coniugis absentis satis probet eam sola, vel cum alijs coniecturis, etiam si nulli sint testes deponentes de visu, vel scientia mortui.

2 Secundo, quod non videtur satis bene probata fama mortis præfati viri: quia solus vnus deponit de illa, & non tam amplè, quam illa requirit, iuxta doctrinam Bartholi, ^l quam etiam nos post alios retulimus in rub. de iud. ^m

^a Leg. dotis fructus. & l. plerumque. ff. de iure dotium. leg. Quintus Mutius. ff. de donation. inter virum & vxor. ^b Quod est 2. extra eod. de donatio. inter virum. & v. 20. ^c In eod. m. c.

^d In par. rubrica de testamentis nu. 10.

^e De sponsal. f. c. de repud. g. §. si autem. h. Vt iure non contest. i. In d. c. in presentia. k. In epitom. super 4. lib. Decreta. 2. par. cap. 7. §. 3. num. 4. l. In l. de minore. §. plurimum. nu. 13. ff. de questio. m. Num. 52.

A Tertio, quod, si probaretur per duos vel tres testes idoneos, ita ut requirit Bartholus, ^a sufficeret satis abunde cum coniecturis alijs supradictis bene probatis, ad hoc, ut iustus & æquus iudex arbitrari possit prædictam mortem esse satis probatam, ad hoc, ut prædicta vxor possit licite secundo nubere: & quod ego sine vlllo scrupulo id arbitrarer, in gloriam D. N. Iesu Christi, qui nos omnes saluet. Amen.

SVMMARIVM.

- 1 Viuere ultra centum annos etsi homo non præsumatur, non tamen præsumitur vsque ad dictum tempus viuere. & num. 2.
- 2 Vxor, nisi certo sciat mortuum maritum, alij non nubat, etiam si de eo absente ante annos 8. audiuerit ab aliquo quod ad mortem paralyticæ ægrotabat: quod si nupsit, donec sciat eum viuere, non separetur.

CONSILIVM II.

QVÆ nupsit in Iudia, & marito se absentante, venit ad Vrbe, & nil certi sciuit de morte ipsius, nisi quod ante septem aut octo annos dixit ei quidam, quod ægrotabat ad mortem, & iacebat paralyticus non potens ambulare, nec edere sine ope & aliena manu, & nunc cupit nubere; Quæritur an possit.

C 1 Pro desiderio huius consulentis facit lapsus quindecim annorum, & testatio vnus, quod ante octo annos vidit eum ægrotum, & paralyticum, & quod suo iudicio non poterat diu viuere; & quod licet præsumatur hominem non viuere ultra centum annos, ^b non tamen præsumitur viuere vsque ad 100. annos, ut efficaciter probat Corneus, ^c & quod secundum glossam receptam, ^d mulier, quæ verisimile credit maritum esse mortuum, posset alteri iuste nubere.

D 2 Contra tamen facit, quod iure Pontificio non potest nubere mulier, antequam habeat certum nuncium de morte mariti, quantumcumque tempore ille absit, ^e & quod quilibet præsumitur posse viuere centum annis; & quod multi ægroti etiam podagra & chiragra laborantes conualuerunt ad simplices mensas redacti, ut ait D. Hieronymus, ^f & quod nullus est testis, nec vlla fama de morte mariti. Quibus pro & contra perperis, auderem dicere, quod non teneretur illa separare se a marito, si iam contraxisset, donec sciret maritum viuere. ^g Si tamen essem iudex, non auderem dare illi licentiam contrahendi. ^h

Aduerte, quia præcedens dictum fortè intelligitur, quando bona fide contraxisset. Sed & quia materia hac est satis anceps, vide D. Nauar. in Manual. confess. cap. 6. num. 40. & cap. 22. num. 53. Sot. in 4. q. 37. q. vnica, art. 5. Couar. in 4. decret. cap. 7. §. 3. num. 4. Rebus. in praxi. sup. regul. de dispens. in grad. prohib. gloss. 5. num. 43. & Monoch. de Arbitr. iudicio. quest. lib. 2. casu 420. num. 118. & sequ.

SVMMARIVM.

- 1 Matrimonium post adulterium, & promissionem de contrahendo post mortem coniugis, contractum non tenet.
- 2 Matrimonium secundum, vbi primi mariti mors non probatur, præsumitur nullum.
- 2 Sententia super matrimonio lata non sic in rem transit iudicatum, quin probato sufficienter contrario retractari valeat.
- 3 Matrimonium coram parrocho & testibus contractum tenet, licet alia solemnitates non intercesserint.
- 4 Filij adulterini per subsequutum matrimonium non legitimantur.
- 4 Matrimonio nihil obest defectus licentia Episcopi, nec concubinitas triginta annorum.

CONSILIVM III.

OCTAVIVS vir diues filios ex Septimia eius concubina suscepit: Septimia verò longè ante matrimonium cum alio viro contraxerat, qui ab ea discesserat, nec amplius comparuit, nec de eo habita est noticia: & cum dubium esset an Octavius & Septimia personæ habiles ad contrahendum matrimonium essent, & an filij ex adulterio suscepti essent, & verisimiliter ab Episcopo licentiam ad contrahendum habere desperarent, absque dicta Episcopi licentia, & nullis denunciationibus præcedentibus, & absque alijs solitis solemnitatibus, cum senes ambo essent, & in concubinato per triginta annos vixissent, coram parrocho & testibus contraxerunt, & ordinarius habita de facto noticia contra eos processit, sed

^a Vbi supra.

^b l. fin. C. de sacros. eccles. c. In cons. 181. vol. 2. ^d In cap. in presentia. de sponsalib. c. In d. cap. in presentia.

^f In cap. legitimus. de consec. dist. 5.

^g Arg. cap. si de secud. nup. & cap. inquisitionis. de sct. excomm.

^h Per d. cap. in presentia.

pro matrimonio sententiam tulit, quæ in rem iudicatam tran-
siuit. Modo agnati Octauij, seu alij consanguinei ab intestato
hæredes venientes, dubitant primo, an matrimonium inter
Octauium & Septimiam contractum fuerit validum. Se-
cundo, an filij suscepti ante matrimonium contractum sint
legitimi. Tertio, an possint ad retractandam præfatam sen-
tentiam agere.

1 Huius quæstionis decisio videtur plurimum pendere ex
facto: & ideo respondetur primo, quod si probari possit,
Octauium aliquando viuentem primo marito promississe, siue
dedisse fidem contrahendi matrimonium cum illa post mor-
tem mariti sui, non valet matrimonium propter impedimen-
tum, de quo in tit. *de eo qui duxit in matrimon. quam pol. per
adulterium.*

Secundo, quod etiam matrimonium non valet, si viuebat
maritus concubinae, tempore, quo fuit contractum, de quo
dubitari dicitur in facto; quia nulla potest esse vxor duorum,
per totum titulum. *de sponsa duorum.*

2 Tertio, quod nisi probetur mors prioris mariti, præsume-
tur eo viuentem fuisse contractum, & iudicabitur nullum; quia
iure communi præsumitur quis posse viuere vsque ad cen-
tum annos, vt notatur in l. fin.^a

Quarto, quod cum sententia super matrimonio lata non
ideo transeat in rem iudicatam, quin data informatione col-
lusionis, vel alia sufficiente, de integro possit cognosci, iuxta
cap. *lator.* & cap. *tenor.* b potest opponi ab hæredibus Octauij
de nullitate contractus matrimonij cum Septimia, per quem
tota fraudis structura destruetur.

Quinto, quod si per exceptiones oppositas contra paro-
chum & testes elidatur probatio secundi matrimonij, etiam
cadet Octauius. Ad iudicandum autem hoc, maior informa-
tio facti desiderari potest.

3: Sexto, quod si matrimonium probetur contractum co-
ram parcho & duobus testibus, etiam sine alia ordinarij li-
centia, iudicabitur verum matrimonium, etiam si alie solem-
nitates non interuenerint, esto possit rector ob id castigari,^a
quoniam à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus
exprimitur in nouo, b & iure antiquo nullum matrimonium
eo solo, quod esset clandestinum, reddebatur nullum, vt ip-
summet Concilium Tridentinum, c affirmat: iure autem no-
uo illius Concilij Tridentini demum sic nullum matrimo-
nium ob clandestinitatem, quando non fuit contractum præ-
sente parcho, & duobus testibus, & in facto præsupponitur,
hoc de quo loquimur, fuisse contractum coram illis: ergo
nec iure antiquo, nec nouo potest dici nullum.

4 Septimo, quod filij concubinae, qui probabuntur fuisse
nati viuentem priore marito, non legitimabuntur quidem per
hoc secundum matrimonium, quamlibet solemniter contra-
ctum esset; alij tamen, qui probarentur nati postea legitima-
rentur per ipsum contractum eo modo quo in facto narra-
tur, iuxta cap. *tanta.* quod vtrumque probat, d etiam si nati
essent durante lite super matrimonio priore.

Octauo, quod nil officit prædicto matrimonio quo ad
substantiam & veram existentiam, quod non probetur esse
factum de licentia ordinarij, neque quod parochus mentitus
fuerit ei interuenisse: quia sufficit quod ipse parochus vere
interfuerit, vt colligitur ex dicto Concilio neque quod 18.
20. vel 30. annis fuerint concubinarij, & adulteri, si non inter-
uenit fides de contrahendo: ob hæc enim non tollitur, quin
iudicetur Octauius coniux Septimiae, licet parochus aut te-
stes alios castigari possint.

Ex quibus colligitur quæstionis dubiae responsio, quam
quia contra consulentem esse videtur, non est cur am-
plificem.

a C. s. cum in
libro. de clā.
de spons.
b Leg. præcipi
mus. C. de ap-
pellat.
c In cap. 1. de
reform. mat.
l. ff. 4.

d Qui filij sint
legit.

a C. de sacros.
eccles.

b De re iud.

FINIS QVARTI LIBRI.



CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM MARTINI AB AZPILCVETA DOCTORIS NAVARRI



LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, INQVIVISIONIBVS ET DENVNCIATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 Offensus potest tuta conscientia instare apud iudicem, vt delinquens pœna mortis merita mulctetur, modo cœset rancor, & adsit iustus finis, à quo ad id moueatur.

CONSILIVM I.

QVÆDAM mulier, cuius filius fuit occisus, contra interfectorem querelam exposuit apud curiam secularem, vt iuxta suorum demeritorum exigentiam puniretur, & sine odio & rancore intendit ius suum prosequi vsque ad vltimum supplicium, si de iure tali pœna veniret puniendus: quæ omnia cum ad aures loci ordinarij, &c. Quæritur an possit ista mulier tuta conscientia, &c.

1 Respondeo, quod est tuta. Tum quia licet quilibet teneatur dimittere rancorem, & remittere odium inordinatum, nemo tamen tenetur remittere iniuriã sine satisfactione pœna, iuxta cap. & qui emendat. iuncta glossa & cap. si quis prelatus. & cap. si illic. adiuncta glossa, & clarius cap. si quis contristatus. adiuncta glossa. Tum per ea quæ scripsimus in Manual. d. Tum per illud D. Thomæ. e. Si intentio iudicantis seruetur principaliter ad aliquod bonum, ad quod peruenitur per pœnã peccantis, puta ad emendationem peccantis, vel saltem ad cohibitionem eius, & quietem aliorum, & ad iustitiam conseruationem, & Dei fauorem, potest esse vindicta licita, alijs debitis circumstantijs seruatis. Salua. &c.

Aduertendum præterea referri quendam ordinariũ à sacra Congregatione Cardinalium reprehensum, eo quod cuidam mulieri recusanti dare pacem in scriptis ijs, qui eius occiderunt filium, asserenti se odio predictos homicidas non prosequi, mandauerat denegari sacramentum confessionis, & communionis.

SVMMARIVM.

- 1 Correctio fraterna à denunciante peccatum occultum potest omitteri, si probabiliter creditur non profutura. & nu. 2. item & iustus timor damni præsertim animarum excusat. nu. 3.
- 1 Correctio creditur non profutura peccanti ex deliberatione, secundum quam, & non ex passione is creditur peccare, qui omnino sine freno peccat peccatum, ac si nõ esset prohibitum.
- 2 Occultum peccatum infectiuum aliorum, siue alteri nociturum, sine correctione precedente reuelandum, quale est fornicatio. nu. 4.
- 3 Conscientia magis seruanda, quam fama.
- 3 Socium criminis denunciandum secreto superiori tanquam patri præcipere superior, & statuere potest religio: & qui contrarium docet, dogmate damnando inuoluitur.
- 4 Accusari potest ob bonũ publicum etiã is qui est iam correctus.
- 5 Collegio notum non dicitur, quod illud representanti notũ est.

CONSILIVM II.

AN possit fieri denunciatio criminis occulti ante fraternam correctionem?
Secundo, an notum parti representanti totum collegium

A videatur notum toti collegio?

1 Respondeo, quod denunciatio criminis occulti fieri potest ante fraternam correctionem, quando probabiliter creditur quod non emendabitur peccans per fraternam correctionem; & quod id iustè credi potest, quando peccator huiusmodi peccat ex electione, vel malitia, & non ex passione, vel infirmitate: & quod præsumitur quis ex electione & malitia peccare, qui frequenter, & quasi improhibitè, ac si non esset prohibitus, sine freno peccat; tradit Thomas, a & Richardus, b Siluester, c scilicet quod correctio fraterna non est præmittenda, quando creditur non profutura vt ait S. Tho. d

2 Peccatum etiam occultum infectiuum aliorum non requirit correctionem, vt ait Richardus, e & Siluester. f Peccatum, quod est nociuum alteri, potest sine correctione denunciari, vt ait Siluester vbi supra, & præterea Panormitanus, g ait timorem excusare à correctione quem sequitur Sotus. h

3 Conscientia enim magis seruanda, quam fama, vt ait S. Thomas, i & Sotus, k & adde quod nos l dicimus, posse procedi sine correctione præuia, si timetur damnum futurum, præsertim animarum. Iulius III. in statutis Franciscanis ait, damnandum esse dogma, quod habet religiosum criminis socium non teneri ad denunciandum illud superiori.

4 Fornicatio est peccatum infectiuum, & denunciari potest sine præuia monitione vt ait S. Thomas. m Accusari potest etiam iustè ad bonum commune is, qui iam est emendatus quo ad se, vt scribit Innocentius, n Siluester. o

C SECVNDVM DVBIVM, quatenus habet notũ parti representanti collegium, videri notum toti collegio, sic resoluitur, dicendo non videri id firmum, cum notum syndico non censetur notum Capitulo.

SVMMARIVM.

- 1 Infamũ & criminofus repellitur ab accusando, nec eius testimonio creditur. num. 2. sed & iure Pontificio sola facti infamia notatus ab accusando repellitur. num. 1.
- 2 Socio criminis contra socium deponenti non creditur.
- 3 Iudicis factum in dubio iustè & bona intentione factum fuisse præsumitur, nisi probetur contrarium.
- 3 Occulta delicta vt aliquibus manifestentur potest quandoque iudex mandare, immo id faciens præsumitur iustè & bona mente fecisse.
- 4 Iudex non potest procedere contra aliquem via accusationis, nisi adsit accusator, non quicumque, sed legitimus: nec per denunciationem, si non præcessit correctio fraterna: nec per inquisitionem, nisi præcedat infamia non quacumque, sed legitima, orta à beneuolis, & ante iudicium.

CONSILIVM III.

VIR nequam regularis & apostata confessus est inter alia commisisse crimen pessimum cum alio eiusdem regulæ viro probò, & optima fama.

Quæritur primo, vtrum confessio illa contra præfatum Patrem sit recipienda in iudicio.

Secundo, an debeat ei fides adhiberi, cum non habeat vllum contestem, neque vlla indicia sufficientia.

a In 4. dist. 19. qu. 2. ar. 3. ad 2.
b Ibidem.
c Verbo correctionis.
d 2. 2. q. 33. a. 8. ad 1.
e In 4.
f Verbo correctionis. qu. 6.
g In c. nonis de iudic. nu. 51.
h De regen. vel detegen. secret. memb. 2. qu. 2. coroll. 6.
i Quol. 11. qu. 3. ar. 2.
k De regen. memb. 2. qu. 4. conc. 5.
l In rubr. de iudic. nu. 91.
m In 4. d. 19. q. 2. a. 3. ad 2.
n In ca. de his de accusat. o Verbo accusat. qu. 9.

a Cap. fin. de pœnis. d. 5.

b 23. qu. 4. c 90. dist.

d Cap. 14. nu. 25. c 2. 2. q. 108. art. 1.

Tertio, an p̄latus examinatur illius infamis, qui fecit vt idem infamis diceret coram quinque vel sex fratribus nescientibus hoc dictum, & postea dixit alij fratri sic, quod cum esset secretum, modo est quasi publicum, bene fecerit, nec ne?

Quarto, quomodo p̄latus Pater possit se defendere ab hac calumnia.

AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo, quod p̄latus frater apostata non habet legitimam personam ad accusandum alium; quia est criminofus, & infamis, quales non permittuntur ad accusandum, * vt tradit glossa, b quæ sentit quod etiam infamis infamia facti repellitur ab accusando: quam glossam esse seruandam iure Pontificio tenet ibidem Panormitanus communiter receptus, & Goffredus, c & alij, quos ipse citat, & probant satis iura citata per p̄latum glossam p̄sertim cap. *omnipotens*. & cap. *meminimus*.

AD SECUNDAM, respondetur, quod non est standum suo dicto. Tum per cap. i. d quod habet, eis, qui confessi sunt proprium crimen, non esse credendum deponentibus contra alios participes suorum criminum: pro quo glossa communiter recepta, e & Panormitanus citant alia, quæ apud illos & citatos ab eis videri possunt. At p̄latus frater confitetur crimen proprium nefandum, ergo non est credendum ei de participio illius criminis. Tum quia est criminofus, & infamis infamia iuris, & facti, & ita non est credendum ei, per cap. *testimonium*. f cum multis alijs, quæ citant ibi Barbatius & Felinus. Tum quia testimonium vnius dicitur testimonium nullius, in cap. *cum à nobis*. g cum suis concordantibus & ipse non habet confitem, neque alia iudicia sufficientia, vt ponitur in facto.

AD TERTIAM respondeo, non posse me sine ampliori relatione p̄laturum p̄laturum examinatore condempnare, nec absolueri, quippe qui alia iusta de causa potuit id facere, & etiam aliqua iniusta: & iudex in dubio p̄sumitur bene facere; quamuis admitteretur probatio contraria, quod mala mente & iniuste id fecerit; quod non est credendum, donec probetur, per cap. *in presentia*. h & l. *merito*. cum similib. ff. pro socio.

AD QVARTAM respondeo, quod ex prædictis responsis potest colligi modus defendendi p̄laturum Reuerendum patrem, opponendo, quod p̄latus p̄laturum examinatur non potest procedere per solum dictum p̄laturum fratris. Tum quia non potest procedere per viam accusationis, quia non potest esse legitimus accusator; nec per viam denunciationis, quia non præcessit correctio fraterna; nec per viam inquisitionis, quia non præcessit sufficiens infamia, iuxta cap. *super hijs*. i adiuncto cap. *inquisitionis*. k per quod probatur, quod non sufficit vnius, vel alterius, neque trium testium dictum ad procedendum per viam inquisitionis: sed oportet quod sit orta infamia: nec sufficit qualiscumque infamia, vt procedi possit contra huiusmodi approbatos viros, & p̄latos, sed oportet quod sit exorta legitime à beneuolis, antequam incipiat procedi, vt est casus in cap. *qualiter & quando*. l & ibi glossa notabilis recepta, quæ declarat non sufficere illam, quæ oriretur ex maleuolis, & in casu præfenti si qua oborta est, censenda est orta ex illo maleuolo, & ex machinatione examinaturis, quæ non est iudicanda sufficiens, per ea quæ nos latissime dicimus in rub. de iudic.

S V M M A R I V M.

1 *Correctio, seu admonitio fraterna, quæ regulariter denunciationem præcedere debet, non est necessaria præmittenda contra illum, qui ex malitia & quasi improbitate peccat, modo is talis vere sit. num. 1. neque est necessaria in criminibus aliorum infectiuorum, vt est hæresis, & etiam fornicatio regularium: & hoc, si non speratur emendatio. num. 2.*

2 *Inquisitionis iudicium præcedere debet infamia, etiam quo ad regulares; nec sufficit depositio de delicto vnus, immo nec duorum etiam legitime receptorum testium: at quo ad impedienda mala futura potest; modo de dicto futuro malo sufficienter aliunde, quam à maleuolis & susurrionibus, timendum esse constat. num. 4.*

3 *Socij criminis depositio, etiam quod exstent duæ mulieres de se ipse contra reum deponentes, non aperit viam iudici, etiam religiosorum, procedendi contra suos monachos; sed inquisitionem debet præcedere infamia, & denunciationem admonitio fraterna: possunt tamen legitime inchoato iudicio*

admitti ad coadiuandus alias probationes.

CONSILIVM IIII.

DVÆ muliercula p̄lato denunciauerunt, quod N. sacerdos religiosus ad eas accedere frequenter, & quasi improbitate solebat, & sine frano eas carnaliter cognoscebat, & interrogata, quando, dixerunt, ante vnum annum. Cum d. N. sit modo vir egregie opinionis, & ante p̄laturum tempus bonum religiosi nomen habuerit, dubitat superior, an teneatur inquirere, & procedere contra dictum N. & quidam doctor ob quatuor rationes asseruat superiorem teneri ad inquirendam veritatem, & procedendum contra d. N. Superior desiderans, nec omitendo, nec operando, diuina maiestati vilo modo displicere, petit à Dominatione vestra, quid in hac re debeat facere.

Ad doctrinam S. Thomæ citatam à prædicto D. Doctore post alios respondetur primo, pigere me quod adeo debilia tela in clypeos crystallinos, canones scilicet resplendentes, intendentur, pudere que quod adeo male collimata iaciantur.

1 *Primo, quod non est necessaria monitio, neque correctio, quando aliquis frequenter, & quasi improbitate, & sine frano malitiose in aliquod peccatum lapsus est. Non inquam obstat: quia D. consulens nullatenus potest dici de ordine illorum, qui frequenter, & quasi improbitate, & sine frano in peccatum ex malitia labuntur: quoniam ex his quæ narratio facti continet, apparet ipsum ante tempus, quo p̄laturum mulierculæ dicuntur asseruisse eum cum illis peccasse, & tempore illo quo dicunt id fecisse, & longo tempore postea fuisse habitum pro religioso egregie bono, sincero, & virtutibus Christianus valde ornato, qui non solum improbitate, & c. frenat, & ex malitia & consuetudine, sed neque frenat, neque ex infirmitate, neque ex ignorantia peccasse, peccareve putaretur. Ex ita doctrina illa S. Thomæ nullatenus ipsi adaptari potest: quoniam lex vel dispositio non potest adaptari ei cui verba eius non adaptantur, vt est in l. 4. a vbi Bartholus receptus id colligit, & cap. *indemnitatibus*. b quatenus ad hoc iuris optimum appellat Felinus. c*

2 *Non obstat secundo doctrina eiusdem S. Thomæ, d quod hæresis & fornicatio sunt crimina infectiua aliorum, & quod crimina infectiua possunt denunciari ante admonitionem & fratrem correctorem. Nihil inquam obstat. Tum quia S. Thomas non loquitur de quolibet peccante hæresim, vel aliud crimen infectiuum, sed de illo qui peccauit eiusmodi crimen, & non speratur emendatio: litera enim eius sic habet: *Si autem non speratur emendatio, tunc considerandum est, an crimen sit infectiuum, vt est hæresis, vel fornicatio*. D. autem consulens non est talis, de quo non sperabatur emendatio, si quid peccasset, immo necunde apparet legitime illum peccasse peccatum, cuius insinuat: immo, vt prædictum est, in casu proposito narratur eum fuisse & esse egregium virtutis studiosum, & ante tempus quo dicitur peccasse, & eo quod dicitur peccasse, & multo tempore post iudicatus est castus, & bonitate conspicuus. Tum quia S. Thomas expresse habet, e quod etiam in peccato hæresicos occulto habet locum præceptum de correctione fraterna præmittenda; si verisimiliter creditur propter eam emendam iri. Tum quia quædam hæresis est dicere, quod S. Thomas & quicum sequuntur omnes teneant in peccato fornicationis non esse locum præcepto de correctione fraterna, quando speratur correctio, sed solum quando non speratur emendatio, & probabiliter tineretur aliorum infectio, vt ipsemet limitat in locis supradictis.*

3 *Non obstat tertio doctrina Panormitani, f qui in nulla parte sui commentarij meminit de iudicio, licet meminerit de p̄laturum: illa quali quali, quæ iuuare potest probationem: quod nihil facit contra ea, quæ prædicimus. Non enim ex hoc sequitur quod procedi possit per viam inquisitionis, non præcedente infamia; neque quod procedi possit per viam denunciationis, non præcedente monitione charitativa, quod nos dicimus. Nam nec dictum vnius testis, neque duorum etiam legitimorum sufficit ad inquirendum specialiter: vt est casus expressus in cap. *inquisitionis*. g quod in prima responsione citauimus: & ad procedendum per viam denunciationis Evangelicæ requiritur admonitio, h vt declaratur. Tum quia Panormitanus loquitur de socio, & sic viro consorte criminis: nos autem loquimur de fœmina consorte criminis, quæ longe*

a Leg. qui accusat. ff. de accusat. cap. prohibentur. 2. qm. t. b In cap. i. de accusat. c In ca. omnipotens. de accusat. d De confess. e In verbo et socio.

f De test. g De testib.

h De remanent. i De accusat. k Sed. iij.

l a. de accusa.

a Totius. ff. de dam. inf. b 9. supradic. de elect. lib. 6. c In cap. nonnulli. de reser. d Ibid.

e In 2. 2. que. 33. art. 7.

f In d. ca. quoniam de testi.

g De accus. h In eod. cap.



minorem præsumptionem facit, quàm vir; quia regulariter repellitur à testimonio in criminalibus, à quo non repellitur viri. Tum quia in casu d. cap. *quoniam*. iubebantur adduci mulieres participes criminis, postquam crimen fuit denunciatum legitime, & procedebatur per viam iustæ denunciationis; quo casu concedimus posse adduci testes etiam non legitimos ad quale quale augmentum probationis: sed in nostro casu agitur de incipiendo processu, & quaeritur an possit incipi virtute dicti confortis criminis sine notoritate, infamia, denunciazione legitima, & accusatione; & dicimus non posse, per textus supra citatos.

4 Non obstat quarto id quod dicitur nos dixisse in rubri. de iud. scilicet posse inquiri contra aliquem absque infamia vel iudiciis, ad impedienda & evitanda mala futura, & etiam contra hæreticum, suspicione aliqua præcedente. Quoniam in casu nostro nec id vel leuiter timebatur, nec timebatur, nec de illo habebatur suspicio, nec habetur, nisi ab iudiciis maleuolis, futuroribus, & detractoribus, quales olim etiam de Christo Domino nostro fuerunt aliquot Pharisæi, & principes, & scribæ populi, de quorum conceptis & dictis nõ est curandum, quia cæci sunt, & duces cæcorum. ^b

S V M M A R I V M.

- 1 Inquisitio specialis de aliquo delicto contra aliquem, nondum de eo diffamatum, formari non potest, etiamsi adsint duo vel tres idonei testes.
- 2 Delicti particeps non est testis idoneus; unde per duos illius particeps quis non potest conuinci, maxime si sint mulieres, quæ contra sacerdotem non debent in criminalibus admitti.
- 3 Reuelans delictum occultum, antequam à iudice iuridicè iubeatur, peccat, quid autem si iudex iubeat, vide remissive. nu. 4.
- 3 Testis vnus integer si deponat de delicto ipso, semiplene probat; secus si deponat de sola confessione delinquentis: quia deponit solum de indicio, ex quo semiplene probato nihil probatur de delicto.

CONSILIVM V.

QUID AM sacerdos verè commiserat delictum, nulla tamen laborabat infamia circa hoc.

Quæritur primo, an stantibus duobus testibus possit iudex via inquisitionis procedere contra dictum sacerdotem inquirendo specialiter de illo.

Secundo, an prædictus sacerdos possit conuinci per duas mulieres, quæ erant complicæ criminis.

Tertio, an cum sit vnus fide dignus, qui scit delictum hoc per confessionem ipsius delinquentis, possit illud reuelare, antequam à iudice interrogetur iuridicè.

Quarto, an si iudex ecclesiasticus præcipere etiam sub pœna excommunicationis, vt quicumque sciuerit tale delictum reuelat, teneatur in conscientia reuelare qui sciunt, si delinquens nulla laborat infamia.

1 **AD PRIMAM QVÆSTIONEM** respondetur præfatum testimonium non esse sufficiens ad inquirendum specialiter contra præfatum sacerdotè, vt habet decisio expressa, quæ est Innocentij III. quatenus habet nõ posse inquiri contra aliquem etiam propter dicta duorum vel trium testimonium etiam idoneorum, nisi laboret infamia: in quod faciunt plurima quæ nos congregimus in rubri. de iudic. ^d

2 **AD SECUNDAM**, quod non potest per præfatas mulieres conuinci præfatus sacerdos. Tum quia confitentur se participes criminis: & particeps criminis non est idoneus testis, vt est in cap. 1. cum ei late adnotatis. Tum quia sunt mulieres, quæ non debent admitti contra sacerdotem in causa criminali. ^f

3 **AD TERTIAM** respondeo, quod præfatus fide dignus peccaret grauius reuelando illud secretum, antequam à iudice ordine iuris seruato iuberetur id facere: & quod licet dictum eius sufficeret ad probandam confessionem semiplene, ad probandum tamen delictum etiam semiplene non sufficeret, quia licet dictum vnus testis idonei deponentis de ipsomet delicto inducat semiplenam probationem; dictum tamen testis etiam idonei deponentis de confessione vel indicio, nihil videtur probare de ipso delicto: quia indicium nisi plenè probetur, nihil probat de delicto, secundum Bartholum communiter receptum: in quod, quia non vacat, nec est ne-

a Cap. qualiter. 1. & 2. de accus. b. Matthæi 15.

e In ca. inquisitionis. de accusatio. d. à nu. 52. & seq.

e De confessis.

f Cap. mulierem. 13. qu. 5. cap. forus. adiuncta glo. de verb. signif.

cessè, non dilato magis.
4 **AD QVARTAM**, quæ nec vllam de iuris ordine mentionem facit, colligere potest responsum D. consulens ex nostris dictis in nostro Manu. consell. ^a & in rubri. de iud. vbi supra, & latius in cap. *inter verba*. ^b

S V M M A R I V M.

- 1 Accusatus de crimine, pendente lite, modo non præcesserit infamia de eo apud graues viros, promoueri potest, & concurrere ad beneficia.

CONSILIVM VI.

AN accusatus de crimine possit pendente lite promoueri?

1 Respondetur, quod sic. Tum quia cap. *omnipotens*. cum suis concordantibus limitatur non procedere in accusato per maleuolos, & non grauiato apud graues & bonos viros, secundum Hostiensem & Ioannem Andream, quos refert & sequitur multum ibi commendans Felinus & merito: quia alioqui facillimè cuique pateret via optimos & doctissimos impediendi ab assequutione beneficiorum per concursum; si sola accusatio à quouis maleuolo, vel improbo facta, non sequuta apud bonos & graues viros infamia, sufficeret ad repellendum à concursu, & petitione beneficij; quod esset absurdum, & ita non dicendum. ^c

S V M M A R I V M.

- 1 Querenda facilius impediuntur, quam quod quaesita tollantur: unde prelati, & seruis, qui non possunt nocere ecclesie nec domino in quaestis, præiudicant tamen in querendis.
- 2 Appellatio interposita à sententia lata super crimine inhabilitante ad honores, et si suspendat ipsam sententiam, ac inhabilitatis pœnam quo ad honores adeptos, quos retinet, non tamen tollit infamiam (si qua ante orta erat) impediendam, ne ad nouos eligatur honores.
- 3 Accusatus de crimine inhabilitante ad honores, non debet post iudicium & eo pendente ad illos eligi, nu. 5. & hoc, si præcesserit legitima inscriptio. n. 4. & propter accusationem sit factus infamis apud graues viros: adeo vt licet sit sparsus rumor quod accusatus fecit tale delictum, sit tamen graues viri illud non credant, non impediatur. n. 6. & 7. sicut nec impediret, si accusatio malo animo facta fuisset. num. 7.
- 3 Denunciatus de crimine inhabilitante ad dignitates, ea pendente, non debet ad illas eligi: & hoc, dummodo denunciatio fuerit rite recepta, videlicet præcedente fraterna correptione, n. 4. & non format a animo calumnioso & malo, & quod de dicto crimine remaneat apud graues viros diffamatus, & quod non fuerit à maleuolis orta, nu. 7.
- 4 Inquisitio de crimine inhabilitante ad dignitates, ea pendente, non debet ad illas eligi: & hoc modo inquisitio non sit solidum generalis inforatoria, licet cum voluntate deueniendi ad specialem, nu. 7. sed debet esse simpliciter contra talem personam solemniter formatam, & super ea ceptum iudicium taliter, quod reus saltem fuerit ad illi respondendum citatus, num. 5. præcesserit que infamia apud graues & honestos viros suborta n. 7. & sit de graui crimine, num. 8. & quod non fuerit à maleuolis suborta, nec calumniose format. n. 7.
- 6 Infamatus infamia impediende promotionem non dicitur is, cui sententia condemnationis fuit intimata, sed tamen graues viri non credunt, nec crediderunt reum esse de dicto crimine culpabilem.
- 8 Promotionem ad honores non impedit omnis accusatio, denunciatio, & inquisitio, sed debet esse de crimine graui, puta capitali, vel status.

CONSILIVM VII.

1 **S**VPER antinomia l. i. vtr. ergo. f ex vna parte, & l. reus. & ex altera, dico primum eam optime tolli per eandem glossas Accursij quæ in summa habent, quod præfatus vtr. ergo. agit de honore præterito iam quaesito, l. autem reus. de honore futuro nondum quaesito: & ideo nil mirum, quod appellatio non iuuat tantum in casu illius, quan-

a Cap. 18. nu. 1. remissive & decisio n. 38. & 40. b l. 1. quaest. 3.

c De accusa.

d In cap. minime. de accusat.

e Le. n. quod absurdum. ff. de bon. liber. &c.

f Dig. nil nominari appell. pend. g Dig. de min. nec. & 502. 9.



a Cap. quem admodum de inveniur. b Leg. seruu. cum gloss. Co. de pall. c 16. qu. 6. d in ca. cum nostris de con. cess. prabend.

c de digni. lib. 12. f De reg. iur. lib. 6. g in cap. om. nipotens de ac. cusas.

h si. dist. 11.

i Dig. de mu. & honor. k Dig. de lib. causa.

l Capi. super hu. do. accusa. m Dist. ca. su. per hu.

n De inquisi. su. 5. quando. o in cap. 1. de offi. ord. & m. l. congruis. ff. de offi. presi. p 5. de consub. lib. 6.

q s. in. In. ff. de offi. iud. & elem. 2. vt luo. pend. & l. v. bi. cap. 1. ff. de iud.

tum in huius: quia Turpius eiicitur quam no admittitur hospes. a & seruus potest nocere in querendis, & non in quaestis. b Prælati item potest nocere Ecclesie in querendis, non autem in quaestis, vt ait glossa sin. c & irregularitas non priuat ipso iure beneficio quaesito, querendo vero sic, vt ait Innocentius. d Secundo, quod ille verite. ergo. facit aliquid, sed ex longinquo, pro parte affirmatiua quaestiois, an suspensio suspendatur per appellationem: & leg. illa reus. facit, sed ex longinquo, pro parte negatiua eiusdem quaestiois.

2 Tertio, quod tenens partem affirmatiuam præfatæ quaestiois facile potest respondere præfatæ l. reus. quod ratio, quare reus condemnatus de crimine inhabilitante ad honores, non debeat promoueri ad illos, etiam si appellauerit, quod habet illa lex, non est quia appellatio non suspendit sententiam; sed quia infamia exorta ex receptione inter reos ob crimen faciens quempiam inhabilem ad honorem, impedit eum ab illo assequendo, iuxta l. 2. e & cap. infamibus. f & ita illam intellexit glossa recepta. g

3 An autem illud c. & dict. l. reus. cum allegatis à suis glossis obstat promotioni N. electi Prioris generalis, ea ratione, quod accusatus non sit promouendus, alia quaestio est, ad quam non respondi antea, cum præfata responderet: quia non quærebatur de illa. Nunc autem quando quaeritur, licet occupatissimus, respondeo primo, quod pro eius parte affirmante facit præfatum cap. omnipotens. & cap. tantu Daniel. h quatenus habent, denunciatum de aliquo crimine, pendente causa denunciationis, non debere promoueri ad aliquam dignitatem: & præfatus Prior N. videtur fuisse denunciatus de crimine, & quod pendente denuncatione contra Priorem fuit ipse electus.

Secundo, quod l. reus. i & l. qui de libertate. k probat, eum qui de crimine accusatur, vel seruus esse pretenditur, lite pendente non esse promouendum ad dignitatem: ac super crimine præfati Prioris videbatur lis pèdere tempore suæ electionis, & promotionis.

4 Pro parte tamen negatæ, quæ verior est, facit primo, quod non pendebat lis vlla super aliquo crimine contra præfatum Priorem tempore suæ electionis: non quidem super accusatione, quia nemo illum accusauit: nam accusationem debet præcedere in scriptis, l. non item super denuncatione, quia denuncationem præcedere debet correctio fratrum, m quarum neutra in casu prædicti Prioris interuenit, non item super inquisitione: quia nondum fuit processum contra eum specialiter, licet generaliter & præparatorie contra totum conuentum processum fuisset. Duplex enim est inquisitio, scilicet generalis, siue preparatoria, qua generaliter Episcopus, vel Visitator inquit crimina nemine nominato, & altera specialis, siue solemnis, qua procedit specialiter contra eum quem per generalem inquisitionem, vel infamiam, vel aliam viam muenit culpabilem, secundum Speculatorem, n receptum communiter ab omnibus, o & singulariter probatur in c. 1. p & nemo per solam generalem & præparatoriam inquisitionem dicitur inquisitus, & contra neminem dicitur pendere lis propter generalem inquisitionem.

5 Tum quia nondum est iudicium cum ipso ceptum, cum nondum sit citatus, siue vocatus, siue iustus respondere ad culpam intimatam: & sine citatione non potest esse iudicium, nec lis pendens. q Tum quia alioquin contra omnes, qui per generalem inquisitionem inuenirentur notati, censereur cepta lis inquisitionis, antequam citaretur, & antequam quidquam eis intimaretur, quod est contra mentem omnium vbi supra, quodque nemo vquam dixit. Tum quia non potest dici litem inquisitionis pendere, donec incipiatur: non potest autem incipi, donec citatio, vel intimatio culpæ ad respondendum, quod effectu idem est, fiat. & consequenter propter inquisitionis pendentiam non potest præfatus Prior à promotione repelli: & ita propter nullius litem super crimine pendentiam potuit repelli, quæ profecto ratio omni responsione maior est, & ex ea efficax solutio colligitur ad d. l. reus. quæ de reo accusato, immo & condemnato promouendo appellatione pendente loquitur: & ad dict. l. qui de libertate. quæ etiam de illo, contra quem super seruitute lis pendebat, agit: & ad d. cap. omnipotens. & cap. tantu Daniel. quæ loquuntur de denunciatis, contra quos procedebatur.

6 Secundo pro eadem parte negatæ facit dictum Hostien-

sis, a communiter recepti ibi per alios, & Felinum, b & antea per Ludouicum, c quem ille, & alij communiter vitiolè citant, scilicet, quod tunc demum impeditur promotio per accusationem, quando propter illam accusatus est factus infamis apud bonos & graues viros, & non alios. & præfatus Prior per visitationem generalem non fuit factus infamis apud bonos & graues viros, immo neque apud aliquos alios: quia visitatio fuit secreta; & nulli præter Visitatorem, notarium, & deponentem, sciebant Priorem fuisse notatum de tali crimine, donec fuit intimata pœna suspensionis, quæ intimatio non produxit infamiam. Tum quia conuentus, qui erat eleutus, non credidit eum ita deliquisse, nec tenebatur credere, iuxta doctrinam Innocentij probatam à Felino. d Tum quia fuit lata sine vocatione, siue indicatione culpæ, & sine vlla copia se defendendi facta, & ita inuallidè, & nulliter.

7 Tertio, quod præfatum dictum Hostienfis adeo est verum, quod, etiam si nec ipse, nec alius illud dixisset, erat tamen asserendum: quia ratio, quare accusatus, denunciatus, vel inquisitus non debet promoueri, est, quia per talem accusationem, denunciationem, vel inquisitionem factus est infamis, vt supra in concordia antinomiz tetigimus, & affirmat Ananias per glossam receptam, e nemo autem dicitur infamis, vel laborare infamia, nisi ea sit apud bonos & graues viros, licet tumor aliquis sit sparsus, & etiam creditus apud aliquos, vt probatur in cap. qualiter & quando. f cuius glossa g recepta ab omnibus id declarat, & subdit, quod requiritur etiam quod non sit orta ab inimicis, neque maleuolis, ergo accusatio, denunciatio, vel inquisitio non impedit promotionem, nisi per eam sit orta infamia apud bonos & graues viros.

Quarto, quod pendentia accusationis, vel inquisitionis factæ calumniosè, vel malo animo, non impedit promotionem, vt probat cap. meminimus. h at hic malo animo interuenit, vt conuicitur ex multis in facto contentis.

Quinto, quod voluntas accusandi, inquitendi, vel denunciandi non sufficit ad hoc, sed oportet quod actu pendeat, vt notat Ananias. i At in casu proposito non fuit inquisitio formata contra Priorem, sed solum facta preparatio per generalem inquisitionem, & voluntas forte descendendi ad specialem, ad quam tamen per octo menses non processerat, nec vt crederetur processisset, nisi vt innocentem electionem perturbaret contra breue Apostolicum, quo iubebatur ne directè vel indirectè impediret liberam electionem Prioris faciendam.

8 Sexto, quod tunc demum accusatio, denunciatio, vel inquisitio infamat, quando est facta de graui causa, puta capitali, vel status, vt notat Ananias, k & probat, eo quod alios sequeretur, quod accusatio de fractione silentij, vel ieiunij, vel oratione precum horariorum vnus vel alterius diei, induceret hunc effectum; quod est absurdum, & contra mentem contextus præfati cap. tantu. & d. cap. omnipotens. & similitum, quæ loquuntur de graui crimine, at comburere vnum librum de consilio seniorum, relicto transumpto ad id necessario, non erat tale: & præterea iam fuit super eo sententia nullam vel leuissimam pœnam continens lata. ergo, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Legem humanam aliquid nec iure naturali nec diuino preceptum obscure iubentem qui bona fide credes bene facere non obseruare iudex, nec mortaliter peccat, nec ad aliquam tenetur restitutionem parti, idem dicitur, si eamdem ex causa sibi bona fide iusta iudicata, etsi reuera talis non esset, non obseruat. num. 5.
2 Indiciorum copiam reo torquendo, non diuina, nec naturalis, sed sola humana lex, & hoc subobscurè, & tunc demum si petatur, dari iubet.
3 Iudex tunc demum aliquid sibi sub pœna mandatum omittendo pœnam incurrit, si pars vt id faceret petiit.
4 Torquens iudex reum, contra quem vera sufficientia adsunt inducia, ad nullam coram Deo tenetur pœnam, licet contra legem humanam non dederit indiciorum debitam copiam.
5 Testes contra reos condemnandos examinatos repetendos esse, nec diuina, nec naturalis, sed sola humana lex, cui etiam particulari consuetudine derogari potest, mandat.

a in cap. meminimus. de accusat. b in dicto ca. omnipotens. c Singu. 443.

d in dict. cap. omnipotens. num. 4.

e ibi in d. cap. omnipotens.

f a. de accusa.

g in verb. ad inquisitum.

h De accusa.

i in d. ca. meminimus. nu. 2.

k in dict. cap. omnipotens. nu. 6.



5 *Consuetudo à pœna saltem temporalis excusat transgredientem etiam legem naturalem.*

CONSILIVM VIII.

SACERDOS quidam pius, & doctus, olim inquisitor multos reos aliàs sufficiēter indiciatos torqueri fecit, non data eis copia indiciorum, nec assignato termino ad faciendas suas defensiones, quia non petierunt sibi dari: & præterea in causis processit ad reorum condemnationem, non repetitis testibus, qui de cōsuetudine loci vt plurimum non soliti sunt repeti. Cum igitur in præmissis bona fide; & credens bene agere processerit, quaritur an teneatur ad aliquam satisfactionem parti læsæ.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo, quod non videtur teneri ad vltiorem restitutionem faciendam parti, saltem in foro conscientia. Primo quidem, quod ipse omisit dare copiam indiciorum sine dolo, & bona fide, non credens se male facere: idque omisit in materia nullo iure naturali, neque diuino, nec humano claro præcepta: & qui iudex modo præfato transgreditur legem humanam suboscurem, non peccat mortaliter, secundum Innocentium, a quem commendat Baldus, b & vtrumque sequitur Felinus. c

2 Secundo, quod lex de danda copia indiciorum reo est humana, & obscure lata. Quia licet communis opinio teneat dandam esse copiam indiciorum ante torturam, iuxta doctrinam Bartholi, d ob rationes quas tradit Alexander, e nullus tamen videtur textus in hoc expressus: quãdoquidem l. vnus. f quæ videtur omnium probatissima, obscure id dicit, immo in sensu directo solum probat id esse faciendum postulante reo, significans à contrario sensu non esse necessarium id facere, eo non petente.

3 Tertio, quod D. iudex non incidit in pœnam, sub qua tenetur aliquid facere, nisi requiratur à parte, iuxta glossam receptam & notabilem, g & alia multa quæ tradit Felinus, h & citati ab eo.

4 Quarto, quod licet regulariter iudex mereretur pœnam, non dando copiam iudiciorum etiam non petenti; id tamen falleret quo ad forum conscientia, quando indicia verè coram Deo essent sufficientia: quoniam omnia sunt ei aperta, i & ita quo ad Deum D. consulens non peccauit: quia præfati rei erant sufficienter indiciati, vt ponitur in casu.

5 AD SECVNDAM, de omissione repetitionis testium, respondeo, quod neque ob illam videtur D. consulens ad vltiorem restitutionem teneri. Tum per argumenta responsionis præcedentis. Tum quia consuetudo illius terræ habebat vt plurimum ne repeterentur necessario, vt ponitur in casu; & cum lex de repetendis testibus iuris naturalis non sit, nec diuini, sed tantum humani, potuit ibi consuetudine limitari. k Tum quod consuetudo excusat à pœna saltem temporalis, etiam transgredientem legem naturalem, iuxta glossam, l quæ habet similem in cap. cum venerabilis. m Tum quia qui transgreditur legem humanam ex causa, quæ bona fide sibi videtur iusta, licet verè non sit omnino talis, non peccat plusquam venialiter, secundum mentem D. Thomæ, n vbi pulchre hoc explicat Caietanus & tradimus nos in Manu. confess. o & paulo explicatius infra, p vbi hoc videri potest.

DE SIMONIA, ET NE ALIQUID PRO SPIRITVALIBVS EXIGATUR VEL PROMITTATUR.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Simoniacæ est & nulla omnis dispositio, per quam recepto temporali traditur beneficium spirituale, num. 2. & 6.*
- 3 *Simoniam committitur accipiendo aliquid, etiam pro eo quod est annexum rei spirituali.*
- 5 *Literarum tituli beneficiæ præcipuum spectat ad notarium, differt que ab annata, earumque valor semoto respectu traditionis rei spiritualis modicus est. num. 4. Vnde Episcopus qui partem fructuum pro eis exigit, conuincitur non pro valore literarum, sed pro pretio iuris spiritualis, simoniacè exigere. num. 3.*
- 6 *Simoniacam labem vetantia iura nõ possunt per non usum tolli, fueruntque præterea innouata per sacrum Concilium, quod non potest adhuc dici sublatum.*

a In capi. per suas. 2. de simon.
 b In l. ab eo. Co. quomodo & quando iudex.
 c In c. 1. in l. mi. 2. de re iudic.
 d In l. si. in q. pen. de qu.
 e Consil. 65. volum. 1. col. 2.
 f Cogniturus. ff. de quest. d.
 g In capi. fin. de rescriptis, in verb. damnis.
 h In cap. si autem. de rescriptis. num. 4.
 i Ad Hebraeos 4. & capit. Deus omnipotens. 2. qu. 1.
 k Cap. fin. de consuet.
 l Cap. denique. 4. distinct.
 m De consuetud.
 n In 2. 2. qu. 96. art. 6. & 2. 2. qu. 147. art. 3.
 o In 9. pral. num. 14.
 p In capi. 23. num. 42.

CONSILIVM I.

DE Episcopo accipiente pro expeditione literarum collationis beneficij tertiam partem fructuum illius; an id iure facere possit, ita vt collatio valeat?

1 Respondetur primo, quod omnis beneficij collatio, prouisio, confirmatio, electio, presentatio, & qualibet alia dispositio simoniaca simonia reali est ipso iure nulla, per extrauagantem, a & plurimos antiquos canones, quos pro singulis modis prædictis prouidendi & aliis multis citat Cosmas in glossa Concilij Bituricensis, b per quæ, & per tradita à nobis post alios in Man. confess. c id colligitur: quo Concilio fuit etiam expresse prohibitum ne quid exigeretur à collatoribus pro literis seu bullis prouisionis beneficiorum.

2 Secundo, quod omnis, qui tradit spirituale beneficium per modos supradictos, & alios, & accipit aliquod temporale pro illa traditione, committit simoniam realem, si ab vtraque parte compleatur saltem in parte traditio, & acceptio per prædicta.

3 Tertio, quod omnis, qui accipit aliquod temporale pro expeditione literarum collationis, prouisionis, confirmationis, presentationis, electionis, vel cuiuslibet alius dispositionis beneficiæ præfatarum traditionum, censetur accipere pro traditione illa spirituali, ad cuius probationem literæ expediuntur. Tum quod non solum committitur simonia accipiendo aliquid pro traditione rei spiritualis, sed etiam accipiendo aliquid pro eo, quod est annexum rei spirituali, vt patet ex definitione simoniæ data à glossa, d quam nos profundè declaramus in d. Manu. e & per cap. 1. f & constat expeditionem literarum ad probandum collationem, vel aliam traditionem rei spiritualis, esse quid annexum rei spirituali ex eo, quod de illarum iustitia & valore non potest cognoscere iudex secularis. g Tum quod sophistica, falsa, inuitata, & puerilis interpretatio est, dicere, quod liceat accipere pro literis titularum beneficiorum spiritualium, & non pro titulis ipsis. Tum per dictum cap. 1. h quod cum multis ei concordantibus clare definit, ordinantem Episcopum, qui capit ab ordinato aliquid pro pastellis, & literis ordinationum, esse simoniacum: quia censetur capere pro traditione ordinu, & eadem ratione qui capit aliquid pro literis, vel expeditione literarum, quibus probanda est traditio beneficij per aliquem modum tradendi, est simoniacus.

4 Tum quod valor solarum literarum expeditionis sine respectu ad traditionem rei spiritualis non valet vno scuto, neque dimidiato, neque quandoque vno iulio: copia enim simplex literarum expeditionis tanti valet in sua substantia, quanti valent literæ tituli originalis, semoto respectu ad traditionem rei spiritualis. Et constat valere parum ipsam copiam simplicem. Nam palam est pro vno iulio extrahi copiam simplicem originalis scripturæ: & ita grande peccatum mortale esset iniustitiæ accipere pro substantia literarum expeditionis tertiam partem fructuum, contra legem naturalem contentam in 7. præcepto Decalogi, quod est iuris naturalis, & alia præcepta, vt declarat S. Thomas, i & sentit alio in loco, k & cõsequenter teneretur restituere illam, cum omnia peccata iniustitiæ obligent ad restituendum iniuste acceptum, per cap. peccatum, l & cap. si res aliena. m & nos latius tradimus in dict. Man. n

5 Tum quod pretium scripturæ literarum est aliud à tertia parte, quæ accipitur pro annata; quia illud soluitur notario, hæc verò Episcopo: & consequenter non potest dici eam accipi pro pretio literarum, sed pro traditione tituli. Cui consequens est, illam acceptionem esse simoniacam, & esto non esset simoniaca, esset tamen peccatum mortale iniustitiæ inducens restituendi obligationem.

6 Quarto, quod negari non potest id esse vetitum per Concilium Tridentinu, o quo simoniaci reputantur omnes modi conferendi, instituendi, & prouidendi spiritualia beneficia, accipiendo aliquid temporale pro illis.

Quinto, quod etiam non prodest Episcopo dicere dictam Concilij Bricensis prohibitionem sublatam esse per Regiam constitutionem (de qua per Rebuffum, p permittentem per huiusmodi posse quid accipi) & per non usum. Tum quia constitutio illa fuit præfato Concilio conformis cum aliquantula illius relaxatione; quia per illud vetatur, ne quidquid accipiatur, & constitutio permittit accipere vnum aureum. Tum

a De simon.
b In tit. de annatis, in prin.
c Cap. 23. nu. 103. & 111.

d 1. q. 1. in summa.
e Vbi sup. nu. 100.
f De simon.

g Arg. capit. quãto. de iur. cum ei auctos.
h De simon.

i In 1. 2. qu. 100. art. 1. & 8.
k In 2. 2. qu. 122. art. 1.
l De reg. iur. lib. 6.
m 14. qu. 6.
n Cap. 17. n. 7. & in tract. de re dit. eccl. qu. 2. mon. 1. 2. & 7.

o In cap. 14. de refor. sess. 24.

p In prax. sic. quot modis beneficia acquiritur. 13.



quod iura simoniacam labem vetantia non possunt tolli per non vsum, quia sunt conformia iuri divino, & naturali, contra quod praescribi non potest, vt late notatur per omnes. * Tum quod ad tollenda legem canonicam receptam requiritur 40. anni, vt late tradit post alios Felinus, b & a Concilio Tridentino nondum sunt lapsi 22. anni, quod innouauit omnia iura statuta contra simoniacam labem, & innouauit etiam insueta contra illud, c non obstantibus contrariis, etiam consuetudinibus immemorabilibus. Per quae omnia satis superque monstratur non licere praedicto Episcopo percipere praedictam tertiam partem, & teneri eum restituere ea, quae percepit, nisi remissionem vel condonationem aliquam iustam consequatur. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. Consuetudo capiendi vnum scutum pro subscriptione & registratione seu sigillo bullae provisionis beneficii non excusat secretarium collatoris.
- 2. Notarius non potest magis capere pro calamo, quam Episcopus pro ordinatione.
- 3. Innouatio legis antiquae consuetudine abrogata operatur vt antiqua consuetudo amplius non excuset.

C O N S I L I V M I I.

Q V A E R I T V R, vtrum tuta conscientia Romae a secretario Cardinalis collatoris, cum ibi ita consuetudo vigeat, possit accipi scutum vnum pro subscriptione, & registratione bullae provisionis beneficii ecclesiastici, quamuis nullum alium laborem in huiusmodi bulla habeat. Item pro impressione, seu appensione sigilli in supradicta bulla alterum scutum accipi possit, cum & ita se consuetudo habeat, cumque Concilium Tridentinum neque cap. 14. sess. 24. neque cap. 1. sess. 21. de hoc aliquid decreuerit.

1. Ad duas quaestiones praemissas videtur respondendum negatiue. Tum quia praedictum Concilium, d expresse habet, ne quid accipiar pro institutionibus, vel collationibus beneficiorum. Tum quia idem latius iubetur cap. ex multis. e & cap. instituat. cap. cum in ecclesia. & cap. iacobus. f quae probant non licere quidquam accipere pro collationibus beneficiorum, etiam in pios vsus conuertendum: quamuis quantum ad hoc praedictum Conc. Tridentinum limitauerit illa.

2. Tum quia cap. 1. b & cap. sicut Episcopus. h statuitur, ne notarius magis capiat pro calamo, quam Episcopus pro ordinatione, & institutione. Tum quia praedictum Concilium Tridentinum innouauit omnia iura antiqua: & ita licet in desuetudinem abiissent, reuixerunt tamen, & sunt hodie valida. Tum quia praedictum Concilium declarauit, nullam consuetudinem etiam immemorabilem contra haec quidquam valere. Cum itaque consuetudo nihil proficit, & iura antiqua, quae hoc prohibet, sine innouata per nouissimum, quod idem prohibet, consequens est non licere supradicta.

S V M M A R I V M.

- 1. Simonia non committitur, qui in actu collationis exigit id quod pariter exigeret, si non ab ipso, sed ab alio fieret dicta collatio. n. 4.
- 2. Immemorabilem quasi possessionem quis habet exigendi aliquid a collatario beneficii, quamcumque causam iustam dicta actionis etiamque & privilegij Papa allegando, eo ipso quod illam vel illud allegat, probat.
- 3. Annuatim, seu fructuum dimidium primi anni vacationis beneficiorum plurima ecclesia ex antiquissima consuetudine percipere solent, hocque Pontifex iuste concedere potest.
- 4. Collationis tempore collatarius promittens collatori soluere quidquid ei iuste debet, non est simoniacus; quia promissio eius quod tacite inest non vitiat.

C O N S I L I V M I I I.

C A N O N I C I cathedralis ecclesiae N. nonnullarum parochialium collationem habentes, soliti sunt ab Ecclesiis, quas ipsi conferunt, quamdam praestationem exigere, & praecipue a plebe montis Morini medietatem decimarum per immemorabile tempus exegerunt. Nunc modernus de plebis rector, cui a Gregorio xiii. fuit liberè facta collatio, nulla obligatione seu onere adiecto, recusat talem praestationem medietatis decimarum dictis canonicis persolvere; canonici vero ipsum teneri omnino praetendunt, & ad talem obligationem probandam adducuntur tria instrumenta collationum dictae plebis, in quibus promittuntur ea, quae solent in collationibus promitti: promittitur etiam dicta medietas decimarum, quae deducitur in promissionem ac stipulationem in ip-

so actu conferendi, cum in dictis instrumentis dicatur, quod is, cui fiebat collatio, promittit, & conuenit medietatem decimarum persolvere, quae quidem praestatio in praedicto instrumento collationis nuncupatur affectus, in reliquis vero instrumentis collationum non appellatur amplius affectus, sed promittitur tamquam debita huiusmodi praestatio de iure, & antiqua & laudabili consuetudine, nullo alio tali praestationi imposito nomine, siue causa, nisi quod sit de iure, & laudabili consuetudine. Accedit praeterea, quod & alij etiam, quibus post collationes in dictis instrumentis contentas fuit liberè a Papa facta collatio, dictam medietatem decimarum dictis canonicis persoluerunt, prout & alij ante fecerant, quibus ab ipsis canonicis erat facta collatio. Quam quidem praestationem modernus rector soluere recusat, cum nulla ostendatur causa illam praestandi, & initium, quod ex dictis instrumentis apparet, videtur vitiosum, cum libera debeat esse collatio, nullo pacto, promissione, seu conditione apposta, prout in dictis instrumentis collationum promissum apparet. Quae ritur, an talis praestatio valeat de iure fieri absque simoniae labe.

1. Respondeo primo, quod narrata in hoc facto secum pugnare videntur, quatenus primo in eo dicitur, quod canonici praedictum dimidium decimarum consueuerunt petere, & exigere a plebe montis Morini. Deinde praesupponitur, quod non plebs, sed rector plebis solet illud soluere, vel quod nunc rector renuit soluere; de plebe autem, an ipsa velit, vel solit, nihil dicitur: & nemo non videt, plurimum referre ad iudicandum interuenisse simoniam, an plebs, cui non confertur rectoria, dicatur soluere solita, an rector, cui illa confertur, sit solitus soluere.

Secundo, quod in facto praesupponitur solitum solui praedictum dimidium decimarum canonicis, etiam cum rectoria confertur a Papa, & non a canonicis; cui consequens est, quod praedicti canonici non sunt soliti capere praedictum dimidium propter collationem, quam faciunt; quandoquidem illud capiunt, etiam cum ipsi illam non faciunt.

2. Tertio, quod in facto praesupponitur a tempore immemorabili factam fuisse hanc praestationem, cui consequens est, posse probari per illud quamcumque iustam causam, quae ad id imponendum occurrere potuisset a principio, arg. l. hoc iure. a & cap. super quibusdam. b & eis adnotatorum. At palam est privilegium Papae potuisse illud onus iuste imponi siue plebi, siue rectori, praesertim consentienti, qui consensus probabitur etiam per illud tempus, si oportuerit, & allegatus fuerit per praedictos canonicos.

3. Quarto, quod in multis ecclesiis habet antiquissima consuetudo, vt medietas fructuum beneficii, quoties vacauerit, debeat fabricae, vel mortuo beneficiario, vel alicui alij, vt clare colligitur ex extrauagante, suscepti. c

Quinto, quod iustissime potuit Papa imponere huiusmodi annuatim solutionem faciendam, quoties vacauerit, praedictis canonicis, seu Capitulo eorum ad se honestè sustentandum, argumento praedictae extrauagantis: & ita, si voluerint canonici allegare ista, audiri debebunt.

4. Sexto, quod certum est, eum cui confertur beneficium, posse iuste sine labe simoniae promittere conferri, vel cui libet alij etiam in tituli acceptance, quod post acceptancem soluet, quicquid iuste debet: quia expressio eius, quod tacite inest, non inducit simoniam, vt habet glossa memorabilis, d Quare non audeam in praesentia subscribere me consilio contra illos dato, & mihi osteso, licet videatur mihi illud a viro ingenio, iudicio, & eruditione praestanti redditum. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. Collatio beneficii, cum pacto, vt dimidia fructuum detur collatori, vel tertio, est simoniaca; & si sequuta collatione, dicti fructus dentur, efficitur realis ab vtraque parte completa habens annexas censuras. nu. 3.
- 2. Pensionem etsi ex iusta causa possit imponere Episcopus super beneficio; attamen quia hoc est contra ius regulare, Episcopus numquam censetur velle facere, nisi id exprimat.
- 3. Dispensare censetur Papa, eo ipso, quod scienter facit actum, qui sine dispensatione non teneret; Episcopus autem non, nisi expresse dicat se dispensare.

C O N S I L I V M I I I I.

A N committatur simonia realis, si Episcopus conferat beneficium simplex vni, cum pacto, & conditione vt dimidium fructuum daret alteri, & ille acceptet illam colla-

tionem

a In cap. sic. de consuetud. b In cap. 1. de veng. & p. nu. 7.

In cap. 24.

d Cap. 4. sess. 24. e 1. q. 3. f De simon.

g De simo. h 1. q. 2.

a g. dicitur a qua. ff. de a. quagnosidia. & affina. b De verbo. sig.

c Ne sede vacante inter co. munes.

d Cap. ad audientiam 2. de rescrip. ar. cap. significasti de elect. & l. 3. de lego. 1.

tionem cum prædicto pacto, & cōditione, & capta possessione det dimidium fructuum eius alteri?

1 Respondeo, quod Panormitanus expressè dixit, quod conferens alicui beneficium cum pacto, vel conditione, ut aliqua pars fructuum sibi detur, committit simoniam; & eadem est ratio, si faciat pactum, vel ponat conditionem, quod aliqua pars fructuum detur alteri. Tum quia omne pactum, & omnis modus, & conditio, quæ iure non inest, adiecta collationi beneficii efficit eam simoniacam, ut habet cap. *quam pio.* b & facit glossa solemnis, c & hic apponitur collationi pactum, conditio, vel modus. Tum quia non possumus dicere, quod Episcopus adiciendo præfatam cōditionem voluit imponere pensionem: quia non dixit illud Episcopus, & cum Episcopus vult facere aliquid contra ius commune, etiam in casu in quo id facere potest, non videtur illud facere velle, nisi id exprimat.

2 Illa enim est differentia solemnis inter Papam, & inferiores, quod Papa faciendo aliquid, quod non potest valere propter aliquem defectum iuris, nisi dispenset, si scit illum defectum, videtur tacite dispensare, non autem inferior eo, nisi expressè dicat se dispensare: quæ est doctrina Panormitani recepta, d quam colligit ex concordia duorum doctorum Innocentij. e Et ita cum imponere pensionem beneficio sit contra ius regulare. f Episcopus non potest id sine iusta causa facere, nec videtur velle pensionem imponere, nisi id exprimat. Tum quia aliud est imponere pensionem super beneficio, & aliud facere collationem conditionalem, vel modalem: & in casu proposito facta collatio conditionalis, vel modalis, ut in ipso casu proponitur. Tum quia verba prædicta Episcopi non significant mentem suam esse onerandi beneficium pensione, sed beneficiarium modo & onere soluendi dimidium fructuum.

3 Itaque dolens profecto respondeo, prædictam collationem esse simoniacam, & realem ab utraque parte completam, & consequenter inducere censuras. Salva, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Simoniam esse dicatur tunc committi, cum pro spiritali traditur temporale, non tamen requiritur actualis traditio: cum sola conventio, nu. 3. immo & voluntas querendi spiritali per contractum non gratuitum sufficiat, nu. 4. ad hoc tamen, ut sit realis, non sufficit sola voluntas, immo nec conatus, nu. 2. nec promissio dandi temporale, sed requiritur vera traditio rei, nu. 5. illius inquam, ad quam ut detur principaliter & cum effectu seu re ipsa respicitur, nu. 6.*
- 2 *Conatus qui fuit aliquid facere, non ligatur pœna contra tale quid facientem decreta.*
- 3 *Instrumentum continens obligationem promissa summa iuxta conventa traditum causat adimplementum conventa simonia: & hoc, si receptio instrumenti erat principaliter intenta, secus si principaliter intendebatur receptio pecunie, & minus principaliter traditio instrumenti ad probandum, nu. 6.*
- 4 *Remissionis instrumentum falsi debiti quod hinc inde vere subsistere credebatur, prout simoniacè conventum fuerit, & reddens, simoniam non adimplet, nu. 6. & per totum consilium.*

CONSILIVM V.

IS, ad quem pertinebat collatio cuiusdam beneficii vacantis, indubie credebat debere se centum Petro petenti sibi cōferri illud beneficium, & Petrus etiam certo credebat debere sibi illa 100. & conuenerunt ambo, ut Petrus remitteret & donaret illud debitum collatori beneficii, & quod ipse conferret illud eidem, remissione facta per d. Petrum, collator contulit ei beneficium: collato illo, constitit collatorem nihil debuisse Petro. Quæritur, an interuenierit in hoc casu simonia, & qualis.

1 Pro parte negante, quod nulla in hoc casu interuenit simonia, facit primo, quod ad hoc, ut interueniat illa, requiritur ut aliquod temporale detur pro spiritali, vel contra aliquod spiritali pro temporali, iuxta definitionem simoniae positam in summa, f receptam communiter à S. Thoma & aliis, h declaratam à nobis in Manu. confel. i & in casu proposito nil temporale fuit datum pro spiritali, quia reuera nihil debebat collator, & ita reuera nil fuit remissum, vel donatum.

2 Secundo, quod, qui tenet facere aliquid, quod verè non facit, non incurrit pœnam contra facientem illud impositam: ut qui percutit laicum credens esse clericum non est excommunicatus, iuxta glossam Panormitanam & alios. k Neque qui

a In cap. 1. no. tab. 13. ut ee clericalia beneficia sine dimmi.

b 1. Quest. 2. cap. fin. de par. lib. 1. c In cap. dudum. verbi bene. de preb. lib. 6.

d In ca. diuersis fallacijs. de clerici. coniuga. e In cap. nomen. de fil. presbyt. & de do. cap. diuersis fallacijs. f Cap. extirpanda. de prebend.

g 1. Quest. 1. h In 4. dist. 25. & ab cod. 2. 1. qua. 100. i Cap. 23. a num. 100. k In cap. si vero. 2. de sent. excom.

A iugulat hominem mortuum, putans se iugulare viuum, est irregularis, ut tradimus in Manu. confel. 2 post Archidiaconum. b

3 Pro parte vero affirmante, quod interuenierit simonia, facit primo, quod omnis traditio rei spiritalis facta mediante aliqua conuentione, aut conditione, licet tamen, quæ iure non inest, dicitur simoniaca, c & constat in hoc casu traditam fuisse rem spiritali, præmissa conuentione & conditione remissionis, & donationis, quæ consequuta fuit.

4 Secundo, quod simonia est voluntas studiosa emendi, vel vendendi aliquod spirituale, vel spiritali annexum, iuxta glossam prædictam, d id est voluntas querendi aliquod spirituale per contractum non gratuitum, ut nos declaramus ubi supra, & ita non requiritur ad essentiam simoniae, quod detur aliquod temporale pro spiritali; quia sufficit, ut interueniat voluntas emendi, siue querendi non gratuito aliquid spirituale, quod constat hic interuenisse.

Pro resolutione dico primo, negari non posse interuenisse in hoc casu aliquam simoniam, per rationes pro parte affirmante factas. Nec obstant rationes pro parte negante adductæ: quia soluuntur per rationem secundam pro parte affirmante adductam, qua probatur ad essentiam simoniae sufficere voluntatem querendi spirituale per contractum non gratuitum, quod hic contigit.

5 Secundo, quod ad dicendum quod non fuit simonia realis, multum facit decisio illa Caietani, e relata à nobis in prædict. Man. f scilicet quod promittens in instrumento publico 100. scuta alteri, ut conferat sibi beneficium sine vilo animo emendi illud, nec soluendi illa, non committit simoniam, quod ipsum illum sequutus dixit Sotus, g facit inquam, eo quod etiam in nostro casu, licet interuenisset animus remittendi, & donandi, verè tamen nihil fuit donatum, vel remissum. Facit secundo, quo ad simoniam realem requiritur, quod conuentio fuerit completa pro utraque parte, ut traditur in d. Manu. h & in hoc casu licet conuentio fuerit cōpleta ex parte collatoris, non tamen videtur impleta ex parte collatarij, quia verè nihil remisit, vel donauit, licet putauerit se donasse.

Sed ad dicendum quod sit realis, facit primo, quod nos tenuimus ibi firma ratione contra Caietanum. Deinde facit id, quod nos ibidem subieciimus, videlicet, quod esset simonia realis, conuentio, qua conuenirent duo, vnus ad dandum spirituale, alter ad dandum instrumentum promissionis 100. si alter daret spirituale promissum, & alter traderet instrumentum eiusmodi promissum, etiam si numquam solueret: & in casu proposito conuentum fuit de dando beneficio, si alter chirographum remissionis traderet, quod tradidit.

6 Sed pro solutione prioris horum facit, quod nos tenuimus cum Caietano dicendo, quod talis non esset simonia realis, sed quod esset tantum simonia conuentionalis.

Pro solutione autem posterioris facit id, quod nos statim ibidem subieciimus, videlicet quod non cōpletur simonia realis propter traditionem instrumenti de soluendo factam ab eo qui daturus est temporale, quando is qui traditurus est spirituale principaliter cōsiderat quod promittitur, & minus principaliter instrumentum ad solam probationem promissionis exposcit: quod in nostro casu videtur contigisse, quia in eo collator principaliter desiderauit remitti & donari sibi, quod putabat debere, & minus principaliter chirographum, tantum ad hoc, quod probaret, si opus esset, remissum esse sibi debitum, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Simoniam esse, conferre beneficium vacans, cum pacto quod restituetur alteri, vnam certam pensionem sibi, & alteram si beneficium alterius erit capax tertio reseruando.*
- 2 *Realis & completa etiam dicitur illa simonia, in qua non omnia hinc inde conuenta, sed solum pro parte adimplentur.*
- 3 *Error circa ius humanum obscurum, intellectu quoque difficile, non est peccatum mortale.*

CONSILIVM VI.

CARDINALIS quidam habens indultum ad conferendum beneficia cuiusdam Ecclesie, vacante quodam canonicatu eiusdem, contulit illum cuidam familiari nobili, dicendo, Accipe illud, quia postea resignabitur cum pensione, ita quod tibi pensio scutorum 100. & reliquum, si maioris pensionis erit capax, alteri reseruabitur. Qui familiaris acceptauit illum; & quia erat litigiosus, renunciauit illum colliganti, reseruata sibi pensione centum scutorum, per concor-

diam,

a Cap. 27. nu. 210. b In ca. si quis 15. qu. 1.

c Cap. quam pio. 1. qu. 2. & capi. cum pri dem. & ca. f. de pactis.

d In summa 1. quest. 1.

e In 2. summo. tract. 9. qu. 2. de simon. f Cap. 23. nu. 106. g Lib. 9. qu. 5. art. 1. de iust. & iure.

h Cap. 23. nu. 105.

diam, in qua si maior pensio potuisset referuari, eo erat animo quod consensisset, vt reliqua maior pensio referuaretur, cui vellet Cardinalis. Quæritur, an fuerit admiffa simonia etiam realis.

1 Pro parte negante facit, quod non videtur interuenire vlla pactio, sed tantum quædam admonitio, & significatio modi, quo posset habere familiaris pensionem prædictam, & quod non videtur fuisse exequuta voluntas Cardinalis: quia renunciatio non fuit facta, vt ipse volebat, & in eum, quem ipse elegisset, si lis non fuisset consequuta.

Pro parte verò affirmante facit, quod familiaris consensit voluntati Cardinalis, volentis, vt canonicatus renunciaretur, & renunciandi referuaretur illa pensio, immo & altera alteri; item quod licet non fuerit exequuta voluntas Cardinalis in totum, fuit tamen exequuta quo ad partem, quod videtur sufficere, per ea quæ scripsimus in Manual. Et denique quia cum pactum sit duorum in idem consensus, & in casu proposito D. Cardinalis consenserit in hoc, vt ipse conferret canoniæ familiari, & familiaris renunciaret illam referuando sibi pensionem centum, & alteri quicquid amplius posset referuari, non potest negari interuenisse in hoc pactum, & consequenter simoniam conuentionalem: & cum ex parte Cardinalis fuerit completa in totum, & ex parte familiaris saltem pro parte, consequitur eam fuisse realem, per ea quæ in dicto Manual. scripsimus.

Quare respondendum videtur, vt cõsulens porrigat summo Pœnitentiario petitionem contentam in scheda, quam ad me misit, addendo in fine illius sequentia verba, si per verba Latina voluerit eam porrigere; sin autem, per verba Italica.

2 Atteno quod prædicta simonia adeo subtilis videtur, quod à paucis, nisi valde eruditis, iudicabitur esse talis: & ideo orator non iudicauit eam fuisse talem: & quod non est simonia à iure naturali, vel diuino prohibita, sed solum iure humano canonico inducta: & quod error circa ius humanum obscurum & difficile intellectu non est peccatum mortale, secundum Innocentium, receptum à Felino, & alijs relatis per eum. Attento denique quod huiusmodi consensus inter conferentes, & familiares, quibus conferunt, solent interuenire quasi quædam gratiarum actiones sine cogitatu simoniæ.

S V M M A R I V M.

1 Collatario dicens collator, Ego dabo tibi beneficium, & tu ex fructibus illius dabis mihi 20. scuta, qua pro tuo prædecessore expendi, præsumetur simoniacus: at si vere accepit pro dictis expensis, & non pro collatione, non erit talis coram Deo; tanto minus, si non ideo minus contulisset, etiam quod dicta 20. non esset habiturus.

C O N S I L I V M V I I.

Q V I D A M Episcopus coniecit in carcerem quemdam monachum, & archipresbyterum suæ diocesis propter monetam falsam, quam simul conficiebant: pro quorum victu expendit duodecim, vel plures fortasse ducatos. Præterea cum iste archipresbyter aufugisset, prædictus Episcopus soluit 25. alios ducatos ijs, qui eum ceperunt: nam ita promissio facta erat. Morre deinde ipsius archipresbyteri interueniente Episcopus contulit archipresbyteratum in quemdam sacerdotem; sed ante collationem dixit huic sacerdoti: Ego feci tot expensas in capiendis his malefactoribus: dabo tibi hoc beneficium, & tu ex fructibus ipsius dabis mihi 25. ducatos: quos sacerdos postea dedit, qui tamen volebat tunc soluere 12. ducatos: sed cum Episcopus iterum dixisset ei, vt mitteret sibi 25. ducatos, misit per fratrem. Sciendum tamen est, quod iste Episcopus non contulit huiusmodi beneficium principaliter propter pecuniam: nam etiam si sciuisset illam sibi non posse solui, nihilominus dedisset ei beneficium, quantum existimare potest.

Quæritur modo, an talis Episcopus, & sacerdos archipresbyter factus commiserint simoniam: & si posset iterum conferre Episcopus archipresbyteratum in eundem sacerdotem, in euentu quod beneficium vacaret. hoc factum sciunt plures fratres istius archipresbyteri, ac tres aut quatuor alij, & fortasse plures.

1 Respondeo primo, prædictum Reuerendissimum quisquis ille sit, iudicatum iri simoniacum in foro exteriori, quia in eo præsumeretur prædictos 25. ducatos datos & acceptos esse principaliter, & tamquam causa, sine qua non fuisset inductus ad conferendum beneficium.

a Cap. 23. nu. 105. b Leg. 1. ff. de pact.

c Num 105.

d Cap. per tuas 2. de simonia. c Cap. 1. col. pen. de re iud.

f Arg. cap. 1. & multorum aliorum, de sim.

A Secundo, quod in foro conscientie non est iudicandus simoniacus: quia verè, & coram Deo, coram quo nihil valet præsumptio contra stantem veritatem, iuxta cap. humane reuer. & cap. tua. b cum notatis vtrouque, c non fuerunt dati principaliter pro beneficio, sed pro impenfis factis pro capiendo, & alendo beneficiario, cuius morte vacauit beneficium, immo neque tamquam causa sine qua non fieret collatio, vt ex facto colligitur: & huiusmodi datio vel acceptio non est coram Deo simoniaca, per illa multa, quæ nos in hoc citauimus in Manu. confess. d

S V M M A R I V M.

1 Electores meliorem & vtiliorem eligere tenentur: quod si absque rationabili causa minus dignum eligant, peccat quidem, sed tenet electio, si electus est dignus, nec ad restitutionem tenentur, at si eligant indignum, indeque sequatur damnum, tenentur restituere, non quidem digno excluso, sed ipsi ecclesie. num. 2.

3 Amicitia sperata, vtilitasque priuata eligentis, non facit vt eligendus sit reputandus dignior altero non tali.

4 Eligere debentium si aliqui conueniant, non nisi pro se ipsis, vel pro aliquibus reciproce suffragium ferre, committunt simoniam conuentionalem, qua si ab vtraque parte compleatur, efficitur realis, habens penas excommunicationis, n. 5. in qua ante absolutionem celebrantes efficiuntur irregulares. n. 6. sed & sic electi statim de prædicto vitio habita notitia tenentur resignare taliter obtenta beneficia. num. 5.

4 Suffragari sibi inuicem, vel alteri, si conueniant electores, committunt simoniam, quia sic per pactiõnem acquiruntur beneficia.

7 Excommunicatus à peccato, etiam quod sit contritus, absolui non potest, nisi prius ab excommunicatione absoluaatur.

C O N S I L I V M V I I I.

C V M ad triginta presbyteros beneficiarios duarum ecclesiarum parochialium pertineret auctoritate Apostolica præsentatio curionum, quos curatos appellant, eligendorum ex ipsismet beneficiarijs, & institutio ad Episcopu; maior pars eorum conuenit, vt in quibuscumque vacationibus occurrentibus ita eligerent de se ipsis, vt pro nullo alio suffragia ferrent, donec ipsi omnes fierent curati, siue curiones; & vt conuenerunt, ita etiam conuentionem fuerunt exequuti. Quæritur quid iuris.

1 Ex hoc facto resultant multæ quæstiones, quæ sic deciduntur. Prima quidem, quod prædicti presbyteri debent eligere digniorem ad exercendam prædictam animarum curam, iuxta cap. licet. e & alia quæ allegat glossa in d. cap. licet. & glossa pragmatica sanctionis Gallicanæ, f & Panormitanus, Francus, & Decius. g Mihi semper placuit, & placet resolutio, quæ colligitur ex S. Thoma, h quæ communiter videtur recepta, videlicet quod eligentes quidem tenentur eligere meliorem & vtiliorem: & si absque causa rationabili eligunt minus dignum, peccant quidem peccatum acceptionis personarum, sed valet electio, si quem eligunt est dignus.

2 A D S E C V N D A M respondeo, quod, si elegerint dignum, etiam omissio digniore, non tenentur ad restitutionem: si autem indignum elegerint, & inde consequutum fuerit aliquod malum, sic: & quando tenentur restituere, non tenentur restituere digniori prætermisso, sed Ecclesie lætæ, vt resoluimus in Man. confess. i

3 A D T E R T I A M respondeo, quod prædicti presbyteri sic conuenientes & coniuantes peccat primo peccatum acceptionis personarum, accipientes pro causa eligendi amicitiam, & spem prouidendi sibi, vel alijs amicis, cum illa non faciat eligendum dignum electione, vt colligitur abundè ex S. Thoma. k

4 Secundo peccant peccatū simoniæ. Tum quia omnes, qui faciunt aliquam conuentionem, quo sibi vel alteri quærat beneficium spirituale, committunt simoniam, l & prædicti faciunt eiusmodi conuentionem. Tum quia canonici ita conuenientes, vt vnus suffragetur alicui in vna electione, vt alius suffragetur ei in altera, simoniam committunt, vt diximus in dicto Man. confess. m post Angelu, n & Siluestrum, o addita noua & neruosa ratione.

5 A D Q V A R T A M, quod scientes se fuisse electos virtute huiusmodi conuentionis, & coniuurationis, tenentur statim, ac sciuerint, renūciare illa beneficia curata, iuxta c. de regular. & cap. ex insinuatione. p & glossam receptam, q & quod

a 22. quæst. 5. b De sponsal. c Et in cap. 16. qui.

d Cap. 23. nu. 100. vers. 5. & num. 101. & c.

c 8. quæst. 1. cap. vltim. §. nūc autem. 25. d. cap. constitutus. 2. de appellat. f Tit. de elect. §. ego N. ver. vtiliorem. g In dict. amp. constitutus. de appell. h 2. 2. quæst. 63. art. 3. ad 3.

i Capi. 17. à nu. 72. & 73.

k In di. ar. 2. l Cap. quam pio. 1. q. 2. cap. cum pridem. & cap. fin. de pact. m Cap. 23. nu. 100. vers. nā cum quis. n In summa verb. simonia 3. 3. 2. o Verbo simonia q. 13. nu. 4.

p De simon. q Ca. ex insinuatione. 1. quæst. 3.

fic conuenientes & coniuantes admittunt simoniam mentalem, & conuentionalem tantum, si non fuerit completa; si autem fuerit ab utraque parte completa, erit simonia realis, per quam incidit, vel iudicatur in pœnas, de quibus in Manual. confessi.^a

o AD QUINTAM respondeo, quod prædicti conuenientes & coniuanti tenentur pœnitere tam grauis peccati, cuius antequam pœniteat, reatus durat, & post pœnitentiam etiam excommunicatio Papæ reseruata per extrauagantem 2. b & consequenter si antequam absolutionem consequerentur, missarum, facti sunt irregulares.^c

7 AD SEXTAM, quod ex prædictis colligitur, ad eam respondendum affirmatiuè: quandoquidem uenia non datur nisi correcto, nec quis absolui potest nisi contritus, aut certè adeo attritus, quod cum pœniteat peccati, & proponat ab illo cessare, nec amplius illud committere, d immo nec possunt absolui à peccato, nisi prius fuerint ab excommunicatione absolui, per ea quæ adduximus in Manual.^e

S V M M A R I V M.

- 1 Simonia sola uoluntate committitur, sed non pœna eius incurritur, num. 5. nec obligat restituere. nu. 3.
- 2 Electores ad coeligendum, alios non habentes uocem uocare, & eis uocis suffragium dare possunt; quod in dubio non presumitur. & seq.
- 4 Subscriptio, quam feci scriptura continenti multa capita, uenit restringenda ad ea quæ ad me de iure spectant, ut sic euitetur delictum.

CONSILIVM IX.

MANDATO de simoniacè aliquem eligendo, & Ecclesiam defendendo, tam uocem actiuam habentes, quam N. qui solum quo ad defendendum uocem habebat, se subscripserunt. Dubitatur, an dictus N. incidit in pœnas simoniacorum.

1 Pro parte affirmante facit primo, quod simonia est uoluntas emendi, vel uendendi spirituale pro temporali, iuxta glossam receptam, f & declaratum à nobis in Manu. confessi. s & ita etiam non dando, nec accipiendo spirituale pro temporali, sola uoluntate potest committi simonia. Vnde si quispià laicus nullam habens potestatem uellet conferre aliquod spirituale pro temporali, committeret simoniam; sicut qui uellet furari, committeret furtum, licet non furaretur. h

2 Secundo, quod electores habentes potestatem eligendi ad aliquod beneficium possunt uocare aliquos ad coeligendum secum, & dare illis uoces æquipollentes suis, argumento cap. Cumana. i & notatorum in cap. obeuntibus. k

Tertio, quod licet consulens non haberet potestatem, nec uocem ad conferendum beneficium, habebat tamen eam quo ad dandam potestatem defendendi Ecclesiam.

3 Pro parte uero negante facit primum, quod simonia mentalis nullam pœnam, nec censuram, nec restitutionem habet annexam. l

Secundo, quod habentes ius eligendi, vel conferendi, non censentur in dubio dare alijs uocem ad conferendum. Tum argumento præfati cap. Cumana. & ca. in Genesi. m Tum quod nullus uideretur bona sua uelle iactare. n Tum quod præfatus D. consulens quasi inaduertenter fuit admissus ad subscribandam scripturam, quatenus continebat commissionem potestatis conferendi beneficium.

4 Tertio, quod in dubio actus presumitur bonus, o nec est presumendum esse malum id quod potest iudicari esse bonum. p At subscriptio consulentis potest interpretari bona quo ad collationem potestatis ad defendendam Ecclesiam: ergo non est interpretanda inale ad dandam potestatem ad collationem faciendam.

5 Non obstant opposita. Ad primum enim responderetur concedendo quod potest committi simonia sola uoluntate committendi eam; sed negando quod per talem simoniam incurratur uia censura, per d. cap. fin. q

Ad secundum responderetur concedendo quod habentes potestatem eligendi possunt dare uoces alijs ad coeligendum illis; negando tamen quod in dubio uideantur eas dare: & in casu nostro non fuerunt date; & ita in casu nostro non debet presumi fuisse illi datam ab alijs amplio rem potestatem, quam habebat, per prædicta.

Ad tertium, quod simonia non fuit commissã propter da-

tionem potestatis ad defendendum Ecclesiam, sed propter potestatem datam ad conferendum. Per quæ pars hæc posterior uidetur uerior. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Simonia est, patrono, qui presentare promisit sed postea non presentauit, petenti sibi in gratiam dicta promissionis aliquid pecuniarum concedi, tradere, non quidem realitè, sed conuentionalis tantum, quæ sola simoniacum ad beneficia obtinenda inhabilem nequaquam reddit. n. 2. & 4.
- 3 Criminoso, etiam quod sit conuentionalis simoniacus, num. 4. & cuiuscumque alteri crimini obnoxio, modo non sint de ipso iure expresse inducentibus irregularitatem, vel inhabilitatem ad ea facta collatio tenet. nu. 3.
- 4 Ratificare possum simonia delictum in mei gratiam perpetratum, sicut & cetera alia delicta. nu. 7. ex eo tamen quod pecuniam in mei gratiam solutam restituo, non probatur necessario rati habitio, cum illam alia mente & ob alium finem potuerim & possum numerare, puta, ad releuandum dantem à damno, num. 5. & seq. & ad seruandum meum honorem, n. 11. & similes alios fines principales: & hoc, etiam si aliter non dedissem dictam pecuniam, nisi in mei gratiam male data, & sic perdata fuisset. nu. 8. & seq.
- 5 Species peccatorum distinguuntur magis ex diuersitate finis, quam rerum, temporis, & personarum.
- 6 Confessio qualificata non potest reiecta qualitate acceptari, nisi quando ius presumit contra confidentem, ut in delictis, cum ea malo animo facta presumantur.
- 9 Turpiter ob delictum perpetrandum promissum, etiam sequitur causa, non obligat; immo neque ex dicta causa promissum potest solui: etsi possit ob aliam causam & ob alium finem principalem dari, puta, ad conseruandam amicitiam, in signum grati animi, & reciproca benenolentia, n. 8. & ad conseruandum proprium honorem, & estimationem. nu. 11. & 9.

CONSILIVM X.

PATRONVS cathedralis, Episcopo tunc ægrotante, promisit presentare L. & cognatus rogatus à patrono, ut in gratiam prædictæ promissionis aliquam summam pecuniarum concederet, eam tradidit: sed patronus, antequam ipsam L. presentaret, obiit, & promissio nullum habuit effectum: & L. cui post mortem patroni hæc tantummodo innotuerunt, rogatus à cognato, dictam summam, ne damnù sentiret, ei soluit. Quæritur, an L. factus sit inhabilis ad alium episcopatum seu beneficia obtinendum.

1 Pro resolutione huius dubii dico primo, certum esse quod prædictus patronus, & cognatus admiserunt simoniam. a

Secundo, quod simonia illa non fuit realis, per quam incurrantur censure, & alia pœnæ ipso iure, quas nos tetigimus in Man. confessi. b

2 Tertio, quod prædicta simonia fuit conuentionalis tantum, ab una parte completa, & ita punibilis, & ob eam posset quis priuari beneficio etiam iam habito, ut dicitur in dicto Man. c

Quarto, quod nulla simonia conuentionalis tantum facit quem ipso iure inhabilem ad beneficia, licet ob eam per sententiam posset inhabilitari, ut tangitur in dicto Manu. d

3 Quinto, quod collatio reali simoniaco facta, & electio de illo celebrata ipso iure ualent, ut elicitur ex dictis, e & quia quidquid inuoluat Felinus, f & alij alibi, ueritas est, quod collatio facta criminoso ipso iure ualere; nisi quando crimen est tale, quod inducit ipso iure irregularitatem, vel inhabilitatem expresse, per ea, quæ ipsemet Felinus citat & scribit retractans prius à se dicta, g & irrefragabiliter probari potest per illa, quæ ibi tangit ipse, & citari ab eo in suis locis, & per illam regulam glossæ receptam, h scilicet, quod nulla pœna incurritur ipso iure, nisi in casibus expressis in eo.

4 Sexto, quod ex iis sequitur prædictum L. etiam si esset uerum quod admississet simoniam prædictam per ratificationem, tamen non esse excommunicatum, non suspensum, non irregularem, neque inhabilem ipso iure ad ullum beneficium; & quod collatio illi facta, & electio seu presentatio de illo celebrata ipso iure ualere, & sine ulla dispensatione retinere posset: quamuis iudex causa cognita posset eum priuare iure per ea sibi quæsita.

Item dico, quod per ea, quæ contra ipsum proponuntur, & adducuntur, non est dicendum quod ipse admiserit simoniam etiam conuentionalem tantum. Primum quidem, quia ipse non

admisit

a Vbi sup.

b De simon. c Ca. 2. & c. si celebrat de cler. excom. minis.

d Cap. peccatum. de reg. iur. lib. 2. cap. firmissime. 15. qu. 1. & cap. omnia. de consec. dist. 4. c. Cap. 26. nu. 7. & seq.

f i. quæst. 1. in sum. Cap. 23. nu. 100.

h Ca. si cui de pœnis. dist. 1.

i De elect. h 63. dist.

l Cap. f. de simonia.

m De elect. n Leg. cum de indebito. ff. de probat.

o Cap. 2. de reg. iur. & l. merito. ff. pro facio. p Leg. si procurator ff. de con. iust. & cap. 1. de iure iur. lib. 6.

q De simon.

a Ca. de hoc. de sim.

b Cap. 23. nu. 111.

c Vbi sup. nu. 103.

d Num. 103.

e In illo. nu. f In e. fu. de presump. & in cap. quæra lam. de iure iur. & in cap. 2. post prim. de rescri.

g In d. cap. 2. nu. 4. uer. sed contrariam. h In ca. fin. de iur. patr.

admitit eam per se, vt præsupponitur in facto.

5 Secundo, quod non probatur satis eum ratificasse illam. Nec enim probatur aliud, quam quod cognato pecuniam, quâ contemplatione ipsius dederat patrono, ne retrocederet à promissione, restituit eo sine, ne cognatus afficeretur damno propter amorem eius. per quod non probatur eum ratificasse simoniam admissam à cognato. Primo quidem, quod à diuersis non sit illatio. At aliud est ratificare simoniam à cognato commissam, & aliud soluere illi pecuniam ab ipso datam, non eo sine, vt approbaret simoniam à cognato commissam, sed longè alio, videlicet, ne pateretur iacturam ob id, quod amicum fecit. quorum diuersitas constat ex eo, quod sunt diuersi actus, diuersa persona, diuersa tempora, & diuersi fines principales. quæ quatuor, præsertim vltimum, inducunt speciei diuersitatem, iuxta S. Thomam. Deinde, quod in dubio non est præsumendum delictum. At solutio prædicta potuit fieri bene nobiliter, & meritorie, & etiam male, & viciose: ergo præsumendum est, quod fuit facta bene, nobiliter, & meritorie.

6 Tertio, quod de solutione illa per solam confessionem præfati L. constat: et confessio eius est qualificata, cum qualitate, quod fecit illam prædicto sine. ergo, quantum constat quod fuit facta, tantum constat quod fuit illo sine facta: quia confessio qualificata non potest ita diuidi, vt acceptentur confessio, qualitate reiecta, secundum Bartholum receptum. quem sequitur Panormitanus.

Quarto, quod non obstat, quod Bartholus ibi limitat suum dictum, quando præsumptio iuris esset contra sic confitentem, vt quia confiteretur delictum, puta homicidium cum qualitate, quod ad suam defensionem fecit: quia in nostro casu agitur de confessione actus, qui in se non est delictum, Bartholus autem loquitur de confitente actum, qui per se est delictum. sicut in simili in ijs quæ per se sunt delicta præsumitur in dubio malus animus, in ijs autem quæ non sunt delicta, in dubio præsumitur bonus, per iura citata.

7 Quinto, quod non obstat, quod ratificatio habet locum in delictis, & etiam in simonia, quia negamus in nostro casu vllatenus fuisse ratificatam simoniam: quia illa fuit commissa in dando pecuniam, vt ad episcopatum præfaretur L. quod non ratificauit ipse, sed solum soluit pecuniam sic datam, vt non pateretur iacturam amicus; quod longè aliud est, quam ratificare simoniam in dando illam pecuniam commissam; præsertim quæ iam omnis spes & finis habendi episcopatum per illam promissionem essent adempta; & nequeat præsumi, quod soluit in finem, in quem data fuit, scilicet ne promissio reuocaretur, cum iam esset omnino irrecuperabiliter data.

8 Sexto, quod non obstat, quod præfatus L. non soluit illam pecuniam, nisi data fuisset ob causam prædictam; quia hoc solum arguit, quod illa datio fuit causa impulsiva soluendi, non tamen finalis & principalis: & causa talis impulsiva non inducit simoniam, vt per plura exempla probatur in dicto Manuali.

Septimo, quod potest quis iuste & sanctè dare aliquid alicui pro recompensatione damni, quod suscepit delinquendo pro illo, vel pro subsidio vite illi, qui pro suo amore peccauit, proponendo pro finali & principali causa virtutem, caritatem, & misericordiam, per asserta in d. Manuali. potest enim quis dare subsidium vite ob amorem Dei principaliter illi, qui ob amorem suum occidit aliquem, & vertit solum; quod non dedisset, nisi illud damnum pro eius amore suscepisset; nullatenus approbando, neque ratificando maleficium, quod pro eo fecit.

9 Qui etiam promisit aliquid, vt quodpiam maleficium faceret, consequuto maleficio, licet posset soluere illi promissum; non quidem vt promissionis, nec ratificationis maleficij, sed in elemosynam, & subsidium paupertatis sue, & conseruationem sui honoris: quod pulchre ante nos dixit Caietanus, ita quod promissio illa mala, vel delictum amore ipsius factum, non sine causa principalis illius doni, sed solum causa sine qua non. sic prædictus L. potuit reddere præfatum pecuniam prædicto suo cognato, non quidem principaliter tamquam debitam iustitia legali, neque tamquam datam pro simonia, sed tamquam insumptam ob amorem eius, intendendo pro sine principali amiciciam, & sui honoris conseruationem, & gratitudinem, quam merebatur ille amor, quo motus fuit ad dandam illam prædictus cognatus; licet datio illa sibi

displiceret, & eam damnaret.

10 Octauo, quod non obstat cap. sicut tuus. quatenus probatur eum qui soluit, vel reddit pecuniam pro sua promotione se ignorante & etiam inuito datam, reputari simoniacum. Tum quia illud agit de promotore, nos autem loquimur de nullatenus promotore, nec ob eam simoniam promouendo. Tum quia illud agit de illo, qui probatur aliunde soluisse vel reddidisse pecuniam; nos autem de illo, quem non constat aliunde soluisse, quam per suam confessionem qualificatam circumstantia principalis finis videlicet quod sine honore longè alio, quam ratificationis soluisset, qualem solutionem nemo potest asserere fuisse malam.

11 Nono, quod nemo præsumitur ita iactare bona sua, vt reputari debeat imprudens, & omnino stultus, & si præfatus L. præsumeretur ratificasse præfatum simoniam, præsumeretur vanus, imprudens, & stultus: quia sine vlla spe, & specie boni, honesti, vtilis, delectabilis, suam pecuniam iactasset; cum fecisset actum malum sine vlla spe promotionis factæ, vel faciendæ, nec voluptatis, vel vtilitatis inde manantis, cum iam promissor & promissio penitus interuissent.

Cum igitur præfatus L. ignorasset simoniam præfatum, donec promittens & promissio interuissent, nihilque fuerit assequutus, nec speret assequi; cumque simoniam illam postquam sciuit, nullatenus approbauerit expressè; nec constet eum fecisse aliquem actum, per quem præsumi debeat ratificasse illam; immo actus, qui ei obicitur, sit ita bene qualificatus, vt debeat laudari potius, quam vituperari, cum feratur esse Abbas in primis, & primarie nobilitatis, quem plurimum decebat facere illum actum principaliter ad conseruandum honorem suum, & amiciciam tanti magnatis; credendum est fecisse illum ad hunc finem principaliter, & non ad ratificandum sine vlla spe simoniam, vt sua fide testatur: consequitur nullam ob hoc debere pati repulsam.

S V M M A R I V M.

- 1 Personatum, seu temporale beneficium instituens, cum pacto quod ad illud presentabit resignauiem sibi suum beneficium, est simoniacum.
- 2 Presentare promittens aliqui ad beneficium nondum erectum, sed erigendum, vanum & nullum facit promissionem.
- 3 Simoniace fundantes beneficium possunt in penam primari boni dicto beneficio applicari.
- 3 Ordines accipiens ad titulum beneficii nulliter erecti est male promotus.
- 3 Dispensationis faciendæ causa ex pluribus simul iunctis potest colligi.

C O N S I L I V M X I.

Q V I D A M A. clericus cum P. clerico iuxta Tarraconenis diocesis constitutionem & consuetudinem personatum dotare & constitucere valoris 10. ducatorum conuenit, & dictum P. ad sic creatum & constitutum personatum præfentare, & cum eo pro alio beneficio simplici permutare: & postmodum absque ordinarij auctoritate, seu decreto, personatum iuxta dictam formam dicti valoris erexit, & dotauit partim super rebus mobilibus, partim super pecuniis debitis, & non exactis, nec inuis in stabilia bona conuersis: & personatum sic creatum permutauit pro alio beneficio parui valoris cum d. P. & ipse P. ad titulum d. personatus & aliàs legitime fuit ad sacros ordines promotus, non tamen in eisdem ministravit. Queritur quid iuris.

Ad questionem propositam respondeo primo, erectionem personatus, de quo agit questio, male fuisse factam. Tum quia non potuit illa fieri sine auctoritate Papæ, vel ordinarij iuxta constitutionem Tarraconenis diocesis, vt in consilio S. de iur. patron. diximus. Tum quia non fuit dos eius constituta super rebus immobilibus, nec alis redditibus perpetuis, vt debet constitui secundum eandem constitutionem. Tum quia fuit facta saltem partim super rebus mobilibus, & pecuniis cuiusdam crediti nõdum exacti, nec in bona stabilia conuersis. Tum quia fuit facta, antequam decretum erectionis fieret ab ordinario, contra eandem constitutionem. Tum quod fuit vanum: quia fuit factum pactum de præfentando ad beneficium nondum institutum. Tum quod fuit simoniacum: quia facta fuit cum pacto permutacionis factæ, vel faciendæ sine auctoritate superioris. Tum quia preponitur facta fuisse

a l. Papiniana ff. de pign. l. i. §. 7. & ca. ad audientiam de iudicium.

l. 2. §. 7. & ca. 2. de iur. iuris. Et merito ff. pro socio.

In l. Aurore ff. de iur. iuris. ff. de liber. leg. in cap. bona l. 2. sub fin. de testat. pral. Et in c. cum uisissens notab. a. de iustis. Ca. 1. de praesump.

Cap. cum quis de iur. excom. Cap. penul. cum gloss. in urb. vatum habens. de elec.

Cap. 23. du. 100. ver. quid ad quod.

Ca. 27. du. 21.

l. 2. §. 2. ar.

a De simon.

b Leg. cum de indebito ff. de probas.



interueniente quadam renunciatione sine vllius superioris auctoritate. Tum quia, vt diximus in d. conf. 8. de iur. patron. nullum pactum potest apponi in fundatione à patronis aut fundatoribus horum personatum, quod nō possit apponi in fundationibus vel erectionibus aliorum beneficiorum perpetuorum, preterquam quod sint temporaria, & non perpetua.

2 Secundo dico, quod S. D. N. iuste posset omnes prefatos, qui in prefata erectione mortaliter peccarunt, pro crimine simonie, & aliis quæ in hac re admiserunt, priuare saltem quo ad forum conscientie illis bonis, quæ fuerunt data pro erectione hac iniusta & simoniaca, & applicare oratori pauperi clerico illa quo ad vitam suam, relicto saluo iure petendi post eius vitam illis, qui ad aliqua eorum pretendere potuerint esse sibi ius repetendi propter inualiditatem, siue nullitatem actuum, quos temere fecerunt: quandoquidem non intenderunt facere perpetuam donationem, sed solum quo ad vitam eius, quo ad quam solum intenderunt personatum constituere.

3 Tertio, quod paupertas oratoris, & ordinatio eius ad prefatum personatum nullum, & abstinentia ab executione ordinis male assumpti, & confessio spontanea peccatorum, & humilis petitio redemptionis bonorum male assignatorum beneficio personali quo ad vitam suam, & secretum peccatorum in hoc commissorum videntur posse suam Sanctitatem mouere, vt illam faciat ei in pœnam culpæ fundantium, & amorem Iesu Christi D. N.

S V M M A R I V M.

- 1 *Presentatus ad beneficium litigiosum, cum pacto quod suis expensis teneatur verificare iura presentantis, est simoniacus.*
- 1 *Presentans cum pacto, quod ei, nisi presentatus intra tempus à iure statutum suam prosequatur presentationem, liceat presentationi contrauenire. & oportuna agere, non est simoniacus, si per hoc pactum aliud presentanti non referuetur, nisi id quod ei iure competit. num. 2. 4. 5.*
- 1 *Interpretatio continens delictum in dubio reicienda.*
- 2 *Facta prouidorum recta presumenda, etiam ex parte literam impropiando.*
- 2 *Argumentum à contrario non valet ad inducendum delictum, & pœnam eius.*
- 3 *Intellectus l. Titia §. fin. ff. de manu test. varius.*
- 3 *Lex apte varios recipiens sensus, pro firmo fundamento, nisi pro parte vitio carente, citari nequit.*
- 4 *Dictio, nisi, post negatiuam orationem, nisi accedat aliquod affirmatiuum, in odiosis & pœnalibus secundum communem nihil ponit: idem secundum aliquos in non odiosis.*
- 5 *Presentans, presentato ius suum non prosequente, potest alium presentare.*

C O N S I L I V M X I I.

1 **A**BBAS & conuentus presentauerunt quemdam ad beneficium sui iuris patronatus litigiosum cum pacto quod nihil ipse presentatus intra tempus à iure prosequeretur suam presentationem in solidum, ipsi possent contrauenire presentationi, & agere ea, quæ forent opportuna & necessaria. Euenit quod quidam impetrauit predictum beneficium sub pretextu, quod in huiusmodi presentatione esset admittenda simonia, & causa in Rota commissa: quæ situm fuit de sensu & intellectu prefate clausula, vtrum contineret simoniam, an referuatio predicta nitatur iure communi. Hoc dubium resoluendum videtur, scilicet quod solum videtur referuatum ius contraueniendi, & agendi solum illa, quæ iure communi poterant presentantes facere, etiam si nulla huiusmodi referuatio in presentationis instrumento fuisset facta.

Primo quidem, quod interpretatio contraria, quam aduersa pars pretendit, nullo iure firmo nititur: quia negari non potest, sensum clausula, de quo agitur, esse dubium, & clausulam illam vario modo intelligi posse: & intelligendo modo quo aduersa pars ait, contineret presentantes labem simonie incurrisse: & intelligendo eo modo, quo nostra pars ait, vitatur delictum simonie, quod est maximum, ^a ergo in dubio reicienda est illa interpretatio. ^b

Secundo, quod secundum interpretationem contrariam verbum illud *in solidum* significaret, quod presentatus teneretur verificare suis impensis, quod ius patronatus pertinet

A ad presentantes, quod tamen est nimium diuinare: nullum enim verbum in instrumento presentationis id significat: sed aduersa pars pro suo affectu videtur diuinasse.

2 Tertio, quod facta virorum prouidorum, quales sunt Abbas, & monachi prefati valde illustri monasterij, relata in aliqua scriptura debent presumi rectè facta, etiam impropiando aliqua ex parte literam, ^a & prefata clausula impropiando tantillum eius literam potest intelligi, vt nullam contineat referuationem potestatis, quæ iure non competat presentanti post factam presentationem, ergo illa sic est interpretanda.

3 Quarto, quod interpretatio contraria non potest colligi ex prefata clausula, nisi argumento à contrario sentis: & huiusmodi argumentum nihil valet, quando colligitur aliquid, per quod disponens incideret in aliquod delictum, & pœnam eius, ergo non potest illud ex ea sumi.

4 Quinto, quod nihil faciunt pro aduersa parte dicta Didaci à Couarruuia quæ dicitur ipsa pro se citasse. ^b Tum quia citat illa, quatenus tractat intellectum legis Titia. ^c qui multipliciter & probabiliter à multis intelligitur, vt ipse Didacus ibi, & alij, ^d & alij alibi tradunt, & lex, quæ multiplicem eundemque probabilem intellectum habet, non potest pro firmo fundamento allegari, ^e nisi allegaretur pro parte quæ vitio caret, ^f & ita vel ille §. non potest citari pro firmo fundamento ad propositum casum, vel est intelligendus pro nostra parte, cum sic intellectus non concludat vitium & delictum.

5 Tum quia ipsemet Didacus expresse tenet, quod dictio nisi, quæ sequitur negatiuam orationem, nihil ponit, nisi aliquid aliud affirmatiuum accedat; sequitur in hoc Adrianum, & alios dicentes, quod qui promittit alicui non ducere aliam nisi eam, non promittit ducere illam, nisi aliquid aliud affirmatiuum interueniat; quod multis ibi confirmat. Tum quia communis opinio habet, etiam referente Decio, ^g quod dictio nisi, sequens orationem negatiuam, nihil ponit in odiosis & pœnalibus, cuius contrarium certe defendi non potest ab eo qui tenuerit glossam illam solemnem, ^h cui fere omnes consentiunt, & nemo probabiliter ab illa dissentire potest. Ergo nec in proposito nostro potest fieri interpretatio, quæ illa dictio, nisi, ponat aliquid odiosum & pœnale, cum nihil affirmatiuum ad hoc faciens contineat; neque consequenter, vt ponat referuationem alicuius potestatis contrariæ iuri communi, per quam auctor incidat in delictum, & pœnas; sed tantum referuationem potentie, siue potestatis faciendi ea, quæ iure communi licuissent ei facere.

6 Sexto, quod sine vlla verborum impropiatione potest ita intelligi prefata clausula, vt solum videatur per eam referuari potestas faciendi ea, quæ iure communi potest presentans, non prosequente presentationem presentato. Nam, si presentatus omitteret prosequi causam, eo quod moreretur, vel renunciaret suo iuri, vel etiam priuaretur per sententiam iudicis, vel ipso iure ob haresim, vel aliud crimine, verè & propriè diceretur eam non prosequi; & omnibus illis casibus iure communi liceret ei, qui eum presentauit, alterum presentare, iuxta cap. si electio. ⁱ cum ei adnotatis adiuncto ca. licet. ^k Ergo hæc interpretatio est suscipienda; quia inheret proprietati verborum clausula predicta. ^l

S V M M A R I V M.

- 1 *Simoniaca presentatio gratiam subsequutam annullat.*
- 2 *Simonia vt sit realis, sufficit ex duobus in pactum deductis alterum compleri.*

C O N S I L I V M X I I I.

F **I**NTER F. & P. & populum presentatorem Ecclesie parochialis conuenit, vt F. renunciaret illi Ecclesie, & populus presentaret P. & P. ipsi F. solueret pro pensione 16. scuta; & consequenter F. renunciavit in manibus ordinarij, qui contulit illam P. qui dedit mandatum ad consentiendum pensioni predictæ, quod tamen noluit admittere Papa, & ita non soluit. Quæritur an titulus P. sit canonicus.

1 Respondeo, quod prefatus P. non habet canonicum titulum prefate rectorie: quoniam eius presentatio fuit simoniaca. Primo quidem, quia conuenit inter F. & P. vt ille renunciaret beneficium, & hic constitueret pensionem, siue consentiret illius constitutioni.

Secundo,

^a Cap. nisi essent viri prouidi. de prob. cum si annot.

^b In epi. 2. pa. cap. 4. nu. 6. c. si ff. de manu test. d. in l. actione C. de transac. c. l. in abiguo. ff. de reb. dub. cum ei adnot. f. Leg. in ambigua. ff. de legib.

^g In dict. l. actione.

^h Cle. verbo facere. de iuris.

ⁱ De electio. lib. 6.

^k 2. de prob. lib. 6.

^l Arg. l. non a liter. ff. de leg. 3. c. 6.

^a Cap. tanta est labes. de simon.

^b Ca. 1. de re. iur. l. merito. ff. pro socio.

Secundo, quod inter F. & populum patronum conuenit, vt F. renunciaret, & populus præsenteret P. & ita interuenirent duo pacta simoniaca, immo & fortè tertium, scilicet quod populus præsenteret P. & P. consentiret constitutioni pensionis 16. scutorum: quæ tria clare sunt simoniaca.

a Arg. c. quæ pio. 1. quæ 2. & ca. s. de pact.

b Ca. 27. nu. 100. & seq.

2 Nec obstat, dicere, quod licet prædicta pacta sunt simoniaca simonia conuentionali, non tamen sunt talia simonia reali, quia non fuit completa ex vtraque parte, quod requiritur ad simoniam realem dicimus nos post alios in Manual. confess. b & quamuis F. compleuisset pro sua parte, quia renunciavit, P. tamen non impleuit, quia non soluit pensionem. non inquam hoc obstat. Tum quia conuentio secunda, qua conuenit inter F. & patronos, vt ille renunciaret, & hi præsenterent P. completa fuit ab vtraque parte: & etiam prima satis potest dici completa ex parte P. quia dedit mādaturam ad conuentionem constitutioni pensionis. Tum quia etiam tertia conuentio, quæ fortè facta fuit quod populus præsenteret P. & P. consentiret constitutioni pensionis, potest dici completa ex vtraque parte. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Renunciatio beneficii principaliter, vt ob id ad aliud presentetur, est simoniaca, secus si secundario, & vt in causam impulsuam. Idem dicitur de presentante. & num. 8.
- 2 Simonia non est dare alia ratione, quam pro pretio querendi spirituale.
- 3 Prepositio, pro, aliquando principalem, aliquando remotam causam signat.
- 4 Temporale pro spirituali minus principaliter dari & accipi potest.
- 5 Causa solum impulsiva esse potest illa, sine qua non fieret actus.
- 6 Simonia non est mutare Episcopo principaliter ob amicitiam, & secundario vt querat sibi, vel alij beneficium.
- 7 Simonia non est dare pro sustentatione ministri, pro damno iniuste dato, & pena peccati.

C O N S I L I V M X I I I I.

SEMPRONIVS petijt à patrono præsentationem ad dignitatem vacantem, & pertinentem ad eius præsentationem; & quo facilius eam obtineret, obtulit se relictorum vnum beneficium simplex valoris ceterum ducatorum: & post multum temporis commisit patronus suo procuratori, vt præsenteret Sempronium ob aliquas causas, modo ipse renunciaret præfatum beneficium simplex liberè in manibus ordinarij ad conferendum cui veller: quo facto Sempronius obtinuit præsentationem, & dignitatem. Queritur, an interuenit simonia realis.

c Arg. 1. d. Et cap. s. de pact. c. Cap. 13. nu. 100. num. seq. f. Num. 107.

1 Respondeo primo, ægro animo me onus respondendi huic quæstioni accepisse: quia per plurimas & grauissimas occupationes non poteram illi pro eius dignitate respondere: sed vim mihi fecit amicitia rogantis, & auctoritas Illustrissimi, cui serui.

Secundo, quod non minor variè à varijs responsum fuisse illi: quia multa pro eius vtraque parte possent adduci.

Tertio, quod arbitror D. consulentem de rigore iuris in foro exteriori iudicatum iri simoniacam realem, si omnia proposita in facto probarentur: quoniam ex illis resulteret conuentum & pactum fuisse inter patronum, & ipsum in absentia per nuncios, vt consulens prius renunciaret beneficiu, & postea patronus vel procurator eius præsenteret illum ad dignitatem. & omne pactum huiusmodi, etiam si nihil temporale detur, vel accipiat, est verè, vel præsumitur in foro exteriori simoniacum, argumento c. quam pio. c. & ca. cum presentem. d. & tradimus nos in Manu. confess. e. & cum ab vtraque parte, tam à patrono, quam à consulente fuerit impletum, consequens est debere iudicari simoniam fuisse realem, per ea quæ post alios nos tradimus vbi supra. f. Cui consequens est iudicandum esse in foro exteriori D. consulentem incurrisse excommunicationem, & præsentationem sibi à patrono, & institutionem ob eam ab Episcopo factam inualidas & nullas, & fructus male perceptos.

g Num. 100. m. 4. notab.

2 Verum satis defendi posset per supradicta inter patronum & consulentem acta non interuenisse veram simoniam coram Deo, & quo ad forum conscientie, per ea quæ nos alius tradimus vbi supra, & præsertim primo per illa verba: Non est simonia, dare, vel accipere alia ratione, quàm pro pretio, vel causa principali & immediata querendi aliquid spirituale, puta pro su-

stentatione ministrorum, vel pro liberalitate, vel elemosina, vel pro solutione obligationis, legis, vel consuetudinis, vt sentit S. Thomas, a & exprimit ibidem Caietanus & melius in summa, b & nos probauimus in cap. sicut. c. Et si narrata sunt vera, consulens non obtulit renunciationem præfati beneficii simplicis principaliter pro pretio, & causa principali & immediata querendi præsentationem ad dignitatem, sed pro causa impulsiva, & incitativa ad eam habendam.

3 Secundo colligitur hæc responsio ex illis vbi supra positis verbis. Prepositio, Pro, aliquando significat pretium, vel causam principalem immediatam: in qua significatione accipiendo vniuersaliter est verum nil pro re spirituali vel ei annexa posse accipi, vt probat cap. sicut. & cap. non satis. d. & declarat Archidiaconus, e. nihil inquam, etiam paruum, vel minimum, secundum S. Thomam. f. Aliquando significat causam impulsivam, vel remotam, vel sustentationem, vel aliam ex prædictis; & in hac significatione verum est posse accipi aliquid pro spirituali, iuxta glossam iuncto textu, & vbi etiam Archidiaconus, & communis. h. Et præfatus D. consulens non renunciavit, nec voluit renūciare beneficium suum simplex pro pretio dignitatis, neque pro causa principali immediata habendi eam, sed pro causa impulsiva, & incitativa animi patroni ad præsentandum eum ob suam sufficientiam, & quia relictorus erat vnum canonicatum, quem habebat incompatible dignitati, & spectabat ad præsentationem ipsius patroni, & ob alias qualitates, quas sciebat patronus inesse illi, & ob quas decebat eum præsentari.

4 Tertio colligitur ex illis vbi supra, i. positis verbis, Licet dare vel accipere aliquid temporale minus principaliter, & tamquam pro causa impulsiva & excitativa pro spiritualibus. Tum per proximè dicta. Tum per glossam cap. cum esset. k. & cap. cum ad nostram. l. que aiunt, simoniam quidem admittere illum, qui prelato inseruit principaliter ob beneficium ecclesiasticum, præsertim interueniente pacto, non autem qui principaliter ob alium iustum respectum inseruit, licet secundario & minus principaliter ob illum spem seruiat: quod pulchre de more declarat Adrianus. m. Tum quia glossa illa celeberrima, n. ait peccare quidem eum, qui surgit ad matutinas preces principaliter propter distributiones quotidianas, non autem illum, qui surgit principaliter vt Deo inseruiat, & minus principaliter & secundario vt eas lucretur. Tum quia Urbanus Papa, o. & Celestinus, p. determinarunt licere clericis seruire Deo in ecclesia ob spem ascendendi ad dignitates illarum: immo Gelasius, q. dixit eos ad hunc ascensum spe maioris commodi compellendos. Tum quia glossa recepta, r. dicit expresse per illum textum licere clerico seruire in Ecclesia ad querendam aliquam dignitatem, modo principaliter ob id non seruiat: cui similis est glossa cap. hoc ad nos. s. Tum denique quod glossa t. recepta communiter, & confirmata multo contra Sotum, v. habet, quod licet peccet qui mutat principaliter ob lucrum; non tamen qui principaliter id facit, vt inuet proximè, quamuis minus principaliter & secundario id speret.

5 Quarto colligitur ex illis verbis, quæ habent, Causam impulsivam & incitativam voco etiam illam, sine qua non fieret actus, modo ille fiat principaliter ob aliam, quam illam; vt in hac specie dixit Maior, x. & ante illum sentit S. Thomas, y. loquens de clerico surgente ad matutinas ob distributiones, alias non surrecturo. Tum quia, vt in comment. cap. cum minister. z. probauimus, non est bona definitio illa Bartoli, a. qua definit causam principalem, esse causam, qua cessante cessat effectus. Tum quia secundum eam omnis causa, qua appellatur sine qua non, esset principalis, quod est falsum secundum omnes, & per supradictos textus & glossas, qua habent locum etiam in his, qui non seruiunt Ecclesie, vel prelatis, nisi sperarent beneficia: & quia actus virtutum licet fiant vitiosi ob finem principalem temporarium, non tamen sunt tales ob minus principalem, per adducta in d. cap. cum minister. post Adrianum ibi citatum, alioqui enim omnes fere actus nostri essent vitiosi: quia paucissimi sunt purè propter solum Deum, & solum virtutem, sine aliquo respectu, retributionis, quem etiam Dauid habebat in seruiendo Deo. b. Inclinaui cor meum. &c. propter retributionem, & vt quidam dixit, Qui virtutem amplectitur ipsam, Præmia si tollas? Itaque verè coram Deo incurrit simoniam, quicumque dat, vel facit aliquid temporarium, etiam minimum, vel spirituale pro spirituali, tanquam pretium eius, vel causam principalem & immediatam eius habendi, & è contrario nemo, qui alia ratione, & minus principaliter dat, vel accipit etiam temporale pro spirituali, verè coram Deo, & in foro conscientie simoniam committit, quamuis in foro exteriori interdum præsumatur committere. Quæ solutio ex prædictis, & ex Archidiacono & Caietano vbi supra irrefragabiliter colligitur.

a 2. 2. q. 100. art. 3. b In verbo simonia. c 2. de simonia.

d De simo. e In cap. ordinationes. & cap. iudices. 1. quæst. 1. f In 4. lib. 5. dist. 25. qu. 3. art. 3. ad 1. & in d. qu. 100. art. 3. g In dict. ca. iudices. & c. Agatho. 63. dist. h In cap. ad Apostolicam de simonia. i Num. 101.

k De simon. l De elect.

m Quolib. 9. art. 2. sub littera L. M. N. O.

n In cap. 1. de clericis non resid. lib. 6. o In ca. 11 officia. 59. dist. p In ca. quid proderit. 61. dist. q In cap. conluluit. 74. di. r In dict. ca. quid proderit. 59. dist. s Cap. consuluit. de vtilit. t Supra c. 17. num. 209. x 10. 4. dist. y Quolib. 8. art. 2. z 13. quæst. 5. num. 27. a In l. 1. §. si. ff. de donat.

b Psalm. 118.

Et ex narratis in facto quæstionis colligitur, quòd consulens non ret. inciatit præfatum beneficium principaliter, & pro causa principali habendi dignitatem, vt dictum est: licet id fecisset pro causa, sine qua non fuisset fortè consequuta præsentatio patroni: neque patronus præsentauit consulentem principaliter ob renunciationem beneficij, accipiendo illam pro causa principali, sed ad summam pro causa impulsua, sine qua fortè non fecisset præsentationem.

6. Quarto, facit, quod ibidem aio respondisse me pridem, non commississe simoniam illum, qui mutuauit Episcopo nouè prouiso bonam pecunie summam principaliter, & immediatè, vt ei beneficeret, & ad ineundam amicitiam, sperans secundario sibi vel alij gratiam alicuius beneficij; quia non mutuauit pro pretio, neque pro causa principali & immediata rei spiritualis, saltè vt hoc in loco spirituale accipitur, sed pro bono, & equo, & bona amicitia ineunda, licet secundario & mediatè speraret aliquam gratiam beneficiariam.

7. Quinto facit, quod ibidem, a dicitur non esse simoniam, dare, vel accipere pecuniam pro impensis, vel pœna excommunicationis, vel absolutionis per iurisdictionem spiritualem imposita, b etiam si pœna non erogetur pauperibus, c licet id esset melius. Ad quod reducendum est, quod ait S. Thomas, d cum alijs quibusdam. Quorum ratio est, quod non dantur illa temporalia pro pretio rerum spiritualium, neque pro causa principali immediata earum, sed pro interesse, & damno partis iniultè accepto, vel dato, vel pro pœna peccati, & contumaciæ.

8. Cum ergo D. consulens non renunciauerit beneficium pro pretio, neque pro causa principali & immediata quærendi præsentationem, sed pro causa impulsua & illicita animi patroni, vt eam faceret principaliter pro sufficientia & virtute animi, quæ incant renuncianti; cumque patronus non præsentauerit eum propter renunciationem, accipiendo illam vt pretium renunciationis, neque pro causa principali & immediata suæ præsentationis; dicendum est à neutro fuisse vllam simoniam commissam coram Deo, & in foro interiori, licet à iudice exteriori iustè possit præsumi esse commissam: quia, vt habetur i. Reg. e & in c. humana aures, f homines & forum exterius iudicant secundum ea quæ apparent exterius, Deus autem & forum conscientiarum secundum ea quæ verè & realiter sunt, etiam si sint contraria præsumptis.

Sexto, quod licet securius esset D. consulenti eligere viam fori exterioris per Datariam ad tollendum quem concepit scrupulum, fastidiosior tamen & damnosior erit illa sibi: quia oportebit eum quærere absolutionem ab excommunicatione, & refectionem tituli, & nouam prouisionem, & facere restitutionem fructuum, vel componere se cum Camera Apostolica; quæ magnum sumptum requirunt: & cessant omnia illa eligendo viam conscientiarum, & fori interioris: & si præfata dignitas non pertineret ad præsentationem prædicti patroni, consulere ei, vt eligeret viam exterioris fori; quia credo præfata narrata in facto probari posse per prouisiones patroni, & per eius commissarium, & alios qui ea nouerunt; & possit illa impetrari à Sede Apostolica & inferri ei magna molestia mihi tamen satis videntur probare fundamenta superiora proxima nullam interuenisse in casu proposito simoniam quo ad Deum, & forum conscientiarum, & consequenter posse ipsum sedare animum suum. Salua, &c.

Aduerte candide lector, ne hoc responsum sit tibi causa erroris. nam D. Nauarrus respondet ex suppositione, videlicet quod nulla nec actualis, nec virtualis intercessit conuentio, quodque nec resignatio fuit facta in causam & finem principalem obtinendi præsentationem: quam suppositionem potuit D. Nauarrus facere ex qualitate personarum, quarum alteram nos nouimus, de qua ob eius eximias virtutes nihil mali poterat suspicari. nam si attendatur narratio facti, non potest negari, quin intercesserit virtualis conuentio, dum presentator mandat suo procuratori, vt presentet Sempronium, modo Sempronius renunciet aliud beneficium: ex quibus constat, quod presentans non fuit contentus sola oblatione, sed voluit vt prius exequutio fieret, sed & oblatio resignationis respicit principaliter ipsam præsentationem. rogauit enim patronum, vt presentaret, offerens se resignaturum prædictum aliud beneficium. Vnde ij, quibus similis contingat casus, caueant ne se ipsos decipiant: quia moraliter loquendo huiusmodi vix possunt esse aliena à vitio simoniae.

SUMMARIUM.

- 1 Renuncians beneficium in manibus ordinarij, cum spe quod collator, vel etiam presentator presentabunt, & conferent secundum voluntatem resignantis, nullo iure peccat, nec est suppositus extrauaganti Pij V de confidentiis, quæ non omnem intentionem resignantis, sed solum illam quæ est illicita damnat, num. 2. & hoc modo cesset omnis etiam tacita conuentio, num. 4.
- 2 Lex seu constitutio, quæ sit ad alterius legis interpretationem, secundum terminos legis interpretata est intelligenda.
- 3 Præsumptiones inductæ à Pio V. ad probandam confidentiam non habent locum in foro conscientiarum.
- 4 Impetrare quis licite potest beneficia ea spe, quod ea renuncians in alios poterit inde aliquam vtilitatem, vel pensionem licite imponendam habere.

CONSILIVM XV.

MULTI renunciant beneficia sua in manibus ordinarij purè, simpliciter, & liberè, cõcepta tamen spe, quod illi conferant ea illis, quibus ipsi volent, vel quod patroni presentabunt ad ea, quos ipsi volent, nullo tamen pacto, nec modo, nec conditione super hoc expressis.

Quæritur, an huiusmodi peccent, & incidant in pœnas contra renunciantes cum confidentia per Pium V. impositas in extrauagante cuius tenor exprimitur in nostro Manu. confell. a

1 Respondeo, quod non. Tum quia nihil videtur fieri ab eis illicitum, neque interuenit voluntas id faciendi, & consequenter non est peccatum; cum omne, quod est tale, sit transgressio alicuius legis iustæ, vel voluntas eam transgrediendi, b Tum quia nullo iure naturali, diuino, nec humano talis spei cõceptio prohibetur: ergo non est dicendum esse prohibitam. c

2 Non obstat extrauagans fel. rec. Pij V. de confidentia, quatenus in duobus locis reprobatur confidentiam procedentem ex solo animo & conscientia renunciantis, vel conferentis, vel presentantis: non inquam hoc obstat. Tum quia loquitur de confidentia illicita, de qua Pius III. edixit: nam constitutio interpretans aliam intelligenda est secundum terminos interpretatæ, d & extrauagans Pij V. facta fuit ad interpretandum dictam extrauagantem Pij III. & consequenter intelligenda est de confidentia illicita, quia ex multis locis illius colligitur eam constituere de tali.

3 Tum quia illa constitutio Pij V. non emanauit tantum ad declarandum quæ confidentia sit illicita, quantum ad inducendum modos probandi eam per indicia & præsumptiones, vt ex eius tenore patet; quod ad forum contentiosum pertinet, & non ad forum conscientiarum, in quo cessant præsumptiones. e Tum quia alioquin consequeretur, quod fere omnes collatores, electores, & presentatores, etiam Cardinales, Archiepiscopi, & Episcopi, Reges, Duces, &c. admitterent confidentiam illicitam, & animabus suis mortiferam: nam fere nemo illorum est, qui non concipiat aliquam spem alicuius gratiæ referendæ sibi à beneficiario, quem eligit, vel presentat, vel cupit vt per renunciationem suam ei conferatur; quod omni iure naturali, diuino, & humano licet, cum omni tali debeat quis esse gratus benefacienti, vt habent iura, f & tradit S. Thomas, g & præsupponit Iurisconsultus. h

4 Addo, quod idem videtur dicendum de his, qui impetrant aliqua beneficia à S. Sede Apostolica vel aliunde, concepta spe, quod renuncians ea in alios, consequentur aliquam pensionem, vel vtilitatem legitime constituendam; dummodo nullo pacto, vel conditione expressè vel tacitè id fiat, cum nullo iure id plus videatur prohibitum, quam id quod superius est determinatum.

SUMMARIUM.

- 1 Renuncians beneficium principaliter, vt detur digno, cum minus principali spe gratitudinis, etiam sine qua non fieret illa, non est simonia.
- 2 Debitum, quod nõ est legale, sed antidorale, nõ habet vim pretij.
- 2 Simonia non est resignare spirituale ob amicitiam consequendam, sperando inde mediata aliquod temporale.
- 3 Causa sine qua non, non semper est principalis.
- 4 Beneficium acquirendi spe pralatis seruire licet, modo hac spes sit minus principalis causa seruitij.

CONSILIVM XVI.

SIMONIA an sit renunciatio beneficij facta principaliter, vt idoneo conferatur, & secundario cum spe quod erit

gratus

a Num. 192.

b Arg. ca. ve nerabilibus. §. porro. de sententia excommunicat. li. 6. c Arg. ca. dilectus. de pœnis. d In. 4. d. f. 25.

c Cap. 16. f. 2. quæst. 5.

a Cap. 23. nu. 110.

b §. definitio. is. qu. 1. & ca. nam concupiscentiam. de consil. c Ca. legatur 24. qu. 2. §. cõsideremus. auth. de triu. & semis. col. 3.

d Authen. cõstitutio hac interp. §. 1. col. 16.

e Cap. 111. & cap. 15 qui. de sponsali. & c. humana uires. 22. quæ. 5. cum et à nobis late adnotatis.

f Leg. si non sortem. §. libertus. c. gl. ff. de condit. indeb. cap. cū in officiis. de testam. g l. 2. qu. 78. art. 2. ad 2. h In l. sed & si. §. consaluit. ff. de petitio. hered.

a Cap. 23. nu. 100. vers. quinto. b Num. 100.

c 2. 2. qn. 78. art. 2. ad secū dnm. d Log. & sic tra tabul. ff. de vulg. & ca. sciendum. 2. qn. 1.

e In d. qn. 78. art. 2. f In ca. ad au dientiam. 2. de rescrip. nu. 10. g In cap. 2. de azat. & qualis. h In d. nu. 106. i 2. qn. 1. nu. 27. k In l. 2. ff. de don.

l In 4. d. 25. q. 1. m Quolib. 2. art. 2.

n In cap. cum esset de simo. ca. constituit. 74. dist. & ca. ad nostrā. de elec. o 59. dist. p In cap. quid prodert. 61. dist. q In cap. consuleto. 74. di.

gratus? & quid ubi erat talis, quod sine ipsa non renunciaret? AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo non esse simoniacum resignantem suum beneficium principaliter, ut dicitur alicui idoneo, cum spe minus principali concepta, quod ei gratus sine qua non renunciaret, nec contra erit simoniacus, qui recepit beneficiū ex renunciatione huiusmodi. Tum quia non est simonia, dare, vel facere aliquid spirituale minus principaliter ob aliquod temporale, nec contra dare vel facere aliquod temporale minus principaliter pro spirituali, ut per plura exempla declaramus in Man. a

2 Tum quia in eodē cap. b determinamus verius esse, quod intentio renunciandi, intentione tollendi obligationem antidoralem, non inducit simoniam; quia debitum, quod non est legale, sed tantum antidorale, non habet vim pretij, ut colligitur ex D. Thoma, c ergo nec intentio inducendi debitum antidorale inducet simoniam: quia quod operatur propositū in proposito, operatur oppositum in opposito. d Tum quia simonia, nulla committitur, eo quod quis per huiusmodi renunciationem, vel illius acceptationem principaliter & immediate velit querere benevolentiam, & amicitiam, quæ sunt bona inestimabilia, qualia licet querere ex spiritualium collatione, & actione, etiam sperando mediate & minus principaliter aliquod temporale ex illa benevolentia, & amicitia, & contra licet dare vel facere aliquod temporale principaliter ad querendam benevolentiam, & amicitiam, quæ sunt bona inestimabilia, sperando ex eo mediate & minus principaliter aliquod spirituale donum, vel factum, ut efficaciter colligitur ex vtro que Thoma, e arguendo ab vsura ad simoniā, quæ est fundamentalis ratio limitationis, qua Felinus, f limitavit Innocentium, & immo & eius, quod nos adiecit illi ubi supra. h

3 AD SECUNDAM, videlicet an causa alicuius actionis dicatur principalis eo solum, quod est causa talis, quod non fieret actus, si illa non interueniret: ad quam, quia eius decisio videtur esse radix & fundamentum multorum aliorum num quam non contingentium, paulo latius respondendo dico, quod ut in com. cap. cum minister. i probauimus, non est bona definitio illa Bartholi, k qua definit causam principalem, esse causam, qua cessante cessat effectus. Tum quia multis causis minus principalibus, sine quibus actus non fieret, conuenit. Tum quia secundum eam omnis causa, quæ appellatur sine qua non, esset principalis; quod est falsum secundum omnes. Tum quia multi sacrificii dicunt Missas sanctæ, & sine simonia, quas non dicerent, si pitantia solita non darentur eis, ut in hac specie dixit Maior, l & ante illum sentit D. Tho. m dicēs, quod bene facit clericus surgens principaliter ad horas propter Deum, licet minus principaliter surgat propter distributiones, quas ob id lucratur; etiam si non surgeret ad illas, nisi sciret se illas lucraturum. Tum quia alioquin nulla fete actio esset bona, siue virtuosā; quia pauca sunt collatione aliarum, quæ propter solum Deum & solam virtutem fierent, si nulla speraretur retributio, iuxta illud: Quis virtutem amplectitur vnam, Præmia sitollas? n

4 Tum quia glossa, o quæ habent licere seruire prelati minus principaliter ob beneficia, procedunt etiam in illis, qui non seruirent, si aliā illa non sperarent. Tum quia Urbanus Papa, in cap. si officiat. p & Celestinus, q determinarunt licere clericis seruire Deo in ecclesijs ob spem ascendendi ad dignitates earū; imò Gelasius qui q dixit eos ad hūc ascensū spe maioris commodi compellendos, intellexerunt etiam de illis clericis, qui non seruirent prædictis Ecclesijs, nisi illa speraret. Tum denique quia alioqui oporteret dicere, omnes fere clericos, quantumlibet religiosos, inferuentes summis, & alijs inferioribus Pontificibus sperantes aliqua sacerdotia, de quorū fructibus tandem sustententur, esse simoniacos; cum pauci eorum ita purè seruiant, quod seruirent eis, etiam si talia non speraret: quod est maxime absurdū. Hæc satis, quæ raptim & tumultuariè dicta submitto cuiusuis melius sentietis censurę.

S V M M A R I V M.

- 1 Spiritalia tradi possunt sub conditione, vel modo, qui iure inest; & hoc, dummodo conditio exprimat eo modo quo inest, & non aliter.
- 2 Renuncians beneficium ea intentione, ut certa detur persona, etsi videatur dare spirituale pro temporalis, tamen non est prohibetū & ut plurimum qui sic renūciat, communiter principaliter renūciat ob aliud quam ut detur illi. num. 2. in fin.

- A 3 Mandatum datum ad libere resignandum, & successiue admissa resignatione ad rogandum collatorem, ut certa conferat persona, simoniam non continere Rosa pronuntiauit.
- 4 Intentio confidentialis, quam damnat Pius V. intelligitur de expresse vel tacite in conventionem deducta.

C O N S I L I V M X V I I.

Q V O D renunciare beneficium intentione, ut conferatur alicui, videtur esse verum per Piū V. in bulla eius, quæ nos referimus ad literā in nostro Man. Cōf. a & per extra uagentem eiusdem quæ incipit, Quanta, pro quo facit, quod quamuis spiritualia possint dari, vel dimitti sub cōditione, vel modo, qui iure inest, b & tradit vtiliter Felinus, c & de iure infir conditio, vel modus ut beneficium ab vno renunciatum conferatur alteri; non tamen iure inest, quod cōferatur illi aut illi certæ personæ: & omnis conditio & modus: qui exprimitur aliter, quā iure infunt, inducunt simoniam. d

2 Sed nos contra respondimus in d. nostro Manu. e Tum quia nullo iure id cauetur, & glo. singularis recepta, f id tenet. Tū quia tam illud ca. ordinationes, quā c. qui fudet. E requirunt donationem, & receptionem per pactum, vel cōditionem, vel modum expressum dādi, vel recipiendi. Tum quia renunciare sola intentione, ut alteri detur, non est simonia; quia non conuenit ei definitio eius, quæ secundum glossam recepit, h & declarata a nobis, i est voluntas studiosa emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum: qualis non est voluntas sola resignandi, sine pacto conferēdi illud facto cum collatore: neque potest dici cōtractus non gratuitus, neque gratuitus, nec voluntas contrahendi gratuito, neque non gratuito cum eo, cui conferendum est illud. Tum quia quia nimis emungit elicit sanguinem, k & transfertur in ca. denique. l Tū quia id expresse tenet Sanctus Antoninus. m Tum quia minus principalis intentio accipiendi vel dandi aliquid temporale pro spirituali nō efficit simoniā, ut probatur post alios, n & ut plurimum qui renūciat beneficium sola intentione ut detur alicui, principaliter renūciat ob aliquid aliud, quā ut detur illi.

3 Tum quod DD. Rotæ declarauerunt, non committere simoniam, eum, qui dedit mandatum ad renunciandum cum clausula, ut post admittam renunciationem aliqui amici rogerent collatorem, ut conferret ei, cui volebat renunciare, ut refert Cassador. o & certū est ex tali mādato colligi intentionē renunciantis fuisse, ut ei cōferretur. Tum quod vix vllus est, qui renūciat sponte suum beneficium, qui non habeat intentionem tacitam, vel expressam, principalem, vel minus principalem, mediatam, vel immediatam, ut conferatur alicui & ita esset eicere laqueum quamplurimis, contra capi. de viduis. p

4 Tum quod non obstat constitutio Pij V. quia est intelligenda de intentione tacite vel expresse in conventionem deducta.

Neque etiam obstat eiusdem Pij V. constitutio de confidentialia; quia non probat definire ipsum, quod sola illa intentio efficiat simoniam, sed quod præsumatur simoniaca, ut in dicto Man. dicitur, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Pactum de prestando consensu in pensionem super meo beneficio, si alter resignet suum beneficium in fauorem eius quem volo; est illicitum, & simoniacum. nu. 2. & 4.
- 2 Reciproca conuentiones circa spiritualia sunt simoniacæ; & si adimpleantur, sunt supposita censuris & pœnis; secus, si solum haberi fuerint tractatus, & discursus, licet postea libere illi ad effectum perducti fuerint. & num. 4.
- 3 Beneficium si quis resignet in manibus ordinarij, præmissis pacto ut conferatur tali, est simonia.

C O N S I L I V M X V I I I.

F R A N C I S C V S, & M. fratet Petri tractarunt, quod Petrus resignaret beneficium in manibus ordinarij, ad effectum; ut Ioānes frater Frāncisci de eo prouideretur, & quod Franciscus post consentiret super suo beneficio pensioni in fauorem Petri, Petrus autem ad effectum prædictum resignauit, & Ioānes fuit prouisus, & Franciscus in pensionem consentit.

Queritur, an prædictus tractatus, & inde sequuta sint illicita, & an cōstitutio pensionis sit simoniaca, & an Ioānes teneatur dimittere beneficium.

1 Respondeo primo, quod omnia prædicta potuerunt fieri

a Ca. 23. nu. 110.

b Cap signifi casti. de elect. c. l. 3. ff. de le. 1.

c In ca. ad au dientiam. 2. de rescrip.

d Cap. cum pridem. c. c. ff. de pact.

e Vbi sup. nu. 107. & 110.

f In cap. ordi nationes. 1. q. 1.

g Ead. cau. & quest.

h In summa 1. q. 1.

i In d. c. 23. n. 100.

k Proverb. c. 30.

l 4. dist. m 2. p. tit. 1. c. 5. §. 11.

n In d. ca. 23. num. 100.

o In dec. 2. de simon.

p 27. quaest. 1.



licitè, & illicitè, licitè quidem, si Franciscus, & M. frater Petri simpliciter tractauerunt, nihil promittendo, neque paciscendo, sed solum inter se disserendo, & discutiendo modum, quo illa fieri possent, ut Petro constitueretur p[re]fata auctoritate Pap[ae]; illicitè autè potuerit fieri si tractata fuerit, promittendo, & paciscendo, quod quaedam renunciaciones, collaciones, & consensus ad quasdam pensiones fierent, & darentur, si alia quaedam renunciaciones, collaciones, & consensus ad pensiones fierent, & darentur.

2 Secundo respondeo, quod si hæc omnia processerunt ex tractatu Francisci & fratris Petri illicito concluso per pactiōnem & promissionem, qua Franciscus promittit fratri Petri facere illa, vel illa, si ipse efficeret, ut Petrus frater suus faceret illa, vel illa; & contra frater Petri promittit facere illa, vel illa, si Franciscus faceret illa, vel illa, que promittit, si inquam omnia ista processerunt ex dicto tractatu illicito, omnia fuerunt illicita, siue Petrus ignorarit illa, siue non, quauis si eo ignorante fuissent facta, non incidisset ille in censuras.

3 Tertio, quod Petrus simoniam admittit, si renunciauit beneficium in manibus ordinarij, p[re]missio pacto, quod ordinarius conferret illud Ioanni. Dixi, p[re]missio pacto: quia sola intentio in mente retenta, ut beneficium conferretur Ioanni, non inducit simoniam, ut nos post S. Antoninum & alios diximus in Manu. conf. a per glossam. b

4 Quarto, quod constitutio pensionis à Francisco facta, eo quod Petrus prima vice renunciauit beneficio, ut daretur Ioanni, fuit simoniaca, si facta fuit ob pactiōnem p[re]cedentē, aliās non: & ita proportionabiliter dicendum est de alijs.

S V M M A R I V M.

- 1 Simonia non dicitur reciproca, quando non interuenit pactum, nec conuentio.
- 2 Resignare in fauorem, intentione, ut alter prouocatus simile faciat ex gratitudine, non est simonia reciproca.
- 3 Confidentia non omnis est iudicanda illicita, sed tantum inordinata.
- 4 Renunciatio non est illicita, etiam interueniente intentione mentali, si non adfuerit expressa vel tacita conuentio.

CONSILIVM XIX.

Renunciauit quis beneficium in fauorem N. quem M. amicus resignantis volebat, hac intentione in mente retenta, ut M. tantumdem faceret ob gratitudinem in fauorem filij sui. Quaritur, an hæc fuerit confidentia damnata p[er]nis.

1 Respondeo, quod simonia non dicitur reciproca, quando non interuenit pactum, nec conuentio; quia tunc dicitur renunciatio reciproca, quando plures reciprocè conueniunt, ut alter in fauorem amici alterius renunciet. arg. cap. vbi periculum, c. ibi. Non in se reciprocè considerationis intuitum, vel in suas. d. & satis significat, c. Concilium Tridentinum. At in p[re]senti nulla fuit talis conuentio, ergo non fuit reciproca.

2 Et quamuis aliquis habeat aliquam intentionem mouendi alium ad faciendum aliquod aliud simile in fauorem filij sui ratione gratitudinis, non ex eo sequitur quod sit facta reciproca conuentio. f. Et dato quod esset aliqua reciprocatio mentalis, non tamen esset illicita, & reprobata per d. Concilium, s. quia non omnis confidentia, sed tantum inordinata est illicita, ut in nostro Man. h

3 Et ita non omnis reciprocatio, sed tantum inordinata iudicanda esset illicita: quia reciproca illicita est, quando conueniunt duo, ut alter renunciet beneficium in fauorem alicuius quem alter designat, ut ille alter renunciet in fauorem alterius, quem ipse designauerit. i

4 Nec obstat, quod intentio p[re]fata interuenisset: nam quando non interuenit conuentio tacita, vel expressa, etiam si interueniat intentio mentalis, non propterea renunciatio est illicita. k

Nota, quod bene potest cōferri beneficium alicui cum intentione mentali tantum sine pacto ob quandam ordinatam & studiosam gratitudinem ex obligatione naturali antidotali suadente, ut beneficienti beneficiamus. l. Vide differentiam, que ponitur inter ea que incontinenti fiunt, & que ex intervallo, iuxta l. lectam. m. & l. legem. n

S V M M A R I V M.

- 1 Resignans beneficium in manibus ordinarij cum spe quod conferatur portionario, de quo speratur quod resignabit libere portionem conferendam postea Titio, de quo etiam speratur quod de portione disponet ad voluntatem primi resignantis, si

a Cap. 23. nu. 107. & 109.
b In cap. ordinationes. in verb. presio. l. 9. 1.

c §. ceterum. d De ele. li. 6. e Cap. 15. sess. 25.

f Arg. l. neq[ue] masculis. C. de prob. cap. in p[re]senti. no. 116.
g Cap. 11. h Cap. 23. nu. 111.
i Ps. di. cap. 23. nu. 1. k Gloss. singu. cap. ordinationes. l. qu. 1. & d. cap. 23. nu. 107. 109. & 111.
l Leg. si non fortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. c. l. sed & si. §. consuluit. ff. de pet. ha. red. c. cum in officijs. de testa. m ff. si cer. pe. n. C. de pact.

- A
- 1 cesset conuentio, etiam quod omnia postea libere perficiantur, non est confidentia prohibita. & nu. 3. & 4.
 - 2 Mandatum de renunciando, cum clausula ut post renunciationem rogaretur collator, ut conferat alicui, non est illicitum, secundum Rotam.
 - 3 Ordinarius licite potest illum qui iam resignauit beneficium, vel in cuius gratiam fuit libere resignatum, interrogare ut nominet aliquem cui cupit illud conferri, & conferre.
 - 5 Lex fundata in presumptione non habet locum in foro Dei, cum veritas sit in contrarium.
 - 5 Lex naturalis est, ut recipiens beneficium teneatur beneficienti benefacere.

CONSILIVM XX.

Theopompus renunciauit beneficium suum liberè & pure in manibus ordinarij, intentione & proposito in mente, ut conferretur cuidam portionario, & portionarius resignaret portionem dandam Titio: & ita fuit factum. postea Titius, cui fuit collatum beneficium: p[re]stabat renuncianti singulis annis partem fructuum beneficij renunciati. Quaritur, an sit confidentia illicita, & simoniaca.

1 Respondeo, quod per pensis que supra narrantur, non video vllam confidentiam illicitam & punibilem admittam fuisse coram Deo. Tum quia confidentia, qua quis renuntiat beneficium suum in manibus collatoris, cum ipse in animo retenta quod ipse dabit illud cuiuspiam eo digno, pro quo ipse rogauerit, aut quem ipse nominauerit, licita est, si non fuerit pactus cum collatore, antequam renunciaret, quod ipse ei illud conferret, ut habetur in nostro Manu. a adeo quod DD. Rotæ deciderunt licitum esse mandatum de renunciando, cum clausula, ut simul ac renunciasset, rogaret eum, ut conferret tali, vel tali, secundum Castellorum. b

2 At cum D. consulens renunciauit Ecclesiam in manibus ordinarij, non fuit pactus cum eo, ut conferret illam p[re]fato portionario; nec ipse portionarius cum renunciauit portionem, pactus fuit cum ordinario, ut conferret illam Titio, vel illi, cui velle D. consulens; licet fortè intra suam mentem & voluntatem id gereret, quod non officit, ut in nostro Manu. c Tum quia nihil obest D. consulenti, quod ordinarius post renunciationem simpliciter & liberè factam petijt ab eo, cui velle illam conferri, vel quod de consensu eius contulit illam portionario: quoniam id fuit factum post renunciationem. Neque eadē ratio obstat ei quidquam, quod etiam ordinarius contulit portionem Titio, quia id voluit D. consulens; quia etiam id fuit factum post renunciationem portionis.

3 Nec obstat, quod in casu narratione dicitur, quod licet Titio nihil dictum fuit, cum ei conferretur portio, ipse tamen accepit eam in confidentiam pro illo, quem velle egeret D. consulens: quia illa narratio non cōcludit confidentiam illam fuisse illicitam, sed tantum licitam: quoniam continet, quod nihil fuit dictum Titio; & ita p[re]supponit, quod ordinarius, vel consulens sperabant quidem, quod ipse Titius renuncia- ret illam in quem velle consulens, sed nihil tale fuit expressum; & talis confidentia solo animo concepta, & in mente retenta, donec renunciatio fuisset facta, & sortita effectum, non est illicita, ut d. vbi supra probauimus. Tum quia nec obstat, quod p[re]fatus Pius V. statuit, ut sufficeret, quod confidentiæ crimē alterius tantum partis conscientia sit admissum: quoniam nulla pars in hoc casu crimen conscientia commisit, cum confidentia (si qua interuenit) fuisset licita, & omni iure permissa, ut supra probamus.

4 Tum quia non obstat, quod ipsemet Pius ait confidentiam illicitam censei probatam eo ipso, quod renuncians beneficium post illud renunciatum accepit omnes vel aliquos fructus eius; quoniam D. consulens non accepit fructus beneficij à se renunciati, sed fructus portionis.

5 Quoniam item non asseruit Pius V. quod sit confidentia illicita coram Deo accipere aliquos fructus beneficij renunciati post renunciationem; sed quod p[re]sumitur, quod p[re]cessit confidentia illicita per pactum, quod darentur ei tales fructus post renunciationem. & lex fundata super p[re]sumptione non habet locum in foro Dei, cum veritas sit in contrarium. e Et in casu proposito veritas est in contrarium: quia nullum tale pactum p[re]cessit, licet aliqua bona confidentia mentalis interuenit, oriens ex illa lege naturali, qua beneficium capiens tenetur beneficienti benefacere, f quoniam p[re]fatus D. consulens postea quam nouit extra.

a Cap. 23. nu. 109.

b Decis. 2. de simon.

c Vbi supr. nu. 107.

d In d. n. 109.

e Cap. rna. c. de qui fidem. de spons. f Leg. si non fortem. §. libertus. ad ius. Et gloss. ff. de cond. indeb. l. sed est. §. c. solutus ff. de pe. tis. bare.

Pij V. nullos fructus percepit, & ita videtur satisfecisse, per extrag. d. Pij V. quatenus videtur habere, quod qui con-

Adverte, quia hoc vltimum dictum merito fuit dubitativè adiu-

S V M M A R I V M.

- 1 Simoniaca renunciatio est ipso iure nulla, & omnia que post illam sequuntur.
2 Titulus beneficij per simoniam resignati remanet penes simoniacum, donec per sententiam eo priuatur: quia per simoniam beneficium non vacat nu. 2.
4 Extrag. 2. de simon. nihil statuit de beneficijs ante habitis, vel post habendis.
5 Lex, vel sententia generaliter loquens tum generaliter intelligenda est, cum nulla alia lege, nec efficaciori ratione restringitur.
5 Beneficium per simoniam realem renunciatum non acquiritur etiam ignorantibus illam, quia est alienum, & vere non vacat: aliud videtur, quando beneficium vere vacans tibi ignorantibus simoniace confertur.

CONSILIVM XXI.

AN SIMONIACVS, qui resignavit accepta pecunia ad resignandum a quodam consanguineo resignatarij ignorantis hoc factum, dici possit abdicasse a se ius, ad effectum, ut beneficium potuerit acquiri sic ignorantibus, & fecerit fructus suos durante ignorantia?

1 Pro parte negatiua, quam asserimus, quod simoniacus non abdicet a se titulum, facit primo dictum Innocentij receptum & est expressa decisio Rotæ quam Sarnensis refert & ait esse sequutam Rotam. c

2 Et ratio est: quia omnia, que sequuntur post simoniam, sunt nulla: ergo resignatio, & alia erunt nulla, & ita manebit titulus penes simoniacum, donec per sententiam priuatur.

3 Dico secundo, quod nullo argumento efficacius concluditur decisio prædicta Rotæ 7. de renun. quam per extragantem. d. Tum quia illa habet omnem dispositionem per simoniam realem factam super beneficijs esse ipso iure nulla, cum ergo renunciatio beneficij sit dispositio de beneficio, illa est ipso iure nulla, quod consequitur per illam non vacare beneficium renunciatum. e

4 Tum quia illa nihil statuit de beneficijs habitis ante simoniam commissam, neque de habendis postea; sed solum statuit, ut collatio, electio, vel quævis alia dispositio facta de beneficio per simoniam reale, sit ipso iure nulla, nulla mentione facta de beneficijs habitis ante illam, neque de habendis post eam. Nec obstat, quod DD. loquentes de beneficiario ignorant per simoniam promotum, non distinguunt, an illud vacauit per obitum, an per renunciationem.

5 Tum quia lex, vel sententia generaliter loquens tum generaliter est intelligenda, quando nulla lege alia, nec efficaciori ratione restringitur, ut notatur per glossam & Baldum, f at in casu proposito est manifesta ratio restringendi. cum enim vacat beneficium per obitum, vel priuationem à iure vel homine factam, vel per renunciationem liberam, verè vacat beneficium; & ideo potest fieri eius, cui per simoniam commissam cum alio à renunciante à se ignoratam confertur. at cum prærenditur vacare per renunciationem factam per simoniam realem, quia illa est ipso iure nulla, non vacat; & ideo etiam ignorantibus illam non potest dari, quia est alienum.

S V M M A R I V M.

- 1 Permutare volenti qui dat temporale, ne eum poeniteat, sed inceptam perficiat permutationem, simoniam committit: & hoc, quando dat prædicta ex pacto, num. 6. vel in principalè causam dicta effectuanda permutationis, alijs secus. nu. 4. & 6.
2 Preces, subsistente iusta causa obtinendi à collatore beneficium, simoniam non inducunt.
3 Mutuare ad amicitiam ineundam, vnde mediate beneficium consequatur, licet.
4 Intentio minus principalis non inducit simoniam.
5 Causa principalis definitio quod sit, sine qua non fieret actus, reprobat.
6 Simonia solo iure humano prohibita, sola intentione, sine pacto non committitur, secus si sit diuino iure prohibita.

CONSILIVM XXII.

FRANCISCVS & Petrus conueniunt super suorum beneficiorum permutatione in manibus sanctæ Sedis Apostolicæ & fuit signata supplicatio: sed antequam illa signaretur, mutauit P. aliquot pecunias F. animo eas recuperandi, intercessitque fideiussor pro eo accipiente alias per viam cambij; & postea cum signata fuisset supplicatio, ante tamen quam extenderetur consensio, P. præstitit F. aliquod officia ei grata, intercedendo ut fideiussor, & sollicitando in lite, quæ super beneficio permutando F. patiebatur: idque fecit, & facit partim ob amicitiam inter eos iam diu contractam, partim ut ostendat se gratum ei volenti per permutationem transferre in ipsum Petrum beneficium, quod valde desiderat consequi partim ne discedat à proposito permutandi cum illo, quod iure facere posset: quæ officia omnia respiciunt in se habendi beneficium. Queritur, an Petrus in hoc simoniam admiserit, vel an sana conscientia possit permutationem complere.

1 Ad dicendum, quod admittat simoniam, facit, quod P. dedit & dat aliquas pecunias, vel alia, quæ sunt pecunia æstimabilia F. ut faciat præfatam permutationem, & ne retrocedat ab illo proposito: per quod videtur præstare temporale pro spirituali, & consequenter esse simoniam. a

Sed contra videtur dicendum. Primo, quod simonia definitur esse studiosa voluntas emendi, vel vendendi spirituale, vel ei annexum, secundum glossam receptam, b & S. Tho. c vbi omnes hoc tenent, post quos paulo latius tradimus nos in Man. nostro confell. d

2 Secundo, quod preces, quibus rogatur collator beneficij, non inducunt simoniam, quando subest debita causa, propter quam confertur beneficium, secundum eundem S. Thom. e at in nostro casu subest causa debita, scilicet dignitas, siue idoneitas personæ, ac permutatio iusta: & obsequia, de quibus in facto, præstita compermutanti ad summum videntur esse quædam preces: ergo tanto minus inducent simoniam, quanto minus iuris habet ad conferendum compermutans, quam collator.

3 Tertio, quod licitum est mutuare alteri ad consequendam eius amicitiam, ex qua ei proueniat aliquod beneficium, iuxta doctrinam eiusdem S. Thomæ, f vbi clarius id explicat Caietanus, quam sequimur in com. de vsur. g & in Man. con. h

4 Quarto, quod ea, quæ minus principaliter intenduntur, non inducunt simoniam, iuxta ea, quid proderit. i & ca. si official. k quatenus cum glossis, habent quod obsequia eorum, qui principaliter inserviunt ecclesiæ & prælati propter Deum, vel quia iustum & honestum est, licet minus principaliter inserviant ad consequendum aliquod beneficium ecclesiasticum, non committunt simoniam, sed neque qui vadunt ad officia diuina principaliter propter Deum, & minus principaliter propter distributiones quorundam, iuxta glo. singularè. l At causa principalis, propter quæ Petrus vult quærere beneficium præfatum, est id, quod dat per permutationem, & non obsequia prædicta, quæ non præstatur illi principaliter propter habendum illud beneficium, sed minus principaliter, & quod præfatus P. nihil dedit præfato F. præiuncto pacto, ut illam permutationem perficeret: immo per ipsum Petrum stat quo minus perficiatur, ut in facto proponitur.

5 Quinto, quod non obstat dicere, quod Barthol. m ait, quod causa principalis est illa, sine qua non fieret effectus; & quod præfatus Petrus non præstitisset tot officia F. quod præstitit, nisi sperasset per illa cum retinere in proposito transferendi præfatum beneficium in ipsum per permutationem. Non inquam hoc obstat: quia illa definitio Bartholi non est bona, ut nuper in commentario capite cum minister. n clare monstrauit per multa exempla, & iura, quibus probatur quod multi ad officia diuina non irent aliquoties, nisi distributiones quotidianas lucrarentur: multi non inservirent Papæ, neque prælati, nisi sperarent beneficia, quibus essent digni: multi sacerdotes aliquando non missarent, nisi pitantiæ offerrentur eis, & nisi rogarentur ut id facerent: immo rari sunt, qui virtuti student sine vlla spe inde consequendi aliquid, iuxta illud Iuuenalis, ovis virtutem amplectitur ipsum. Præmia si tollat: At tamen rari ex prædictis ponunt finem principalem in distributionibus, pitantiis, precibus, & beneficijs speratis, sed in Deo ipso, in honestate, & virtute, licet minus principaliter per illa temporaria moueantur ad illa. Nam ut Ioannes Maior aperit

a In e. cum v minor foram, de verum per mut.
b 7. de renun. in antiq.
c In reg. de trien. q. 12.
d De simon.
e 477. cap. no præstas impedimentum, &c. de reg. iur. lib. 6.
f In l. de pretio. ff. de pu. in rem ad.
g In l. 2. §. ff. de don.

a Cap. Salua tor. 1. q. 3. & c. aut nonnulli. 1. q. 1.
b In summa 1. q. 1.
c In 2. 2. qu. 100. art. 1. & in 4. dist. 21. d Cap. 23. nu. 100.
e Vbi sup. art. 5. ad 3.

f In 2. 2. quæ. 78. art. 2. in corp. qu. g Num. 22. n Cap. 17. nu. 209.
i 61. dist. h 59. dist.

l In capi. 1 de cler non resi. lib. 6.

m In l. 2. §. ff. de don.

n 23. q. 5. n. 39.

a In 4. dif. 25.

exemplificat, ^a passim contingit aliquem habere aliquod negotium magnum in platea, ad quod tamen agendum non iret, saltem tali, vel tali hora, nisi superueniret aliud munus, quo su perueniente vadit principaliter quidem propter negotium maius, & minus principaliter propter superueniens.

b Cap. 23. nu. 100. in princ. & corol. 4. c Cap. tua. cu. glof. & Doct. de simon.

d Par. 2. tit. 1. cap. 8. §. 11. c Num. 107. ad 10.

6 Sexto denique facit peremptorie, quod nemo committit simoniam iure diuino prohibitam, nisi qui intendit emere, vel vendere spirituale, vel illi annexum, vt probamus in dict. Manu. conf. ^b & quod predictus P. nullam talem voluntate habuit, & ita non commisit simoniam iure diuino prohibitam. Nulla vero simonia iure humano inducta committitur sine pacto, seu conuentione, ^c nam intentio intra mentem reteta, vt fiat hoc, vel illud; quod non posset licite per pactum exprimi, non efficit simoniam iuris humani, vt vtiliter tradit D. Antonin. ^d & tradimus nos vbi supra, ^e cuq; prefatus P. nullatenus intenderit, nec intendat emere aliquod ius per prefata officia; cum que illa faciat nullo pacto preuio, vt ob ea F. permutet; cumque illa sint officia; qua passim amicis fiunt ab amicis; cumque non sint illa causa principalis consequendi beneficium illud, sed alia beneficia commutandi cum eo; nulla profecto simonia iuris diuini aut humani vere reperitur in hoc casu, prefertim quo ad forum conscientie. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Resignanti, & ante precticum consensum, mutua pecuniam petita qui numerat ob amicitiam principaliter, non est simoniacus: at si principaliter, ob resignationem adimplendam, cessante omni pacto numeret, erit simoniacus mentalis, qui beneficium sic receptum restituere in conscientia non tenetur. num. 2.
- 1 Mutuo si collatario pecuniam principaliter ad acquirendam eius amicitiam sperans ab eo vt ab amico beneficium, & ille motus principaliter ob amicitiam conferat, non est simonia.

CONSILIVM XXIII.

ANTONIVS dixit Petro velle se illi renunciare canonicatum, & quod quaereret datam, quam appellant paruam: & multis mensibus in eadem voluntate permanens, antequam prestaret consensum, petiit ab eo quamdam summam pecunie mutuam, qui eam illi mutuauit cum obligatione soluendi, post quod extendit consensum, & Petrus per literas expeditas accepit possessionem. Quæritur, an admiserit simoniam, & teneatur relinquere canonicatum.

1 Respondeo in foro interiori minime cogendum ad dimittendum. Tu quia vere nulla interuenit simonia realis, cum nulla emptio formalis interueniret, neq; aliqua æquipollens; quia verus contractus mutui intercessit. Tu quia nulla conuentione illicita interuenit. Tum quia, qui mutuauit pecuniam alicui principaliter ad contrahendam vel augendam cum mutuuario amicitiam & subleuandam eius necessitatem, non committit vsuram, nec consequenter simoniam, licet secundario speret ab eo aliquod beneficium, etiam conferendum sibi iuste principaliter propter amicitiam, & realiter postea conferatur illud ei ab eo, vt colligitur ex S. Thoma, & b. clarius Caietanus explicat, quem nos sequimur in comment. de vsuris, ^g vbi etiam citauimus Sorum; ^h clarius hoc dicentem: idem etiam dicimus in Manu. conf. ⁱ

f 2. 2. q. 78. a. 2. ad 3. & in corp. quæst. g Super ca. 1. 14. q. 3. n. 22. h Lib. 9. qu. 1. art. 2. de iust. & iur. i Cap. 17. nu. 200. k De simon.

2 Tum denique quod si intercedat simonia mentalis etiam secunde speciei, illa videlicet, qua quis intentione praua, non tamen expressa, neque deducta in pactum, quarit aliquod beneficium spirituale, non tenetur illud relinquere, per cap. fin. ^k & ea qua nos ibi latè tradimus. Cum igitur Petrus non emerit, nec villo contractu oneroso quaesierit ab Antonio renunciationem predicti beneficii; immo ipse suo motu proprio voluerit ei renunciare; cumque nulla conuentione interueniret inter ipsos, vt Petrus mutuaret pecunias, & Antonius renunciaret; cumque post oblatum beneficium mutuauerit pecuniam ob amicitiam, & necessitatem, & gratitudinem, quam debebat ei propter amorem, & voluntatem benefaciendi, quam ei monstrabat; cum que liceat mutuare alteri ad conciliandum sibi eius amorem & amicitiam, etiam sperando quod ratione amicitie postea in eum est aliquid ille collaturus; cum denique non teneatur quis restituere beneficium quaesitum per simoniam mentalem, hoc est faciendo, vel dando aliquid temporale corrupta intentione, non tamen deducta in pactum: consequens est predictum Petrum iuste posse retinere prefatum beneficium, nulla super eo habita dispen-

satione, cum facile per adducta pro hac parte soluantur allegata pro contraria.

S V M M A R I V M.

- 1 Simoniam non inducit sola intentio resignatarij gratiose dandi temporale. & reciproca spes resignantis gratiose accipiendi; etiam si id non facerent, nisi sperarent consequi quod intendunt, num. 2.
- 2 Simonia si sit solum mentalis, etiam quod sit reciproca, non habet censuras, nec actum vitiat.

CONSILIVM XXIV.

ANVLLVM beneficium ecclesiasticum habens rogauit B. habentem plura, vt renunciaret in fauorem eius vnum simpliciter in manibus Papæ, nullo inter eos inito pacto de danda vel accipienda vlla remuneratione; quamuis B. haberet spem mentalem tantum recipiendi aliquam remunerationem, & B. voluntatem etiam mentalem tantum faciendi eam: & expeditis literis, acceptaque possessione, A. dedit aliquam remunerationem, & B. eam accepit.

Quæritur, an incurrerint simoniam aliquam talem, que obliget eos ad relinquendum beneficia, vel ad faciendum aliquam restitutionem.

1 Pro parte affirmante facit, quod omnis pactio, vel conuentione, qua promittitur spirituale pro temporali, vel contra temporale pro spirituali, est simonia, ^a & in casu proposito licet non interueniret pactio expressa, videtur tamen interuenisse tacita super remuneratione danda, & accipienda.

Pro contraria tamen parte est textus expressus in cap. fin. ^b secundum communem & fere omnium intellectum, que nos neruosius omnibus aliis defendimus in Manu. conf. ^c Non obstat oppositum: quia negamus in hoc casu interuenisse pactum vllum tacitum de danda vel recipienda remuneratione: quia longè aliud est sperare ab aliquo aliquid, si fecero illud, aut illud, & illum velle dare id quod sperat ille, si fecerit illud, aut illud, & facere pactum etiam tacitum de illo accipiendo, vel dando. Tum quia velle pacisci non est facere pactum, sicut nec velle emere, est emere, nec velle ascendere arborem est ascendere illam, nec velle confiteri est confiteri, nec velle contrahere matrimonium est contrahere illud, vt notatur in glossa. ^d

2 Tum quia simonia mentalis non inficit actum, nec ad vllam restitutionem obligat, ^e etiam si pertingeret ad culpam mortalem, vt clarè nos vbi supra probamus. Tum quia non omnis spes remunerationis temporaria accipiendæ vel dandæ pro datione rei spiritualis est illicita, sicut nec omnis confidentia, vt nos probamus f alioquin fere omnes, qui conferunt beneficia, essent simoniaci, & confidentie vitio infecti; cum fere omnes habeant spem, quod beneficiarius reddet aliquam gratiam re, verbis, vel animo, & quod erit gratus, iuxta legem naturalem, qua nos obligat, vt beneficienti beneficiamus. ^f Tum quia non est simonia renunciare beneficium, etiam in manibus ordinarij, ea mente ac intentione, vt detur tali vel tali; etiam si eo animo esset, vt non renunciaret illud nisi speraret, quod conferretur illi; dummodo non pacificatur, nec conueniat cum ordinario, vt illud ei conferat, iuxta D. Antoninū, ^h quem retulimus & sequimur in d. Man. ⁱ Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Annata solutio pro beneficio ad resignatariū, at pro reseruata pensione ad reseruatarium spectat. vnde si & hanc resignatarius soluere promittit, committitur simonia, etiam quod dicat se illam soluere velle solo intuitu subleuandæ paupertatis resignantis; quia decipit se ipsum, cum eam soluat etiam vt resignet.
- 1 Gratuita solutio oneris ad resignantem spectantis potest quidem a resignatario fieri, sed reuera vix sine simonia esse potest.

CONSILIVM XXV.

SVNT duo sacerdotes, quorum alter vult renunciare beneficium suum in manibus Papæ, reseruata sibi pensione, qua illi placuerit; sed non habet unde soluat annatam. Alter vult donare purè & gratuite id quod est necessarium ad soluendam illam, si abique peccato fieri potest. Respondet quidam eruditus, quod sic, si nulla alia de causa, quam subuentionis leuandæ paupertatis id faceret. Quæritur an sit iusta responsio.

a Cap. quam pio. 1. qu. 2.

b De simon.

c Cap. 23. nu. 102.

d Leg. in vendens. C. de contrahend. empt. cap. ex parte. de sponal. e Dict. ca. fin. de simon. f in d. cap. 23. nu. 109. g Leg. si non forte. §. libertus. ff. de condicio. indebit. h 2. par. tit. 1. cap. 3. §. 11. i Cap. 23. nu. 107.

1 Respondeo primò, quod in argumento, siue factò, præsupponitur vnum falsum, scilicet annatam esse soluendam à renunciante beneficium: quod tamen non est verum; quia immo est soluenda à renunciario, licet compositio, quæ soluitur pro pensionis impositione, debeat solui ab eo, cui referuatur, saltem si voluerit expedire literas.

Secundo, quod in foro exteriori iudicabuntur ambo simoniaci.^a

Tertio, quod etiam videtur aliud falsum in facto præsupponi, scilicet, quod resignatarius vult gratuito dono donare resignanti, vel soluere pro eo annatam, siue compositionem; cum tamen etiam præsupponat, quod non soluere eam, si renunciet in fauorem alterius; & ita non solum vult soluere illam, quia Titius est pauper, sed etiam eo quòd vult resignare beneficium in fauorem suum.

Quarto, quod præfatus D. consultor rectè respondet quòd ad forum conscientie sub conditione, si renunciarius soluit dictam pecuniam non alia de causa, nisi &c. Attamen conditio non purificatur, cum renunciarius velit soluere illam pecuniam, non solum vt paupertatem Titij subleuet, sed etiam vt renunciet in fauorem eius vt palam est, &c.

S V M M A R I V M.

1 Mediator rogatus vt oblat a restitutione expensarum bullarum suadeat resignationem, si illam simpliciter fieri procuret, & postea pecuniam gratuito à resignatario absolute datam recipiat, non dicitur causata simonia realis, sed solum mentalis ex parte resignatarij; ex parte autem mediatoris, si proposuit resignantem simoniace interpellare.

C O N S I L I V M X X V I.

IOANNES beneficiatus in Ecclesia N. erat valde amicus cuiusdam Ludouici. Petrus videns quòd dictus Ioannes ex dicto beneficio nullos percipiebat fructus, adiuit Ludouicum amicum Ioannis, & dixit illi; Domine Ludouice, quandoquidem Ioannes nullos fructus percipit ex suo beneficio, fac mihi gratiam, vt intercedas cum illo, vt dictum beneficium in theum fauorem resignet, & ego soluam illi expensas, quas fecit in expeditione bullarum. Ludouicus rogauit Ioannem, vt dictum beneficium resignaret in fauorem Petri; & non dixit illi, quòd Petrus soluere illi expensas, quas fecit in expeditione bullarum, sed simpliciter absque aliquo pacto & conditione resignauit illud in fauorem Petri. Petrus autè postquam assequutus fuit beneficium pacificè, quodam die dedit Ludouico gratuito 17. scuta, non dicendo illi, Ego do ista scuta, vt des Ioanni, neque minus do tibi illa, quia procurasti resignationem: sed simpliciter illa dedit. Ludouicus illa recepit, & Ioanni resignatori nihil dedit, neque minus aliquid super hoc dixit.

Dubitatur, an iste Ludouicus incurrerit simoniam, aliquãve irregularitatem, quia tempore supradicto erat presbyter, & obtinebat beneficia, prout obtinet, & semper celebrauit.

1 Respondeo primò, quòd Petrus resignatarius peccauit peccatum simoniæ saltem mentalis, quòd ad forum saltem exterius, sed non talis simoniæ realis, quæ ipso iure inducit excommunicationem & nullitatem tituli, iuxta extrauag. 2. b Ioannes autem nihil peccauit: Ludouicus verò, si cù rogatus fuit, proposuit animo promittere præfato Ioanni impensas bullæ nomine Petri, potest dici peccatum peccasse simoniæ mentalis, sed non talè, quòd ipso iure induceret vllam censuram.

Secundo, quòd Ludouicus recipiendo prædicta scuta nullam simoniam commisit. Quare gratias agat Deo, qui eum liberauit ab ea, quasi à fauce draconis, quem vtinam semper omnes vincamus. Amen.

S V M M A R I V M.

1 Simoniam committere saltem in foro exteriori censetur, qui etiam post questum ius in re aliquid dat ante adeptam possessionem.
2 Papa beneplaciti referuatio non excusat exequentes contenta, antequam illud impetretur.

C O N S I L I V M X X V I I.

QUIDAM renunciauit beneficio in fauorem alterius in manibus Papæ, referuata pensione: & post signatam supplicationem & præstitum consensum, ante adeptam posses-

ionem conuenit inter partes fieri aliquam referuacionem sub beneplacito Papæ, quæ sine illo non licuisset: sed antequam beneplacitum Papæ accederet, exequuta fuerunt, & adeptæ fuit possessio. Quaritur, an interuenerit simonia realis.

1 Respondeo, præfatas conuentiones iudicatum iri simoniacas, saltem in foro contentioso. Tum quia fuerunt factæ ante adeptam possessionem: & non licet habenti etiam verum & bonum ius in beneficio, & carenti eius possessione, quærere illam per donationes & remissiones rerum temporalium, vt expressè adnotauit Panormitanus communiter receptus.^a

2 Dixi, quòd ad forum contentiosum, nam quòd ad forum conscientie saluari fortè possit per ea quæ nos adducimus in Manu. confess. b Tum quia non prodest ei referuatio beneplaciti Papæ: quia antequam beneplacitum eius impetretur, resignatarius accepit possessionem beneficii, & resignans retinuit ea, quæ per conuentione ei referuabantur, & quòd referuatio huiusmodi beneplaciti nihil profit si antea fiat, quòd conuentum est, præsupponit pro certo Ludouicus Gomez, c & multis probari potest, & prætorij factæ Pœnitent. seruat, & nunc imprimitur in dicto Manu. confess. vbi supra. d Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Conuentio omnis circa beneficia simoniaca est; sed hoc tunc demum, cum datio rei spiritualis principaliter respicit acceptionem pretij rei temporalis, vel ei aequipollentem, nu. 7. non tamen requiritur quòd sit pecunia, sed sufficit promissio alicuius facti, quòd sit causa principalis promissionis rei spiritualis nu. 2. seu quòd sit tamquam illius pretium, nu. 8.
5 Maior expressio fructuum beneficii facta per resignatarium, & resignantem, ad effectum, vt admittatur resignatio cum referuacione certa pensionis, etsi videatur continere in se traditionem factam, quòd sit loco pretij rei spiritualis obtinenda, tamen vere id non continet, nume. 6. & 7. nec continet simoniam, nu. 8. licet sit mala, profana, falsa, & peccatum, nu. 3. & 0. causet que subreptionem, num. 6. & 7.
5 Taciturnitas veri, & expressio falsi, possunt quidem causare subreptionem, sed non simoniam, & num. 6.
6 Simonia ad hoc vt committatur, requirit contractum, per què pro spirituali principaliter detur pretium rei temporalis, vel ei aequivalentis.

C O N S I L I V M X X V I I I.

AN EXPRESSIO valoris vero maioris facta à resignante, & resignatario pensioni consentiente, efficiat eos simoniacos.

1 Pro parte affirmatiua facit primò, quòd conuentio circa beneficia ecclesiastica videtur simoniaca. At inter prædictos conuenit, vt mentirentur valorem beneficii Papæ circa beneficia. ergo, &c

2 Secundo, quòd ad hoc, vt aliqua conuentio sit simoniaca, non requiritur, quòd alter det, vel promittat alteri aliquam pecuniam, vel rem ea æstimabilem; sed sufficit, quòd faciat, vel promittat facere aliquid tamquam quoddam pretium, & causam principalem promittendi rem spiritualem: vt cum quis pro spirituali renuntiat suo beneficio in fauore vnus, vel alterius, vt præ alijs declarauimus in Mā. & in casu proposito videtur facta conuentio mentiendi, vt Papa admitteret resignationem cum referuacione pensionis: quòd mendacium fuit causa principalis: cur Papa tantam pensionem admisit, & cur resignans resignauit, cum ipse non resignasset, nisi referuata illa pensione, nec Papa eam referuasset, nisi expresso valore vero maiori.

3 Tertio, quòd qui exprimit valorem vero maiorem, ad finem, vt fiat renuntiatio, videtur dare aliquid profanum & temporale pro renuntiatione beneficii: dat enim verba mendacia, quæ non solum sunt profana, sed etiam falsa: ergo admittit simoniam. & similiter qui renunciat beneficio, vt constituatur sibi certa pensio, & mentitur pretium beneficii, vt illa sibi constituatur, credens eam alioqui sibi non constitutam iri, videtur renunciare ob aliquod profanum malum, & temporale, prædictum scilicet mendacium.

4 Pro parte verò negante facit primò quòd simonia est voluntas studiosa emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum pro temporali, iuxta glossam receptam. b & hoc casu nulla occurrit voluntas emendi, vel vendendi.

Secundo, quòd per temporale positum in illa definitione potest intelligi pecunia numerata, vel aliquid ea æstimabile,

secundum

a Arg. c. quæ pio. 1. qu. 2. & cap. si. de pne.

a In cap. dilectus. de simo.

b Cap. 23. m. 101.

c In qu. 12. li. f. de trien. pos. d Num. 107.

b De simoni.

c Cap. cum pridem. & c. fin. de pas.

f Cap. 23. nu. 100.

g 1. q. 1. in summa.

secundum vulgarem intelligentiam: & in casu proposito neutra pars alteri promittit, vel dat pecuniam numeratam, nec a quid ea estimabile.

5 Tertio, quod ad incurrendam simoniam circa beneficiu non sufficit voluntas tacendi aliquid verum, vel exprimendi aliquid falsum ad obtinendum beneficium, quo non tacito, vel non expresso Papa non concessisset illud, quia nulla iura loquentia de taliter impetrantibus, qualia sunt cap. ad aures. cap. si proponente, cap. super literis. 2 cap. si motu proprio. b & alia similia, nulla inquam eorum expriment, nec insinuant eiusmodi impetrantes incurrere simoniam, sed solum perdere, vel non perdere gratiam.

6 Quarto, quod omnis simonia requirit contractum, vel voluntatem contrahendi super re spirituali, ita quod alter det aliquid alteri in verum pretium, vel similitudinem, aut in causam principalem pro re spirituali, vel illi annexa. at id hic non contingit: quia nullus contractus interuenit inter resignante, & resignarium, quo alter alteri daret, vel pro altero faceret tamquam in quoddam pretium, vel causam principalem rei spiritualis; sed solum conuenit inter eos, vt mentirentur Papae pretium, per quod gratia fuit facta subreptitia; quod non sufficit ad inducendam simoniam per proximè dicta.

Quinto denique, quod conuentio, vt ambo, resignaturus, & resignarius, supplicent Papae pro admissione resignationis, vel pensionis, no est simoniaca, nec efficitur talis, eo quod aliqua qualitas beneficij vel personae taceatur, quae esset exprimenda, vel exprimeretur quod esset tacendum, licet taceatur vel exprimeretur maior vel minor valor beneficij: quia de similibus idem est iudicium. c

7 Ob haec posteriora fundamenta videtur verior pars negatiua. Et ad primum oppositorum respondeo, negando, quod omnis conuentio circa beneficia sit simoniaca: locatio enim, & conductio fructuum beneficij, & constitutio vicarij cum illo vel illo salario, & conuentio praedicta, vt ambo supplicent pro resignatione & reservatione pensionis, & id genus aliarum conuentiones non sunt simoniaca, etiam si alioqui essent iniquae, & male, sed illa sola conuentio, qua principaliter respicit dationem iuris spiritualis vnius in alterum pro aliquo temporali, vel simili pretio, quod non contingit in casu proposito: quia neutra pars dat, vel promittit alteri quidquam ob pretium, vel quasi pretium iuris spiritualis; sed solum conueniunt ad impetrandum subreptitiè ea, quae volunt, nihil dando, vel promittendo alicui pro obtentione.

8 Ad secundum respondeo, concedendo, quod admittitur simonia, non solum quando pecunia, vel aliquid ea estimabile datur pro spirituali, sed etiam cum aliquid, quod non est estimabile pecunia, sit, vel promittitur in quoddam pretium & recompensata rei spiritualis: at negando, quod in casu proposito contingat aliquid tale, vt in responsione ad primum est declaratum.

At tertium respondeo, concedendo, quod expressio illa maioris valoris est res profana, falsa, mala, & peccatum, sed negando quod sit simonia: non enim est pecunia, nec ea estimabile, nec est aliquid quod datur aut promittitur in quoddam pretium Papae, vel parti, vel alicui mediatori.

Aduerte, quia copia huius responsi non videtur integra, sed supplenda ex consilio sequenti in fine.

S Y M M A R I V M.

- 1 Simonia non est, vbi non datur temporale pro spirituali, immo nec si datur, modo non datur in causam principalem seu immediatam pro habendo spirituali, num. 10.
- 3 Auctoritas viri docti asserentis aliquid non esse ad summum plusquam veniale excusat a peccato mortali, & illius poena, etiam si erret.
- 4 Pensione sine auctoritate Papae impositam, vel nulliter constitutam velle soluere paria sunt: vnde sicut ex prima potest incurrere simonia, si propter illam datur spirituale, ita & propter secundam, & num. 5.
- 5 Frustrum maiorem expressionem si faciat resignarius, ad hoc vt resignanti referuetur maior pensio, & sibi conferatur beneficium, videtur aequipollenter dare temporale pro spirituali, & sic simoniam committere, sed verè non committit. num. 11. quia intentio partium non fuit dare temporale pro spirituali, nec vt dicta falsa expressio esset pretium, num. 8. nec causa principalis, vt fieret resignatio, num. 10. Verum quia

A maior expressio facta fuit ex conuentione partium, ad hoc vt desiderata resignatio completeretur, qua alias completa non fuisset: ideo auctor non audeat a simonia excusare, num. 11. iuncta figuracione questionis.

7 Maior expressio fructuum valoris beneficij dolose facta, ad hoc vt resignatio cum reservatione certa pensionis admittatur, causat subreptionem, iuncta positione casus.

8 Intentio dantis vel facientis temporale attendenda in iudicanda simonia: nam si cesset intentio emendi, & detur non in causam principalem: seu immediatam pro habendo spirituali, non erit simonia, num. 10.

CONSILIVM XXIX.

B AN COMMITTANT simonia resignans & resignarius conuenientes, vt exprimat valor beneficij esse 160. ducatorum, cum non sit nisi 100. vt pensio 60. ducatorum constituantur a Papa quae expressa veritate non fuisset constituta: quia oportebat, vt resignanti maneret 100.

1 Questio profecto quotidiana & difficilis est. Nam pro parte negatiue facit, quod in casu proposito nihil spirituale videtur dari pro temporali, neque contra: ergo non committitur simonia: quia non conuenit ei definitio eius, de qua 1. q. 1. a & in locis citatis in Manu. confess. b

2 Secundo, quod ignorantia excusat a peccato; & a pena peccati. c At praedicti ignorauerunt praedictum pactum fuisse simoniacum. ergo, &c.

C 3 Tertio, quod auctoritas alicuius viri docti excusat quem a peccato, etiam si erret, vt tradit Panormitanus communiter receptus, d & glossam eius. e Et praefati duo conuenientes nonnullos habuerunt auctores doctos & expertos, qui dixerunt id non esse peccatum saltem plusquam veniale: ergo non admiserunt simoniam, quae excommunicatione plecti mereretur, cum id quod est veniale tantum ea non plectatur. f

4 Pro parte vero affirmante facit primo, quod nihil refert quid de equipollentibus fiat. b At si duo ita conuenirent, vt alter renunciaret beneficium 100. ducatorum in fauorem alterius, & alter promitteret soluere ei 60. pro annua pensione sine consensu Papae, committeretur simonia, vt palam est. Sed qui conueniunt, vt valor beneficij valeat 100. exprimat esse 100. & 60. ad hoc vt constituantur pensio 60. a Papa, equipollenter conueniunt ac duo supra dicti, cum habeant propositum, vt resignatio fiat, & pensio male & inutiliter constituta soluantur.

5 Secundo, quod omne pactum expressum vel tacitum dandi spirituale pro temporali, vel contra, sine consensu Papae, est simoniacum. h At conuentio haec inter resignantem & resignarium facta, vt exprimat maior valor beneficij ad constituendam maiorem pensionem, quam alias constitueretur est pactum vel conuentum dandi aliquid spirituale, scilicet beneficium, pro temporali scilicet pensione male & inutiliter imposita sine consensu Papae; quia id Papa minimè nouit: ergo est simoniacum.

E 6 Tertio, quod omne mendacium de re graui est peccatum mortale, iuxta illud Psalmi, i Perdes omnes qui loquuntur mendacium, & tradit Sanctus Thomas, communiter receptus, k & hoc mendacium non fuit officiosum tantum, immo fuit perniciosum, & de re graui & perniciosum, qua imponebatur seruitus grauis rei spirituali, scilicet beneficio, & directum ad acquirendum spirituale: & ita videtur simonia.

7 Pro resolutione videtur dicendum primo, hoc praefatum mendacium fuisse peccatum mortale, vt probat 4. argu. pro parte affirmante formatum.

Secundo, quod fuit mendacium, siue falsitatis expressio talis, quae fecit gratiam nullam: fuit enim expressio dolosa falsitatis, quae facit gratiam subreptitiam, & per consequens nullam. l

F 8 Tertio, quod ad dicendum, quod inducit simoniam, vrgent duo prima argumenta pro parte affirmante allata.

Sed contra facit primo, quod animus & intentio praefatorum conuenientium non fuit vendere aliquid, vel emere, neque dare, vel recipere spirituale pro temporali, vel contra: & actus agentium non operantur ultra intentionem eorum. m

Secundo, quod actus agentium sunt iudicandi secundum intentionem principalem eorum, n & intentio praedictorum principalis fuit, vt resignatio fieret, & pensio admitteretur, & non quod pensionis constitutio esset pretium renunciationis: sicut obsequia, vel munera praestita collatori, vel presentatori beneficij ad quaerendam amicitiam eius non censentur pretij collationis, quam postea ipse facit ex amicitia per illa obsequia

a Cap. postulasti. de rescr. lib. 6.

b Ca. non potest. de prob. eo. lib.

c Ca. dudum. de elec.

a In summa, b Cap. 23. num. 100. c Cap. 2. cap. nam de const.

d In cap. capellanus. per illum textum. e De feruis. f Cap. nemo. cap. nullus. 11. quest. 1. g Le. ff. mandati. cap. licet ex quadam. de test.

h Cap. quanto. 1. q. 2. c. ca. fia. de pactis.

i Psalm. 5.

k 2. q. 100. art. 4.

l Cap. super literis de rescr. cap. & si legibus. 25. q. 2. de iur. ex l. & si legibus. Cod. si contra iura vel utilit. publ. m. l. c. non omnis. ff. si certum petatur. n Leg. si quis nec causam. ff. de rebus creditis.

Cap. 23. nu. 100.

Leg. nam quod abjuratum ff. de bonis libertorum.

Cap. 100. § 101.

& munera prius contracta, vt probamus in d. Manual. a

9 Tertio, quod alioqui sequeretur, quod omnis subreptio facta in impetratione beneficii esset simoniaca: quia est quoddam temporale, quod fit vt detur aliquid spirituale, quod sine illo non daretur: quod videtur absurdum, & à nemine hactenus assertum, & ita non dicendum. b

10 Quarto, quod datio, vel factio alicuius rei temporalis, quæ est causa minus principalis vel mediata querendi aliquid spirituale, non est vera simonia, per multa quæ adduximus in d. Manuali. c Et præfatum mendacium non videtur fuisse causa principalis & immediata acquisitionis beneficii, sed quædam impellens & remota: causa vtrò principalis fuit, ne tantam iacturam resignans ex sua resignatione acciperet, & quædam sustentatio ei remaneret: quamuis expressio falsitatorum fructuum mouisset Papam ad pensionem constituendam.

11 Per quæ quatuor fundamenta arbitraret, quod non fuit in hoc casu commissæ simonia, si solum mendacium, & sola expressio falsi valoris sine conuentione inter partes promissa interuenisset. At quia vltra illam falsam expressionem conuenit inter partes, vt ea fieret ad perficiendam resignationem desideratam, non audeam excusare illam à simoniæ labe ob argumenta pro parte affirmante formata.

12 Quare principaliter dico, consulentem debere petere in sacra Pœnitentiaria absolutionem, & dispensationem, si & quatenus oporteret, sine vlla nominis expressione, narrato quam breuissime poterit toto facto, relicto, tamen quæ non sunt necessaria. & meam operam polliceor ad corrigendam petitionem, si antequam ea offeratur, mihi monstrata fuerit, &c.

S V M M A R I V M.

1 Resignanti non licet pacisci quod alius aliud teneatur renunciare beneficium, seu pensionem soluere, vel expensas bullarum restituere, nisi exprimat Papæ.

C O N S I L I V M X X X.

T R E S videntur quæstiones proponi. Prima, an liceat renunciare Ecclesiam parochialem in fauorem alicuius, eo pacto, vt ille renunciet aliud beneficium simplex in fauorem sui nepotis?

Secunda, an liceat renunciati imponere renunciatio onus soluendi, vel reddendi sibi 60. duc. quibus redemit pensionem qua ab aliis dicta parochialis grauata fuerat.

1 Tertia, an liceat pacisci, vt prædictus renunciarius soluat impensam bullæ expediendæ super renunciatione prædicti beneficii simplicis?

Ad quas tres omnes respondeo negatiuè: quia omnes pactiones & conuentiones super beneficiis & eorum renunciationibus sunt simoniacæ, & prohibitæ, d nisi cum sunt ita, vt de iure tacite insunt, vt ait glossa memorabilis, f quales tamen non sunt præfata. quare oportet exprimere illas Papæ in supplicationibus, quæ super prædictis renunciationibus fiunt. Credo tamen Papam non esse illas admittiturum. Si tamen hæc omnia sine conuentione tacita vel expressa liberaliter expedirentur, & postea confectis omnibus, & ad præpensionem, redderentur vel soluerentur prædicta, nulla esset simonia, neque confidentia coram Deo: quamuis si patenter, ita vt probari possent, notarentur vicio simoniæ, vel confidentiæ in foro exteriori, propter ea, quæ habentur in nostro Manual. g

S V M M A R I V M.

1 Simonia conuentionalis est, si resignandi promittitur, quod percipiet nihilominus fructus, vel quod talis eius propinquam ducet in vxorem: tamen adhuc non incurritur pœna. num. 2. efficitur autem talis, si ex vi pacti recipiat dictos fructus, aliud ve loco illorum, num. 3. vel sequatur matrimonium. num. 4. quod si à pacto recedatur, licet postea libere contrahatur, vel aliquid ex sola liberalitate desur, etiamsi aliquis, sed minus principalis respectus ad præcedentia habeatur, non incurritur pœna. num. 3. & 4.

1 Ignorantia circa contractus simoniacos an sit probabilis excusans, ex qualitate personarum diiudicari potest.

C O N S I L I V M X X X I.

T I T I V S & Sempronius conuenerunt tacitè, vel expressè, quod Titius renunciaret beneficium suum in fa-

A uorem Sempronij, & quod frater Sæpronij duceret neptem Titij, & quod Titius perciperet post renunciationem omnes fructus beneficii, dum viueret. Renunciato beneficio, & accepta possessione, discesserunt à pacto de fructibus renendis à Titio, & postea dedit Sempronius quosdam pecunias in remunerationem huiusmodi discessionis. Quaritur quid iuris?

1 Primo dico præfatum renunciationem fuisse simoniacam ob illud pactum, quo pacti fuerunt, vt Titius post renunciationem acciperet fructus, & etiam ob aliud pactum, si fuit expressum quod neptis Titij nuberet fratri Sempronij.

Secundo, quod ignorantia iuris tale pactum reprobantis non excusat eos; quia non erat probabilis, attenda eorum qualitate.

B 2 Tertio, quod præfata simonia fuisset conuentionalis tantum, si Sempronius nõ egit vt frater eius duceret neptem Titij, nec vllos fructus beneficii soluit, neque reliquit, vt Titius caperet illos post renunciationem: & consequenter renunciatio valuisset, & non incidisset in excommunicationem, per ea quæ nos scribimus in Manual. confessi. a

Quarto, quod ex narratione proposita non colligitur matrimonium fuisse consequutum, neque Titium accepisse fructus, sed quod Titius, & Sempronius discesserunt à pacto de dandis vel relinquendis fructibus beneficii Titio.

3 Quinto, quod illa discessio à pacto de relinquendis fructibus duobus modis potuit fieri: primo cum promissione, vt Sempronius remuneraret illam discessionem aliqua pecunia: alio modo libere sine vlllo pacto, quo se astringeret Sempronius, licet spes aliqua minus principalis liberæ remunerationis intercederet inter vtrumque: ita quod Sempronius ad nihil teneretur vi pacti, sed solum vi gratitudinis liberæ, & si discessio primo modo fuit facta, simonia illa conuentionalis facta fuit realis, per quam censura & pœna simoniæ incurritur ipso iure: si autem secundo modo fuit facta discessio, simonia non fuit facta realis.

4 Sexto, quod caueant ne pactum de contrahendo matrimonio vllatenus exequantur, antequam omnino discedant ab eo: ita quod ex vi pacti non fiat exequutio, sed ex sola amicitia liberali, quamuis aliquis respectus minus principalis ad illud possit haberi.

S V M M A R I V M.

1 Simoniaca est omnis renunciatio beneficii ecclesiastici cum pacto etiam conditionali, etiam inani, & inutili, saltem si præbuit causam dictæ renunciationi. num. 2.

1 Regressum habens, si vigore regressus beneficium adipiscatur, & illud denuo resignet, non habebit amplius regressum, quia expirauit, quando illi locus factus fuit.

3 Conuentionalis simoniaca resignatio ab vna tantum parte adimpleta valet, & tenet, nec habet pœnas.

C O N S I L I V M X X X I I.

E H A B E B A T quidam regressum per decessum, aut aliàs quomodocumque vacaret, ad quamdam præbendam in quadam Ecclesia cathedrali, quam obtinebat quidam illius frater, qui propter quosdam delicta per eum commissæ dubitans priuari ea: dixit fratri, quod si restitueret ei suam præbendam, cum liberaretur, illam vacare permitteret, ad effectum vt esset locus regressui; & ille, qui habebat regressum, accepit, si sibi remaneret ius suum, prout prius habebat: quod sic fuit factum, quia possessor renunciando seu ccedendo vacare permisit dictam præbendam, & habens regressum accepit possessionem. postea verò alter frater liberatus ab eo dictam præbendam petijt, & quia qui illam habebat, considerans quod illius regressus expirabat, noluit illam restituere, mouit oratoriam litem: & in effectu qui prius cesserat, videns quod non habebat ius, cessit liti. Dubitatur, an orator incurrit aliquam simoniam.

1 Respondeo primò, quod in hoc casu vera simonia contingit, quando frater, qui titulum, & verum ius, & bonam possessionem in beneficio ecclesiastico habebat, renunciavit illud in manibus superioris, ita quod vacauit, & factus fuit locus regressui alterius, cuius virtute illud adeptus fuit, pacto facto, quod si renunciatus liberaretur à delicto, cuius accusabatur, renunciarius illud ei restitueret, si ob id regressus eius non expiraret: & omnis renunciatio beneficii ecclesiastici facta cum conditione, modo, vel pacto, est simoniaca. b Nec prodest quidquam, dicere, quod habens regressum, non

Cap. 23. nu. 104. 105.

d Cap. quam pio. 1. q. 2. cap. de pactis. e Cap. signifi casti de elect. f Cap. ad au. pium. 2. de rescript.

g Cap. 23. nu. 101.

b Cap. dud. iuncta gloss. verbo libere. de prob. li. 6.



promisit absolute, sed cum conditione, si regressus eius ob illam restitutionem non expiraret. Tum quia eo ipso, quod beneficium fuit renunciatum, regressus fuit sortitus suum effectum, & expiravit; & quia res semel extincta reuiuiscere nequit, non potuit expirare postea per restitutionem beneficii; & ita illa promissio, licet fuisset facta verbis conditionalibus, effectu tamen fuit absoluta.

2 Tum quod ad constituendum actum simoniacum sufficit promissio conditionalis, saltem talis, quae prebeat causam actui spirituali faciendo: generaliter enim iura damnant omnia pacta, siue absoluta, siue conditionalia in spiritualibus, & in casu proposito promissio illa conditionalis fuit causa, ut renunciatus renunciasset suum beneficium.

3 Respondeo secundo, quod praedicta simonia fuit conuentionalis tantum, & non realis; quia solum fuit completa ex una parte, scilicet renunciante, & non ex altera, scilicet regressum habente, iuxta scripta in nostro Manual. & consequenter renunciatio valuit, & neutra pars incurrit excommunicationem, & sufficit utriusque vera contritio, & bona confessio peccati, per notata ibidem. Salua eiusdem summi Penitentiarii summique eiusdem praetorij censura.

S V M M A R I V M.

- 1 *Resignans cum pacto, ut ei relinquatur fructus percipiendi in vita sua, est simoniacus, sed non est comprehensus sub extraneaganti de confidentijs; ut esset, si dicti fructus essent alteri dandi. num. 4.*
- 2 *Completa ex parte debentis resignare dicitur simonia, eo ipso quod talem facit resignationem, qua si non esset simoniaca valeret, nec requiritur quod si talis, ut per illam resignatario aliquid ius queratur.*
- 3 *Simoniam conuentam pro sua parte non dicitur adimplere resignans in manibus Papae, nisi post praestitum secundum consensum, secus si resignet in manibus ordinarij: nec resignatarius tradendo instrumentum obligationem rei temporalis promissa continens dicitur adimplere nisi & traditio instrumenti esset pars rerum promissarum.*

CONSILIVM XXXIII.

QVID AM rogauit fratrem suum, ut renunciatet quamdam capellaniam in manibus Papae in fauorem nepotis utriusque, cum pacto, & chirographo tradito ei a nepote de relinquendo resignanti omnes fructus ad vitam suam, & ita resignauit: sed antequam consensum praestaret, & ille extenderetur, aduertentes illam pactionem esse illicitam, & simoniacam, rupto & laniato chirographo resilierunt penitus a praedictis pactis; & decreuerunt ut simpliciter sine vilo pacto resignaret: & ita rogatus resignauit, & fuit signata supplicatio in fauorem resignatarij.

Quaeritur, an sine peccato possit resignatarius expedire literas, & frui capellania, eius possessione apprehensa.

1 Respondeo, quod pro parte negante facit primo, quod pactio praedicta videtur simoniaca realiter: quia resignaturus resignauit beneficium ut promisit, & resignatarius tradidit chirographum de relinquendis fructibus: & ita fuit impleta simonia ab utraque parte. Secundo, quod pactio praedicta videtur continere confidentiam illicitam, eo quod resignatarius promisit relinquere fructus eius resignanti ad vitam suam; quod videtur facere conuentionem simoniacam confidentialem, per declarationem Pij V. cuius bulla non requirit complementum confidentiae utriusque partis, ut & nos adnotauimus in Manual. confess. c.

2 Sed contrarium visum est verius duplici ratione. Prima, quod non videtur fuisse simonia completa ex parte resignantis: eo quod resignatio eius non valuit, neque per illam vacauit illa capellania; & ita non fecit actum, per quem posset queri ius resignatario; quod videtur requiri per extraneagantem 2. f ad hoc, ut illa censetur completa ex parte resignantis. Sed haec ratio non videtur sufficere ad excusandum. Tum quia frater solum promisit resignare, & resignauit; & licet per illam resignationem non fuerit quaesitum ius alteri, nihilominus tamen ipse fecit quod promisit. Tum quia resignans non potest transferre ius in resignatarium, sed solum resignare, & superior post acceptatam resignationem tradit ius resignatario, secundum omnes. Tum quia resignatio beneficii spiritualis est actus spiritualis, & dare aliquid pro illo actu solo resignandi est simonia. 8 Tum quia, ut simonia realis com-

mittatur, non requiritur quod actus spiritualis, qui promittitur, valeat, sed sufficit quod valeret, si non esset simonia infectus. Nam qui promisit conferre propter 100. scuta beneficium, complet ex parte sua promissum conferendo illud, licet collatio non valeat, simonia impediens valorem, ut palam est. Secunda ratio est, quod non videtur interuenisse confidentia, eo quod resignatarius nullos fructus percepit, priusquam discederet a pactis. Sed nec ista ratio videtur satisfacere: quoniam vitium confidentiae incurritur absque complemento promissorum ex parte utriusque, & qui promisit resignare compleuit ex parte sua; quod sufficit, ut nos adnotauimus in dicto Manual. a

3 Alijs tamen rationibus videtur posse defendi desiderium consulentis. Prima quod praedicta simonia non videtur fuisse completa ex parte resignatarij; quia ipse nullos fructus dedit; & licet chirographum, siue apocham tradidisset, tamen non fuit traditum ut pars promissionis, sed ut probatio eius; & tradere scripturam pro probatione promissi non est implere partem promissi, ut & nos adnotauimus vbi supra. b

Secunda ratio, quod nec etiam resignans videtur compleuisse pro parte sua: quia resignatio, antequam extendatur consensus resignantis, nihil valet, secundum stylum curiae; & ita fuit actus, qui non valuisse, etiam si nulla simonia interuenisset; quia liberum erat ei retrocedere: quamuis iure communi, & extra curiam facta resignatio, sine alia consensus extensione, valeat, iuxta cap. quam periculosum. c

4 Tertia ratio, quod non videtur vlla fuisse confidentia in hoc casu. Nam licet resignare cum pacto, ut resignatarius resignet aliquando in fauorem resignantis, vel alterius, vel ut soluat aliquot fructus alicui, sit confidentia a Pio V. damnata; resignatio tamen cum pacto, ut resignatarius det aliquos fructus resignanti, non est talis confidentia, ut ex contextu bulle Pij colligitur. Salua, &c.

Vide tamen infra conf. 75. num. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 *Simonia ut sit completa, sufficit quod utrimque saltem pro parte sit adimpleta.*
- 2 *Renunciatio simoniace reciproce facta, non tenet: vnde ab excommunicatione absoluti possunt secreta petere ab Episcopo, ut acta ab ipsis ignorantibus id esse prohibitum facta retractentur, & utriusque suum restituatur beneficium.*

CONSILIVM XXXIII.

DVO conuenerunt, ut alter eorum renunciaret suum beneficium curatum, ut conferretur alteri habenti duo beneficia simplicia, & ille renunciaret illa, cum pacto, ut ordinarius conferret ea nepoti renunciantis curatum: & uterque impleuit pactum quo ad renunciationem, & alter etiam quo ad literarum expeditionem, & possessionis apprehensionem. Quaeritur quid iuris.

1 Respondetur primo, quod simonia fuit realis, & incidunt partes in excommunicationem; quia licet non fuit completa ex utraque parte in totum, completa fuit tamen ab una parte in totum, & ab altera in parte, quod sufficit per ea quae nos tradimus in Manual. confess. d

2 Secundo respondetur, quod praedicti consules fatifacerent suis conscientijs, si primum absoluerentur ab excommunicatione simoniae incurfa; & si ignorabant se illam incurere, quod est verisimile, cum destiterint ab executione totali, curent, ut omnia acta, quibus perpetrata fuit simonia, retractentur, & Episcopus secreto illis, quatenus opus est, conferat sua beneficia, attenta praedicta ignorantia; & si beneficia sunt iuris patronatus, quod patroni non reclamant; & quod renunciations ipso iure fuerunt nullae propter simoniacam labem; immo & altera, propterea, quod alter eorum ordinatus fuit ad titulum sui beneficii; & quod si sciissent & aduertissent eam labem incurfuros, non renunciaissent. Sed haec omnia non sufficerent quo ad expediendum se in foro exteriori, si probarentur in eo omnia, ea quae fuerunt facta: ideoque curent seruare, seruarique facere secretum, aperte a Deo & confessorio eius petendo veniam.

S V M M A R I V M.

- 1 *Simonia conuentionalis est resignare beneficium litigiosum cum pacto, ut resignatarius subsequuta victoria consentiat constitutioni pensionis: & si postea dicta constitutioni pen-*

tionis

a Leg. qui res. § arcam. ff. de solution.

b Cap. quam pio. 1. q. 2. cap. fin. de pactis.

c Cap. 23. num. 104.

d Num. 111.

a Cap. 23. num. 101.

b Num. 106.

c 7. qu. 1.

d Cap. 23. num. 105.

e Cap. 23. num. 110.

f De simonia.

g Arg. ca. qua pio. 1. qu. 2.

simonia consentiat, etiam quod pensionem non soluat, officium realis.

- 1. Simoniace si ignoranti conferatur beneficium, vel reseruetur pensio, ignorans penam non ligatur quidem, sed simul ac reseruetur, tenetur sic acquisita dimittere, vel supplicare pro receptio. num. 2.
- 2. Nonne, ut vocari petens pensionem pro beneficio eidem ignoranti simoniace collato reseruetur, & sufficit, ut exprimat fructus, quos post simoniam percipit.
- 3. Resignatio beneficii facta libere in manibus ordinarij ea intentione, ut conferatur alicui, cum subsequente collatione, tenet, secus si adsit pactum.
- 3. Procurator habens mandatum ad simoniace resignandum si illud adimpleat, facit ut a die adimplementi mandatis remaneat legatus censuris.
- 3. Scientia collatoris inferiori Papa, etiam si sit Cardinalis, non sanat pacta simoniaca.

CONSILIVM XXXV.

MEDIANTIBVS procuratoribus resignatum fuit quoddam beneficium litigiosum, sub conventionione tamen, quod euicta lite principalis assignationi certae pensionis consentire, & solvere resignanti teneretur: prouisus consentit assignationi, sed pensionem non soluit.

Quaeritur primo, an sit simonia realis ex vtraque parte completa, ita ut si nouam impetret prouisionem, sit necesse fructus perceptos infirmare.

Secundo quaeritur etiam, quid si in manibus ordinarij Episcopi resignauit beneficium absque pacto, sed ea intentione, & ad effectum, ut deret, seu conferatur N. prout collatum fuit, an N. illud valeat retinere.

AD PRIMUM QUESTIONEM respondeo primo, pactum illam fuisse simoniacam, & quod licet a principio tantum fuisset conuentionalis, postea tamen subsequente victoria, & consensu in reservatione pensionis prestito, facta fuit realis, iuxta ea, quae post alios scripsimus in Manual. ad 104. Secundo, quod simonia illa, quia fuit facta ignorantibus praedictis resignante, & resignatario, non fecit eos incidere in censuras, iuxta c. de simoniace. & ca. de regular. b. attamen effecit, ut obligarentur ad renunciandum sic adeptis, cum priuim id nouissent, per eadem iura & adnotata eis.

Tertio, quod ex his inferitur, eos, quo possint ea iuste tenere, debere supplicare S. D. N. ut liceat eis illa retinere, facta mentione fructuum, quos perceperunt post praedictam notitiam.

AD SECUNDAM respondetur, quod plurimum refert an sola intentio animi absque pacto & conuentione interuenisset, an etiam pactum, & conuentio. Nam si sola intentio interuenisset, nihil obstitisset, & essent salua simul omnia, per ea quae post D. Antoninum dixi in Manual. c.

Si autem interuenisset conuentio & pactum, & procurator habuisset mandatum ad sic paciscendum, censeretur simoniacus, & censuris ligatus praedictus consulens iam inde a renunciatione, collatione, & pensionis constitutione factis, nec prodesset scientia ordinarij, licet esset Cardinalis: quia nullus inferior Papa potest auctoritate sua efficere, ut conuentio simoniaca non sit talis, per tradita in Manual. ubi supra. Si autem procurator non habebat mandatum speciale ad sic paciscendum, solum a tempore quo nouit id factum fuisse censeretur obligatus ad renunciandum, vel ad obtinendum facultatem iuste retinendi a S. D. N. iuxta dicta supra in quaestione prima.

SVMARIVM.

- 1. Nullitas actus non excusat a penam simoniae realis.
- 1. Resignatio infecta vicio simoniae realis habet annexas censuras, etiam si aliunde sit nulla, per illamque resignatario nullam ius acquiratur, immo nec causatur vacatio in damnum resignantis, num. 3. qui potest antiquo suo titulo uti, absque eo quod illius petat alia reualidatione. At si essemus in casu non seruata forma extrauagantis Pij V. de publicandis resignationibus, non egerent tales absolutione, cum per illam annullaretur nequam resignatio, sed omnia exinde sequuta. n. 3. & 4.
- 4. Papa circa ea quae sunt iuris positivi potest ita legem reuocare, ut omnia inde sequuta habeantur pro non sequutis, etiam quod sit excommunicatio, & irregularitas.
- 4. Resignationes beneficiorum in manibus Papa, etiam admissa, cum alijs inde sequutis, ex stylo sunt nullius momenti, nul-

lumque produunt effectum, donec extendatur consensus, qui tamen reuertitur ad tempus datae admissae resignationis. CONSILIVM XXXVI.

A. & B. conueniunt, ut B. procuraret, & esset mediator, ut frater eius renunciaret quendam canonicatum in fauorem A. & quod A. renunciaret in fauorem B. vnum beneficium simplex: & A. & frater B. dederunt mandata ad resignanda illa beneficia, prout conuenierant, nulla facta mentione de pacto, & conuentione praecedenti: & resignationes fuerunt factae, & litterae expeditae: & A. non fuit allequutus possessionem, canonicatus, quia erat litigiosus, & vertebatur his super eo: nec B. publicauit resignationem factam in suum fauorem, & ob id illa resignatio fuit nulla.

Dubitarur, a quo tempore vacauerint praedicta beneficia, ad effectum, ut dicatur realis, vel conuentionalis simonia.

Videtur respondendum primo, quod propositio casus primo aspectu potest cuiuspiam videri dubia, & sibi repugnans. Tum quia habet litteras fuisse expeditas, & non fuisse factam publicationem. Tum quia nihil proponit de publicatione renunciationis canonicatus, sed solum de omissione publicationis beneficii simplicis. Sed responderi potest ad primam rationem, quod non sufficit ad publicationem, quod litterae sint expeditae; & quod requiruntur alia contenta in extrauagante Pij V. Ad secundam autem responderi potest id fuisse per incuriam omissum, vel quia interrogantem non angit, quantum altera.

Secundo, quod praesupposito quod neutra renunciatio fuit publicata, videtur dicendum ambas praefatas renunciations & prouisiones fuisse simoniacas, & partes principales, quae praefatam simoniam sciuerunt, incidisse in censuras extrauagantis. 2. quia praefata simonia fuit non solum mentalis, & conuentionalis, sed etiam realis, eo quod ab vtraque parte fuit completa. Nec obstat, quod fuerint nullae. Tum quia omnes renunciations interueniente simonia reali sunt nullae. Tum quia tempore, quo fuerunt factae, non fuerunt nullae ex alia causa, quam simoniae, licet postea per omissionem publicationis litterarum annullata sit renunciatio beneficii simplicis.

Tertio, quod neutrum illorum beneficiorum vacauit per renunciationem; quia renunciatio per simoniam realem facta est ipso iure nulla, per extrauagantem 2. b. & per talem renunciationem non transfertur ius in eum, in cuius fauorem fit illa, nec vacat etiam in praedictum ipsius renunciantis, ut determinauit Rota, post Innocentium comuniter receptum. d.

Quarto, quod si neutra litterarum praedictarum fuerunt publicatae, prout disponit praefata extrauagans Pij V. potest affirmari vnum paradoxum mirabile, nempe, quod nulli eorum, qui per praefatas renunciations simoniacas inciderunt in censuras, indigent. b. solutione ab illis; quia praefata extrauagans disponit, ut praefata renunciations non publicatae nullum effectum sortiantur, per haec verba, alioqui, & c. Potestas enim Papae tanta est in his, quae sunt simpliciter iuris positivi, quod potest reuocare legem praeteritam, ita ut habeatur pro infecta sic, quod effectus producti ab ea sint omnino nulli: & quod, etiam si aliquis eorum fuerit excommunicatus, non indigeat absolutione, ut ait glossa singularis per illum textum irrefragabilem clem. 1. e. comuniter receptum ibi, & per Felinum, f. & alios alibi.

Et praefata extrauagans Pij V. per praefata verba habet, praefatas renunciations, & etiam extensiones consensus pro infectis & nullius roboris esse cum omnibus inde sequutis: pro quo facit etiam stylus curiae, qui habet, renunciations, & prouisiones virtute illarum a Papa factas nullius esse momenti, nullumque producere effectum, donec extendatur consensus, & extenso illo sic, non solum a tempore extensionis, sed etiam a tempore datae renunciations, admissiois, & prouisionis: quod est etiam aliud mirabile paradoxum ignotum antiquis canonibus, & commincentibus in eos, & omnibus Academicis, in quibus ipse praefati, donec veniret ad Urbem.

Quinto, quod vterque renunciantium potest iure suo antiquo uti eo modo, ac si non renunciasset; & quod praefata beneficia non vacant, nec eorum collatio praecedens indiget aliqua reformatione sui tituli, quod est consequens praedictis, quod procedit secundum praefatam extrauagantem Pij V. hodie tamen per extrauagantem Gregorij XIII. secus est dicendum.

Cap. 23. d. num. 100. ad 104. De simon.

Cap. 23. d. 103. & 107.

Arg. ea, qui per alium, de reg. iur. lib. 6. ca. multi. de sententia excommunicati. Num. 107.

a De simon.

b De simon.

c Decret. 7. de renunciat. in antiq. d. in cap. cum vniuersorū. de verum per mut.

e De immunit. ecclesiarum. l. in cap. 1. nu. 23. de consir.

Sexto, quod si renunciatio canonicatus fuit publicata, indigent tam resignator illius, quam resignatarius, quam etiam mediator, absolute, & dispensatione irregularitatis, si celebrarunt: quoniam illi excommunicationem incurrerunt, & illa non tollitur per extraneantis Pij annullantis consequuta virtute renunciationis non publicata; quia publicata fuit.

Hoc dubium refertur propositum in officio sacre Penitentiarie, & quod ceteri sentiebant per annullatas clausulas dictae extraneantis Pij V. annullari effectus resignationis, sed non tolli excommunicationes incurfas; hancque approbasse Gregorium XIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Simoniaca ad hoc ut sit conuentio in beneficijs facta, non est necesse ut per illam quid promittenti pereat, & stipulanti acquiratur.
- 1 Pensionem resignanti referendam, etiam literis non expeditis, soluere promittens, committit simoniam. & num. 2.
- 3 Simonias tot committi, excommunicationesque tot incurri, totidemque absolutiones saltem virtualiter requiri, quot sunt conuentiones, etiam quod ex vnica beneficij resignatione interuenerint, de iuris rigore facile defendi potest.
- 3 Excommunicatio vnica ex pluribus causis copulatiue lata, seu incurfa, non tollitur nisi per absolutionem respicientem omnes causas.
- 4 Procurator rogatus ut impetret sanari vnum gratia defectum, dubitans etiam alteri eandem subici, potest mandatum prosequi absque eo quod partem in probabili existentem ignorantia moneat. & num. 3.
- 4 Monere existentem in bona fide, de quo dubito, an id quod tenet sit alienum, non teneor. & nu. 3. magis autem teneor monere damnum vere dantem tenendo alienum, quam eum qui retinet rem penali via alteri per modum lucri faciendi debitam. num. 2.
- 5 Damnum in proprijs pati, & lucrum non facere, multum interest, teneorque magis in primo casu monere bona fide non resistentem, quam in secundo casu non soluentem.
- 6 Legem humanam male intellectam transgrediens non peccat.

CONSILIVM XXXVII.

IULIVS & Octavius ante 12. annos coram notario & testibus pactum & concordiam in hunc, qui sequitur, modum inierunt; quod si praedictus Iulius Ecclesiam quamdam in fauorem d. Octauij resignaret, ipse Octavius consentiret pensioni 200. scutorum super ea, ac omnes expensas in expeditione bullarum d. pensionis faciendas, nec non mediam annuatam solueret, item pensionem solueret sine expeditione bullarum, adiecta clausula, Saluo Sedis Apostolicae, beneplacito & non aliter. Itaque in d. instrumento quatuor simoniace pactiones continebantur, quarum quarta erat Octavius se obligare eidem Iulio praedictam pensionem soluere, etiam literis non expeditis. Post haec miserunt Romam literas procuratorias cum d. concordiae instrumento, & facta fuit resignatio in manibus Pontificis in fauorem d. Octauij simpliciter, & de d. Ecclesia prouisus fuit ipse Octavius, reseruata dicta pensione dicto Iulio, cui iuxta conuenta consensit Octavius per d. procuratorem. sed Pontifici nulla facta fuit concordiae mentio. Receptis literis prouisionis praedictus Octavius dictae Ecclesiae possessionem accepit, dubitans quodammodo Sedi Apostolicae nullam factam fuisse mentionem d. concordiae, sed consilio quorundam doctorum quieuit, dictamque pensionem per viam compensationis literis super ea minime expeditis persoluit per annos duos, & non ultra. Transactis praefatis duobus annis, Octavius certior factus fuit, quod apud Sedem Apostolicam nulla fuit facta mentio praedictae concordiae: & statim huc Romam ad procuratorem quemdam pro remedio misit, qui narrauit Pontifici qualiter bona fide dictus Octavius possessionem acceperat, & etiam narrauit tres pactiones simoniacas in d. instrumento contentas, & omisit quartam, non tamen data opera, sed bona fide, & ignorantia quadam: & sic in vtroque foro praefatus Octavius absolute, a censuris ob causam pactionum in dicto instrumento initarum incurfis, dispensationemque & retentionem dictae ecclesiae a Sede Apostolica obtinuit. Postea vero Octavius scrupulis agitatus coepit dubitare, an ista praedicta gratia fuisset subreptitia, eo quod narratum in ea inueniret se bona fide dictae Ecclesiae possessionem accepisse, credens se forsitan dubiam fidem habuisse. Quapropter instrumentum praedictum concordiae, & dispensationis praedictae bullam huc

A Romam ad alium procuratorem nunc transmisit, ut super hoc puncto dubiae fidei a Pontifice reuadationem praedictae gratiae impetraret: quam cum praefatus procurator in foro conscientiae obtinere non valuisset, ipsum Octaviu de hoc conscientium fecit: a quo tandem responsum accepit, qualiter ipse remelius perspecta, & considerata, inuenit tali reuadatione non indigere: quia reuera praefatam bonam fidem tunc habuerit, sed solum opus habere remissione fructuum praefatae ecclesiae perceptorum, eo quod professionem fidei a Concilio Tridentino requisitam nisi inde ad aliquot annos emiserat, pro qua item supplicaret Sanctissimo.

B Praedictus autem procurator, qui videt praedictum Octaviu nullum sibi formare scrupulum de inualiditate praedictae dispensationis, eo quod in ea non fuit narrata Pape quarta pactio simoniaca, nempe quod ipse se obligauit soluere dictam pensionem, literis non expeditis; dubitat primo, an reuera illa quarta pactio sit simoniaca, & talis, ut exequuta, ut praemittitur, habeat annexas censuras, & poenas.

C Secundo quaeritur, an dato quod praedicta pactio adimpleta contineat simoniam realem, praefata gratia iudicanda sit subreptitia ex eo capite, quod ex quatuor pactioibus simoniacis in praedicto instrumento contentis, & exequutis, tres tantum narratae fuerint, omissa illa quarta, ut praedictum est, bona fide; sicque necessarium de nouo petere dispensationem pro omnibus praedictis pactioibus simoniacis, vel solum pro omisa.

Tertio, an cum de hoc dictus Octavius nullum sibi fecerit scrupulum, teneatur ipse procurator sub peccato mortali eum admonere de impedimento praedicto.

Quarto, an dictus procurator possit tuta conscientia impetrare pro dicto Octauio dictam fructuum remissionem, absque eo quod primo sanentur defectus alij supra dicti, seu proponantur sanandi. Circa quae dicam, quae mihi in praesenti occurrunt, expectando a Dominatione tua vltimam & dignam eius singulari doctrina resolutionem.

D AD PRIMAM QUESTIONEM responderi potest, quod aut in supplicatione signata per Pontificem adest clausula, ut pensio soluat, etiam literis non expeditis: & tunc cum credendum sit Rectorem pensionem soluisse in executione dictae supplicationis, prout tenebatur, & poterat, non autem in executione suae promissionis inualidae forte, & prohibita, utique etiam quod conuentio fuisset simoniaca, non tamen diceretur completa; vnde cessarent poenae extraneantis 2. de simon. ex doctrina Dominationis tuae in tuo Manual. & alibi. Aut in supplicatione non adest dicta clausula: & licet articulus sit magis dubitabilis, attamen adhuc idem teneri posse arbitror: nam etsi in hac materia omnis pactio videatur simoniam inducere, hoc tamen fallit, quando per pactum promittitur id quod alias inerat tacite, seu ad quod quis sine pacto etiam tenebatur, promittiturque eo modo, quo inerat, ut post Felinum & alios notat Dominatio tua. Sed sic est, quod secundum opinionem Gigantis, cui magis adhaerendum puto cum glossatore regul. Cancel. Innocentij VIII. quam contrarij Prouincialis, & pensionarius, & Rector possit tuta conscientia respectiue petere, & soluere pensionem, literis non expeditis, eo quia verè iam erat debita a die signatae supplicationis. ergo dictus Rector per dictum pactum nihil aliud promisit, quam soluere eidem id quod etiam sine dicta promissione soluere tenebatur.

F Quod si inistes, & quidem valide, Rectori ante dictam promissionem competere ius contra pensionarium exigentem excipiendi de literis non expeditis, ut expresse notat dictus Gigas, & ante eum dictus glossator, cui exceptioni per dictum pactum renunciando videtur pensionario donare aliquid ultra id ad quod tenebatur, quod simoniam inducit: & de hoc in materia nostra est textus, vel saltem per dictum pactum videtur se aliter obligare: nam sine pacto obligatus fuisset cum remedio exceptionis, nunc autem post pactum remanet obligatus sine exceptionis remedio; quod etiam simoniam inducit ex doctrina Dominationis tuae vbi supra. Adhuc tamen posse responderi puto. Et ad primam partem oppositionis dico, quod tunc demum remissio inducit donationem, & per consequens simoniam, quando remittenti aliquid perit, & recipienti aliquid acquiritur, ut colligitur ex pulchre notatis per Felinum post alios, quos adducit. Sed sic est, quod ex dicto pacto coram Deo nihil deperit promittenti, nec acqui-

a Arg. l. meri
to. ff. pro soc.

b Cap. 23. nu.
103.

c Cap. fin. de
pact. cum si-
milibus.

d In dicto ca.
23. numero
100. versic. se-
cundo quod.
e De pens. q.
34.

f Regu. 25. ad
fin.

g Mihi fo. 48.
versic. vbi Pa-
pa.

h Vbi supra.

i In c. venies.
il primo. vbi
etiam gloss. 1.
& dor. extra
de test.

k In d. ea. ve-
niens. not. 3. n.
2.

ritur sti

ritur stipulanti, cum & sine dicta promissione Rector tene- retur in veritate dictam pensionem soluere, omiffa exceptio- ne literarum non expediturum. ergo dicta exceptionis remis- sio, quae (vt notant praedicti Doctores) respicit solum forum exterius, nihil operatur in foro conscientiae. Eodem modo respondeo ad secundam partem dictae oppositionis. nam co- ram Deo nihil magis Rector contra pensionarium exigen- tem pensionem excipere possit, si pactum non fecisset, quam si illud fecisset. ergo cum coram Deo nihil dederit cum ef- fectu, nec coram eo simoniam commisit.

AD SECVNDAM quaestione etiam responderi potest, in primis supponendo hic vnam tantum adesse simo- niam, licet procedat ex quatuor pactioibus simoniacis, quae tamen omnes ad eundem tendunt finem. Nec enim qui per partes diuersis vicibus pretium conuentum soluit, plures complet emptiones. & successiue vna tantum est commissa censura, & nullitas. Ex quo infero hic non habere locum regu- lam cap. cum pro causis. & cap. officij. vbi quis potest dici absolutus ab vna excommunicatione, & non ab alia, vel ex alia causa incursa, & non ex alia: nec etiam habet locum regu- la §. affinitatis. d & cap. 2. e scilicet, vt sublati per dispensa- tionem vno impedimento remaneat aliud: sed puto non esse in eo casu vt cogamur dicere dictam dispensationem ob di- ctam subreptionem esse in totum vel nullam, vel validam, & successiue vel nullo remedio, vel vt denuo & ex integro dis- pensatio impetretur, egere. Aliud esset, si istae essent duae si- moniae distinctae, vel duo alia impedimenta: quia tunc impe- trata dispensatione super vna, vel vno, posset & deberet im- petrari dispensatio super alio, facta, vel non facta mentione praecedentis dispensationis, secundum diuersitatem materiae. Dominatio tua in tract. de datis & promiss. Videndum igitur est, an dicta subreptio vitiet dictam dispensationem obtentam.

Pro affirmatiua facit primo conclusio communis Docto- rum, & per illum textum de rescript. quod taciturnitas veri, quod expressum principem ad concedendum magis diffi- cilem reddidisset, gratiam annullat. Sed sic est, quod si princeps sciuisset hunc Rectorem vltra promissas conuentiones si- moniacas hanc etiam addidisse, difficilior concessisset. argu. cap. 1. ibi, Et quia funiculus triplex difficile rumpitur. h

Secundo facit, nam quando dubitatur, an veritas tacita principem a concessione retraxisset, vel non attenditur Curiae concedentis stylus, ex Lapo. i Sed sic est, quod regulari- ter princeps non concedit vt pensio literis non expeditis soluatur; ergo si haec pactio ei innotuisset, dictam gratiam non concessisset, vel saltem restrinxisset gratiam cogendo partes ad literarum expeditionem. ergo praedicti pacti taciturnitas gratiam subreptiuam reddidit. k

Tertio facit, quia haec taciturnitas respicit damnum tertij, scilicet officialium Curiae, ad quos solita emolumenta ex ex- peditionibus literarum peruenire solent: quo casu taciturni- tas vitiat. l

Quarto facit, quia hoc pactum, quod fuit omiffum narra- ri, inducit simoniam, quae cum reddat hominem incapacem ad obtinenda beneficia saltem similia, & multo magis quo ad idem ex bulla Pij V. vtique hoc impedimentum videtur reduci ad genus illorum impedimentorum, de quibus iura sta- tuunt, vt de eis fiat expressa mentio, ex his quae notat Domi- natio tua vt supra. m Horum autem defectuum omiffio sem- per gratiam vitiat, ex eodem loco citato Dominationis tuae, n & tuo Manual. o & Couarruua etiam vbi supra. p

Quinto facit, nam dato quod subreptio non vitiat gra- tiam, operatur tamen ne extendatur ad alium casum. vnde licet gratia prosit impetranti quo ad tria prima pacta simo- niaca expressa, non tamen prodest quo ad quartum tacitum.

Pro negatiua facit regula quam in hac materia ponit Cal- derinus, q videlicet quod ex quo annullatio gratiae est poena, non facile ex omiffione, seu subreptione alicuius rei debe- mus iudicare gratiam nullam, nisi videamus dictam nullita- tem clare a iure inductam. Sed sic est, quod adducta in con- trarium non conuincunt gratiam fore nullam; ergo nec nos eandem nullam debemus iudicare.

Ad contraria potest responderi. Ad primum quidem, quod procedit in subreptione procedente ex non iusta ignorantia: quod si ignorantia sit iusta & probabilis, vtique obreptio non dolosa non vitiat; modo princeps certioratus, non ideo mi-

nus, licet difficilior, concessisset. * Immo etiam quod non ef- fet probabilis, si tamen haec omiffio non fuit circa veritatem, quae nobiliter principem difficilior reddidisset, adhuc ta- men non vitaret. ita Couarruua, b adducendo Dominationem tuam pro sua intentione: idem etiam tenet Francus post Dominicum. c Sed sic est, quod si Papa etiam dictam con- uentionem sciuisset, non ideo denegasset gratiam ipsam, sal- tem eo modo, quo eam concessit: hic enim defectus respe- ctu aliorum minimum quid est; vnde est excusandus, eo quia per eius procuratorem haec gesta erant, ex Felino, d & quia potuit credere hanc quartam conuentionem contineri in narratione aliarum, ex eodem Felino, e & quia factum erat antiquum, & iam expirauerat effectus dicti pacti per mor- tem pensionarij.

Ad secundum respondetur, quod ex quo pensionarius iam tunc mortuus erat, non erat amplius locus, vt tractaretur de expeditione literarum pro pensione, quae cessauerat. vnde etiam quod Pontifici narrata fuisset dicta quarta conuentio, non tamen iussisset Pontifex frustra dictas literas expediri, cum iam per mortem pensionarij pensionis reservatio cessaret.

Ad tertium respondeo, prout ad secundum, scilicet quod etiam quod Pontifici de dicta quarta conuentione mentio facta fuisset, non ideo pro dicto interesse officialium iussisset nugatorie literas expediri pro pensione iam extincta, vnde hoc quale quale interesse non est in hoc casu considerabile, saltem ad effectum gratiam vitandi.

Ad quartum respondeo, beneficij Rectorem, narrando tria priora pacta simoniaca, sufficienter narraffe suam inhabi- litatem ad beneficia procedentem ex vitio simoniae. nam quo- ties idem effectus resultat ex qualitate non expressa, qui re- sultaret eadem expressa, tunc illam qualitatem tacere non nocet, ita Angelus, f quae allegat Felinus. b Sed sic est, quod dictus Rector narrando dicta tria pacta, aequae fatetur se si- moniacum, ac si narraffet etiam quartum pactum; ergo illius omiffio non vitiat. Nam quod dictam simoniam, quae vnica est, & non plures, commiserit cum tribus vel quatuor pactis, hoc non mutat speciem: & quando dicatur sufficienter ex- pressisse qualitatem, quae cum inhabilem reddebat, secus esset, vt inquit ibi Felinus si ex hac qualitate fieret duplici- ter inhabilis.

Ad quintum concedendo, quod dispensatio non debet extendi ad alium casum vel defectum ab expresso: sed nego hic subesse duos defectus, vel duo impedimenta: immo dico vnicam tantum adesse simoniam, commissam tamen per plu- ra pacta. vnde non est necesse extendere dictam dispensatio- nem ad casum non expressum: sed sufficit nobis quod taci- turnitas dicti quarti pacti non inualidet dictam gratiam ipsi Rectori concessam, scilicet vt non obstante simonia per eum in dicto beneficio commissa possit illud retinere: & ita debet intelligi haec doctrina, vt colligitur ex Felino. h

AD TERTIAM quaestione principalem, dum sup- posito quod dictus Rector sit simoniacus realis, & quod di- cta dispensatio, seu reuocatio non sit sufficiens, quaeritur an dictus procurator teneatur dictum Rectorem libi de praedi- ctis scrupulum non facientem monere de dicto defectu seu impedimento; non obstante quod dictus Rector sit in pro- babilis ignorantia: & cum hic tractetur de damno tertij, vide- licet de prauidicio Ecclesiae, cuius fructus & bona hic simo- niacus, qui non ingrediendo per portam fur a Domino nuncupatur, percipit; vtique videtur ad huius dubij decisionem adaptari doctrina Adriani, i distinguentis, quod aut confessari- us certo scit, vel probabiliter ei constat quod admonendo nihil proficeret; & tunc admonere non tenetur, quia tunc admonitio esset potius actus dementiae, quam prudentiae; sed tamen non absoluetur: aut dubium est, vel est spes quod profi- ciet; & tenetur eum admonere, & in quantum honeste po- test hortari vt alienum dimittat.

Nec obstat quod ibi loquatur de confessario: nam ratio Augustini, cui inuitur, est generalis, & procedit in casu no- stro, dum inquit, Quemcumque cum alieno ad me aduenientem, si in quantum possunt honeste, non compello vt restituat, participem furis me facio. k cuius dictum refert, & successiue sequi vide- tur Dominatio tua in tuo Manual. l loquiturque Dominatio tua generaliter de omni sciete: & ratio etiam adducitur; nam huius actionis fundamentum consistit in caritate, qua omnes omnibus tenemur, ex Richardo in hac materia. m

a Argu. glof. fin. in l. illud. ff. ad l. Aquil. b Argu. l. in- sciando. §. in- fians ff. de fur- tis. c De sentent. excommunic. d In si. de nu. c De fil. pres. in 6.

f Nu. 45. ver. sic. 4. Conar. post alios va- riar. resol. lib. 1. cap. 6. in si- me. §. in ca. postu- lanti.

h De reuog. & pace.

i Alleg. 59. co. num. 2.

k Argum. ca. super literis. eod. tit. de res- cript. Conar. post alios va- riar. resol. lib. 1. cap. 6. nu. 5. ver. falsitas vera. l Felin. d. cap. super literis. in 2. concl. li- mit. 1. nu. 6.

m De dat. & promiss. nos. vbi num. 45. ver. 4. n Vbi supra. o Cap. 22. n. 80. p Dist. cap. si. nu. 1. ver. sic. veru. ut bis. q Concil. 1. de fil. presb.

r Felin. d. cap. super literis. in 2. concl. n. 3. limit. b In d. ca. fra. num. 5. ver. si. falsitas auis. c In ca. si mo- tu. num. 9. de prob. lib. 6.

d Dist. cap. si per. num. 7.

e Ibid. num. 1.

f In conf. 207. g Dist. 28. po- stia. ff. de iur. iur. §. ver. si conuicta de declaratio.

h Dist. ca. su- per literis. in 2. concl. limit. 3.

i Super 4. tit. de confess. in 5. qu. principa- li. in dub. 7. §. de secundo: vi- delicet de ig- norantia. fol. 72.

k Cap. si res aliena. 14. q. 6. l Cap. 22. nu. 83. in Dist. 19. ar. 2. que s. ad 2.



a In 4. dis. 18.
qu. 2. artic. 4.
ad fin.
b De parit.

Nec huic opinioni, quantum spectat ad casum nostrum, obstat doctrina Soti, cum quo dicitur concordare Canus, nam & ipse admittit ignorantem inuincibiliter admonendum, nisi sit certum quod nihil proderit, vel quod magnum sequatur scandalum: quod non potest dici subesse in casu nostro, in quo sola voluntas Rectoris sufficit, nec aliud requiritur, quam quod ipse Rector velit de peccato exire, beneficium dimittendo, fructusque ut potest restituendo, vel nouo remedio sibi consulendo.

AD QVARTAM, aut supponimus quod dictus procurator tenetur eius principalem monere; & tunc non potest pro eo procurare dispensationem pro dicto capite solo, nisi etiam velit pro alio, de quo principalis sibi scrupulum non facit, dispensationem procurare, argumento eorum que supra ad tertiam questionem diximus. ultra quod in hoc casu non solum peccaret ex omissione, sed etiam ex operatione, contra regulam Apostoli. e Aut supponimus hunc procuratorem non teneri dictum eius principalem de hoc monere; & certe adhuc idem credo, scilicet quod non possit procurare, ut tollatur vnum impedimentum, supponendo quod aliud debeat durare. Nam qui pro fructibus retinendis petit dispensationem pro vno defectu, videtur supponere & affirmare aliud non subesse impedimentum, quo minus possit fructus predictos retinere: quod est falsum in casu nostro: nam dictus principalis non fecit fructus suos ex pluribus, scilicet ex capite non recitatum horarum, itemque ex capite simoniae perpetratae. hoc autem licere, nec ipse Sotus ubi supra ausus fuit affirmare, immo expressè negat, dum prohibet, ne sacerdos mulieri in casu prohibito seu non licito copuletur, & ex alia causa non vera debitum marito deneganti dicat, ut debitum reddat.

Nec obstat doctrina Adriani, d & Dominationis tuæ, e asserentium quod praelatus siue confessorius potest coniugatis minus legitime copulatis, sed inuincibiliter ignorantibus, dicere quod in bono statu viuunt, seu quod sunt tuti in conscientia: nam ob hæc verba non infert illos legitime copulatos, quod non possit dicere; sed solum asserit, quod sunt in bono statu; quod verum est, etiam quod sint male copulati: in casu autem nostro, qui petit gratiam remissionis fructuum ex capite omissionis professionis fidei, tacite dicit quod eisdem fructus licite & ex beneficio licite obtento percepit; tacetque procurator predictus id, quod Pontifici expressum eundem a concessione gratiæ retraheret: unde commisit subreptionem, quæ peccatum dicitur.

Sequitur responsio.

PERLECTA subtili, alta, & erudita responsione supra scripta, dico primo, adducta esse in ea omnia quæ domini consultoris proposito conueniunt, adeo quidem, ut nesciam quis alius potuisset cogitare potiora.

1 Secundo, quod etiam disputando præfatus Octavius saluari possit à simonia respectu quartæ pactionis, consulendo tamen non audeam ipse illum saluare. Tum quia ad hoc ut pactum sit simoniacum in materia beneficiaria, non oportet, mea sententia, ut fiat pactum, quo per illud aliquid pereat promittenti, & aliquid acquiratur promissario: quidquid sentiat Felinus, f laudando Panormitanum, qui hoc videtur tibi dixisse, ut ponit exemplum de illo, qui exceptionem declinatoriam fori opponit: nam si quis conferret beneficium alicui, vel presentaret ad illud cum pacto, ut non opponeret exceptionem declinatoriam fori conferenti, presentanti, vel alteri, simoniam profecto committere diceretur.

2 Tum quia negari non potest, pactum de soluenda pensione constituta à Papa sine literarum Apostolicarum expeditione, esse pactum commodans pensionario, & incommodans pensionem soluturo, vel quo ad ius fori animæ, vel fori exterioris, vel facti, faciliorem sua natura reddens pensionis receptionem, siue recuperationem. quod satis videtur ad inducendam simoniam. g Tum quia quamuis considerationes sublimes, & subtiles partem aduersam colorent, subtilitate tamen sua attenuantur, & solui possunt.

3 Tum quia facile defendi potest, & iuris rigori propius videtur, tot esse simonias, quot fuerunt pacta simoniaca, totque absolutiones esse necessarias, quot sunt excommunicationes per eorum singula incurse formaliter, vel æquipollenter, vel vnam, quæ extendatur ad quatuor excommunicatio-

nes. Tum denique quod, etiam si dicatur vnam solam excommunicationem fuisse ortam ex illis quatuor pactionibus, illa tamen non tollitur tota, donec absolutio quærat omnibus causis expressis: quia excommunicatio lata ob multas causas copulatiue non tollitur nisi per absolutionem respondentem ad omnes illas, iuxta cap. ex parte. a Quare arbitror præfatum Octavium egere quodam perinde valere, ac si præfata quarta pactio fuisset expressa: satis tamen esset referre quartam, cum relatione generali ad alias contentas in gratia supplenda: quia narrata in gratia reformata videntur narrata in gratia reformante.

Cæterum laudo plurimum, tum pietatis, tum eruditionis ergo solutiones præfati D. respondentis, quas ad tertium & quartum dubium sapienter & pie reddit.

B NVNC DESIDERATUR vltima Dominationis vestre resolutio circa tertium dubium supra propositum, an procurator sub peccato mortali teneatur Octavius, qui nullum sibi de hoc facit scrupulum, admonere de impedimento prædicto, quod oritur ex eo quod in secunda gratiæ impetratione omisit narrare prædictam quartam pactionem, videlicet se obligasse eidem Iulio prædictam pensionem; etiam literis non expeditis, soluturum fore; & impetrare dictam fructuum remissionem ex alterius capitis impedimento; quia videlicet quando accepit possessionem dictæ Ecclesiæ, non fecit prædictam fidei professionem.

C 4 Ad hoc etiam respondeo, videri dicendum, quod non tenetur præfatus procurator admonere præfatum defectum prædictum Octavius. Tum quia præfatus Octavius laborat ignorantia facti, qua putat sufficienter fuisse satisfactum defectui suæ prouisionis. Tum quia procuratori præfato non est omnino certum, quod illa pactio fuit simoniaca, & completa ex vtraque parte, per rationes superius tactas. Tū quod simonia illa, siqua est, est iuris, humani, & non omnibus cogniti, immo etiam à multis doctis adeo ignorati, ut contrarium saltem disputando defendi possit.

D 5 Tum quia non agitur de damno tertij, quod clarè videatur esse damnum, cum nesciatur certè fructus præfati beneficii pertinere ad Ecclesiam, cum non sit adeo certum per præfatum pactum prouisionem manere nullam, per præfata. Tum quia Ecclesia non patitur damnum per diminutionem rerum suarum, sed per cessationem nouæ acquisitionis pœnalis, & ita non agit tantum de damno vitando, quantum de lucro captando: cuius rei scientia non tantum cogit, quantum cogeret scientia damni rei quæ sita vitandi. Tum quod fructus beneficii per simoniam quæsitum non debentur Ecclesiæ, sicut pecunia quæ accipitur pro illo: quoniam de hac sola loquitur cap. de hoc. b & mea sententia potius essent restituendi successoribus, quam Ecclesiæ, licet etiam in illius vsum conuerti possint, per ea quæ profundius alijs scripsimus in cap. non liceat. c declarando cap. cum vos. d & cap. quia sape. e

E 6 Tum quod transgrediens leges humanas male intellectas non peccat, secundum Innocentium, f quem Panormitanus sequitur, g & multi alij alibi, & in his Felinus qui citat alios. h Tum quia Augustinus & Adrianus in dictis informationibus citati loquuntur de illo, qui certo scit rem esse alterius, quam eius, qui tenet: nos autem loquimur de illo, qui nescit hoc certo, immo iure dubitat, & scit beneficium non esse alterius, & quod possidens illud bona fide possidet; & pauci etiam docti sciunt ad quem debeant pertinere illi fructus, esto quod mala fide possideret. Per quæ omnia nullatenus audeam asserere præfatum procuratorem obligari ad monendum præfatum Octavius: adeo quidem, ut magis inclinem ad obligandum eum ad tacendum, iuxta cap. quia circa. i & ea quæ super intellectu eius late tradimus in capit. si quis autem. k Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Regularis etiam iubente superiore resignans officium, si sit ecclesiasticum beneficium, & ex pacto accipiat recompensam, est simoniacus realis: quod si solum per verba generalia sit data spes dictæ recompensationis, non erit simoniacus. numer. 3.
- 2 Vexationem etiam à superiore regulari super beneficio iuste possessio sibi illatam regularis data pecunia redimere potest.
- 3 Regularium praelati possunt iure communi suos religiosos etiam sine iusta causa suis beneficijs priuare.

c Ad Rom. c.
1. in fine.

d Vbi supr. di.
dub. 7. ad fin.
e In ca. si quis
animo. n. 75.
de par. dis. 7.

f In cap. veniens. 1. de res. sib.

g Ar. ca. quæ
pio. 1. qu. 2. ca.
fin. de pactis.

a De officio
ordin.

b De simon.

c 12. qu. 2. §.
10. num. 1.

d De offi. ord.

e De elec. li.

6. & cap. præ-

sententi. de offic.

ord. eodem li.

f In cap. per

tinas. il. 2. de

simon.

g In ca. capel-

lanus. de fe-

rijs.

h In cap. 1. co-

lum. penult.

de ve. iud. ver-

sic fallit septi-

mo.

i De consan.

& affinis.

k De par. dis.

CONSILIVM XXXVIII.

N Presbyter regularis à suo Abbate de quodam officio in Ecclesia sui monasterij fuit canonicè prouisus; & plusquam per sex annos illud pacificè possederat, eum à successore in dicta abbatia coactus illud in eius manibus renunciauit, cum pacto, quod dictus Abbas eum in alio dicti monasterij seu Ecclesie officio teneretur remunerare, prout cum effectu postmodum fecit, & de alio simili officio prouidit; & postquam illud etiam per quatuor annos possederat, idem Abbas, seu eius successor dictum N. inquietabat, & de dicto officio priuare volebat; & ne sine officio diffamatus remaneret, dedit quamdam pecuniarum summam dicto Abbati.

Quæritur, an dictus N. simoniam commiserit, & teneatur dictum officium dimittere.

1 Respondeo primo, quod ex narratis in facto, & aliquantula maiore inquisitione colligitur prædicta officia esse beneficia illius speciei, quæ comprehendit illa beneficia ecclesiastica, quæ appellantur officia in cap. de multa. a & in cap. 2. & cap. cum ad monasterium. b

Secundo, quod orator adinuit simoniam realem renunciando beneficium ecclesiasticum regulare, cum pacto de danda sibi compensa, siue recompensa sufficienti, quam postea accepit.

2 Tertio, quod per largitionem pecuniæ, ne inquietaretur super officio secundo in recompensationem accepto, nulla simonia fuisset incurfa: quia post acceptam possessionem, maxime multo tempore pacificè retentam, potuit vexationem iniustam redimere, iuxta cap. dilectus. c

Quarto, quod ex hoc sequitur, oratorem malè tenere secundum officium, nõ ea ratione, quod dederit pecuniam pro retentione illius, & vitanda molestia iniusta, sed quia malè accepit illud in compensationem prioris virtute pacti simoniaci, per quam acceptione pactum fuit ex vtraque parte completum, iuxta ea quæ tradimus in Man. d

3 Quinto, quod miserendum videtur oratoris. Tum quia religiosus, tum quia coactus fuit à superiore suo renunciare priori officio. Tum quia iure communi superior Abbas potest priuare officiis, quæ suis monachis confert ad nutum, etiam sine iusta causa. e Tum quia fortè nõ fuit tam pactum, quàm spei oblatio, quam superiores solent inferioribus facere, dicendo, relinque hoc amore mei, & prouidebitur tibi de alia re, &c. quales aliquando fiunt per verba generalia sine animo se obligandi, iuxta cap. cum venissent. f & alia quæ in comment. extrauag. ab ipso. Gregorij xiiij. & tradimus. h

S V M M A R I V M.

- 1 Simonia saltem realis non est, si omisso impedimento iuxta conuentionem a competitori non oppositorum, non fuit causa, quare collatus beneficium fuerit assequutus.
- 2 Promissio, quam concurrentes, ne alter alterum impediat, sibi ipsis faciunt, quod obtinens consentiat pensioni pro altero imponenda, non causat obligationem ciuilem.
- 2 Remissio obligationis, seu debiti, tunc demum potest inducere simoniam, si debitum sit legale, quod potest ab invito exigi.
- 2 Beneficium alicui procurans, ut sic liberetur ab obligatione debiti non quidem legalis, sed solum antidotalis, non committit simoniam saltem realem.

CONSILIVM XXXIX.

VACANTE simplici beneficio valoris 15. scutorum annorum, Titius & Ioannes satagentes illud impetrare, ne alter alteri esset impedimento, pactum inierunt, quod alter eorum, qui impetraret, daret aliquam pensionem alteri, qui non posset impetrare: obtinuit Titius, & renuit dare pensionem, quam promissit Ioanni, promittens se, quotiescumque sese offerret aliqua vacationis occasio, non modo non petiturum beneficium, sed omnem suam operam præstaturum, quo posset Ioannes obtinere. Mox oblata occasione vacationis, Titius iuxta promissum scripsit literas in fauorem Ioannis, qui obtinuit beneficium.

Dubitatum est, an in paciscendo de danda vel accipienda pensione aliquam simoniam incurrerint, & similiter in fauore præstito medijs literis.

1 Respondeo primo, quod in impetratione prioris beneficii nulla fuit incurfa simonia, saltem realis, quæ censuram haberet annexam. Tum quia, ut verbo extra scripta certior sum

factus, conuentionio prædicta non fuit causa, ut Titius obtineret illud, sed fauor maior, quo fouebatur. Tum quia conuentionio non fuit ab vtraque parte completa: quia Titius noluit consentire pensionis super beneficio iam obtento constitutioni.

2 Secundo respondeo, quod mea sententia, etiam in secunda impetratione non fuit admissa simonia, saltem realis: ea neruosa ratione, quod simonia nõ committitur per remissionem debiti factam, vel faciendam pro beneficio quaerendo, nisi quando debitum est legale, quod à creditore potest exigi, & non quando solum est debitum de honestate, siue antidotale, ut nos tenuimus in nostro Manu. confess. a & in nostro casu prædictus Titius non debebat Ioanni quidquam per iustitiam legalem, per quam Ioannes poterat debitum illud exigere à Titio: quia erat debitum fundatum super promissione, qua promiserat ei consentire in pensione constituenda super priore beneficio, quæ fuit nullius valoris, & talis per quam non poterat prædictus Ioannes compellere Titium ad constituendam præfatam pensionem.

S V M M A R I V M.

- 1 Simonia est, conuenire inter concurrentes, ut alter alteri defectus non opponat, hoc addito, quod obtinens alteri pensionem accedente consensu Apostolico persoluet; sed non fit realis, nisi vtrinque compleatur. num. 2.
- 3 Concurrat si irregularis etiam occultissimus cum alio, & obtineat, eius prouisio obstante irregularitate non valet; & suo concurrenti, quem impedit à consequitione beneficii, ad quod per concursum ius acquisiuerat, tenetur pro damno illato satisfacere.

CONSILIVM XL.

IOANNES & Petrus clerici opposuerunt se vni beneficio patrimoniali vacanti: & Petrus minus dignus voluit opponere Ioanni digniori irregularitatem veram quidem, sed occultam, quam probare nec poterat, nec deduxit in iudicium, sed interuentu amicorum conuenit inter ambos, ut omissis omnibus exceptionibus se submitterent examini, & qui iudicaretur dignior haberet beneficium, & solueret alteri pensionem quadraginta regalium annuam, cum beneplacito Sedis Apostolicæ; deinde Ioannes obtinuit beneficium, & postea dispensationem super irregularitate, & super retentione beneficii, nulla tamen de prædicta conuentione facta mentione.

Quæritur primo, an in hoc casu interuenit confidentia, vel simonia vlla.

Secundo, an fuit valida prædicta collatio prædicti beneficii patrimonialis.

Tertio, an prædictus Ioannes teneatur aliquid restituere prædicto Petro, cum prædictus Ioannes esset incapax ad dictum beneficium, & tunc impediuit modo supra dicto prædictum Petrum aliàs dignum à consequitione prædicti patrimonialis beneficii, maxime quia prædictus Ioannes hucusque bona fide processit, nullam credens fuisse confidentiam, nec simoniam.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo primo, quod nulla interuenit confidentia, sed sic simonia, Quia conuentionio de non opponendo alicui exceptionem propter promissionem pecuniæ, est simoniaca, propter ea quæ nos diximus in Manu. confess. b

2 Secundo, quod prædicta simonia non videtur fuisse realis, sed tantum conuentionalis: quia non fuit impleta ab vtraque parte: licet enim Petrus adimplet non opponendo, Ioannes tamen non adimpleuit constituendo, neque soluendo pensionem; & consequenter non fuit incurfa ipso iure excommunicatio, nec consequenter noua irregularitas celebrando, per ea quæ vbi supra scribimus.

Non obstat dicere, quod pactum de non opponendo exceptiones fuit causa, ut prouisor conferret beneficium Ioanni: & ita fuit adimpletum pactum ex parte oppositorum, seu concurrentium, vel candidatorum, & etiam ex parte prouisoris, qui eo quod partes nil sibi ipsis opposuerunt, prouidit, non inquam hoc obstat. Tum quia hoc pactum non fuit factum cum prouisore. Tum quia ommissio oppositionis defectus nõ fuit causa prouisionis beneficii: quia ea fuisset sequuta, etiam si fuisset oppositio facta; quia cum irregularitas esset occulta, non poterat probari; & de non apparentibus & non existentibus idem est iudicium exterius. c

a De prob.

b §. prior. de stat. monach. & in cle. 2. de simon.

c 2. de simon.

d Cap. 23. d num 100.

e Dist. ca. cū ad monasterium. §. sales.

f De instit. §. Super datis & promissis. h Num. 21.

a Cap. 23. n. 100.

b Cap. 23. nu. 100. & sequ.

c Leg duo sūt Titij ff. de testam. iutel. & capi. si sacerdos. cum gloss. de offic. ordi.

a In cap. cum
nostris, de con-
cess. preb.
b De cler. ex-
com. minist.
c Ca. 17. à nu.
69.

3 AD SECUNDAM respondetur, quod non valuit collatio propter irregularitatem precedentem, iuxta doctrinam Innocentij bene intellectam, & communiter receptam, a & facit cap. clerici. cum glossa & et adnotatis. b
AD TERTIAM respondetur, quod tenetur ad restitutionem eo modo, quo impediens aliquem ab officio vel beneficio consequendo tenetur, iuxta tradita in predicto Manu. c quoniam Petro erat ius ad rem quaesitum in beneficio coram Deo, & in foro conscientiae. Quare plurimum interest animae salutis Ioannis, convenire quam optimo modo potuerit cum Petro, ita ut maneat contentus, modo caueat omnino, ne quidquam soluat ratione promissionis pensionis predictae. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Concurrere omittens pacto inito aliquid recipiendi, est simoniae conventionalis, & si promissum recepit à prouiso, efficitur realis. num. 2.
- 1 Simoniam committit tollens recepto temporali impedimento, quae iuridice ad quarendum beneficium opponi possunt.
- 2 Vexationem redimere ab eo, qui potest obesse, & non prodesse in beneficio acquirendo, tunc demum licet, si iniuste inferatur, secus si iuste.

CONSILIVM XLII.

QVIDAM petens ecclesiam parochialem vacantem promittit cuidam domino, se illam obtentam permutaturum cum beneficio cuiusdam N. cui dominus ille volebat fauere in illo concursu, si efficeret, ne ille N. concurreret secum; & predictus dominus fecit ne concurreret, & ita alter eam obtinuit. Quæritur, an fuerit admissa simonia, & qualis.

1 Respondeo primo, quod fuit admissa simonia: quia fuit promissum quod beneficium obtinendum daretur per permutationem alteri cum pacto, ne ille secum concurreret: quia simoniam committit, qui re æstimabili pecunia tollit impedimenta, quæ iuridice opponi possunt sibi ad quarendum beneficium, ut expresse ait D. Thomas. d

2 Tum quia non obstat, quod ait Paludanus, e relatus à Caietano, f & à Soto, g dicens, quod licet redimere vexationem ab eo, qui potest obesse, & non prodesse: non inquam hoc obstat: quia illud intelligendum est de nocumento iniusto, non autem de iusto: electus enim petens confirmationem, si daret pecuniam alicui, qui non posset ei dare ius, sed potest aliquam iustam exceptionem opponere coram confirmatore, simoniam committeret, & præterea licet predictus dominus & N. non possent dare directè ius aliquod predicto presbytero, poterant tamen indirectè non ponendo impedimentum per concursum, quod iuste poterant ponere, ut palam est.

Secundo respondeo, quod predicta simonia videtur fuisse conventionalis tantum, quia non fuit ab utraque parte completa, per ea quæ nos scripsimus in Manu. h quem locum etiam quidam alius D. consulens egregie doctus allegare dignatus est, respondens rectè per eam non perire ipso iure collationem ipsi predicto presbytero factam. Quare caueat ipse, ne permutet illam ecclesiam cum beneficio predicti N. quia si hoc faceret, adimpleret ex sua parte pactum simoniacum; & cum tam altera pars adimpleuerit illud pro sua parte, censetur ab utraque completum, & consequenter pro simonia reali habendum: cui consequens esset collationem predictam ipso iure nullam fieri. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Competitori digniori si ut desistat promittatur temporale, simoniae est conventionalis, & si ab utraque parte obtento beneficio adimpleatur, efficitur realis, num. 2. & 3. annullans omnia sequenda. num. 4.
- 2 Mediatori, ut mihi collationem vel presentationem impetret, si quid promittit, est simonia; & si obtento beneficio soluam, efficitur realis, habens excommunicationis penam, & nullitatem actus, ac ad illud reddor inhabilis, à solo Papa habitandus. num. 4.

CONSILIVM XLIII.

BENEFICIO vacante iuris patronatus, tres petebant illud à septem patronis: & is qui videbatur dignior, & alius conuenerunt, ut ipse dignior desisteret à petitione, & iuaret alium solicitando aliquos patronorum ad suffragandum alteri, & quod ipse assequutus beneficium solueret 60. scuta quolibet anno per quinquennium ipsi digniori: qui di-

gnior quaesitit duo suffragia alteri, qui obruto beneficio soluit aliquam partem scutorum promissorum. Quæritur, an commissa fuerit simonia realis.

1 Ad hanc quaestionem respondetur primo, eam esse difficultioris resolutionis, quam prima ipsius facies demonstrat: ideoque posse multa induci super ea per eum, cui ad id faciendum tempus suppeditaretur.

2 Secundo, quod omittis eis videtur esse breuiter respondendum, quod in casu proposito fuit admissa simonia realis: simonia quidem ea firma ratione, quod per mediatorem incurritur simonia, ut habet extrauagans, a & quod is qui dat vel facit aliquid temporale pro aliquo, ut ille impetret collationem beneficij, vel presentationem ad illud, est tam simoniacus, ac ille qui dat vel facit aliquid temporale collatori vel presentatori eius, ut tradit Innocentius, b quem in hoc citamus nos & sequimur in Manu. confess. c & certum est quod is qui obtinuit beneficium in casu proposito, dedit vel fecit promittendo alteri præfata scuta, ad hoc ut desisteret ab oppositione vel petitione beneficij præfati, & ut procuraret fauorem aliquorum patronorum, quod ipse fecit desistendo à sua petitione, & quaerendo duo suffragia, & ita fuit mediator expresse vel tacite quaerendi presentationem.

3 Quod autem simonia fuerit realis, patet ex eo, quod ab utraque parte fuit impleta: quoniam alter desistit à sua petitione, antequam presentatio fieret, & alter soluit partem præfatorum scutorum post beneficij assequutionem, per quod simonia, quæ antea erat mentalis & conventionalis tantum, facta fuit realis, per ea quæ nos scribimus vbi supra. d

4 Tertio, quod præfati domini consulentes incurrerunt excommunicationem, & inhabilitatē ad præfatum beneficium; & quod presentatio, & institutio virtute illius facta, fuerunt inualidæ & nullæ per præfatum extrauagantem 2. & quaerenda est reuolutio à Papa per Pœnitentiarium, si hæc sunt occulta, vel per Datarium, si sunt publica: nec alius præter Papam, vel eius commissarium, potest dare remediū legitimū absque dimissione tituli vel beneficij.

S V M M A R I V M.

- 1 Permutationem beneficiorum tractare quidem possunt partes, facere autem non, nisi cū auctoritate superioris, etiam si plura cum vno permulentur. n. 3. & hoc, dummodo beneficia sint ipsorum permutantiū, ita ut habeant ius in re. vnde non sufficit, quod habeat vterque, vel vnus illorum ius ad rem. nu. 2. sicut nec ego possum tibi resignare meum beneficium, ut tu resignes tuum tertio. n. 3. essetq. simoniaca, n. 5. & si hinc inde adimpleatur, efficitur realis supposita censura. num. 6. & 7.
- 4 Pensionem in permutatione beneficiorum potest Episcopus pro adæquatione fructuum vni ex permutantibus reseruare, duraturam tamen solum, donec alter beneficium grauati retinebit.
- 4 Permutationem auctoritate superioris initam qui pro sui parte adimpleuit, potest cogere partem, ut etiam ipsa adimpleat: & hoc, etiam si propter aliqua pacta illicita adimpleta incidisset in penas simoniacorum: & hoc, dummodo absolutio à censuris fuerit prius obtenta. nu. 7.
- 7 Resignatio simoniaca est ipso iure nulla, nec inducit vacationē.
- 8 Clausula illa (Saluo Sedis Apostolica beneplacito, & nō aliis) posita in contractu vnus permutationis, non censetur repetita in alio etiam eidem annexo, sed nec sanat defectum simoniae, si adimpleantur conuent. a, antequam illud obtineatur.

CONSILIVM XLIII.

CAIUS & Titius concordarunt, quod Caius renunciarct causa permutationis parochialem Ecclesiam, & simplex beneficium, quod possidebat, in manibus loci ordinarij, ad fauorem Titij. & similiter Titius renunciarct aliam parochialem, & simplex beneficium, quod possidebat, in manu loci ordinarij alterius diœcesis, in qua sita erant, ad fauorem Caij. Et propter inæqualitatem fructuum parochialium, & beneficiorum predictorum, & etiam quia parochialis, quam Caius resignabat, erat grauata Apostolica auctoritate pensione annua scut. quadraginta; ideo concordarunt, quod Titius reseruaret sibi super fructibus beneficij, quod ipse resignabat ad fauorem Caij, annuam pensionem sicut nouem; & quod in euentum vacationis, seu cessationis pensionis predictorum scut. quadraginta, talis pensio, seu vacatio illius esset ad fauorem Titij; & quod quilibet eorum fructus beneficij, & parochialis, quæ accipiebat, recipere inciperet à die habitæ

possessionis

d 2. 2. qu. 100.
art. 2. ad 5.
e In 4. dist. 5.
art. 3.
f In dist. ar. 2.
g De iustitia
& iure qu. 6.
ar. 1. ad

h Cap. 23. n.
103.

a De simon.

b In ca. tuam.
de state &
qualis.
c Cap. 23. nu.
106.

d Nu. 102. &
109.

E

F

possessionis illorum, & non antea. Prentissa omnia & singula pacta fecerunt, adiecta clausula, salvo tamen beneplacito Sedis Apostolicae. & cum solitis protestationibus; & non aliis: & sic renunciarunt, videlicet Titius parochialem, & beneficium in manu ordinarij ad favorem Caij, & Caius parochialem in manu alterius ordinarij ad favorem Titij; & Caius de voluntate Titij retinuit sibi beneficium simplex, quod tenebatur etiam resignare ad favorem ipsius Titij, donec ille à Sede Apostolica dispensatione ad obtinendum duo sub eodem recto impetrasset, quia obtinebat aliud in eadem Ecclesia. Accidit autem, quod quidam Lucius concordavit cum Titio, videlicet quod Lucius renunciaret Titio aliud simplex beneficium, quod in alia Ecclesia obtinebat, in manu ordinarij, & quod Titius faceret, quod Caius renunciaret beneficium quod retinuerat ad favorem Lucij, reservata tamen Titio annua pensione super dictum beneficium, quod Lucius recipiebat à Caio, scutorum septem, quæ propter inæqualitatem fructuum imponebatur.

Præfata concordia non sunt usque adeo Apostolica auctoritate confirmata, nec pensiones prædictas scut. 9. & aliam scut. 7. unquam exegit Titius, nec recuperavit, nec inter partes pecunie aliqua interuenerunt.

Dubitatur, an permutationes & resignationes prædictæ possint dici simplices, vel potius triangulares, vel quadrangulares, & an possint fieri in manibus ordinarij, & an partes aliquam simoniam commiserint in præmissis, & in aliquam censuram incidere, taliter, quod indigeant simpliciter, vel ad cautelam à Sede Apostolica absolutionem & dispensationem obtinere de præmissis.

Pro resolutione huius dubij præsuppono primò, quod nulli possunt permutare beneficia sua propria auctoritate, licet possint tractare non perueniendo ad conclusionem permutationis, & eam facere cum auctoritate superioris ut habet cap. *questum. cap. cum olim. cap. cum uniuersorum.* cum adnotatis eis per Panormitanum & communem.

Secundo, quod neino potest permutare ius ad rem, quod habet virtute expectatiuæ, cum beneficio alterius, etiam cum auctoritate ordinarij: quia permutatio beneficiorum iam quæ sitorum, & non quæ rectorum permittitur, iuxta cap. 1. in illis verbis, *sua beneficia*, b quæ ponderatur ibi per Philippum Francicum & citatos per illum, & per Panormitanum, c & Federicum Senensem, d post Ioannem Monachum & Ioannem Andream, e & ratio est, quia rei alienæ permutatio non valet, f & beneficium expectatum non est expectantis, ut palam est, quæ communis sententia est, qua ratione neque ius quæ situm per præsentationem, vel nominationem, vel aliud, quod sit ad rem, & nõ in res, potest permutari cum beneficio, ut Franciscus vbi supra expressit.

Tertio, quod potest quis plura beneficia pro vno permutare, si nihil aliud obstat, ut late resoluit Federicus vbi supra. g

Quarto, quod nõ potest quis permutare suum beneficium cum alio, ut suum detur tertio per superiorem ordinarij, secundum Ioannem Andream communiter receptum, h & Federicum. i

His præsuppositis, respondeo ad dubium primo, incognitas esse iuri permutationes triangulares, & quadrangulares, nec meminisse me legere vllibi eiusmodi vocabula, nec posse illas esse iuridicas, cum prædicta permutatio beneficiorum necessariò debeat fieri inter duos tantum de beneficiis, quæ iam sunt quæ sita illis.

Secundo, quod pensio prædicta nouem ducatorum potuit imponi ab ordinario, duratura dum Caius teneret beneficium sibi quæ situm per illam permutationem, ad coæquandos fructus vtriusque beneficij permutati, arg. cap. *ad questiones.* k quod in hoc citat Ancharanus, l & posset, si opus esset, efficacius probari, quam ille probat, & quam Felinus. m

Tertio, quod Titius potuit cogere Caium ad renunciandum beneficium simplex in favorem suum causa completæ permutationis.

Quarto, quod pactum, quo conuenit inter Lucium & Titium, ut Titius efficeret quod Caius renunciaret in favorem Lucij beneficium, quod tenebatur renunciare in favorem Titij, & Lucius renunciaret suum in favorem Titij, continet simoniam conuentionalem, per cap. *quam pio.* n cum enim non possit saluari per permutationem, quia illa non potest fieri nisi super beneficiis propriis, & fiat super spirituali-

bus, restat ut sit simoniaca, simonia saltem iuris humani, quo omnis renunciatio beneficij facta sub modo vel conditione est simoniaca, per prædicta iura, & per glossam adiuncto textu. a

6 Quinto, quod prædicta simonia conuentionalis videtur facta realis, eo quod ab vtraque parte fuit completa: nam Titius compleuit quod promisit, procurando, ut Caius renunciaret in favorem eius: Lucius item præstitit quod promisit, renunciando beneficium suum in favorem Titij, & consequenter est facta realis.

7 Sexto, quod dolenter scribo, quod vterque illorum incidit in censuram extrayagantis. b Et idè de Caio dicendum est.

8 Septimo, quod Titius tenetur relinquere beneficium Lucij, & Lucius beneficium quod ei Caius renunciavit, quia renunciations fuerunt nullæ per dictam extrayagantem, & per conclusionem illam communem, quæ habet beneficium non vacare per renunciationem simoniacam, quam tenet etiam Panormitanus. c

Octavo prædictus Titius debet, procurare absolutionem, & habita ea, potest cogere Caium, ut renunciaret beneficium præfatum denuo in manibus ordinarij, causa permutationis, ut conferatur sibi per prædicta.

9 Nec prodest dicere contra prædicta, quod tractatus permutationis fuit habitus, salvo Papæ beneplacito. Tum quia executio illius tractatus & concordia fuit facta sine illius beneplacito. Tum quia concordia secunda inter Titium, & Lucium, & Caium, fuit alia à tractatu & concordia habitis prius inter Titium & Caium solos, in quibus fuit posita illa protestatio, quæ cum non fuisset repetita in illa secunda concordia, nõ potuit illi prodesse, arg. l. *non omnis.* d & l. *in agris.* e quatenus habet, quod limitata causa, &c. & præterea executio præcessit beneplacito, & sic fuit commissa simonia, prout diximus in Manu. confess. f Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Concordia, ut vnus iuri suo renunciet, & alter pecunias det, iure fori simoniaca iudicabitur: at si denter solum pro restitutione expensarum, non autem pro pretio iuris: quod præcedebat, & cui verè nõ renunciauit, quia nullum habebat, excusatur à simonia coram Deo, & ab obligatione restituendi. n. 2.
- 2 Simoniaca iure fori quid iudicatur, quod iure poli nõ est tale.
- 3 Simoniaca pacta ab alio inita, qui non consensit, reuocantur.
- 4 Protocolum simoniacam concordiam continens ut partium consensu comburatur, expedire videtur.

C O N S I L I V M XLIV.

LITIGANTIBVS N. & P. super beneficio, conuenit inter N. & quosdam amicos P. ipso non consentiente, ut N. cedenti iuri suo, si quod habebat, P. quamdam pecuniarum summam solueret. P. possessione adepta, prædictas pecunias soluere renuit, quas ipsi amici postea soluerunt. Queritur quid iuris?

1 Respondeo primo, quod tota hæc concordia censetur in foro exteriori simoniaca: quoniam per eam altera pars obligatur ad tradendum alteri parti rem spiritualem pro re temporali, quod est simonia cum per definitionem simonia, quam tradit glossa & communiter recepta tam à Theologis, quam à Canonistis, & à nobis præ aliis declarata in nostro Man. confess. h & consequenter iudicabitur in prædicto foro nulla, & nullius valoris: & partes, quæ illam concordiam fecerunt, censentur in eodem foro excommunicati; quia non solum fuit simonia mentalis, & conuentionalis, sed etiam realis ab vtraque parte completa, ideoque perfecta, & omnia prædicta mala, & etiam irregularitate, si celebratum est, inducens, iuxta ea quæ nos post alios dicimus vbi supra, i & pecunia recepta iubebitur restitui Ecclesie, cui facta est iniuria, iuxta cap. *de hoc.* k

2 Secundo, quod probabiliter dici potest, quod si vere coram Deo N. non habuit voluntatem vendendi ius, quod prætendebat habere, sed solum recuperandi impensas, quas fecit, nec verè coram Deo beneficiu erat suum, non incurrit pœnas prædictas in foro conscientia, neque indiget absolutione ab vlla censura, nec obligatur ad restituendam pecuniam acceptam, nisi quatenus superat impensas factas; sed satis est ei pœnitere peccati mente, & conuentione, & renunciatione, quam gratuito licite facere poterat, admissi, per ea quæ nos vbi supra insinuauimus.

3 Tertio, quod prædictus P. recte agit renuendo approbare illam concordiam, & non potest cogi ad eam seruandam: & rectè facit volendo defendere suam possessionem, si putat

coram

a De rer. perm.

b De verum perm. li. 6. c. in d. cap. c. olim. nu. 4. d. Quas. 13. de perm. bene. c. in d. ca. 1. f. Leg. 1. ff. de rer. perm.

g Quas. 12.

h In d. cap. 1. i. in fin. q. 40.

k De ver. per.

l Confil. 279. questio proponitur.

m In ca. quia vtriusmodi de presump. nu. 1.

n 1. qu. 2. cap. fin. de pac.

a In ca. dudum. verbo, libera. de prob. lib. 6.

b a. De sim.

c In d. cap. cum olim. & cap. cum uniuersorum.

d ff. si cert. pe. c. ff. de ac. rerum. dom.

f Cap. 23. nu. 108.

g 1. q. 1. in su.

h Cap. 13. nu. 109.

i Num. 109. & sequen. k De simon.

l Et ca. fin. de pactis. d. Num. 110.

c Leg. duo sūt Titij. ff. de res. iur. c. capi. si sacerdos de offic. ord. iun. d. a glossa.

d In sum. ea. cau. c. quas.

e i. qua. s. f. in sum. 1. q. 4. De simon.

h De prob. li. 6.

coram Deo suum esse beneficium, & bona fide defendit illud: & nullam pœnam incurrit renuendo approbare illam: quia nemo tenetur approbare simoniaca pacta facta ab alio adque suo consensu: & obligatur ad renuendum eam, & execrandum, iuxta totam l. q. 4. & cap. cum pridem. a & tradita à nobis vbi supra. b

4 Quarto, quod præfatus N. indiget absolutione à prædicta simonia per Datariam Papæ, & non sufficit per Pœnitentiarum quo ad forum exterius: quia illa non habet facultatem id faciendi quo ad illud forum, sed tantum quo ad forum interius, neque præfatus N. indiget illa quo ad illud forum interius, si non habuit aliam mentem, quam illam, de qua loquitur secundum responsam; sed satisfaciet cōueniendo cum aduersa parte, & notario, qui etiam male fecit accipiēdo concordiam illam simoniacam, vt comburatur protocollum, in quo est concordia prædicta scripta, ita quod numquam amplius apparet, nec probari posset: quia de non existentibus & non apparentibus non est iudicium. c Salua, &c.

Aduerte, an huic cautela vltimo loco data obstat Bar. & Bal. l. 2. si plura ff. quemadmo. testam. & vide Deci. & additionem in cap. 1. num. 207. de prob. & an quod ponitur in 2. dicto, intelligatur procedere quando dicto H. nullum ius in dicto beneficio cōpetebat, vt videtur innuere auctor dum supponit quod beneficium non erit coram Deo ipsius N.

S V M M A R I V M.

- 1 Simonia in concordia beneficij per tertium commissa non nocet parti eam ignorantem, immo ius suum ei remanet illesum. n. 3. at illam sciens, vel credere debens, statim debet renunciare ius, si quod ex illa quæsiuit. nu. 2.
- 4 Credere tenetur quis simoniam ad eius utilitatem commissam, si adsint præsumptiones verisimiles ad illam præsumendam.

C O N S I L I V M X L V.

D V O litigantes, Ioannes Romæ morans, & Petrus in patria degens, fecerunt concordiam super beneficio litigioso, vt auctoritate Papæ dimidium fructuum cederet Ioanni, & alterum Petro: quæ cōcordia fuit auctoritate Papæ confirmata, & literis expeditis exequuta: sed non fuit narratum Papæ id, quod ignorante Ioanne pater & frater eius promiserunt Petro dare durante vita Ioannis ei, donec assequeretur beneficium integrum, certos modios tritici, & aliorum granorum, non facta mentione de causa ob quam promiserunt: & præfatus Petrus accepit postea, dum vixit, omnes fructus integros prædicti beneficij, post cuius mortē obiicitur Ioanni simonia, vel confidentia illicita. Quæritur quid debeat facere Ioannes.

1 Respondetur primo, Ioannem quidem ignorantem promissionem patris & fratris sui non incurrisse vllum peccatum, vel excommunicationem, quæ ob prædictam promissionem incurserunt ipsi, si eam fecerunt, vt Petrus consentiret concordia prædicta, quia simonia per tertium commissa in collatione & prouisione non nocet parti ignorantem eam quo ad peccatum, & excommunicationem: quia peccatum alienum non nocet quo ad illa ignorantem, donec sciat, & consentiat vt habetur l. q. 4. per totam, præsertim cap. iam itaque. & tradit glossa. d

2 Secundo, quod præfatus Ioannes, simulac sciuit & credere debuit præfatos cognatos suos promisisse præfatos modios ob dictam causam, renūciare debuit ius, quod per illam concordiam acquisitum fuit ei, per c. l. e quod in hoc citat prædicta glossa recepta, f & traditur in cap. ex insinuatione. & nisi Papa illud sibi attenta eius ignorantia & bona fide confirmet, vel quatenus opus fuerit sibi denuo conferat, per notata in eisdem capp.

3 Tertio, quod præfatus Ioannes non perdit propter illam concordiam simoniacam tertij se ignorante factam ius, quod antea habebat, immo debet illud ei restitui, vel sine alia restitutione potest ad illud redire, per cap. si beneficia, h cum ei adnotatis.

4 Quarto, quod præfatus Ioannes non dicitur sciuisse, neque approbasse præfata simoniam propter hoc solum, quod pater eius soluerit præfatos modios Petro, eo quod esset procurator filij: quoniam non fecit ipsum procuratorem ad soluendum ei modios præfatos, sed solum ad recipiendum fructus, qui pertinebant ad ipsam ratione concordia factæ, se

ignorante simoniam: quia diuersa sunt illa, & à diuersis non fit illatio. a

4 Quinto, quod cum ab aduersarijs probatum fuerit præfato Ioanni, quod pater & fratres eius promiserunt præfatos modios Petro, antequam concordia confirmaretur à Papa, par est credere simoniam præfatam præcessisse: quoniam licet in instrumento promissionis non exprimat illam promissionem factam fuisse, vt Petrus consentiret concordia, tamen sunt in eo quedam verba, quæ significant illud, scilicet quod soluerent durante vita præfati Ioannis, aut donec Petrus assequeretur beneficium integrum in ecclesia vbi erat: & idem significat qualitas personarum promittentium, & quod lis erat super beneficio, cuius fructus in concordia diuidebantur, & quod nulla alia causa exprimitur in instrumento, ob quæ promissio fieret, & quod promissio illa suapte natura tendebat ad suadendum illam concordiam: & huiusmodi verisimilia sufficiunt ad probationem præsumptam. b

Sexto, quod vtile consilium erit Ioanni, vt præueniat aduersarios in impetrando à Papa aliquod si neutri, vel si nulli, vel perinde valere, vel aliam gratiam, quæ sibi videbitur conueniens, iuxta præcedentia dicta. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Transactio facta auctoritate iudicis super beneficio, quod remanet illi cui debetur, licita est.

C O N S I L I V M X L V I.

H I E R O N Y M V S & Alexander presbyteri in Rota litigabant super quadam parochiali Ecclesia. Domini vero Auditores in principio huius causæ deciderunt tria, scilicet, dictam parochialem Hieronymo de iure competere; & Alexandrum, qui erat in possessione, condemnandum esse in omnibus fructibus ex d. parochiali Ecclesia perceptis; & tandem possessionem & fructus eiusdem parochialis sequestrari debere. Post has decisiones R. P. D. proponens terminum seruauit ad ferendam sententiam, sed antequam cedulam subscriberet, dictus Alexander, qui omnino causam amittebat, hanc conuentionem, siue pactum Hieronymo proposuit, vt scilicet fructus, & expensas, in quibus condemnandus erat, sibi remitteret, ipse vero liti cederet, & causam, hoc pactum propter causas infra scriptas placuit Hieronymo; atque ita in actis huius causæ vna pars alteri cessit, & remisit. Huius rei postea certior factus est d. proponens, & deinde tota Rota; quæ, quia partes inter se iam conuenerant, mandauit Domino proponenti, vt causam expediret: itaque subscripta est cedula sub termino prædicto, qui antequam partes inter se conuenirent, seruatus fuerat, & in dicta cedula sententia promulgata est pro dicto Hieronymo, & in eadē sententia parochialis ei est collata, & tandem possessionem consequutus est.

Nunc dubitatur, an prædicti commiserint simoniam, quia pactum inierunt inconsulto Papa; an verò excusetur Hieronymus. Primo, quia nullum ius censensus est emisse, cum ab aduersario in se nihil transmissum sit. Deinde, quia censendum etiam est habuisse ius in ipso beneficio per collationem, antequam pactum illud iniret: quia collata sibi fuit dicta parochialis in ipsa sententia: sententia autem Rotæ, & quæ in ea continentur, à termino seruato robur habent. Præterea, quia habito iure in parochiali, vt dictum est, fructus remisit ad redimendas suas vexationes, & innumeras molestias, & non principaliter propter acquirendam possessionem: nam si maximas molestias in hac re non experiretur, certe sequestratione possessionis & fructuum contentus fuisset. Tandem, quia remittere propriè non est dare tamquam pretium, sed donare.

1 Respondeo primo nullam in casu proposito esse coram Deo & in foro conscientia admissam simoniam, præsertim realem, per prædicta. Secundo, neque in foro exteriori videri incurtam vllam talem simoniam: tum per superius allegata. Tum quia conuentio præfata fuit nota Prætorio Rotæ, & placita illi, & decreta fuit illi possessionis traditio. Tum quia satis videtur fuisse à Papa ratificata, cum iudex ab eo datus illam ratam habuerit. Tum quia auctoritate iudicis, præsertim tanti Prætorij, potest eiusmodi compositio iustè & sanctè fieri, e & denique quia etiam auctoritate ordinarij id fieri posse videtur, argum. cap. extirpanda. d & per alia, quæ adduci possunt, quæ tamen non sunt necessaria. Salua, &c.

S V M M A

a Leg. Papæ. ff. de minor. c. c. ad audi. entia. de deci. mis.

b Capit. quia non est. de præsumptio. c. l. non est verisimile. ff. quod metus causa.

c Arg. cap. si essent viri prouidi. de pr. d. Eod. tit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Papa beneplaciti reseruatio opposita in conuentionibus beneficiis excusat ab omni saltem temporali pœna, & hoc quo ad illa que eius supposita fuerunt beneplacito, & modo non deueniatur ad conuentorum exequutionem, antequam illud sit obtentum. nu. 3. & 4.*
- 2 *Vexationis vitanda causa saltem post possessionem quesitam dari quid potest, modo non detur ex vi precedentis simoniace conuentionis: & vexatio, qua timetur, sit iniusta. nu. 4.*
- 3 *Simoniaca est omnis pœctio & conuentio super spiritualibus, scilicet dandis aliquid temporale pro spirituali, & hoc etiam si spirituale nec perdat, nec acquiratur, ut patet in simoniaca resignatione, per quam nec resignans aliquid spirituale perdit, nec resignatarius acquirit. num. 4.*
- 3 *Pensio sine simoniaca prauitate secundum veriore & communior sententiam sine Papa auctoritate nec constituit, nec redimi per partes potest.*
- 4 *Resignatio simoniaca non tenet: vnde nec resignans perdit ius suum, nec resignatario acquiritur.*

C O N S I L I V M XLVII.

B. & G. litigantes super quodam beneficio, quod vterque per statuta foundationis sibi debitum contendebat, superuenientibus aliis litigatoribus, eadem ratione sibi debitum contententibus, conuenerunt, vt sese mutuo iuuarent contra alios, & alteruter eorum, qui obtineret, alteri constitueret certam pensionem, & impensæ essent communes: quæ omnia, excepta pœna pecuniaria, sub qua se ad id obligabant, beneplacito Papæ subdiderunt, ita quod sine illo nulla essent, & communibus impensis beneplacitum impetraretur. Post quæ alter eorum, altero delistente, obtinuit victoriam, & possessionem pacificam adeptus, præfatam pensionem noluit alteri constituere, nec soluere; sed vt alter à minis litigandi, quas faciebat, cessaret, dedit ei 500. iulios pro impensis & laboribus ante & post prædictam conuentionem factis ante beneplacitum Papæ impetratum, quod postea non curauerunt impetrare. Quæritur, an vllam pœnarum simoniæ incurserint.

1 Pro parte negante facit primo, quod omnia conuenta fuerunt supposita beneplacito Papæ, quod secundum receptam sententiam excusat ab omni pœna saltem temporali, vt traditur in Manu. confess. ^a

Secundo, quod licet cuique suam vexationem redimere, saltem post quæsitam possessionem pacificam, ^b & qui præfatos iulios dedit, habebat illam pacificam, & alter minabatur ei litem.

2 Tertio, quod neuter illorum quæsiuit, vel reliquit spirituale pro temporali, nec contra temporale pro spirituali: nam sine vlla alterius sui iuris renunciatione alter obtinuit sententiam, & possessionem pacificam, & constat simoniam esse emptionem, siue contractum non gratuitum dandi spirituale pro temporali, iuxta glossam receptam. ^c

Pro contraria tamen parte facit primo, quod omnis pœctio, siue conuentio super spiritualibus videtur simoniaca, ^d & negari non potest præfatam conuentionem fuisse factam super beneficio spirituali, quo duo sese iuuarent contra alios in litigando, & quod qui obtineret solueret vel constitueret alteri certam pensionem.

Secundo, quod vterque putabat non licere sibi ita conuenire, nisi cum beneplacito Papæ, quod non erat necessarium, si nulla simonia incurreretur.

Tertio, quod promissio illa constituendæ pensionis facta ob auxilium accipiendum in litigando super beneficio non potest excusari à simonia, tenendo, vt omnes tenent, non posse quem vendere, vel constituere pensionem super beneficio suo, nec iam debitam & constitutam redimere sine Papæ auctoritate, secundum plerosque omnes, & rectè: licet Caietanus quem quidam sequuti sunt, sed male, cõtra in hoc teneat: aliud enim est quem remittere gratis pensionem sibi debitam, quod licet: aliud redimere pensionem à se debitam pecunia, quod non licet, & damnatur ex stylo Curie, qui facit ius. ^e

Non obstant opposita pro parte negante formata: Non primum. Tum quia non fuerunt omnia subiecta voluntati Papæ: quia voluerunt, vt pœna, sub qua se obligauerunt, valeret, esto non accederet beneplacitum Papæ.

4 Tum quia, vt probatur in Man. ^f in fine, beneplacitum Papæ nõ excusat, nisi postquam fuerit præstitum: qui enim

A promittit dare centum pro beneficio sibi conferendo, si placuerit Papæ, & non aliis, & soluit illa pro ipso ei collato, antequam placeat Papæ, non excusatur à pœna simoniæ: nam positum sub conditione nihil operatur ante illius euentum. ^a

Non obstat secundum oppositum: quia, licet datio illorum iuliorum fuit facta post adeptam possessionem pacificam, promissio tamen de soluenda pensione ob adiutorium & impensas communes longè antea facta fuit, vt in facto proponitur; & datio illa non fuisset subsequuta, nisi pœctio illa & adiutorium præcessisset.

Non obstat etiam tertium: quia ad essentiam simoniæ non requiritur necessario, vt aliquid iuris spiritualis acquiratur, vel perdat, pro temporalibus: satis enim est quod detur vel accipiatur temporale pro spirituali, qui enim renunciat beneficium suum pro mille scutis, nihil iuris spiritualis querit, vel perdit; quia renunciatio non valet secundum Innocentium in cap. cum vniuersorum. ^b & decif. Rotæ, ^c & tamen committit simoniam secundum omnes. Item qui vendit beneficium alteri sine superioris auctoritate, simoniam grauissimam admittit, & tamen nihil iuris spiritualis perdit, vel quærit; quia nemo potest suum beneficium transferrè in alium, neque relinquere, ita vt vacet, absque superioris auctoritate. ^d

C Concludo igitur primo, quod conuentio præfata proculdubio fuit simoniaca simonia conuentionali, quatenus non fuit quo ad pœnam subiecta beneplacito Papæ, & quatenus fuit datum & acceptum adiutorium promissum ab vna parte, antequam beneplacitum Papæ impetraretur, iuxta 4. fundamentum.

Secundo concludo, quod dubitari potest an præfata simonia fuerit realis, & videtur non esse: quia illa tantum dicitur realis, quæ ab vtraque parte completa est, vt post alios resoluimus in Man. ^e & licet vnus præfatorum pro sua parte impleuerit, alter tamen nõ impleuit, quia non imposuit pensionem, nec voluit soluere illam post beneficii consequutionem, & præfatos iulios dedit pro impensis, & pro redimenda vexatione iniusta, quam probabiliter timebat, quare sequitur, nullas pœnas incurrisse contra simoniacos latas.

S V M M A R I V M.

- 1 *Simoniacus confidentiarius non est, qui tertio ignorantem impetrat beneficium, sperans quod ille in sui fauorem retrocedet.*
- 2 *Papa beneplacitum, sub quo fit concordia, tollit, saltem quo ad pœnas, simoniam, modo non sequatur exequutio ante illud obtentum, puta receptio expensarum, pensionisve promissæ, & similia.*
- 3 *Resignans beneficium simoniace, remanet adhuc dominus sui beneficii: vnde si à resignatario aliquid percepit, potest compensare cum fructibus ab eodem resignatario perceptis. & num. 4.*

C O N S I L I V M XLVIII.

EXPONITVR D. V. quod vacantibus pluribus beneficiis sine cura, & non requirentibus residentiam, apud Sedem Apostolicam per obitum Baptiste de anno 1552. de illis fuit prouisus Gerardus familiaris PP. ipso incio, instante Cæsare amico dicti Gerardi, vt dictus Gerardus tamquam familiaris literas gratis expediret, & facilius obtineret, nulla tamen confidentia, vel pœctione inter eos præcedente de illis postea resignandis, ante bullas factas super confidentia: licet postea dictus Gerardus ad instantiam dicti Cæsaris duo ex dictis beneficiis resignauerit in manibus Vicarij cuiusdam ordinarij extra portam Vrbs, qui Vicarius dicta duo beneficia contulit cuidam Bernardo, qui virtute dictæ prouisionis dicta beneficia per plures annos possedit, sed quia dubitabat, quod dictus Vicarius extra dioccesim existens non poterat dicta beneficia per dictam resignationem dicti familiaris PP. tamquam reseruata conferre, præfatus Cæsar curauit, quod dictus Gerardus in fauorem ipsius tam dicta duo beneficia, quam alia resignaret, prout resignauit, & incepit expedire bullas, licet non perfecerit.

F Quibus sic stantibus fuit mota lis dicto Bernardo super dictis duobus beneficiis ad instantiam cuiusdam Iacobi in illis partibus, & postmodum causa commissa in Rota ad instantiam dicti Bernardi contra dictum Iacobum: qua sic pendente,

^a omnia. In-
stic. de verb.
oblig. ca. si
pro te. de res-
cript. lib. 6.

^b Deret. per-
mut.
c 7. in antiq.
eo. tit.

^d Cap. quod
in dubijs. &c.
admonet. de
renunc.

^e Cap. 23. nu.
104.

^a Cap. 23. nu.
108.

^b Ca. dilectus
de simon.

^c In summa
1. quæ.

^d Cap. quam
pio. syn. 2. &
ca. si. de pa-
dis.

^e Cap. quam
gram. de cri-
mine falsi. &
cap. ex literis.
de consil.

^f Cap. 23. nu.
108.



ad instantiam dicti Cæsaris dictus Gerardus, qui huiusmodi beneficia resignauerat, vt supra, fuit admittus ad causam pro suo interesse, licet nullum haberet, stantibus dictis resignationibus, sed ius erat penes dictum Cæsarem & Bernardum per dictas resignationes. Deinde inter dictum Iacobum & Bernardum de anno 1560. saluo semper Sedis Apostolicæ beneplacito, fuit facta concordia, & in ea dictum, & dictante dicto Cæsare, quod in euentum in quem dictus Gerardus cesserit omni iuri sibi competenti in quatuor beneficiis in fauorem dicti Iacobi, qui in illis ius prætendebat, sed non erat bonum, etiam dictus Iacobus cederet in fauorem dicti Bernardi omni iuri in dictis duobus beneficiis aliis eidem Bernardo resignatis per dictum Gerardum, licet dictus Gerardus stante resignatione facta dicto Cæsari nullum ius haberet; & quod tunc dictus Iacobus & Bernardus promittebant dare pro expensis factis per dictum Cæsarem nomine dicti Gerardi quædam res: & constituerunt procuratores ad consentiendum pensioni trium ducatorum de Camera cum dimidio, quilibet ex ipsis super dictis beneficiis, videlicet ducatos tres cum dimidio super dictis quatuor beneficiis, & totidem similes super dictis duobus soluendos dicto Gerardo, vel Cæsari, vel personæ nominandæ per dictum Cæsarem quolibet anno. Quibus stantibus dictus Cæsar fuit inquisitus super quodam crimine, & postea carceratus: qui in carceribus existens, recordatus, quod dictum beneplacitum, & confirmatio concordia, & cessio adhuc non interuenerat, curauit vt fieret supplicatio, quæ de anno 1566. fuit facta, & in ea fuit narrata dicta concordia facta, & aliis prout in instrumeto, quod haberetur pro expresso, vel de verbo ad verbum exprimi vel inferri posset: Papa illam confirmauit, dummodo pacta in eo apposita essent licita & honesta, & fuit reseruata pensio prædicta eidem Cæsari.

Sed quia d. Gerardus non cessit iuri super dictis beneficiis nisi de anno 1566. & tunc etiam procurator constitutus in dicta concordia consensit reseruatiõni dictæ pensionis in fauorem d. Cæsaris, & d. Iacobus de anno 1569. cessit etiam d. iuri super dictis duobus beneficiis in fauorem d. Bernardi; licet præfati consensus retrotrahatur ad diem dictæ supplicationis: dubitatur, an etiam dicta confirmatio retrotrahatur ad dictam diem concordia. Et quia pensio huiusmodi fuit soluta à dictis Iacobo & Bernardo, procuratori, seu negotiorum gestori dicti Cæsaris in illis partibus, etiam ante dictam confirmationem, & dictos consensus præstitos, existente dicto Cæsare in Vrbe & carcerato; propterea dubitatur, an receptio dictæ pensionis habita sponte non per viam iudicij à dicto Iacobo & Bernardo sit simoniaca, ex quo dicta pensio fuit soluta ante confirmationem PP. dicto procuratori d. Cæsaris, d. Cæsare ignorate, licet non bene nunc recordetur an tunc sciuerit: & an dictus Cæsar teneatur ad restitutionem dictæ pensionis, tamquam malè soluta ante dictam confirmationem sicut supra recepta per eius procuratorem, hæredibus dictorum Bernardi, & Iacobi, qui illam soluerunt, vel illorum successoribus in dictis beneficiis, vel Camera Apostolicæ: & quatenus Camera debeantur, dictus Cæsar petit dictas pensiones forsan illicitè receptas compensari cum seruitiis dictæ Camere præstitis; & quatenus teneretur restituere dicto Bernardo, etiam compensari cum seruitiis eidem & fratri germano præstitis, cuius ipse fuit hæres; quatenus verò dicto Iacobo, superfluum, quod ipse soluisset, quod nõ ascendit ad scuta 16. vel circa, & essent illicitè recepta, & Camere applicanda, compensari vt supra, vel sibi tamquam seni per S.D.N. donari, vel illa dimittere dictis successoribus ad computum pensionum postea soluendarum; vel si essent illicitè recepta per procuratorem Cæsaris prædicti, absolui, cum non putauerit aliquam simoniam fuisse commissam, nec in irregularitatem incurrisse, etiam quod interim Missas celebrauerit.

Insuper dictus Cæsar de anno 1540. vel circa fuit prouisus de duobus beneficiis sine cura per obitum à Paulo III. & super illis mouit litem contra quemdam Philippum possessorem, & habuit sententiam fauorabilem in Rota, & literas exequutoriales, & credit etiam brachium sæculare. Sed quia quidam Carolus in illis prætendebat ius, intimatis illi dictis literis exequutorialibus fuit deuentum ad concordiam verbo inter eundem Carolum, & Cæsarem, quod dictus Cæsar cederet omni iuri sibi in dictis beneficiis competenti in fauorem dicti Caroli: & dictus Carolus constituit procuratorem

A ad consentiendum pensioni medietatis fructuum dictorum beneficiorum in fauorem Cæsaris propria auctoritate percipiendæ, & ambo præstiterunt consensum in manibus notarij Camera, & fuit capta data parua super huiusmodi consensibus, non tamen fuit expedita supplicatio: & tam dictus Cæsar, quàm dictus Carolus acceperunt medietatem fructuum dictorum beneficiorum, licet Cæsar prætenderet dicta beneficia esse sua, & similiter dictus Carolus, vel post eius mortem successor, non sequuta confirmatione Apostolica. Quibus sic existentibus, dictus Cæsar de anno 1563. resignauit dicta beneficia in fauorem Antonij, qui ab illo tempore illa possedit.

B Et quia etiam dubitatur, an dicti fructus sint legitime percepti per dictum Cæsarem, qui bonum ius ad ambo beneficia, & sic ad omnes fructus habebat tam per dictam prouisionem, quàm per sententiam; ad tollendum omne dubium, supplicat etiam absolui, si pacta seruata fuissent illicita, vel promissio illorum fructuum, aut perceptio super dictis medietatibus, ex quo fuerunt obseruata per annos 20. & ultra ante supplicationem expeditam; vel si deberentur dictæ Camere, compensari vt supra; vel ab illis, & forsan simoniaca possessione absolui. Nam mihi responsa fuerunt sequentia à viro dicto.

C Sub prætextu, quod d. Cæsar impetrauerit d. beneficia nomine Gerardi, non potuit considerari simonia, neque confidentia: quia nulla pactio nec datio inter eos intercessit, & confidentia dicitur simul fidentia: vltraquam prohibitio de confidentia fuit facta per se. re. Pium III. & Pium V. cum clausula, *ne deinceps*: & non interuenerunt ea, quæ in illa continentur; nec concordia potest dici simoniaca, quia in ea est reseruatum beneplacitum Papæ, quando pacta ante beneplacitum non sunt effectiuata, & illud beneplacitum Papæ reseruatum operatur, ne partes incurrant pœnã in contrahendo. b & quando compositio est confirmata per Papam paciscentes excusati fuissent, c & purgatur vitium simoniæ accedente postea auctoritate Papæ. d Secundo pacta non fuerunt seruata ante confirmationem Papæ, sciente dicto Cæsare, qui erat in carceribus detentus, licet post confirmationem scelerit fuisse perceptam; & quis non dicitur simoniacus, quando ab alio eo ignorante fuit simonia commissã. e Sed si procurator dicti Cæsaris sponte receperit à dictis Iacobo & Bernardo pensionem promissam in dictum euentum ante confirmationem Papæ, Cæsar non dicitur simoniacus: quia non videtur datum mandatum dicto procuratori à dicto Cæsare ad delinquendum, f & simonia debet probari concludenter, g aliàs in dubio est capiendã præsumptio, ne contractus dicatur simoniacus: h & simonia incurritur, si dolo malo commissã fuit, i sed dictus Cæsar numquam habuit dolum committendi simoniam: quia à principio voluit adhiberi beneplacitum Papæ; & propterea si ante dictum beneplacitum prædicti Iacobus & Bernardus soluerunt dictas pensiones procuratori dicti Cæsaris absenti, & ignorantis, non est illi imputandum, & in simonia commissã pro ignorante Episcopus dispensat. k

E Non obstarẽt, quod dictus Cæsar post confirmationem factam per Papam sciuerit pensionem fuisse solutam ante dictam confirmationem Papæ, & propterea teneatur ad illarum restitutionem: quia si non fuisset valida dicta concordia, & confirmatio Papæ, dictus Cæsar redibat ad dicta beneficia, tum quia in illis habebat bonum ius, tum quia virtute dictæ supplicationis & confirmationis concordia poterat habere accessum & ingressum ad illa, & dicti Bernardus & Iacobus fuissent obligati ad restituendos omnes fructus, vel si dictæ pensiones essent indebitè perceptæ, quia non sunt exactæ per prædecessorem beneficij, applicantur Camera Apostolicæ per constitutionem Iulij iij. vbi sunt constituti subcollectores spoliatorum: & quia dictus Cæsar seruiuit dictæ Camere, vellet dicta seruitia cum dictis pensionibus compensare, & huiusmodi compensatio esset in foro conscientia admittenda; quia non potest cum Camera litigare: & Deus etiam permisit Iudæis, quando ex Aegypto recesserunt, vt peterent mutuo multa ab Aegyptijs, & illa sibi transportarent, propter tot seruitia à Iudæis dictis Aegyptijs facta.

F Ad secundum dubium est magis facilis resolutio: quia dicta concordia nullo modo fuit confirmata à Papa, nec consensus resignationis & pensionis fuerunt extensi, prout regula Cancellariæ requirit, & remansit ius illorum penes

a Cott. decis. 230.

b Verall. decis. 104. in princ.

c Gloss. in ca. cum pridem. in verbo illicito. vers. sed videtur. de pact.

d Deci. conf. 141. n. 2. vers. gloss. tamen.

Felin. in cap. ad audientiam. 2. nu. 3. vers. quod autem.

de rescr. Pari. conf. 30. nu. 5. & 6. in 4.

e lo. And. in cap. de simoniace. & ibi Ant. Buc. nu. 3. de simo. & refert ibi A. postil. ad lo. de Anan. col. 3. in verbo simonia.

f Leg. 3. §. si procuratori. ff. quod quisque iuris. Ro. deci. 7. vt lite pendente, in nou.

g Cott. decis. 133.

h Put. decis. 144. in princ.

i Paris. consilio. 20. num. 10. in 4.

k Gloss. in ca. ex multis. in verbo postea. 1. qu. 3. Rod. de simonia in 4. par. cap. 8. num. 21. fol. 324.

dictum

dictum Casarem, cum quo dictus Casar non solum medietatem, sed etiam fructus duorum beneficiorum accipere poterat; unde si medietatem recepit, non dicitur commissi simonia, si tacuit quod dictus Carolus aliam medietatem reciperet, & quod titulus resignationis non habuisset effectum, quia praeindebat habere titulum ordinarij, licet non esset bonus; sed ex illo titulo potuit dictam medietatem fructuum percipere, maxime stante regula de trienniali, per qua percipiens fructus etiam mala fide facit illos suos, quando titulum coloratum habet, & idem Sarnensis, b dicit procedere etiam in foro conscientiae; ubi subdit, quod si lex est iusta in foro fori, erit etiam iusta in foro poli: & qui habet regulam trienniali pro se, est tutus in foro conscientiae, ut quis non possit molestari super beneficio, quod non potest retinere sine canonica institutione, c secundum Rebuffum, d ubi dicit, quod si aliis diceretur, dicta regula deduceret multos ad inferos. & a fortiori, in pensione, quam quis recipit, etiam dicta regula tenetur. Est etiam simoniacus, quando interuenit simonia a principio, e sed a principio non interuenit simonia in dictis concordijs, quia fuerunt factae saluo Sedis Apostolicae beneplacito, ut supra dictum est.

Ad tertium dicitur, quod si aliquis esset simoniacus quo ad beneficium etiam occultus, est suspensus quo ad se, non quo ad alios, sicut quilibet peccator, & propter talem suspensionem non incurrit irregularitatem celebrando ut ait Decius, f post Abbatem, quem allegat. g

1 LECTIS SUPRADICTIS, Respondeo primo, quod supradictus D. consultor optime respondet, quatenus ait, quod in casu proposito praefatus Gerardus nullam in impetrando admisit simoniam, neque confidentiam illicitam, licet credendum sit habuisse confidentiam bonam & licitam, de qua non intelligi Piorum constitutiones probatur a nobis in Manual. confess. b

2 Secundo, quod etiam optime respondet, quatenus ait, quod concordia non fuit simoniaca, quia seruatum fuit beneplacitum Papae, cuius auctoritas abolet omnem simoniam, saltem quo ad poenas eius, ut tradimus nos ubi supra.

Tertio, quod etiam bene respondet, quatenus ait praefatos pacificos non fuisse incursums ullam simoniae poenam, si pacta & conventiones non fuissent exequuta, antequam Papa confirmaret, & sibi placere illa diceret.

Quarto, quod non videtur satis cautè dicere pacta non fuisse exequuta ante beneplacitum Papae. Tum quia in narratione casus expressè dicitur, quod res aliqua fuerunt datae pro impensis ipsi Casari. Tum quia Bernardus & Iacobus coeperunt possidere, & possederunt bina beneficia ratione illius concordiae, quia sciebant quod nulla alia ratione iuste possidere illa poterant. Tum quia ut simonia censetur commissi in renunciatione, non requiritur, ut renunciatio valeat, sed sufficit, quod fiat propter pecuniam, vel cum pacto: alioqui in nulla renunciatione committeretur simonia, quia nulla renunciatio simoniaca valet secundum Innocentium, i & Rotam, k & habetur in extrauagante 2. l. ubi, vel quilibet alias dispositiones. Tum quia ipsi soluerunt pensiones imponendas a Papa, antequam ille approbaret eas. Tum quia quaeritur consilium in foro conscientiae, & per verba narrationis apparet quo ad illud Casarem recepisse pensiones aate confirmationem, neque ipse id vlatenus negat: & in illo foro non est locus praesumptioni, per quam praefatus D. consultor vult cum excusare.

3 Quinto, quod his est consequens praedictum Casarem male recepisse res datas sibi pro impensis in lire factis, & penius pensiones ipsas, & praefatos Iacobum & Bernardum pessime tenuisse praedicta beneficia sine vlllo titulo iuridico.

Sexto, quod ijs est consequens praedictum Casarem teneri ad restitutionem illorum, qua recepit, nisi excusetur ea ratione, quod beneficia, & tituli eorum remanserunt penes eum, eo quod renunciatio beneficij simoniaca non valet, ut praedictum est; & consequenter praedicti Iacobus & Bernardus tenerentur restituere ipsi fructus perceptos ex beneficijs; & ita fieri posset compensatio, praesertim quo ad forum conscientiae.

4 Ad secundum respondetur, quod omissis quibusdam, quae praefatus D. consultor parum firmè, vel parum aptè dicere nobis videtur, respondetur primo, quod praedictus Casar remansit dominus praefatorum duorum beneficiorum;

tum quia eius renunciatio non videtur valuisse propter defectum extensionis consensuum, tum quia si fuisset extensio facta, renunciatio fuisset simoniaca, eo quod pacta super ea inita completa forent, antequam beneplacitum Papae accederet; & ita non valisset resignatio: & consequenter poterat accipere non solum medietatem fructuum, sed etiam omnes, quia tituli remanserunt penes eum, cum renunciatio simoniaca non valeat, ut praedictum est: & ita ex hoc capite excusari potest a restitutione. Salua, &c.

SUMMARIUM.

1 Permutatio beneficiorum, & venditio fructuum alterius simul corresponsiue fieri nequeunt, sed separatim sic, modo cesset omni iurisdictione saltem obligatio alterum faciendi, si alterum fiat. num. 2.

CONSILIVM XLIX.

QVIDAM habens executoriales super quodam canonicatu litigioso, per quas condemnatus iubetur relinquere beneficium, ac restituere omnes fructus quinquennio perceptos ascendentes ad summam 300. ducatorum, vult permutare illud ius, quod habet sibi adiudicatum, pro quodam beneficio alterius, constituta pro pensione certa pecuniaria quantitate super praedicto canonicatu; vult etiam conuenire super fructibus praedictis, ut compermutator det ei 500. aureos in praesentia, & postea duas partes residuorum fructuum, & ut retineat sibi tertiam pro laboribus & impensis.

Quaeritur, an, & quomodo liceat hoc facere, non facta in permutatione mentione de hoc facto secundo.

1 Respondeo primo, non licere praedictis consulentibus permutare modo praedicto, cum pacto de soluendis fructibus a resignatario canonicatus, tertia sibi certa parte illorum, non facta mentione in supplicatione de illo pacto: quia resignationes, & acceptationes beneficiorum resignatorum, quae sunt necessariae ad praedictam permutationem, haerent cum pacto dandi & accipiendi spirituale pro temporario, & e contrario, quod sine licentia Papae est simoniacum per definitionem simoniae receptam, quae ponitur a glossa, a & a S. Thoma, b & ab alijs alibi.

2 Secundo, quod possunt fieri haec per duo pacta diuersa, ita quod alterum non fiat propter alterum, nec coniunctim, sed diuisim, quorum alterum sit permutatio beneficiorum auctoritate Papae, & alterum venditio praedictorum fructuum auctoritate propria: sic quod fructus non emantur a resignatario canonicatus, saltem principaliter, propterea quod sit permutatio; neque fiat permutatio, propterea quod praedicto modo vendantur & emantur praedicti fructus; sed quod is cui renunciatur canonicatus, emat ut quidam tertius praedictos fructus pretio, ut praedicitur, conuenito.

Tertio, quod longe aptius esset, ut primo fieret praedicta permutatio sine promissione emendi & vendendi praedicto modo praedictos fructus, & post aliquot dies consequentos permutationem fieret emptio & venditio praedictorum fructuum, cauendo tamen tam coram Deo, quam coram hominibus, ne vllus eorum promittat alteri se empturum, vel venditurum, si permutatio fiat, & alijs non: & si quae promissio huiusmodi antehac facta est, discedatur ab ea verè coram Deo vtriusque consensu, ita quod vterque maneat liber ad vendendum, vel emendum post permutationem factam, ac erat ante illam quo ad obligationem iustitiae legalem: quamuis posset interuenire aliqua decentia antidotalis, & spes quod consequetur inter eos illa emptio & venditio fructuum, per ea quae nos tradimus in Manu. nostro. c

SUMMARIUM.

- 1 Mediator simonia in beneficio, si compleatur, incidit & ipse in excommunicationem.
- 1 Permutatio pinguioris beneficii cum minus pingui, cum pacto, ut fructus excedentes sibi restituatur, est simoniaca; idem est, si conueniant ut constituatur pensio auctoritate propria pro adaequatione fructuum. num. 3.
- 2 Confidentialis simonia est, si compermutantes paciscuntur, quod in certum euentum sibi ipsi priora restituunt beneficia; & habet poenas; & beneficia vacant apud Sedem Apost. unde qui de illis ab ordinario prouidetur, non est tutus, num. 6. nec potest fructus percipere. num. 4.

a Sar. in reg. de trienn. qu. 43. n. 7. Cref. in dec. f. 236. ubi. num. 11.

Cap. 1. de reg. iur. in 6. & in tract. de iur. iust. in ampliat. n. fol. 2. 07. Gloss. in d. reg. & Sar. in d. qu. nu. 12.

Consil. 141. in m. 5. vers. 6. & 7. in cap. de iur. iust. in ampliat. n. de iur. excom. in m. m. i. f.

Cap. 23. nu. 29.

Cap. cum v. in iur. iust. de iur. iust. in ampliat. n. de iur. iust. in ampliat. n. de iur. iust. in ampliat. n. de iur. iust. in ampliat. n.

a 1. quae. 1. in iustitia. b 2. 2. qu. 100. art. 1.

c Cap. 23. nu. 100. vers. quinto, &c.



- 5 Cruciata vigore confidentiaris, dimisso beneficio, potest à censurâ ob id incurjis absolui, at vt reabilietur ad beneficia, à Pontifice est impetrandum. num. 8.
- 8 Confidentarius sit quidem inhabilis ad obtinenda beneficia, sed non ad ordines suscipiendos, quos à censura absolutus iuste potest percipere. num. 7.

CONSILIVM L.

DICO primo quod in permutatione proposita fuit admilla simonia realis; eo quod interuenit conuentio, vt qui accipit beneficium maioris valoris per permutationem beneficii minoris valoris solueret compermutanti omnes fructus, qui excederent fructus beneficii minoris: quæ conuentio fuit exequuta ab vtraque parte, quia tealiter vterque compermutarium impleuit eam soluendo per se vel per procuratores suos fructus beneficiorum eo modo, quo fuit conuentum: & sic tam mediatores, quam permutantes inciderunt in simoniam realem, & excommunicationem Papalem, per extrauagantem 2. de simonia. ^a

a In comm.

2 Secundo dico, quod etiam in præfata permutatione interuenit confidentia simoniaca: quia interuenit renunciatio, cum conuentione, quod in certo casu compermutantes tenerentur sibi mutuo restituere beneficia permutata: & consequenter incurrerunt pœnas impositas per Pium III. & V. committentibus confidentiam simoniacam: quarum vna est excommunicatio Papalis, & altera perditio habitorum beneficiorum, & tertia inhabilitas ad habendum alia, & quarta reseruatio beneficiorum per confidentiam habitorum, & aliorum per eam vacantium prouisionis, iuxta tenorem illarum, quarum summa ponitur in nostro Manual. confess. ^b

b Cap. 23. nu. 101.

3 Tertio, quod renunciatio illa, qua quis suscepit minus beneficium, & renunciauit illud, & conuentio, vt qui resignauit minus constitueret pensionem illi qui renunciauit maius, & solutio anticipata fuerunt simoniaca, vt palam est.

4 Quarto, quod etiam perceptio fructuum propensione anticipata fuit mala, & cum peccato facta: quia beneficium illud vacabat per prædicta, & non poterant ipsi qui soluerant illam auctoritate propria percipere fructus illius vacantis & reseruati Papæ. ^c

c Argum. ca. 2. & si adnotatorum. de iudic.

5 Quinto, quod consilium, vt monachus qui recepit maius, recederet à monasterio, & resignaret illud in manibus Papæ, fuit sanctum, & bonum: & quod facta resignatione potuit bene absolui per præfata cruciatam, vel lobzleum ab omnibus censuris ob præfata incurjis.

6 Sexto, quod prouisio minoris beneficii facta per superiorem ordinis virtute resignationis factæ à monacho nihil valet coram Deo: quia propter confidentiam erat reseruata eius prouisio Papæ, vt prædictum est.

7 Septimo, quod ordinario prædicti monachi, qui suscepit maius officium in permutatione, & postea resignauit illud in manibus Papæ, & fuit absolutus à censuris, fuit iusta, & recta: quia præfata extrauagantes non inducunt inhabilitatem ad ordines suscipiendos propter confidentiam, sed solum ad beneficia.

8 Octauo, quod præfatus monachus indiget dispensatione, qua fiat habilis ad beneficia posthac obtinenda. Et quia hæc sunt satis occulta, & per alios tractata, videtur quod sufficiat petere habilitationem à Pœnitentiaro maiori.

9 Nono, quod in gratiam petentis ista subiciam formam supplicationis faciendæ in prætorio Pœnitentiariæ, si melior ei non offeratur.

Illustriss. ac Reuerendiss. D.

CV M quidam N. cuiusdam religionis non mendicantis haberet quoddam officium eiusdem ordinis regulare; quidam patrum eius, quos habebat pro patribus, tractarunt eo ignorante & absente quamdam permutationem simoniacam & confidentialem inter ipsum & alium monachum eiusdem ordinis, qui habebat aliud officium eiusdem ordinis longè maioris valoris, & virtute mandati ab eis petiti & missi perfecerunt permutationem præfata, & impleuerunt conuenta inter se & alium compermutantem, præfatus N. post annu nouitatus, nõ tamen statim reliquit beneficium, neque contradixit pactis, partim ob reuerentiam, qua erat erga patruos, partim ob iuuenilem ignorantiam, & incogitantiam, & partim quod nolebat perdere id, quod sibi bene quæsitum putauerat, donec

A à confessario moneretur, postea tamen renunciauit simpliciter præfato officio in manibus S. D. N. qui contulit illud etiam simpliciter; & fecit se absolueri virtute cruciatæ, & cuiusdam amplissimi lobelæi, fecitque se ordinari quatuor minoribus, & subdiaconatu: angitur tamen serupulo, quod incurreret inhabilitatem obtinendi aliqua beneficia in futurum. Quare supplicat humiliter D. V. Illustrissimæ, vt, si, & quatenus opus fuerit, iubeat eum absolui ab omnibus censuris, quas ob prædicta forsan incurrit, & dispensare cum illo, vt possit obtinere quæcunque beneficia ecclesiastica, quæ poterat obtinere antequam prædicta permutatio fieret: Attento quod præfata simonia & confidentia non fuerunt per ipsum facta, nec ipso sciente; & quod postea quam sciuit facta, simpliciter renunciauit beneficium, vel officium per ea quæsitum; & quod est honesto loco natus, & esset ei dedecori, & scandalo aliis talis inhabilitas, immo & posset esse damnosa monasterio.

B

S V M M A R I V M.

- 1 Simoniam conuentionalem facit omne pactum, quod est medium faciendæ permutationis beneficiorum, etiam si solum promitterem soluere pensionem, si qua detegeretur imposita super beneficio quod do: non tamen efficitur realu, etiam si cetera omnia adimpleantur, modo non adimpleatur pactum, ex quo oritur simonia.

CONSILIVM LI.

VO L E N T E S duo sua beneficia permutare, conueniunt, quod, si vllum illorum beneficiorum inueniretur grauatum aliqua pensione, is, cuius erat illud ante permutationem, solueret illam pensionem. Consequuta permutatione, auctoritate ordinarij, nulla de præfato pacto facta mentione, post sesquiannum apparuit alterum illorum esse grauatum pensione is. ducatorum. Quaritur, an interueniret simonia, & quid sit agendum.

1 Respondeo primo, certum esse, quod interuenit simonia saltem conuentionalis: quia interuenit pactum, quod fuit medium faciendæ permutationis, & omne tale efficit renunciationem, collationem, & permutationem simoniacam. ^a

D Secundo responderetur, quod præfata simonia fuit tantum conuentionalis, & non realis: quia promissio de soluendo pensionem, casu quo inueniretur imposita, nondum est exequuta. Nec obstat, quod renunciations & collationes ad permutationem necessariae fuerint vtriusque factæ: quia illæ non inducebant simoniam, sed solum promissio de soluendo pensionem, quæ nondum est impleta: & ita non petuenit ad simoniam realem, per ea quæ scripsimus in Manual. confess. ^b

a Cap. quam pio. 2. q. 1. c. 5. de pact.

E Tertio, quod præfati DD. consulentes cauere debent, ne vllatenus, qui debebat pensionem ante permutationem, soluat illam, antequam impetretur à Papa facultas id faciendi, quam puto facile concessum iri. & c.

b Cap. 23. nu. 106.

S V M M A R I V M.

- 1 Simonia crimen, etiam si detur res modica, graue peccatum est; quia immutat naturam rerum; & potest crescere vsque ad heresim, credendo dona Dei pecunia comparari posse, & num. 2. At quod datur alio respectu, quam pro pretio & solutione rei spiritalis, coram Deo non est simonia prohibita. num. 5.
- 2 Simonia committitur coram Deo, cum temporale quantumuis minimum datur in pretium rei spiritalis: & si attingit ad culpam mortalem, siue ratione quantitatis, siue ratione irreuerentia, siue magna deordinationis, habet annexam excommunicationem. num. 4. & 2. licet iudex, qui præsumit paruum rem non dari in pretium, tales excuset. num. 2. & 3.
- 3 Paruitas rei excusat quidem in omni actione à peccato mortali, & excommunicatione tali actioni annexa. n. 2. fallit tamen coram Deo, quando ratione irreuerentia, vel deordinationis cresceret vsque ad peccatum mortale; quia tunc otians haberet annexam excommunicationem. num. 4.

CONSILIVM LII.

RE X Siciliæ confert multa beneficia sui regni, vel præfentat ad illa, dimidium quidem eorum Siculis, dimidium verò eisdem, vel quibus placuerit. Multi Siculorum vadunt ad seruiendum Regi, qui degit in Hispanijs, vt cognoscantur ab eo, & à suis cõsiliariis, & aliis ministris, vt cum vaca-

ucriunt

uerint beneficia conferantur eis, vicibus, quibus tenetur ea dare Siculis: qui quam optime possunt inferuiunt Regi, & eius ministris, dando eis munera a lingua, obsequio, & manu.

Quæritur, an admittant simoniam, & incidant in censuras. Quæritur item, an idem sit dicendum de Hispanis, qui veniunt ad Urbem, & inferuiunt & dant munera Papæ, & ministris eius, vt beneficia, quæ sunt Hispanis conferenda, dentur eis.

1 Pro harum questionum solutione præsuppono primo, quod omnis, qui aliquod temporale dat pro quærendo spirituali tamquam pretium eius, siue sit paruum, siue magnum, peccat peccatum simoniæ coram Deo & in foro conscientiæ omni iure naturali diuino & humano, vt docet S. Thomas, a & colligitur ex eodem alibi. b Tum per rationes ibidem ab eodem allatas. Tum quia contra suam naturam res inestimabilis reponitur in ordinem rerum vendibilium, & pecunia æstimabili; vt diximus in comm. extrauag. ab ipso. c Tu quia peccatum simoniæ potest crescere adeo, vt fieret hæresis, pro quo est casus in c. quibusdā. d & ratio firma, quod omne crimen quod est contra fidem Catholicam, est hæresis, & tradimus nos post alios in ca. no. i. f & melius in Man. confes. s & constat contrarium esse fidei Catholicæ spiritualia dona Dei esse pecunia æstimabilia & vendibilia, dicente Petro ad Simonem Magum. h Pecunia tua tecum sit in perditionem, qui arbitratus es dona Dei pecunia comparari, translatum in dicto ca. quibusdā.

Dixi, Coram Deo, & in foro conscientia: Quia frequenter, vt cum res parua dicitur, fit, aut datur, non præsumitur in foro exteriori simonia, i quæ autem dicantur quo ad hoc parua; vel magna, videtur relinquendum arbitrio boni & prudentis viri, k in arbitrando autem debent considerari persona quæ dat, & cui datur, & quantitas & qualitas muneris, quod datur, secundum Panormitanum receptum. l

2 Offert se tamen in præsentia quæstio, quam non meminimus vidisse per alium motam, scilicet an secum trahat excommunicationem quo ad forum interius illa simonia, quæ propter paruitatem non præsumitur talis in foro exteriori, est tamen verè talis in interiori; eo quod qui dedit vel accepit, verè coram Deo dedit vel accepit principaliter in pretium, vel pro pretio rei spiritualis, quam diximus supra esse veram simoniam. Et quidem putamus eam non habere annexam excommunicationem, si propter rei paruitatem non attingit verè quantitatem culpæ mortalis: quia nulla excommunicatione generaliter lata includit eum, qui non peccat mortaliter, m & alibi sæpe diximus, præsertim in Manual. confess. n Si autem verè coram Deo attingit quantitatem culpæ mortalis, licet iudex exterior arbitretur contrarium, quæstionis videtur grandis & quotidianæ, & eo maioris, quo potest contingere in omnibus casibus, in quibus agitur de re verita sub pœna excommunicationis ipso iure lata, & dubitatur an transgressor eius per paruitatem excusetur ab ea in foro interiori, si iudex arbitretur in foro exteriori eum excusari propter paruitatem.

3 Tum quia in præsentia casu licet res minima fiat, vel detur pro spirituali, potest tamen fieri magna irreuerentia ex eo, quod res spiritualis reputetur vendibilis & æstimabilis pecunia; & quidem adeo, quod possit crescere vsque ad crimen hæreseos, cum illa reputatio videatur contra illud. o Pecunia tua tecum sit in perditionem. & multi dâtes; vel accipientes, dare vel accipere possunt aliqua parua pro pretio rei spiritualis, quos iudices putant non dare, nec accipere illa pro pretio, sed tantum pro amicitia, & honesto officio. Et omnis qui dat, vel accipit etiam paruum, verè, ac principaliter pro re spirituali, videtur peccare mortaliter, reputando illam esse vendibilem, & pretio numerario æstimabilem.

Nec obstat, quod furtum minimum solum est peccatum veniale, vt ait S. Thomas receptus, p per quod alibi sæpe & præsertim in dicto Manual. q post principium diximus, quod in omni materia peccati paruitas rei, & alia duo excusant à culpa mortali: non inquam hoc obstat: quia licet res quæ fit, vel datur, sit minima; irreuerentia tamen illa, quæ fit rei spirituali, reponendo eam in ordine rerum vendibilium, & æstimabilium; & temporariarum, non videtur res parua.

4 Quare in præsentia credo huiusmodi simoniam non habere annexam excommunicationem, si neutro respectu peruenit ad culpam mortalem: habere tamen, si alterutro peruenit ad illam, per supradicta, & quia simonia est maximum

A peccatum, iuxta cap. tanta est labes. a
5 Secundo præsuppono, quod nulla simonia, per quam fit vel datur aliquod temporale pro re spirituali, alio respectu quam pro pretio & vera solutione eius, puta pro dono gratuito, vel sustentatione ministrorum, vel labore eorum, vel vexationis redemptione, &c. est simonia iure naturali vel diuino verita.

Aduertendum, quod licet expresse non habeatur responsio ad quæstionem, tamen ex predictis colligi potest.

S V M M A R I V M.

- 1 Promissio generalis gratitudinis etiam facta examinatori promouendorum ad beneficia non inducit simoniam.
- 2 Esculentorum paruorum receptio, ob quaë examinador promouendorum ad beneficia nequaquam fuit motus vt examinando cui fauit faueret, saltem coram Deo non inducit simoniam.
- 3 Examinador, qui, vt amico roganti gratificaretur, promouendum in actu examinis alacriorem reddendo iuuat, si adiutorium non fuit notabile, in pœnas sacri Concilij nequaquam incidit, etiam si postea munuscula gratis oblata recepit bona fide.

C O N S I L I V M L I I I.

VACANTE parochiali, sacerdos cupiens sibi de ea prouideri, ad quemdam ex examinadoribus amici commendatitias detulit literas, hæcque vel similia addidit verba: Dominatio vestra habeat me commendatum, & cognoscat non fauisse personæ ingrata. Vnde d. examinador, non ob dicta verba seu oblationem motus, sed vt amico gratificaretur, inter examinandum quædam ad fauorem dicti promouendi protulit verba, ob quaë quali adiutus promptior ad respõdendum redditus, & successiuè idoneus ab omnibus examinadoribus renunciatus fuit; demum approbatus dicto examinadori donauit quædam esculenta valoris duorum vel trium iuliorum, quæ dictus examinador tunc simplici accepit animo.

Nunc autem dubitatur, an examinador in pœnas contra similia perpetrantes per Concilium Tridentinum, b statutas incidit; & quia ministravit, irregularitatem contraxerit.

D 1 Respondetur primo, quod per literas commendatitias, & promissionem prædictam, nullam incurrit simoniam, vel censuram, per ea quæ nos scripsimus in commen. extrauagantis de datis & promiss. c

2 Secundo, quod neque incurrit eas per dationem prædicti esculentis, saltem quo ad forum conscientia. d

3 Tertio, quod maioris dubij est an incurrerit per fauorem, quem examinador prædictis verbis inter examinandum dedit: & magis puto non incurrisse, si notabile adiutorium per ea non fuisset datum: quia in nulla huiusmodi materia videtur incurri censura vlla per id quod non præstat, vel aufert notabile damnum, vel commodum, cum in omni materia excuset paruitas rei à culpa mortali, iuxta S. Thomam, e & tradimus nos in Man. confess. f & alibi sæpe, & probatur per cap. vnum orarium. g

Cetera circa hanc materiam vide consil. 20. de sent. excom.

S V M M A R I V M.

- 1 Dantes ministris, vt pro beneficio concedendo preces apud collatorem interponant, obtento beneficio simoniam realem committunt; secus si vt sollicitent, & reducant ad memoriam.

C O N S I L I V M L I V.

VOLENS Titius de aliquo beneficio vel beneficiis prouideri, dedit cuidam famulo cuiusdam ministri Papæ duo vel forsan quatuor scuta, ad hoc, vt intercederet pro ipso Titio: & similiter alia munuscula, quæ forsan ad valorem duorum scutorum non ascendebant, substituto prædicti ministri dedit: & finaliter ipse Titius de beneficio quodam fuit prouisus valoris 16. scutorum. Quæritur an incurrerit pœnas.

F 1 Respondeo, quod si orator dedit prædicta scuta & munuscula prædicto famulo, vt intercederet, ita vt esset mediator ad concedendum beneficium, simoniam realem admittit; si autem dedit, vt dictum ministrum faceret memorem mandati facti, quo illud adimpleret, non addendo preces, quibus moueretur ad concedendum, possit dici non esse simoniam, vt videtur intellexisse, qui super hoc fuerunt consulti. Salua, &c.

a In 4. lib. 22. d. 25. q. 3. ar. 3. ad 1.
b In 2. 2. q. 100. art. 3. c.
c Nu. 46. no. tab. 32.
d i. qua. 17. t. c. Ca. à recita.
e cap. hoc est fides. 2. 4. q. 1. i. Notab. 3. nu. 4. de iudic.
g Cap. 11. nu. 22.
h Actorum 8.

i Ca. est quaestiones. de simonia.
k Arg. l. 1. ff. de iure delib.
l ca. de causis. de offic. de leg.
m In d. cap. & si quaestiones. nu. 1.

m Arg. capit. memo. & cap. nullum. 11. q. 1. 3.
n Ca. 27. nu. 9.

o Actorum cap. 8.

p In 2. 2. q. 59. ar. 5.
q Cap. 17.

a De simon

b Sess. 24. ca. 18. §. causam.

c Notab. 11. d. nu. 18.

d Arg. ca. est si quaestiones. de simonia.

e 2. 2. q. 59. ar. 4. f Cap. 17. g 25. dist.



SUMMARIVM.

- 1 *Simonia est, si prouisus de beneficio soluat, pensionem antiquam impediens expeditionem literarum, vs cesset.*
- 1 *Beneficiarius dare potest aliquid molestanti de facto, vt ius questum & possessum seruet.*
- 2 *Possessio beneficij res spiritualis, vel spirituali annexa.*

CONSILIVM LV.

AN prouisus à Papa, & impediens ad instantiam pensionarij, qui habet pensionem antiquam super beneficio impostam, expedire bullas, antequam soluat pensiones decursas, possit eas iuste soluere, vt expeditis bullis capiat possessionem?

- 1 Ad hanc questionem respondeo, quod non; quia committeretur peccatum simoniae: quoniam, quamuis liceat beneficiario pro iure spirituali iam quaesito & possessio conseruando dare aliquid temporale molestatori de facto, vt videtur probare cap. dilectum, & glossas cap. decimas. b non tamen licet dare aliquid temporale pro iure spirituali quaerendo, neque pro quaesito nondum possessio conseruando, vt finis praefatae glossae asserit, & Panormitanus resoluit. c
- 2 Eo quod possessio beneficij spiritualis est res spiritualis, vel quid annexum spirituali; & dare aliquid temporale pro quaerendo aliquid spirituale, vel ei annexum, est simonia, iuxta glossam receptam, d quae probatur in cap. 1. e Et ideo praefatus D. consulens caueat, ne quid promittat, vel det praefato impediens suarum literarum, quibus apprehendenda est possessio, expeditionem, absque S. D. N. auctoritate, vel licentia.

SUMMARIVM.

- 1 *Cardinalitiam dignitatem vs assequatur, qui dat temporale, committit peccatum simoniae, & incidit in penas extrauag. Bonifacij VIII. num. 3. Quod si Pontifex scit, & consentit, cessant quidem pena temporales, sed non peccatum, nec pena aeterna. num. 4.*
- 2 *Fauorem, quo quis pollet apud principem, si recepta pecunia interponit pro cupido obtinere aliquam gratiam, peccat. & num. 3.*
- 3 *Dispensare censetur princeps superiorem non recognoscens, cum contra suam legem quid facit; saltem quando tacite mentionem facit, dictam actionem esse contra legem.*

CONSILIVM LVI.

AN sit peccatum dare alicui donum, vt intercedat quod fiat Cardinalis, sciente id & permittente Pontifice?

Respondeo primo, questionem hanc quo ad vtrumque forum esse magnam, & dignam magna disputatione, quam nobis in praesentia non vacat facere.

- 1 Secundo, quod breuiter colligi potest ex tractatis à nobis in commentario extrauagantis S. D. N. quae incipit, *Ab ipso*, nuper recognito, & nouè impresso, f quod non solum dare aliqua temporalia pro adipiscendis spiritualibus est simonia iure naturali & diuino prohibita, sed etiam est peccatum mortiferum dare temporalia pro adipiscendis eis, quae suapte natura sunt instimabilia & inuendibilia: & quod non solum spiritualia omnia sunt talia, sed etiam aliqua alia, quae sunt naturalia & naturaliter quae sibi, quorum exempla legere licet in praedicto notab. g

- 2 Tertio, quod fauor, per quem vnus iuuat alium ad consequendam aliquam gratiam, est res suapte natura instimabilis, & inuendibilis, adeo quod etiam apud Ethnicos habebatur pro fumo, & re instimabili. Nam Alexander Seuerus, apud Platinam in vita Pontiani Papae, iussit quemdam Turinum, qui munera accipiebat, quod magis esse auctoritatis apud Imperatorem videretur, in foro transitorio ad palum alligatum fumo necari, praecone clamante: *Fumo punitur, qui fumum vendit*: eo quod huiusmodi fauores vendebar: quod in d. notab. h referimus.

- 3 Quarto, quod dare donum pro fauore habendi Cardinalatum, est dare rem temporariam pro re non solum sua natura inuendibili, sed etiam spirituali, vt palam est: & consequenter non solum est peccatum mortale, sed etiam peccatum simoniae, si detur sine licentia & consensu Papae: & necessario consequitur ex praedictis, quod incidit in penas dictae extrauagantis *ab ipso*.

A

B

C

D

E

F

4 Quinto, quod Papa potest peccare, & peccat, quoties agit actum, qui est peccatum lege naturali & diuina prohibitum, iuxta illud Pauli. a *Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus digni sunt morte.* & ita peccaret peccatum simoniae, quando ageret actum, qui iure naturali vel diuino est simoniacus, vt post sententiam S. Thomae & communem, nos quoque tradimus in Man. nostro confess. b neque liberare potest alium eundem vel simile actum agentem à peccato, licet liberare posset à pena iure humano contra illum instituta, vt ibidem traditur, nec scientia & consensus sua Sanctitatis excusaret praefatum consuletem à peccato simoniae, magis quam excusaret ab alio peccato homicidij, adulterij, fornicationis, & similibus iure naturali & diuino prohibitorum.

5 Sexto, quod quia princeps non recognoscens superiorem, agens aliquid contra suam legem, videtur dispensate contra illam, c secundum Panormitanum, d saltem quando tacite facit mentionem quod ille actus est contra legem, vt resoluit Felinus post Antonium, e posset probabiliter addi, quod si in casu proposito Papa consentiret praedictae donationi, vt actui contrario praedictae extrauagantis dans non incurreret penas eius, quae humana lege adduntur, sed sic aeternam, & alias pro peccato mortifero naturali & diuino iure impositas. Posset item probabiliter dici, quod si dans vel recipiens esset Episcopus, vel Cardinalis, non incurreret omnes penas extrauagantis praedictae, sed solum excommunicationem, & alias, quas nos excepimus in eius commentario. f

SUMMARIVM.

- 1 *Aulicum si rogo, vt mihi impetret beneficiu, adiecto pacto quod consentiam pensioni super illo eidem reseruanda, simonia est: cessante autem conuentione, post obtentam gratiam beneficij libere possum consentire, num. 2. & hoc si gratia sit ita perfecta, quod non possit reuocari. nu. 3.*
- 3 *Gratia tunc dicitur perfecta, quando eo peruenit, quod non potest nec propter defectum consensu non praestiti, nec propter alium reuocari.*
- 4 *Fieri iuste non potest, quod sine peccato praesertim mortali fieri nequit.*

CONSILIVM LVII.

QUID AM cum non speraret alias se posse obtinere beneficium, conuenit cum quodam aulico, vt cum primum ipse intelligeret vacationem alicuius beneficij, illum certiore faceret, ad hoc vt aulicus illud impetraret pro N. & N. consentiret constitutioni pensionis pro ipso aulico, quod factum est. Quae ritur an fuerit commissa simonia realis.

- 1 Respondeo primo, quod in Manu. confess. g satis clarè responderetur praedictae quaestioni, dum determinatur simoniacam esse conuentionem, qua clericus monens aulicum, vel familiarem Papae conuenit cum ipso, quod alter impetret beneficium vacans, & alter promittit se consensurum pensioni imponendae: quod est verissimum, quia est promissio de faciendo aliquid temporale pro habenda re spirituali, quae palam est simoniaca per definitionem simoniae datam à glossa, h receptam ab omnibus Theologis, & Canonistis, & declaratam à nobis latius quam ab alijs in dicto Manu. i

- 2 Et paulo post, k palam determinatur quod licite potest sciens vacationem beneficij monere familiarem Papae, & rogare, vt impetret illud sibi, nulla facta promissione de constituenda pensione impetranti, licet post impetrationem ei factam libere absque pacto & promissione praecedenti consentiat pensioni constituta, vel constituendae à Papa, vel etiam si in impetratione faciendae à Papa exprimat promissio vel conuentio de consentiendo pensioni à S. Sanctitate imponendae, ita quod ex vtroque loco colligitur resolutio, quod promissio, vel conuentio inter monentem, & aulicum, siue familiarem facta, vt alter impetret beneficium, & alter consentiat constitutioni pensionis, est illicita, & simoniaca, nisi fiat cum consensu Papae: licitum tamen est, quod sciens vacationem moneat eam aulicum, vel familiarem, & roget, vt illud sibi impetret, non facta promissione, neque conuentione de consentiendo pensioni, licet post impetrationem libere illi consentiat.

Secundo, quod nulla ratione naturali, diuina, neque canonica potest consuli, nec responderi contrarium ab vilo iureconsulto, neque confessorio Christiano religionis amico.

3 Tertio,

a. de simon. b 16. qu. 7. in per verbo de cim. c In d. l. cap. dilectum. n. 4.

d. q. 1. in sil. e De iur. patron.

f In notabili v. & ex 1. d. in notab. 3. & 10.

g V. l. nu. 46.

h V. l. nu. 45.

i Ad Roma. nos 1.

b Cap. 23. nu. 108.

c Arg. quidam consulant. ff. de ro iud. & l. idem Vlpianus. ff. de excusat. su to. d In e. si quando de rescrip. e In d. cap. si quando. n. 6.

f Num. 11.

g Cap. 23. nu. 107. vers. ad 7.

h r. quae. r. in summa. i Cap. 23. nu. 100. k In vers. ad octauum.

3 Tertio, quod ex his inferitur, non posse dari vllam instru- ctionem, per quam sciens vacationem beneficij expressè vel tacitè faciat promissionem de consentiendo constitutioni & solutioni pensionis, antequam sit imposita, & gratia perfecta, ita quod non possit reuocari propter defectum consensus præstiti, vel alium; etiam si numquam vllum beneficium alio- qui speret se obtenturum.

4 Quandoquidem nihil potest fieri iustè, quod sine pec- cato præsertim mortali, quale est grauissimum peccatum si- moniæ, fieri & obtineri non potest iuxta cap. ita ne. & cap. to- lerabilius. a quæ habent tolerabilius esse omnia mala pari, quàm malo consentire. hoc intelligo quo ad pœnas simoniæ, nisi cum beneplacito Papæ id fieret, cui tamen nullatenus debet placere, ne se suam que sedem, quæ sincerissima debet esse ab huiusmodi labe simoniæ, turpiter fœdaret.

S V M M A R I V M.

- 1 Resignatarius recusando soluere pensionem tertio reseruatam, eo prætextu, quod super pensione inter resignantem & pen- sionarium fuerit commissæ simonia, suam elidit collationem.
- 1 Simonia commissæ inter resignantem, & tertium, cui pensio re- seruata fuit, non solum vitiat ipsam pensionem, sed & ipsam collationem beneficij.
- 2 Confidentia in foro exteriori eo ipso probata censetur, quod probatur resignantem ea intentione resignasse, vt tertius, cui pensio reseruabatur, illam conuenteret in vtilitatem familie ipsiusmet resignantis.

C O N S I L I V M L V I I I.

R E S I G N A V E R A T A. suum canonicatum in ma- nibus Pontificis in fauorem B. cum reseruatione certæ pensionis in fauorem cuiusdam C. Bullæ omnes fuerunt ex- peditæ, & sic virtute bullarum Apostolicarum de reseruatione dictæ pensionis in fauorem dicti C. hæredes prædicti C. petunt ab ipso B. solutionem pensionum abhinc aliquibus annis decurrarum: ipse B. responderet illas non debere, quia fuit imposita prædicta pensio ad sustentandam & alendam fami- liam, & filios prædicti A. resignantis; quod promittit se pro- baturum, atque ideo esse confidentiam, & non debere pen- sionem. hæredes prædicti C. replicant contrarium. Quæritur quid iuris.

1 Respondeo primò, quod replicatio hæredis prædicti C. est iuridica, videlicet, quod prædictus B. debet soluere pen- siones decursas nondum solutas, vel quod ipse B. debet relin- quere canonicatum, super quo constituta fuit pensio. Si enim constitutio pensionis non valuit, quia in renunciatione inter- uenit confidentia annullans constitutionem pensionis; à for- tiori interuenit confidentia annullans renunciationem, ob quam fuit pensio constituta; qua magis vetatur renunciatio fiducia, quam pensio ob eam constituta, vt colligitur ex ip- sismet extrauagantibus Pij III. & Pij V. quarum partes ne- cessarias retulimus ad verbum in Manual. b

Secundo respondeo, quod non interuenit in casu propo- sito confidentia illa illicita, & simoniaca, tam grauius à præ- dictis Pijis punita quo ad forum conscientie, si inter ipsum A. & B. vel C. non interuenit pactum, vt pensio constituenda redderetur in sustentationem & alimenta filiorum suorum. licet intentio ipsius fuisset illa, & licet ideo renunciatet canoni- carum, sperans, quod id postea ipse C. faceret, per ea quæ ipse scripsi vbi sup. c & paulo post in notabilibus extrauag. Pij V. d

2 Tertio, quod si prædictus B. legitime probauerit prædi- ctam conuentionem interuenisse, immo & si probauerit in- tentionem principalem ipsius A. constituendi pensionem fuisse, vt illa cederet sustentationi filiorum suorum, iudicabitur pensio illa constituta per confidentiam præsumptiue illicitam, & ita esse inualida; & eadem ratione iudicabitur renun- ciatio canonicarus, super quo fuit posita pensio, præsumptiue fuisse facta ex illicita confidentia per contextum prædictæ bullæ Pij V. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

Pensio, quæ super fructibus beneficij reseruatur, etsi secundum Panormitanam receptam sententiam non sit quid spirituale, tamen iuste nec emi, nec redimi sine auctoritate Apostolica potest; quia est annexa rei spirituali, videlicet beneficio, num. 2. simonia tamen super ea contracta non habet annexam ex- communicationem num. 3.

A 4 Pœnitentiaria pretorium non dat facultatem, vt de in foro con- scientia concessis testimonium detur; nec illud etiam si dare- tur, faceret fidem quo ad forum exterius.

C O N S I L I V M L I X.

Q U I D A M canonicus consensit, vt filio fratris referua- retur annua pensio 200. ducatorum, & è contra frater iuxta conuenta liberauit canonicum ab obligatione, qua te- nebatur eidem ad alia familia annua 200. ducatorum soluenda.

Quæritur, an constitutio pensionis valeat, & an ambo in- ciderint in excommunicationem.

1 Respondeo primo, quod prædicta constitutio fuit simo- niaca; quia licet pensio non sit quid spirituale secundum sen- tentiam Panormitani receptam, Felini, & aliorum omnium, excepto Andrea Siculo, a per illum textum, & cap. quamuis. vbi Dominicus & alij idem tenent, b tamen non potest iuste emi secundum omnes, nec redimi secundum fere omnes ab- que auctoritate Apostolica, contra Caietanum, qui licet te- neat posse redimi sine illa, non tamen concederet posse emi. & in casu proposito agitur de constituenda pensione per em- ptionem, siue contractum non gratuitum Papæ occultum: & ita etiam secundum illum hoc non potuit fieri.

2 In materia enim simoniæ, quæ definitur esse emptio, vel venditio studiosa rei spiritualis, vel ei annexæ pro temporali, vel contra, secundum glossam c receptam à S. Thoma, d & omnes nostros. e In materia inquam simoniæ, appellatione emptionis, & venditionis, venit omnis contractus non gra- tuitus secundum omnes, quos etiam sequimur in Man. no- stro, f cuius conclusionis rationem nouam & verissimam vi- demur primi tulisse in sacre Pœnitentiariæ pretorio; scilicet, quod pensio, de qua loquimur, licet non sit res spiritualis, est tamen annexa rei spirituali, videlicet beneficio; & sicut em- ptio rei spiritualis est simoniaca, ita est etiam emptio rei anne- xæ spirituali, vt prædicta glossa recepta dicit.

3 Secundo respondeo, quod licet prædicti duo fratres pec- cauerint, etiam mortaliter, conuentionem prædictam simo- niacam faciendo, & exequendo, arbitror tamen eos non inci- disse in excommunicationem, vt aliàs in prædicto pretorio dicere nouè memini, & addimus in Man. g quia iura non ex- communicant omnes simoniacos, sed solum simoniacos in ordine, & beneficio, iuxta extrauagantem, h & receptam sen- tentiam, quam etiam fel. record. Pius V. in extrauag. cum pri- mum. sensisse videtur: & simonia, de qua agimus, non est su- per beneficio, vt prædictum est.

4 Tertio, quod consulens Christianè, prudenter, & vtiliter aget postulando à S. D. N. super prædictis absolutionem. Tum & necesse est suæ saluti æternæ, vt id faciat, saltem quo ad forum conscientie: esto quod forum conscientie, vt est officium Pœnitentiariæ, non faciat facultatem fidem faciendi; nec faciat quo ad forum exterius: cum quo ad illud, vt arbi- tror, non sit necessarium; & vt potest esse commodo, si se- cretissimè fides ea de re data seruetur, ita posset esse incom- modo euiusdam infamie, si ante vel post mortem in maleuo- lum deueniet.

S V M M A R I V M.

- 1 Pensio beneficalis, pretio dato, vel recepto, nec constitui, nec vendi sine Papa potest.
- 2 Pensionis venditio non inducit excommunicationem, nisi pro beneficio, vel ordine assequendo fiat. & seq.
- 3 Venditio in materia simonia omnem contractum non gratui- tum comprehendit.
- 4 Pensionem si ego constituo super meo beneficio soluendam ter- tio, vt tibi suum resignet beneficium, & à te recipio promis- sionem, quod tu illam solues, est simonia conuentionalis: quod si soluis, efficitur realis habens penam, & tua prouisio est nulla. num. 5.
- 5 Simoniace promissum expedit quandoque soluere, sed mutata causa, & intentione.

C O N S I L I V M L X.

V T R V M Paulus incurrat simoniam in foro poli, vel foro fori, eo quod rogauit Andream, vt consentiret constitutioni pensionis cuiuspiam super beneficio suo sol- uendæ Petro, vt renunciaret alteri beneficio in ipsius Pauli fauorem; & Paulus non solum rogauit, sed etiam promisit in- strumēto publico ipsi Andree, quod ipse solueret pensionem, & seruaret eum indemnem.

a 32. q. 5.

b Cap. 23. nu. 110.

c Num. 109. d Num. 110.

a In capit. ad audientiam. il. 2. de re. cri. b De præb. li. 6.

c l. q. 1. in sū. d 2. 2. q. 100. art. 1. d In rubr. de simonia. f Cap. 23. nu. 100.

g Vbi supra. num 111. h 2. De simo.



1 Respondetur primo, quod non licet emere pensionem, nec constitutionem pensionis super beneficio ecclesiastico aliquo, neque vendere illam, vel constitutionem eius cassare sine auctoritate Papæ, ut dicimus in nostro Manual. confess.^a Vide latius conf. 63.

2 Secundo, quod emptio, vel venditio pensionis huiusmodi, vel constitutionis, non inducit ipso iure ullam excommunicationem: quia sola simonia super beneficio vel ordine commissa inducit ipso iure illam, ut ibidem traditur: & pensio non est proprie beneficium ecclesiasticum spirituale, licet sit ius ei annexum, sicut & ius patronatus, ut ibidem dicitur.

Tertio, quod fallit hoc, quando pensio, vel constitutio pensionis emitur, vel venditur tamquam gradus, seu medium acquiritendi aliquod beneficium spirituale, vel aliquem ordinem: quia talis emptio, vel venditio in hunc finem facta, censetur simonia commissa super beneficio, vel ordine: sicut traditio, vel promissio pecuniæ alicui, ut sit mediator ad dandum vel renunciandum beneficium, censetur simonia secundum Innocentium, ^b allegatum in hoc à nobis in dict. Manual. confess.^c

3 Quarto, quod in hac materia, & definitione simoniae tradita à glossa, ^d & à nobis declarata, ^e per venditionem & emptionem includitur omnis contractus non gratuitus, in quo temporale datur pro spirituali, vel ei annexo: & ita est simonia.

Quinto, quod licet emptio & venditio præfate constitutionis pensionis simpliciter facta non censetur simonia facta super beneficio; quia tamen non est simpliciter facta, sed ad finem querendi ius spirituale beneficiale, censetur simonia facta super beneficio, ut traditio pecuniæ facta mediatori ad querendum per suum fauorem beneficium censetur simonia facta super beneficio: cui consequens est factam fuisse in hoc casu simoniam super beneficio, & consequenter talem, quæ inducit ipso iure excommunicationem, & prouisionis nullitatem.

4 Sexto, quod præfatus Paulus resignatarius, licet non possit excusari à peccato mortifero simoniae, potest tamen excusari ab incurfu excommunicationis, & nullitate prouisionis, si nondum soluit, nec soluerit in futurum ratione præfate promissionis ullam pensionem: quia simonia conuentionalis, nisi compleatur ab utraque parte, non est simonia realis, quæ sola inducit ipso iure excommunicationem, per tradita à nobis ubi supra.

5 Septimo, quod si nondum Paulus soluit quidquam pro præfata pensione, ad conseruandam amicitiam inter ipsum, & Andream, conueniret multum, ut Andreas renunciaret liberè sine villo pacto promissioni factæ sibi à Paulo de soluenda pensione, & de seruando eum, indemnem, & postea ex interuallo ipse Paulus rogaret alium amicum, qui promitteret Andree id quod antea promiserat Paulus, & ipse Paulus promitteret illi amico seruare eum indemnem à damno, quod posset pati ex solutione promissa. Nec Andream videri debet durum renunciare liberè promissioni sibi factæ. Tum quia confidere potest virtuti Pauli. Tum quia promissio illa nihil valet, nec in foro conscientia, nec in foro fori. Dixi supra, si nondum quidquam soluit Paulus: quia si soluit, querendum est remedium à Papa tam super nullitate prouisionis, quam super absolutione.

Aduertendum referri aliàs ab officialibus sacrae Penitentiariae responsum, quod ego, si Papa sciente in tui resignatarij gratiam consensio, ut meum beneficium pensione grauetur, possum à te recipere etiam ex pacto indemnitate. ratio est, quia cum communiter beneficiarij non patiuntur sua beneficia pensione in gratiam tertij grauari, nisi recepta promissione indemnitate, & hoc non lateat Pontificem, utique admittendo huiusmodi pensionum reservationes, tacite etiam consensit, ut fiat dicta conuentio.

S V M M A R I V M.

- 1 Pensio vni ad utilitatem tertij reseruata si in alterum ita transferatur, ut dicto tertio aliqua soluatur pecunia, simonia erit, nisi Pontifici hoc etiam exprimat.
- 2 Pensio est ius spirituali annexum, quod snapte natura requirit præcedentem clericatum, obligans ad horas B. V. cuius illegitimus non est capax, nec potest emi, aut redimi pecunia. & num. 3.

CONSILIVM LXI.

STATVS propositæ quæstionis in effectu est, an pensionarius, cui reseruata est pensio ad utilitatem alicuius curialis, iuste possit de consensu curialis, soluta eidem certa pecuniæ quantitate, in alium transferre pensionem.

1 Respondeo primò, posse quidem, quatuor concurrentibus. Primum est auctoritas Papæ. Secundum consensus beneficiarij eam soluturi. Tertium consensus curialis. Quartum narratio quantitatis pecuniæ, quæ datur prædicto curiali, ut in id consentiat.

Secundo, non posse aliquo prædictorum deficiente: & quod facta narratione prædicta Papa vix assentietur.

2 Tertio, quod non obstat his, quod prædictus curialis non habet actionem, nec literas exigendi aliquid à prædicto pensionario: & consequenter quod per consensum illius nil iuris transfertur, neque ipse accipit aliquid temporale, propter quod aliquid iuris spiritualis danti, vel alij quærat: & ita, quod non admittitur simonia, per definitionem eius positam in summa, ^a & declaratam à nobis in Man. ^b & ab iis, quos ibi citauimus, & sic non admittitur simonia, etiam si præstatio illa pecuniæ non influetur Papæ. Non inquam hoc obstat: quoniam licet præstatio pecuniæ illi curiali non sit causa, quare vllum ius spirituale, vel annexum spirituali, qualis est pensio, transferatur de ipso in alium; est tamen causa, quare transferatur de alio in alium, & ad effectum incurrendi simoniam paria sunt dare aliquid collatori beneficij, qui transfert ius spirituale; vel dare alicui, qui sit causa collationis, vel renunciationis, secundum Innocentium, ^c receptum communiter, & relatum à nobis, ^d & talis est prædictus curialis in casu proposito.

3 Non obstat etiam, quod pensio est ius mere temporale, secundum Caietanum, ^e & quod ideo est redimibile pecunia. Tum quia non dixit quod sit emibile, hoc est, quod possit pretio constitui; sed solum, quod potest redimi & tolli ab eo, qui eam soluit: in nostro autem casu agitur de transferenda pensione in alium, & sic de emenda, vel constituenda alij. Tum quia etiam si Cardinalis, ^f dixisset ante Caietanum quod pensio est ius mere temporale, quod etiam post eos Gigas & alij quos alij dixerunt parum caute: tamen id falsum est, quod nos aliàs probauimus in sacro Penitentiariae prætorio, monstrando, quod est ius spirituali annexum, ut est etiam beneficium, quippe quod suapte natura requirit clericatum, immo de stylo curiæ requirit quod sit legitimus, & per constitutionem Fel. re. Pij V. obligat ad horas saltem B. Mariæ: & ita non potest emi, nec redimi plusquam ius patronatus. ^g Vnde merito stylus curiæ habet, ut remitti quidem possit gratis pensio, non autem constitui, nec redimi, vel transferri pretio, nisi auctoritate Papæ, prout, ^h latius probamus. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

Pensio mihi reseruata cum obligatione, ut terminos, prout exigentur, tertio solvam, non potest sine auctoritate Papæ recepta pecunia à rectore beneficij ita extinguere, ut beneficium liberum remaneat: ob id tamen non incurritur nec excommunicatio, nec obligatio restituendi, ac si do pecuniam dicto tertio, ut dicta pensio mihi remaneat libera à dicta obligatione, licite do, & tertius iuste recipit, & obligationem remittit. num. 2.

CONSILIVM LXII.

QUÆRITVR in effectu, an Petro, cui Papa reseruata quit pensionem cum obligatione soluendi postea illam Ioanni, qui non erat capax illius pensionis ob leges regni, cuius erat beneficium, super quo illa ponebatur, liceat redimere illam pecunia, vel alia re absque auctoritate Papæ.

1 Respondeo primò, quod videtur distinguendum. Nam aut per præfata redemptionem beneficium, super quo posita erat, liberum manet, aut non: & priori casu non licet, quia id esset redimere pensionem impositam à Papa super beneficio; quod non licet, ut irrefragabiliter probamus in Man. confess. ⁱ contra Caietanum. Posteriori verò casu licet; quia id non est redimere pensionem, sed obligationem, qua pensionarius tenetur ad disponendum sic vel sic de illa; siue de receptis per illam; quod longe aliud est, cum sit merè tem-

porale

^a Cap. 23. num. 111.

^b In ca. tuam. de asat. & qual. ^c Cap. 23. num. 106. ^d In sum. 1. q. 1. ^e In d. ca. 23. num. 100.

^f Num. 104. & seq.

^a 1. qua. 1. ^b Cap. 23. & num. 100.

^c In ca. tuam. de asat. & qual. & cap. tanta. de sim. ^d In d. ca. 23. num. 106. ^e 1. tom. opus. tract. 31. resp. 10.

^f In ca. 1. de supplen. negl. prala.

^g Cap. de iur. re. & cap. cū faculum. per locum ab speciali. de iura patron. ^h In conf. 62.

ⁱ Ca. 23. num. 111.

porale separatum à iure spirituali; pensio vero est ius spirituale, vel saltem spirituali annexum, ut latius diximus in alio consilio. Vide consil. 83.

2 Secundo, quod licet malè faciat, & peccet peccatum simoniae, qui emittit vel redimit pensioem absque auctoritate Papae, non tamen incurrit excommunicationem: quia, ut nos vbi supra diximus, propter simoniam in alijs rebus quam ordine & beneficio admissam non incurritur excommunicatio: & pensio non est beneficium, ut tenet recepta sententia.

Tertio, quod praefatus Ioannes tenetur quidem poenitere eius quod fecit, si per illud intendebatur extinctio pensionis impositae super beneficio; sed non tenetur quare abolutionem excommunicationis, nec restituere recepta. Si autem non intendebatur extinctio pensionis, sed solum obligationis, qua tenebatur Petrus eis solvere; neque peccavit, neque tenetur ad aliquid aliud. Salva, &c.

Advertendum referri in sacro Auditorio Rota pronunciatum, pensiones, quae in alio super caput Hispani reservantur, extinguuntur tam per mortem Itali, quam Hispani, quo stante, dubia, vel saltem limitanda videtur praedicta responsio.

SUMMARIUM.

1 Pensio ecclesiastica est certa portio fructuum ex beneficio ad tempus separata. sed haec definitio non est perfecta: primo, quia immo est ius percipiendi fructus, num. 7. Item cum non datur nisi clerico, est quid spirituale consequenter clericatui annexum, num. 4. unde nec pecunia potest emi: & inde à simili sequitur, ut nec pecunia redimi possit sine Papae auctoritate, num. 4. & 5. aliis committitur simonia, num. 5. licet Caiet. tenuerit contrarium, num. 1. sed sine poena gratis remitti potest, num. 7. & 8.

2 Pensio sine auctoritate superioris ecclesiastici, & ab inferiore Papa sine causa valide constitui non potest.

3 Pensionis reservatio praerequirat ordinem, nec aliquis Papa inferior potest eam laico concedere, immo nec Papa id auctoritate ordinaria potest; sed nec illegitimus, aut irregularis sine dispensatione est illius capax.

CONSILIVM LXIII.

QVAERITVR, an pensio legitime constituta super beneficio ecclesiastico redimi possit sine auctoritate Apostolica.

1 Respondetur, quod partem affirmantem tenuit Caietanus. Pro quo facit primo, quod pensio est certa portio fructuum ex aliqua mensa vel beneficio ad tempus separata, secundum Guillelmum de Lauduno Cardinale Salmontensem, quos sequitur Felinus, & Gigas, qui alios addunt, & consequenter est res mere temporalis, & redimibilis.

Secundo, quod pensio remitti potest gratis, ut asserit Cardinalis Alexandrinus.

Tertio, quod huiusmodi redemptio nulla ratione alia potest non valere, quia quia esset simoniaca. At nulla simonia committitur, vbi non datur vel accipitur spirituale pro temporali, iuxta definitionem datam à glossa communiter receptam & declaratam à S. Thoma, & latius à nobis post alios in Man. nostro conf. At pensio est quid mere temporale, ut dictum est: quod videtur probari per definitionem pensionis ex Cardinale vbi supra, & communi supradicta, qua definitur esse certa portio ex aliqua mensa vel beneficio ad tempus separata; & constat portionem fructuum non esse quid spirituale; cum tamen illa, quam totius fructus vendi & locari possint.

2 Pro parte vero negatiua facit, quod pensio non potest constitui sine auctoritate superioris, secundum omnes, neque auctoritate inferioris, Papa sine causa, licet constituta à Papa etiam sine causa valeat, arg. cap. proposuit. & tradit Felinus.

3 Ergo nec redimi poterit sine auctoritate superioris, argumento à correlatiuis, quod est validum, cum eadem ratio eadem suadet in utroque correlatiuo, vbi notatur hoc, & tractatur, & de in. s. p. adiuncta glossa, & late tradunt Abbas, & Felinus. Tum quia eadem concurrere debent in destructione quae in constructione. Tum quia stylus curiae id feruat, & ideo seruandum, arg. cap. quam graui, cap. ex iuris. & ibi post alios Felinus.

4 Tum quod pensio non potest emi sine auctoritate Papae, secundum omnes: ergo neque redimi: quia contrarium eadem est disciplina. Tum quod pensio, de qua loquimur, licet non sit quid spirituale, est tamen annexum spirituali, sicut ius patronatus, & tradit S. Thomas, immo magis annexum,

quam ius patronatus, quia illud est annexum antecedenter, ut ibi ait S. Thomas: pensio autem consequenter, ut beneficium.

5 Quod ideo dicitur spirituale consequenter secundum eundem ibidem, quia praerequirat rem spiritualement, videlicet ordinem: & pensio etiam praerequirat ordinem: quia nemo inferior Papa potest eam concedere laico, neque ipse Papa potest id facere potestate ordinaria secundum stylum curiae; neque potest conferri illegitimo, & irregulari sine dispensatione, secundum communem opinionem. At annexum spirituali neque potest vendi, neque emi sine vitio simoniae, iuxta cap. cum saculum, & ca. ex iuris. cum adnotatis eisdem, & tradit late S. Thomas, ergo neque pensio poterit emi, vel redimi. Tum quod eadem ratione, qua potest redimi, potest quoque emi. Ratio enim, quare dicit Caietanus posse redimi, est quia est res mere temporalis; quare ita concludit potentiam emendi, ac redimendi.

6 Non obstant opposita: non quidem primum: quia negatur, quod pensio ecclesiastica beneficalis, de qua loquimur, sit res mere temporalis. Nec obstat definitio, qua definitur ea in argumento citari: quia non est bona, tum quia non conuertitur cum suo definito, ut debet conuerti, iuxta l. 1. & notat Bartholus receptus, conuenit enim illa multis, quibus non conuenit definitum: quia conuenit omnibus stipendijs, quae constituuntur ex mensa Ecclesiae, vel de fructibus beneficiorum ad tempus quibuscuque etiam laicis, cuiuscunque sexus, qualitatis, artis & officij fuerint, ob benemerita, vel ob aliquod officium in Ecclesia obsequium exercendum, quale habent aliquot medici, chirurgi, sacristae, campanarij, latomi, & foeminae curantes infirmos in hospitalibus beneficijs annexis, & cantores, bedelli, & alij similes, quibus non conuenit definitum, scilicet pensio ecclesiastica beneficalis, de qua loquimur. Tum quia bona definitio pensionis, prout in hac materia capitur, ponitur à nobis in Manu. confess. scilicet, quod est ius non temporarium, sed spirituale, aut illi annexum non antecedenter, ut ius patronatus, sed dependenter, aut consequenter inftar beneficij.

7 Ex quo colligitur primo, quod sicut beneficium non est fructus, qui percipiuntur ex illo, sed ius illos percipiendi; ita pensio non est certa portio fructuum mensae, vel beneficij, sed ius percipiendi illam. Secundo, quod sicut beneficium est ius spirituale, vel annexum spirituali non antecedenter, ut ius patronatus, sed consequenter, prout declarat S. Thomas, ita & pensio, de qua loquimur, est quoddam ius spirituali annexum, & consequenter inuendibile. per quod soluitur primum argumentum. Ad secundum responderetur, concedendo pensionem remitti posse gratis, negando tamen, quod possit redimi pecunia: quia longe alia ratio suadet contrarium: sicut calix totus consecratus donari quidem gratis potest, non tamen vendi, iuxta cap. reperitur. & tradimus post alios in d. Manu. confess. Ad tertium responderetur, quod simonia non solum committitur in re omnino spirituali, sed etiam in re annexa illi, ut definitio simoniae habet expressè: & ita potest committi in emptione & redemptione huiusmodi pensionis rei spirituali annexae, sicut & in venditione vel redemptione iuris patronatus.

8 Quod autem simonia, quae committitur in emptione vel redemptione pensionis, iuris patronatus, & similia, non habeat annexam excommunicationem ipso iure latam, habetur in d. Man.

SUMMARIUM.

1 Simonia non est, si ego aliam licite extinguo pensionem, ut pecuniam receptam mutuem tibi illam tradidit tertio volenti aliam similem extingueret pensionem; & tu mihi promittas interim aliquot annua.

CONSILIVM LXIV.

1 RESPONDETVR, quod praefatus Blasius proculdubio potest petere à praedicto Antonio praedicta scuta annua sibi ab eo promissa, sine vilo timore exceptionis simoniae opponendae ab Antonio: quia inter Antonium & Blasium nulla interuenit simonia super vilo beneficio, neque super vlla pensione: quia neque Antonius quicquam iuris spiritualis, neque ei annexi dedit Blasio pro temporali, neque Blasius Antonio propter vllum ius spirituale vel ei annexum

a In c. post-lasi. & c. ad audientiam. 2. de rescript.

b Tom. 1. o. p. col. 1. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. c In c. 1. de supple. ne gligen. prala. d In c. ad audientiam. 2. de rescript. e In tractatu de pensionib. quast. 1. f Cap. Agas. 16. dist. g In summa 1. quast. 1. h 2. q. 100. art. 1. i Cap. 22. sup. 100. k Ca. vestra. de loca. & c. querela. de pral. viles. juan. l Ca. extirpanda. 5. qui ve. re. v. 1. illud aut. de pral. m De concess. pral. n In c. ad audientiam. 2. de rescript. o Leg. 1. C. de capre. ex luc. Daphn. lib. 11. p Ver. v. 1. de v. de v. sig. q In p. 1. Gregorius. t Cap. de p. gul. u De d. 1. f. v. De p. 1. v. l. 1. de h. qui sum. sui vel al. iuris. ca. sequuntur. s. quast. 1. x Cap. quom. to de iud. y 2. q. 100. art. 1.

a De iure patron. b Vbi supra.

c ff. de dolo & conu. d In l. 1. ff. de testam.

e Ca. 23. nu. 111.

f 2. q. 100. a. 4.

g 1. q. 1. & vestimenta. de consec. d. 1. h Ca. 23. nu. 108. i Ca. cum saculum. de iure patron.

k Dist. c. 23. num. 111.

datum Blasio. Neque obstat quod Blasius iuridicè extinxit vnam pensionem, quam habebat super beneficio alius tertij, vt pecuniam ex illa extinctione habendam mutuaret Antonio, ad hoc vt Antonius iuuaret Ludouicum ad redimendam iuridicè pensionem, quam Achilles habebat super beneficio ipsius: quia omnia illa iuridicè fuerunt facta, & potuerunt fieri sine villo peccato simonia; quia nihil spirituale, vel annexū ei fuit datum alteri pro aliquo temporali, nisi pecunia quam dedit Ludouicus Achilli pro redemptione pensionis auctoritate Papæ redimenda, quod iustè factum fuit, & fit quotidie: passim enim vnus cognatus, vel amicus alicuius fratris vel cognati alicuius beneficiarij mutat pecuniam, vt iuuet fratrem, vel cognatum suum ad redimendam pensionem, quā alius clericus habet super eius beneficio. & quia res est clara & indubitata, non est alijs opus. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Pensionem ex facultate sibi simpliciter concessa transferens, re-feruat sibi iure illam, dum vivit, exigendi, transgreditur suā facultatem; & sic facit actum nullum, immo simoniacum, immunitatem tamen a censuris.

CONSILIVM LXV.

FVIT referuata pensio N. super quodam beneficio cum facultate eam transferendi: qui N. vellet eam transfere cum referuatione exigendi eam quoad vixerit. Quaritur an id facere possit.

1 Responderetur primò, quòd præfatus pensionarius nō potest licite transferre pensionem præfatam cum præfata referuatione exigendi pensionem quoad vixerit, absque peccato mortifero simonia. quia licet negari possit pensionem præfatam esse beneficium; non tamen (quicquid dicant Cardinalis & Caietanus) potest negari esse quid spirituale, vel certe annexum spirituali multo magis, quam ius patronatus, quod est annexum illi. Nec hoc est contra id quod in alio casu diximus: quia hic fit pactum de referuandis sibi fructibus pensionis quoad vixerit, ibi verò nihil referuauit si moriatur.

Secundo, quòd dici possit per huiusmodi simoniam non incurri excommunicationem latam per extrauagantem, b que non excommunicat nisi simoniacos in ordine vel beneficio secundum receptam sententiam.

Tertio, quòd translatio iudicabitur nulla: immo & nisi nos defendissemus contrarium, nuper iudicata fuisset vna similis translatio confidentialis, & onusta censuris per Pium III. & Pium V. Vide cons. sequens.

Quarto, quòd auctoritas Papæ est proculdubio necessaria, vt huiusmodi referuatio sit valida: quandoquidem aliud est potestas transferendi, quam solam habet præfatus D. pensionarius; & aliud potestas transferendi cum tali referuatione, quā ipse non habet: quia non dedit illā ei Papa, nec alius potuit illā ei dare: & ad valorem actus requiruntur potestas & voluntas. c

Quinto, cauendum esse ne faciat eam sine auctoritate Papæ: quoniam præter quàm quòd peccaret mortaliter, quòd est summè cauendum, posset accusari vitij confidentiæ ab aliquo colligatorum, & is in quem transferret priuari ea, instante beneficiario, qui soluit eam.

S V M M A R I V M.

1 Consulens sufficienter peritos rei, de qua agitur, non peccat, etiam si id quod agit esset, non quidem naturalis, sed humana tantum lege vetitum.

2 Simonia illa sola censurarum penis per extrauagantes contra simoniacos ipso iure latis subiicitur, quæ in ordine vel beneficio committitur: vnde ab illis immunus est, quæ committitur in emptione vel permutatione iuris patronatus, vel in pensione, quæ non vt beneficium vacabile in titulum, sed solū ad vitam pensionarij duratura datur, & referuatur. num.

4 Confidentiariorum pena, de qua in extrauagantibus Pij IV. & V. non ligat eos, qui illam in pensione nequaquam à beneficiaria confidentia manante, sed antea legitime referuata committunt. num. 7.

6 Pensio, secundum opinionem Cardinalis, est res temporalis: vnde à beneficio, quòd est spirituale, ad illam in pœnalibus non est facienda extensio: nec qui in illius translatione confidentiam simoniacam committit, est censendus incurrisse pœnas contra confidentiariorum ipso iure latis. num. 4.

8 Sententia etiam Principis inter alios lata, non videtur facere ius in aliis causis, maxime si adsit aliqua diuersitas.

8 Extendit dum Princeps sua sententia legem ad aliquem casū,

censetur declarare dictū casū sub lege non fuisse cōprehensum.

9 Pensionarius simonia confidentiali transferens pensionem in alium, etsi non incidat in pœnas extrauagantium, debet tamē puniri à iudice pœna amissionis pretij recepti: & hoc, nisi bona fide procedēs, circūuētus, doloq, alterius inducū id fecerit.

10 Extensio legis sicut prohibetur in pœnalibus, ita & iurisdicō iudicis deputati ad procedendum contra delinquentes in dictam legem extendi non debet. & num. 11.

11 Pensionem suam sibi referuatam qui ex facultate sibi concessa in alium transfert, ita extinguit, vt amplius priuata auctoritate reuiuiscere non possit: & hoc, nisi dicta translatio esset nulliter facta, immo etsi dolo inducū valde transtulisset, ad huc tamen ab habente potestatem, tamquam fraudatus, deberet ad illam restitui. & num. 12.

12 Consensisse translationi pensionis non est censendus is, qui fuit circūuētus, & ita demum ei consensit, si id licite fieri possit.

CONSILIVM LXVI.

QUIDAM pensionarius habens facultatem transferendi pensionem, quam habebat super beneficio à Papa cōstitutam, & volens vt tenens illud beneficium redimeret illā, transtulit eam in quemdam familiarē suum, ad id dolo quodammodo inducū, eo pacto, vt postea ipse caperet pretium redemptionis, & daret primo pensionario; prius tamen facta iussione præfato familiari, vt interrogaret viros in eare doctissimos, an id fieri possit absque vitio simonia, vel confidentiæ damnata per Pium III. & Pium V. & responsō ab ipso met familiari reddito, se consuluisse viros eiusdem rei callentissimos, & respondisse quòd sic.

Quaritur, an præfatus N. incurrit pœnas statutas contra committētes simoniā, & confidentiā illicitā super beneficijs.

1 Respondeo primò, quòd præfatus pensionarius non peccauit in præfata translatione: quia id fecit bona fide, credens id sibi licere probabiliter; & iustè. quia qui facit aliquid, quòd iure naturali non est illicitum, de quo dubitat an lege aliqua humana sit prohibitum, & super ea re consulit viros in ea sufficienter peritos, qui consulunt id esse licitum, non peccat faciendo illud, etiam si verè non esset iustum, & lege aliqua humana vetitum. vt est textus adiuncta glossa 2. & doctrina Panormitani ibi recepta, & tradit D. Antoninus, b quem nos quoque retulimus, & sequuti fuimus in Manu. conf. c & ante illos id generalius dixit Innocentius, d quòd confirmatur per multa, quæ congerit Felinus. e

2 Secundo, quòd in casu proposito non potuit interuenire simonia vlla quæ ipso iure inducat excommunicationem, vel aliquam aliam censurā. Tum quia extrauagās 2. f que inducit excommunicationem ipso iure incurredam contra simoniacos, habet locum solū in simonia commissa in beneficio & ordine, & non in simonia commissa super alijs rebus spiritualibus, vel annexis eis, vt colligitur ex contextu illius, & præ ceteris testatur Caietanus, g quòd nos quoque affirmauimus in d. Man. conf. h

3 At pensio, que non datur in titulum, sed ad vitam pensionarij, ita vt per mortem non vacet ad hoc, vt conferatur alij tamquam beneficium vacans, non est beneficium, secundum Cardinalem receptū ab omnibus, i & tradit Gigas, k & ideo non venit pensio appellatione beneficij, l & secundum Hostiensem & communem, m & tradit præfatus Gigas, n præsertim in dispositione pœnali, qualis est præfata extrauagās 2. o argumento cap. pœna, p & l. interpretatione. q cum similibus. Tum quia alijs in prætorio sacre Pœnitentiarię definitum fuit, eum, qui committeret simoniam emendo vel permutando ius patronatus, iuxta notata, in ca. de iure verò. r non incurtere excommunicationem illius extrauagantis, modo non fuisset commissa in presentando; quia non esset commissa super beneficio, neque super ordine.

4 Tertio, quòd præfatus pensionarius non incurrit confidentiam damnatam per bullas prædictorū Pij III. & Pij V. quia ille solū damnant simoniam circa beneficia commissam, vt colligitur ex toto contextu præfatarum bullarum, quas nos referimus in præfato Man. s præsertim ex proœmijs illarum, quæ palam monstrant factas fuisse ad tollendam corruptelam fiduciarię siue confidentiarię mancipationis beneficiorum: & constat ex proœmio dispositionis colligi causam finalem, & intentionem principalem disponētis, qua cessante cessat effectus, iuxta leg. fin. t Colligitur etiam ex ver. huiusmodi in eisdem bullis replicato, quòd est restrictiuum, v & restringit eas

a Cap. quanto de iudic.

b 2. de simon.

c Ca. cum super de offi. de leg.

a In c. capella nus. de ferijs. num. 6.

b In 1. part. si. 3. cap. 10. col. 6.

c Cap. 27. nu. 284. & num. 288.

d In capi. per tuas. 2. de simon.

e In cap. 1. de re iud. nu. 15. ver. limita septimo.

f De simon. inter communes.

g In sum. ver. excommunic. cap. 72.

h Cap. 27. nu. 106.

i In cle. 1. de supplen. negl. pralat.

k In q. 1. de pœsio.

l Cap. quamuis. de prob. li. 6.

m Ca. postulat. de rescr. n Vbi supr. q. 15.

o De simon. p De pœ. di. 1. q. de pœn.

r De iure patron.

s Cap. 23. nu. 110.

t ff. de hered. instit.

v Leg. huiusmodi. ff. de i. 1.

a d confiden

ad confidentiam beneficiale supra relata.

5 Nec obstat, quod per easdem bullas decernitur esse nullas pensiones, accessus, & regressus, que imponuntur super beneficiis, quae resignantur, vel conferuntur per confidentiam beneficiale damnata. Tum quia a diuersis & separatis non fit illatio, & aliud est ita damnare collationem, vel renunciationem beneficiale, ut omnia deinde sint nulla, quod faciunt illae extrauagantes & aliud est danare confidentiam pensionale, nulla beneficij praecedere collatione, neque renunciatione confidentiali, ut palam est. Tum quia alia ratio suadet illud, quae non suadet hoc. Ratio enim, qua pensiones, accessus, & regressus concessi super beneficiis per damnata confidentiam collatis & resignatis annihilantur, est quia accessorium debet sequi naturam sui principalis, & ita pensiones, accessus, & regressus accessorij praefatarum resignationum & collationum confidentialium non poterant subsistere, illis non subsistentibus; quae ratio non habet locum in confidentia translationis pensionis iam rite constituta. Tum quia praefatae extrauagantes solum loquuntur de renunciationibus, electionibus, praesentationibus, & aliis modis prouidendi beneficia ecclesiastica statuendo quod illi per confidentiam facti sint nulli cum omnibus inde sequutis: nos autem loquimur de translatione pensionis rite constituta, quae translatio non fundatur super vlla mala confidentiali prouisione. & ita sumus in casu longe remoto a casibus praefatarum bullarum, cum translatio pensionis rite constituta nihil commune habeat cum confidentia mala prouidendi beneficia. Tum quia alioquin sequeretur, quod si praefatus pensionarius remitteret ei qui debet pensionem vnus anni, confidens quod alio anno solueret aliquid ultra pensionem illius anni, incideret in poenas praefatae confidentiae damnatae, quod est absurdum, & nemo diceret.

6 Tum denique quod pensio secundum Cardinalem, vbi supra receptum est in se res temporaria; & non licet arguere de confidentia rei spiritualis, quale est beneficium, iuxta cap. dilecto. adeo quidem quod nec per somnium id venit in mentem praefatorum Piorum, &c.

ADDIMVS PRÆTEREA praefatae nostrae informationi, quod dictus Procurator fiscalis pro sua multa eunditione, & mala informatione, multa quidem adducit subtilia, sed parum concludentia, & quaedam pro sua bona conscientia fatetur praefato D. Abbati vtilia.

7 Primum enim, ut vir bonus, & dicendi peritus, qualis debet esse orator, & fisci Procurator, concedit duplicem esse confidentiam pensionalem, vnam propriam a radice infecta & a confidentia beneficiali manantem, alteram impropiam, quae separata & seiuncta est ab illa radice infecta confidentiae beneficialis, qualis est ista de qua loquimur; & praesupponit praefatas extrauagantes Pij III. & Pij V. non agere de hac impropria, quod praefati D. Abbatis intentioni est valde vtile.

Secundum est, quod praefatus D. Abbas non incidit in poenas praefatarum extrauagantium: quod profecto dignum est sua, quae magna est, pietate Christiana, & non mediocriter iuuat intentionem D. Abbatis.

8 Tertium est, quod Pius V. extrauagantem Pij III. ad confidentiam impropiam per sententiam in causa N. lar am extendit. Sed huic argumento satis superque responsum est in alia informatione sex vel septem modis peremptorijs, quos non expedit iterum referre, qui possunt ibi videri; scilicet, quod illa sententia erat res inter alios acta, & quod non fundabatur in vicio confidentiae, &c. Quibus nunc addimus, quod Pius V. ferendo illam sententiam, videtur sensisse, quod extrauagantes illae non se extenderent ad confidentiam pensionalem non pendentem ex radice infecta beneficialis confidentiae; quae est sincera defensio D. Abbatis.

9 Quartum est, quod licet D. Abbas non incidit in censuras praefatarum extrauagantium, debet tamen puniri in amissione pensionis etiam scutorum propter fraudem & dolum, quae adhibuit. Ad quod respondetur, primo, quod D. Procurator hoc dicit per informationem falsam praefati aduersarij, qui suos grandes dolos & fraudes transfert in dominum suum simplicem, & candidum. Secundo, quod bonitate & simplicitate in hoc casu est usus, & timore sancto, & reuerentia, quibus timuit offendere Deum, & S. Sedem Apostolicam, & eius leges; quod est omnino contrarium dolo, & fraudi, per notata in *Litris gentium*. & tot. tit. de dolo. & D. Thomam.

Leg. Papi...

Ca. accessio...

Leg. nam...

De prob.

Leg. sed si...

A 10 Item quod D. V. R. est deputatus iudex ad causas confidentiales comprehensas in dictis extrauagantibus; quales non esse confidentias pensionales, quae non procedunt a radice infecta beneficialis confidentiae, in alia informatione probatum est, & satis probatur ex eo, quod praefatus D. procurator ait illas esse improprie confidentiales: cum enim illae extrauagantes sint poenales, & odiosae, ut alias probauimus, & tales leges non debeant extendi per iura vulgata, consequens est non debere illas extendi ad eas confidentias, quae solum improprie dicuntur tales.

11 Quintum est, quod pensio extincta per translationem, non potest reuiuiscere per auctoritatem priuata: & consequenter, quod pensio iam translata in praefatum Iacobum per consensum praefati D. Abbatis, cum iam sit extincta quo ad Abbatem, non potest reuiuiscere quo ad illum auctoritate priuata. Ad quod respondetur primo, quod ipse D. Procurator fisci expressè ait, praefatam translationem, eo quod esset per fraudem facta, non valuisse: cui consequens est non fuisse illam extinctam; quia nihilum nihil facit. Secundo, quod etiam si esset aliquo modo valida, debet irritari, quia quae in fraudem sunt, irrita sunt, aut irritanda, & hoc est quod petit D. Abbas coram D. Bernardino Cotta: & hoc est quod orat D. V. R. ut dignetur remittere ipsum ad illum, qui potest cognoscere de illa causa: & D. V. R. est solum deputata ad causas confidentiales sub praefatis extrauagantibus comprehensas.

C Tertio, quod dolo & fraude non debent prodesse praefato Iacobo, iuxta cap. sedes Apost. cum similib. & prodesset ei, si processus coepisset contra illum coram D. Vicario, impediretur per iudicium D. V. R.

Sextum autem fere continet idem, quod quintum, scilicet, quod pensio D. Abbatis quo ad 100. scuta fuit cassata per consensum eius, &c. & non potest ad illum redire, &c. & ita liberabitur commenda onere, illo, &c.

AD HÆC autem respondetur ut supra. Primo, quod translatio illa non valuit ex defectu consensus transferendi, quem non habuit D. Abbas, arg. *Id quod nostrum*. & notatorum in cap. *qua in ecclesiis*. Quod autem non consentiret, patet ex actis, in quibus dicitur esse probatum, quod noluit D. Abbas transferre, nisi in casu licito, & quod venire ne traderentur scripturae ad id necessitate, & alia, quae concludunt eum fuisse deceptum, & dolo & fraude supplantatum ab eo, qui comedebat panes suos, & rependit odium pro dilectione sua: & constat errantem, & ignorantem; & deceptum non consentire. Secundo, quod etiam si quoquo modo valuisset, debet irritari: cum, ut praedictum est, quae dolo, fraude & calliditate fiunt, aut irrita sunt, aut certe irritanda. & quia cognitio huius rei pertinet ad D. Bernardinum Cottam, supplicatur D. V. R. ut supra. Vide cons. praecedens.

SUMMARIUM.

- 1 Dimissorias ad ordines suscipiendos qui data pecunia impetrat, & ordinatur, est attentio solo iure naturali & diuino non dicitur simoniaca in ordine, attentio autem iure Pontificio erit talis, &c. 2.
2 Simoniam in beneficio dicitur committere etiam is, qui dat temporale pro obtinendo ijs, per qua beneficium obtinetur & hoc, attentio iure Canonico: attentio autem solo iure diuino, vel naturali, secus.

CONSILIVM LXVII.

F AN QVI dat pecunias mediatori, ut sibi impetret dimissorias, siue reuerendas ad ordines suscipiendos, quas per pecunias mediator impetrauit, comprehendatur in dispositione extrauagantis supposito quod illarum vigore fuerit ordinatus.

Nam pro parte affirmatiua facit primo vulgata propositio, de qua post Aristotelem D. Thomas quod actus humani accipiunt speciem potius a fine, quam ab obiecto: vnde qui furatur, ut committat adulterium, est per se loquendo magis adulter, quam fur. Sed sic est, quod D. consulens dedit pecunias pro dimissorijs, ad hoc, ut ordines sacros acciperet; ergo eas dedit potius pro ordinibus, quam pro dimissorijs; ergo est simoniace ordinatus; ergo comprehenditur, &c. quod confirmatur per leg. *veram*. vbi ait Iuriscōsultus, quod qui

Arg. c. odia...

Cap. non...

Leg. i. & tot...

De reg. iur...

Leg. si per...

De simon...

Leg. 2. q. 18. d...

Leg. de fur...

rapuit, vel celauit meretricē, vt fornicetur, nō dicitur fur, nec vt talis punitur, vt ibi tenet Bartholus.

Secundo facit argumentum à simili textus in cap. 1. adiuncta glossa, & ibi Innocentius, vbi sic habet: *Sicut Episcopus manuum impositionem, ita neque examinatur vocem, neque notarius calamus vendat.* & subiicitur generaliter; *Pro ordinatione igitur, eum qui ordinatur, aliquid dare prohibemus.* Ergo sicut qui notario scribenti, vel examinatori aliquid dat pro scriptura, & approbatione idoneitatis, pro ordinibus dare dicitur, sic etiam dicendum erit de eo, qui dat pecunias pro dimissorijs obtinendis.

Tertio facit, quod qui dant pecuniam examinadoribus, vt eos tamquam idoneos presentent Episcopo ordinanti, tentant emere gratiam Spiritus sancti, id est ordinationem, vt ait textus, & sunt ipso iure suspensi.

Quarto facit, quod qui dat aliquid examinadoribus occasione examinis ad beneficium, pœnas contra simoniacos statutas incurrere dicitur per Concilium Tridentinum.

Quinto facit eadem extrauagans, quæ non solum punit simoniacè beneficia & ordines recipientes, sed etiam annullat præsentationes, &c. & sic reputat simoniacos eos, qui dāt aliquid temporale pro præsentatione.

Pro negatiua verò facit primò opinio quorundam illustrum virorum, de quibus mihi verbo relatum fuit, eos consuluissē non committere simoniam in ordinibus, quos recipit, qui dat pecuniam examinadoribus, vt ad illos idoneus renunciatur, & approbetur, ergo multo minus erit talis, qui dat pecuniam pro dimissorijs.

Secundo facit, quod hæc licentia, siue dimissoria ad assumendum ordines, non concernunt substantiam illorum, cum sint quid separatum & remotum ab ordinibus, & veluti quedam præparatoria ad ordines assumendos, vt palam eū: & cum pœna appositæ præparato regulariter non extendatur ad præparatoria, vt ait Decius, ergo nec pœna inflicta simoniacè ordinato extendetur ad committentem simoniam in præparatorijs ad ordines suscipiendos, arg. c. odia. de reg. iuris lib. 6. & gloss. ca. fin. de iure patron.

Tertio, quod qui ordinat, vel præsentat aliquem cum pacto, quod ordinatus non molestabit eum pro victu, non censetur incurrere pœnas d. extrauagantis, sed solum suspensionem ad triennium, per capit. final. vbi post Abbatem antiquū hoc notant Ioannes Andreas, & Cardinalis, cuius dicti rationem reddunt ibi Panormitanus, & Felinus, quia scilicet ibi simonia non erat commissā in ordine, sed in consequētibz illum, ergo sicut simoniacus in consequētibz ordinē non est propriè simoniacus in ordine, nec subdit pœnas contra tales decretas, ita nec simoniacus in antecedētibz ordinem erit iudicandus simoniacus in ipso ordine.

Ad opposita videtur posse responderi. Ad primum quidē primo, quod assumptum illud non potest applicari ad casum nostrum: quia procedit in illis actionibus, ex quibus quasi per partes integrales conficitur vnum illud, quod erat vltimo loco intentum. vnde qui volens fornicari rapit meretricem, nō dicitur raptor, sed fornicator: quia hoc solum intendebat, vt ait Iureconsultus. Aliud esset, si furatus esset pecuniam, vel equum, collimando hæc omnia in hunc solum finem, vt fornicetur: nam cum hæc sint actiones separatæ, non faciunt simul collectæ vnum quid solum. vtique iste fur erit simul & fornicator, duæ que erunt actiones omnino separatæ, quarum prima erit pœnalis de iure ciuili, quo punitur fur actione furti, altera vero de iure canonico, quod punit fornicationem cū meretrice etiam habitam, & commissam: quæ colliguntur ex D. Thoma, prout clarius apud ipsum videri possunt. Ergo in nostro casu, cum licentia ad ordines assumendos, & assumptio ordinum sint actiones diuersæ & separatæ, de vna ad aliam non potest inferri. Secundo responderi posset, actionem humanam, prout procedit ab operante, non ordinari nisi ad vnum finem proximum, & ab illo tantum specificari, licet ad alios remotos etiam referatur, vt colligitur ex eodem D. Thoma, atque ita cum datio pecuniarum in casu nostro primo & principaliter facta sit propter dimissorias habendas, secundario autem & minus principaliter ad ordines assumendos, dici non poterit assumptio ordinum simoniaca, licet dimissoria ad illos assumendos fuerint per simoniam obtentæ.

Ad secundum responderetur concedendo assumptum in

eo; negando tamen, quod inde sequatur committere simoniā in ordine omnes, qui prohibentur aliquid accipere: siquidem in fine concludendo prohibetur, ne quid detur pro ordinatione, nec pro vsupallij, nec pro chartis: vnde patet, quod dare pro chartis id est notario, non est dare pro ordinibus: & consequenter nec dare pro dimissorijs erit dare pro ordinibus. Nec obstat, quo dimissoria continent in se examen: quia hoc venit in consequentiam, & quæ in consequentiam veniunt attendi non debent.

Ad tertium responderetur, quo iura in illo citata debent intelligi de examinadoribus, qui rogant Episcopum, vt det ordines alicui, veluti faciunt Archidiaconi, qui si pro illo rogatu accipiant pecuniam, videntur formaliter committere simoniam in ordine; quia perinde est, ac si ordinans illam accepisset, vt post alios tradit D. tua in suo Manu. & alibi saepe, nō autem de simplicibus examinadoribus, & simplicibus dimissorias concedentibus, qui referunt accepta pecunia aliquos esse idoneos ad ordines, vel dant licentiam vt possint ordinari.

Ad quartum responderetur, Concilium loqui de examine ad beneficia per cōcursum, per quod acquiritur approbatus ius ad beneficium: & ideo nihil mirum; cum pecunia dari videatur pro illo iure spiritali, quod dicatur tam dans, quam accipiens committere simoniam in beneficio, quod etiam colligitur ex d. extrauagante 2. Atque ita posset hæc inductio retorqueri sic: Speciale est in examinadoribus, & Concilium nouū ius statuit contra examinadores ad beneficia per cōcursum, vt scilicet accipiendo aliquid ab examinatis, censeantur simoniaci in beneficio: ergo contrarium dicendum est de examinadoribus quo ad ordines aliquid accipiētibz ab approbatis, quia qui de vno dicit, &c.

Ad quintum responderetur ex diuersis non bene inferri, & quod aliud sunt præsentatio, electio, collatio, &c. de quibus in d. extrauagante per quæ acquiritur ius ad beneficia, & aliud examen, & dimissoria, per quæ nullum ius acquiritur ad ordines, vt palam est: nam restat in arbitrio ordinatoris, vtrum velit approbatos huiusmodi, & habentes dimissorias ordinare, nec ne, quod tamen secus dicendum est in prædictis actibus, in quibus collator non potest sine iusta causa respuere præsentatum, electum, &c. vnde cum emptio dimissorialium non possit dici formaliter emptio ordinum, non plus se extendet, quam fuerit intentio principalis emptoris, alioqui enim ementes officia, & munera ecclesiastica magni valoris, sperantes minus principaliter, vt quotidie fit in Curia, sciente & consentiente Papa, quod occasione illorum promoueantur ad dignitates ecclesiasticas, essent censendi simoniaci in beneficio; quod est absurdum, & ita non dicendū, quia ex dicta officij emptione nullum ius acquirunt ad eadem, sicut nec ex d. examinis; vel dimissorialium emptione acquirunt aliquod ius ad ordines.

Ad superiora mihi proposita respondeo primo, fundamenta, quæ adducuntur & tanguntur, ad alia multa dubia decidenda seruire posse: quamuis Panormitanus & Felinus non videntur dicere id, quod eis tribuitur.

Secundo, quod licet eo respectu, & ratione, qua tua pietas desiderat hanc partem, quam tuetur, esse veram, ipse quoque idem desiderem; alia tamen ratione scilicet, quod expedit arcere multos, ne ad ordines inordinate accedant contra Gregorij sententiam; conuenit optare pœnas; quibus arceantur.

Tertio, quod fundamenta tuæ Dominationis, quibus hæc partem confirmas, & confutas alterius fulcra, videntur mihi plus satis sapere Metaphysicam, & rigorem Logicum dum fatagis defendere tū demū simoniā in ordine cōmitti; cū pecunia datur vel promittitur pro ipso ordine vel ordinatione.

Quarto, quod hoc satis defendi posse videtur, si loquamur de simonia in ordine, iure solo naturali vel diuino attento cōtracta: vt etiam eadem ratione defendi posset, quod tum demum simonia, in beneficio, attento illo solo iure, admittitur, quando pro ipso beneficio pecunia datur, vel promittitur, & non aliàs: sed quod sicut per prædictam extrauagantem, & alia multa cogimur dicere simoniam in beneficio contrahi saltem iure Pontificio attento, etiam cum datur pecunia, vel aliud temporarium pro collatione, electione, & præsentatione, nominatione, fauore, intercessione siue mediatione, & alijs similibz actibus ad acquirendū directis, & in renūciatione & priuatione alijs actibus ad perdendum

directis

a Cap. ex parte.
b In ver. missor. de simonia.

c In c. quando. 24. dist.
d Glossa ibidem per c. reperiuntur. 1. qu. 1.
e Sess. 24. ca. 18. de reform. 2. de simon.

g In rubr. de iudic. n. 1. vbi etiam Ripanum. 14. & 15.

h De simon.

i In c. de simoniacis. n. 2. eo. tit.

k Arg. illud. ff. ad l. Aquil.

l In d. verū.

m In Dist. ar. 6. & 7.
n Leg. Papi-nianus. ff. de minorib. c. ad audientiam. de decimis. o 1. 2. q. 1. a. 3. ad 3.

a Cap. 23. nu. 106. §. ad quātum.

b Vulg. l. cum prator. ff. de iudic. c. nonne de presumps.

c Leg. non omnis. ff. si certū petatur.

d Le. nā quod absurdum ff. de bonis liber.

e In c. de simoniacis. de sim.

f 2. de simon.

diroctis; ita cogimur dicere, quod simonia committitur in ordine iure Pontificio attento, non solum quando datur pecunia vel aliud temporarium pro pretio ordinis, sed etiam cum datur pro alijs actibus directis ad eius acquisitionem, quales sunt examinatio, approbatio, & fauor, intercessio, siue mediatio, qua queritur consensus ordinarius ad ordinem insigniendum; licet verè coram Deo ordinandus nolit emere ordinem, què scit esse inuendibilem, & inestimabilem.

Quinto, quod negari non potest literas dimissorias esse de huiusmodi actibus, eo quod formaliter vel virtualiter continent fauorè vel intercessionem ad ordinem consequendum, vel examinationem vel approbationem, vel conferunt ius quoddam petendi & accipiendi ordinem, à quo maluerit abstinere: vel quod est quedam via directa in ordinem querendum magna cum deliberatione instituta ab Ecclesia per potestatem supernaturaliter à Deo acceptam: & ita ius, quod per eas datur, est quoddam valde spirituale directum ad consequendum ordinem, qui est magis spirituale, iuxta ea quæ nos tractamus in M. c. f. vnde possunt desumi aliquot fulcra pro quarto & quinto dictis supra positis.

Sexto, quod per omnia supradicta videtur consulendum, simoniam, quæ committitur dando pecuniam pro literis dimissorijs, cõfendam esse simoniam commissam in ordine, attento iure Pontificio. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Absolutio data excommunicato à superiori habente potestatem absoluendi valet, licet sit iniusta.
- 2 Absolutio etiam sacramentalis data excommunicato bona fide confesso valet.
- 3 Peccata habentia excommunicationem, vel alias censuras reservatas annexas, confessa habenti potestatem absoluendi ab illis, & oblita, desinunt esse reservata, & censura annexa tolluntur per absolutionem generalem ab omnibus censuris.
- 4 Venia peccati non datur nisi correcto, & sic nec simoniaco in beneficio datur absolutio, nisi eo dimisso.

C O N S I L I V M L X V I I I.

REALIS simoniacus in beneficio an possit absolui ab absolui ab excommunicatione, quam incurrit, sine renunciatione vel dimissione beneficii, super quo illa commissam fuit & licet non debeat absolui, absolutio tamen facta tenetur?

1 Pro parte affirmante facit primo cap. venerabilibus. b quatenus habet absolutionem datam à superiore habente potestatem absoluendi excommunicato valere, licet sit iniusta. at per Iobaelea datur potestas absoluendi à quibuscumque excommunicationibus: etiam reservatis: ergo confessarius electus per illa, licet forte male faciat absoluendo huiusmodi excommunicatum, tenebit tamen illius absolutio.

2 Secundo facit, quod absolutio etiam sacramentalis data excommunicato bona fide confesso valet, vt post Caietanum diximus nos in nostro Man. confess. c.

3 Tertio facit, quod qui peccauit peccata reservata, vel habentia excommunicationem, vel alias censuras reservatas eis annexas, & confiteretur habenti potestatem absoluendi, ab illis, licet non meminerit illa confiteri, desinunt tamen esse reservata, & tolluntur censuræ illis annexæ per absolutionem generalem ab omnibus censuris & peccatis datam ei ab illo.

4 Pro parte autem negante facit regula libri 6. peccati venia non datur nisi correcto. Atqui simoniaco realis in beneficio, qui non relinquit illud, in quo scit, vel debet scire se nihil iuris habere per extrauagantem secundam d non est correctus.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus super irregularitate ex occulto crimine, puta simonia in ordine orta dispensat.
- 2 Beneficium ante irregularitatem adeptum ipso iure non perditur per irregularitatem postea incursum, nec illius fructus etiam postea percepti.

C O N S I L I V M L X I X.

SIMONIACVS in ordine realis, & sic excommunicatus, occultus tamen, celebrando factus est irregularis.

Queritur, an Episcopus possit secum dispensare, & an indigeat dispensatione ad retinendum fructus beneficii ab eo perceptos.

Respondeo primo, quod Episcopus potest dispensare super irregularitate occulta nata ex simonia occulta, & non dedu-

a Cap. 23. nu. 99.

b 5. ubi auet. de sententia excom lib. 6.

c Cap. 9. m. 2. & seq.

d De simon.

cta in iudicium, per Concilium Tridentinum.

Secundo, quod non indiget dispensatione circa retentionem fructuum, si beneficium collatum fuerit ante simoniam; quia non perditur ipso iure beneficium ante irregularitatem adeptum, iuxta solennem dictum Innocentij, b si autem beneficium collatum fuerit per ipsam simoniam, vel post illam; ita quod collatio fuerit nulla, oportet vt illa rescidatur per illum, qui potest illud beneficium conferre.

S V M M A R I V M.

Simoniacus pecuniam pro beneficio sine ecclesia acceptam, ipsemet restituat ecclesie, fructus autem ex illo percepti etiam pauperibus possunt restitui, item & postea legitime prouiso. num. 5.

- 1 Fructus beneficii percepti per nulliter prouisum, si sunt conuersi in utilitatem ecclesie, vel pauperum, non debent denuo restitui.
- 2 Mediator, qui est causa sine qua non, vt beneficium conferatur inhabili, seu tam indigno, vt collatio sit nulla, tenetur in subsidium restituere fructus perceptos, & male impensos. nu. 3. sufficit autem quod pro illis satisfiat illi, qui primus instam de beneficio obtinebit collationem. num. 5.
- 3 Fructus beneficii de iure sed non de facto vacantis spectant ad illum qui primus acquirit iustum titulum, immo etiam possunt restitui illi cui ignorans fuit simoniace illud postea collatum. num. 6.
- 4 Simoniace ignoranter prouisus de beneficio ad aliud non tenetur, nisi vt cum primum rescuerit, illud resignet; fructus autem antea percepti videntur ad ipsam pertinere.

C O N S I L I V M L X X.

NOBILIS procurauit, vt beneficium ecclesiasticum conferretur E. inhabili, & indigno, pacto adiecto inter eos, vt ipse B. teneretur postea illud renunciare, fructusque restituere cuidam ipsius N. nepoti, prout factum fuit. Queritur quid iuris.

1 Resolutio huius dubij videtur pendere à decisione illius, an procurator simoniace alicui beneficium teneatur restituere fructus ab illo male perceptos. Ad quod videtur dicendum primo, quod non tenetur restituere, si fructus illi fuerint conuersi in utilitatem ecclesie vel pauperum: quia videntur rectè impensi, & quia restitutio, si esset necessaria, videretur eis faciendâ. nam cap. de hoc. d quod iubere videtur pecuniam pro beneficio datam esse restituendam Ecclesie, cui facta est iniuria, intelligendum est de pecunia simoniace data, & non de pecunia & fructibus quæ sitis ex beneficio, vel alia re simoniace quæ sita, vt colligitur ex eius contextu, & annotatis ei per glossas & doctores.

2 Secundo dicendum, quod idem est asserendum de hoc nobili, quod de quolibet alio, qui est causa, vt beneficium detur alicui indigno, vel inhabilitata vt collatio non valeat, nec queratur illi ius in beneficio, e quia eadem ratio militat in omnibus; cum quilibet eorum sit causa, vt is, cui collatum est male percipiatur, & male dispendat fructus beneficii male sibi collati.

3 Tertio, quod stricto iure quilibet horum tenetur restituere fructus male perceptos, & male impensos ab illo indigno & inhabili, si ille non restituerit. Tum quia omnis, qui est causa alicuius damni, sine qua illud non daretur, videtur illud dare, & saltem non restituere damnnum principali auctore, tenetur restituere. Tum quia secundum S. Thomam communiter receptum, & omnes, h quorum nos meminimus in Manu. i & latius, k nouem persone alix à principali contentè illo distinctio.

1 iustus, consiliarius, consensus, palpo, recursus, participans, mutus, non obstant, non manifestans.

peccant vt ipse, & sex tenentur ad restitutionem eorum, quæ sibi obuenerunt, vel quorum causa fuerunt, ipso non restituente. puta iubens, consulens, consentiens simpliciter, recipiens, laudans, & participans. Et negari non potest, hunc, de quo in casu proposito, fuisse consulendo, vel consentiendo, causam, sine qua ille non percepisset, nec dispendisset male fructus.

4 T u quia sicut magistratus malum tutorem nominas tenetur restituere danam per illum illata pupillo in subsidium, si tutor non restituat, l & sicut tenes seruum noxiu tenetur de danam ab eo dato, adeo quod non satisfacit dando seruum pro noxa, m ita cõf-

a Cap. 6. de refor. sess. 24

b In cap. cum nostrum, de concess. prob.

c Arg. c. 1. de reg. iur. li. 1. o.

d De simon.

e Arg. l. illud. ff. ad l. Aquil.

f Cap. fin. de iniur. & l. qui occidit. ff. ad l. Aquil.

g 2. 2. q. 92. a. 7.

h In 4. dis. 15.

i Cap. 11. nu. 15.

k Cap. 17. nu. 17.

l Leg. 1. & 10. tit. ff. de mag. conuen.

m Leg. si seruus. 8. Proculus. ff. ad legem Aquil. cum alijs ibi citatis per gloss.



a De prob.
b De elect. li.
c In pram.
pragm. sancti.
§. nam eccle-
siarum. verb.
indignorum.
Et in tit. de e-
lect. §. quonia
verb. sciētes.
d De reg. iur.
lib. 6.

112. q. 2. §. 12.
num. 4.
f De offic. or.
g Eodem tit.
li. 5. c. quia
sapa. de cle. eo
dem lib.

hr. q. 4. c. iam
itaque. Et ca.
turbatur. §.
non itaque.
Et ca. ex infi-
nuatione. Et
cap. nobis. ad
iuncto cap. de
simon.

res beneficia indigno nō solū peccat, iuxta c. *grauē*.^a & c. *perpetuo*,^b sed etiā tenetur restituere dānū ab eo datū, vt probat Cosmas, c. & quo ad propositum paria sunt conferre, & ita procurare, vt conferatur, cum procuratio sit causa collationis, sine qua nō conferretur, per supradicta, qualis fuit procuratio, de qua in proposito. Tum denique quod hic nobilis potest dici participasse de p̄fatis fructibus, quia fuerunt dati eius nepoti mediante factō ipsius, & ita videtur percepisse per illum à se nominatum, iuxta regulam, *qui per alium*.^d

5 Quarto, quod dici possit, omnes hos tres, scilicet illū, qui recepit illud beneficium, & nobilem, qui fuit causa illius malæ collationis, & etiam nepotem, ad quem venerunt fructus, excusari à restitutione, ea consideratione, quam nos probauimus in commē. c. *non liceat*.^c post declarationem c. *cum vos*.^f & capit. *presenti*. §. scilicet, quod fructus beneficii vacantis, de iure, & non de facto pertinent ad eum, qui primo fuerit illud canonicē consequutus. Et cum p̄fatum beneficium vacauerit de iure, licet non de facto, per totum p̄fatum tempus, fructus eius pertinebant ad eum; qui primo illud beneficium canonicē obtineret: & p̄fatus nepos, cui p̄fati fructus fuerunt traditi, fuit primus, qui canonicē saltem ex parte sua illud obtinuit, & consequenter omnes illi pertinerunt ad eū, & debuissent ei restitui, etiam si aliis fuissent dati.

6 Obiicienti autem, quod collatio ei facta videatur simoniaca propter pactū patris in initum cum p̄fato B. p̄fatorē eius, responderi possit quod id ignorabat nepos: & simonia aliena non nocet eam ignorantem, nisi quod ad hoc, vt teneatur renunciare beneficium, cum primū eā rescierit. ^b Salua, &c.

Aduertendum Concl. de qua nu. 5. & 6. non carere difficultate, quia non videtur ita certam collationem simoniace factam ignorāti tenere, infra conf. 95. 97. Sed & hac non videtur simplex simonia, sed fortē etiam confidentialis: infra conf. 80. nu. 6. per quam beneficii collatio Papa referuatur. supra conf. 50. nisi dicamus à Papa sufficienter obtentam provisionem factam dicto nepoti. Vide tamen etiam conf. sequ. & conf. 73.

S V M M A R I V M.

- 1 *Resignatarius promittens procuratori habenti mandatum ad resignandum, dare certum quid annuum pro eius filio minori, donec ad aetatem legitimam perueniret, non dicitur promississe eidem postquam perueniret ad aetatem beneficium retrocedere: vnde nec retrocedendo dicitur simoniam ex hoc capite compleuisse.*
- 2 *Confidentia simoniaca, per quas aliquid temporale capiebatur, numquam fuerūt tolerata: secus de non simoniacis, per quas resignatarius nihil aliud, nisi beneficium retrocedere, vel debens conferre, seu presentare, promittebat.*
- 3 *Simoniace ignoranter de beneficio seu pensione prouisus ita fructus bona fide durante suos facit, ac si simonia non fuisset perpetrata, at post scientiā tenetur nedum beneficiū & pensionem dimittere, & fructus postea perceptos restituere, vel remissionem seu compensationem obtinere. num. 4.*

CONSILIVM LXXI.

CANONICVS procuratorem fratrem suum constituit ad renunciandū liberè canonicatū in fauorē cuiusdam clerici. Procurator verò pro suo filio infante occultè cōuenit, quod quousque filius perueniret ad aetatem legitimam, teneretur de fructibus dicti canonicatus dicto suo filio quinquaginta libras singulis annis soluere: & resignatarius soluit, & in fauorem dicti filij canonicatum ante Pij III. constitutionem contra confidentarios editam renunciauit. Præterea pater alium clericum ad beneficium iuris patronatus presentauit, cum pacto vt daret dicto filio suo medietatem fructuū, prout de facto dedit. Idem pater absque titulo fructus de alio beneficio, quod presentatus volebat resignare, in recompensam in fauorem filij accepit: & tandem aliam cum alio commisit pater simoniam; & filius ex dictis beneficiis, partim ante scientiam, partim post, fructus percepit, seu pensiones etiam. Quæritur quid agere debeat.

Respondendum videtur primò, quod p̄fatus pater, qui habuit mandatum sui cognati ad renunciandum canonicatū, & p̄bendam, & aliud beneficium, simoniam claram commisit renunciando canonicatum, & p̄bendam: quia pactus fuit cum renunciatorio, quod ipse daret recompensam quinquaginta librarum filio eius in redditibus ecclesiasticis, quas & postea dedit; & ita simonia ex vtraque parte fuit cōpleta, & sic

A facta realis.

1 Secundo, quod p̄fatus pater & mandatarius non videtur admisisse simoniam, p̄sertim realem, nec confidentiam in renunciatione beneficii: quia nihil promissit renunciatorio; nec super restitutione beneficii, cum filius perueniret ad aetatem, fuit facta vlla conuentio, sed tantum accipiendi fructus illius, etiam antequam perueniret filius ad aetatem legitimam, cum aliqua spe patris etiam de restitutione.

Tertio, quod p̄fatus pater admisit simoniam presentando ad beneficium sui iuris patronatus clericum ea lege, vt daret filio suo dimidium fructuum eius; quæ ab vtraque parte fuit completa, & ita realis.

B Quarto, quod recompensa data plus obfuit, quam profuit: quia magis compleuit simoniam à se promissam, faciendo eā realem.

Quinto quod malefecit p̄fatus pater accipiendo fructus vnus beneficii, quod debebat dari in recompensam filio, & non fuit datum: quia sine vllō titulo legitimo percepit eos.

2 Sexto, quod licet confidentiæ simplices, quibus promittebatur restitutio beneficii, vel collatio, vel presentatio tolleretur, quādo hæc facta fuerunt; confidentiæ tamen simoniacæ, per quas capiebatur aliquid per simplicem confidentiā, numquam fuerunt nec Romæ, nec alibi toleratæ.

C Septimo, quod parum profuit filio p̄fato studuisse bene, & euasisse in virum doctum, & recitasse horas, & habuisse animum suscipiendi sacros ordines, ad effectum lucrandi fructus, si tituli, per quos quæsiuit beneficium fuerunt nulli.

3 Octauo, quod multum tamen prodest p̄fato filio nesciuisse p̄fatas labe simoniacas: quoniam ipse potuit defēdi, quod huiusmodi beneficiarius facit fructus, quos percepit durante bona fide, suos, ita quod non tenetur restituere illos, quos bona fide percepit, plusquam si absque simonia sua, & ab alio pro ipso commissa, illos percepisset.

D Nono, quod omnes p̄fati, qui receperant fructus beneficiorum per p̄fatas simonias reales quæstorum, & etiā p̄fatus filius, quos recepit postquam nouit p̄fatum simoniam, tenentur restituere illos, & etiam beneficia, quæ sic quæsiuerunt, vel obtinere condonationem, vel remissionem eorū ob aliquam iustam causam, aut per compositionem iustam, & retentionem beneficiorum nouam à Sanctissimo Domino nostro, quem, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Procurans laicus clerico conferri beneficium cum pacto, vt pars fructuum sibi detur, sequuto effectu est simoniacus realis: cum obligatione restituendi accepta vel legitimo successori, vel in vtilitatem ipsius beneficii conuertendi, vel se cum Camera componendi.*

CONSILIVM LXXII.

E **L**AICVS, vacante quodam beneficio, procurauit vt illud cōfretur cuidam clerico cum pacto vt ipse haberet dimidium fructuum tunc percipiendorum, quod factum fuit. Quæritur quid iuris.

Rpondeo, quod in hoc casu interuenit simonia realis; & consequenter vterque incurrit excommunicationem, & collatio fuit nulla; & consequenter nec beneficiarius quæsiuit fructus sibi, nec potuit quærere, nec dare annuam partem promissam laico.

F 1 Secundo, quod p̄fatus laicus tenetur restituere ea, quæ accepit; & quod potest restituere Cameræ Apostolicæ componendo se cum illa, vel ei qui primo loco successit p̄fato beneficiario mortuo; vel etiam conuertere in vtilitatem ecclesie, de cuius fructibus fuerunt ea, quæ accepit à simoniaco, per ea quæ profunde & late scripsimus in commen. de spoliis cle. & clarius ac resolutius infra, b vbi cōsultur posse obligatum ad restituendum deligere id quod magis ei conuenit; & qua ratione magis conueniat restituere ea, vel restituere futuro successori, quàm ipsi Ecclesie, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Simoniaca etsi non sit resignatio ob solam intentionem, quam habet resignans, vt postea tertio cedatur, efficitur tamen talis, si resignatarius mediator promittat illud dicto tertio cedere.*
- 2 *Resignatarius, qui promiserat tertio beneficium dare, si illud alteri referuato regressu resignet, & postea purificato regressu iterum illud acquirat, & dicto tertio resignet, simoniam facit resignationem.*

a Super c. non
liceat Papa.
§. 4. nu. 4.
b §. 12. nu. 4.

- 2. *Resignans cum regressu, si purificato regressu iterum adipiscitur beneficium, censetur illud habere illo modo, quo habebat antequam resignaret.*
- 3. *Ignoranti collatio simoniace facta tenet; tenetur tamen, cum primum scit vitium, beneficium dimittere; durante autem ignorantia potest iuste de fructibus disponere, nec tenetur illos restituere. nu. 4.*
- 3. *Lacrum etsi quis immediate capere non debeat ex delicto, occasionaliter tamen & mediate potest.*
- 4. *Mediator simonie tunc demum in subsidium beneficij non restituens fructus restituit, quando collatio fuit taliter nulla, quod etiam ipse beneficiarius illos iniuste percepit.*

CONSILIVM LXXIII.

TITIVS instante Caio beneficium referuatis fructibus, & regressu, resignavit Seio, ea intentione, vt illud Lælio, quando ad ætatem legitimam peruenisset, daretur. Mortuo interim Titio, Seius qui nolebat vitam clericalem ducere, illud instante Caio, referuatis sibi fructibus, & regressu, resignavit Sempronio, qui secreto promiserat soli dicto Caio, quod tunc quoddam suum beneficium, & mortuo Seio etiam primodictum aliud beneficium dicto Lælio, cum primum ad ætatem legitimam peruenisset, renunciaret. Verum quoniam per mortem Sempronij beneficium reuersum fuit iterum ad Seium, ideo idem Seius illud resignavit Lælio factis maiori, & prædictorum pactorum ignorans: dictaque Caius semper omnes fructus percepit de voluntate Seij, & Lælij.

Quæritur primo, an resignatio facta in fauorem Seij teneat.

Secundo, an valeat resignatio facta à Seio resignatario.

Tertio, an Caius teneatur restituere fructus ex dictis beneficijs perceptos.

1. Respondeo primo, quod renuntiatio facta à Titio in Seium non fuit simoniaca, si sola intentione, vt postea Seius renunciaret in Lælium, facta fuit: sed in facto licet dicatur nullum pactum, nec confidentiam interuenisse inter Titium & Seium, non tamen dicitur quod non interuenit cum alio, præsertim cum Caio, in cuius gratiam facta fuit renuntiatio in fauorem Seij, qui erat frater illius, ea intentione, vt postea daretur Lælio filio Caij, & sic interuenit aliquod huiusmodi pactum cum Caio fratre Seij: & sic patet quod interuenit simonia cum tertio, ignorante resignatario.

Secundo, quod renuntiatio, quæ fecit Seius in fauorem Sempronij, fuit simoniaca eodem genere simonia, scilicet, ignorante resignante: quia inter Sempronium resignatarium, & Caium patrem Lælij, ad cuius instantiam resignatio fiebat in Sempronium, interuenit pactum, vt renunciaret alterum beneficium in Lælium filium Caij, & etiam illud, cum perueniret ad legitimam ætatem Lælij.

3. Tertio, quod tertia renuntiatio, quæ fecit Seius in Lælium, non fuit in se simoniaca, licet inter Caium & Sempronium interuenisset pactio de renutiando in Lælium: quia inter Seium, ad quem per regressum peruenit beneficium, & Lælium, & Caium nulla fuit conuentio.

Quarto tamen idem iudicandum est de acquisitione beneficij facta per regressum ob mortem Sempronij, quod est dictum de acquisitione prima. quia virtute acquisitionis primæ quæsiuit regressum, & ita regulabitur sicut prima renuntiatio, & consequenter iudicabitur simoniaca, si Seius conuenit cum Caio, & alijs non.

3. Quinto, quod mea opinione, quam alijs fulsi, collatio beneficij per simoniam inter alios initam facta ignorantibus valet ipso iure: licet, cum primum scierit illam commissam teneatur illud renunciare, & potest certe dispendere fructus perceptos, donec nescierit. & consequenter nec ille, nec hæredes eius tenentur ad restitutionem. & ita Caius, qui percepit fructus de consensu Seij, & Lælij, videtur percepisse de consensu legitimorum administratorum, & consequenter non cogetur de rigore iuris ad restitutionem eorū. Nec obstat, quod nemo debet reportare comòdum de sua iniquitate, nec consequenter Caius de simonia, quam (vt præmittitur) admisit ignorantibus Seio & Lælio. Quia responderi potest, quod non recipit immediatè de iniquitate sua comòdum, sed ex donatione expressa vel tacita legitimorum administratorum, quamuis eius iniquitas fuerit oc-

A casio iuris legitimorum administratorum. argumento causa diuersitatem, ^a quatenus probat, quod ei, qui sua culpa fuit excommunicatus, quæritur commoditas suspendendi cursum tēporis semestris dari ad conferendum collatoribus propter impedimentum excommunicationis. argumento itē proximitate, siue mediatoris, qui persuaderet collatori beneficij, vt cōferret illud min⁹ digno, digno tamē, contēpto digniore. licet peccaret, & mediatè illo peccato quæretetur beneficiū illi minus digno, non tamen tēneretur restituere, si quid ei alius legitimè daret, pl⁹ quàm alijs, qui nil in ea re peccasset, argumento itē, quod mater quæ ex fornicatione genuit filiū, posset accipere ab illo filio, quod sibi ille legitimè donaret ex bonis, quæ à patre fornicatio iusta successione vel donatione quæretetur. quia non capiunt commoditatem de iniquitate, sed de alio titulo bono, licet occasione iniquitatis obuente.

B 4. Fortius tamē obstat potest id, quod alijs defendimus, mediatorem simoniæ teneri ad restituendos fructus perceptos à simoniaco, si eos ille non restitueret. ^b Sed responderi potest illud esse verū in mediatore illius simoniæ, per quæ collatio beneficij redderetur nulla ipso iure, qualis est simonia realis, quæ contrahitur cum ipsomet beneficiario, vel scientè & volente ipso, nō autem in mediatore simoniæ mentalis tantum, vel mentalis & conuentionalis tantum, vel realis ignorante eo, cui confertur beneficium. Ratio diuersitatis sit illa, quod per illam nil iuris quæritur beneficiario, quippe quæ reddit titulum eius inutilem, & ipso iure nullū: & consequenter capit, & impedit fructus alienos sine iusta facultate id faciendi: & ita tenetur restituere ipse, vt quidam fur, & qui fuit causa; vt sic inutiliter & male acciperet, & dispenderet eos, iuxta extrauagantem, ^c per has autem non redditur titulus nullus, vt supra dixi: & ita durante ignorantia iuste tenet beneficium, iusteque potest dispendere fructus eius, nec tenetur restituere eos post habitam de tali simonia notitiam. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. *Resignatarius pecunias necessarias pro expeditione literarū resignanti vti amico, animo eas repetendi, vel compensandi cum terminis soluenda pensionis, non autem in pretium resignationis mutuans, vel soluens, non est confidentiarius, nec simoniacus coram Deo; præsumetur autē talis in foro exteriori, nisi eas soluat sciētē Pontifice, persona Datarij mediātē. nu. 2.*

CONSILIVM LXXIV.

BALTHASAR resignavit beneficiū, referuata sibi auctoritate Apostolica certa pensione: resignatarius expediuit literas, & soluit expensas, etiā illas ad quas resignans tenebatur, recepturus, seu compensaturus cum terminis soluendæ pensionis. Petitur quid iuris.

E 1. Respondetur primò, quod si probentur ea omnia quæ in facto narrantur, iudicandum est in foro exteriori in casu proposito interuenisse confidentiam per bullam Pij V. translata à nobis in Man. confess. ^d eo quod per eam statuitur vnā de præsumptionibus legitimis ad probandum confidentiam illicitam, esse expeditionem literarum Apostolicarum factam impensis resignatarij, vt in casu proposito facta fuit; nisi excusetur ea ratione, quod impensas illas fecisse videatur ipsomet Papa sciente, eo quod fecerit eas sciente & consentiente summo ipsius Datario. argumento eorum quæ vbi supra paulo latius ^e de excusatione eius, qui committit simoniam cum Papa, diximus.

F 2. Secundò responderetur, quod in proposito casu nulla est quo ad forum conscientie incurta confidentia illicita, de qua loquitur constitutio Pij V. quoniam, vt vbi supra paulo antea ^f diximus, prædicta extrauagans Pij V. non de omni confidentia etiam illicita loquitur, sed tantum de illicita simoniaca: & in casu proposito verè coram Deo & quo ad forum conscientie nulla simonia comissa fuit; quia resignatarius nullatenus intendit emere beneficium, nec ius aliquod spirituale; sed solum mutuare pecunias ad expediendas bullas, animo repetendi, seu retinendi eas adueniente termino solutionis pensionis vel pensionum, sicuti quilibet alius amicus potuisset ei mutuare gratiosè.

S V M M A R I V M.

- 1. *Confidentia præsumitur in foro exteriori, si resignans à resignatario pensionem vel aliud recipiat.*

^a De concess. prob.

^b Arg. ca. fm. de iureiur. & aliorum.

^c De simon.

^d Ca. 23. nu. 110.

^e Nu. 108.

^f Nu. 109.

2 *Resignatarius accepta possessione beneficii ita demum potest resignanti quid dare, si principaliter propter Deum det ipsi resignanti egenti in elemosynam, etiamsi minus principaliter det, ut satisfaciatur obligationi antidotali.*

3 *Intentio resignatarii gratificandi resignanti non nocet, sicut nec intentio resignantis, qui ea resignat spe, ut tali conferatur.*

CONSILIVM LXXV.

RESIGNATARIVS dedit mandatum ad consentiendum pensioni scutorum 500. referuanda P. resignanti: sed P. dicto mandato noluit uti, tum ad vitandas expensas: tum quia per matrimonium, quod volebat contrahere, prout contraxit, esset vacatura. Nunc prefatus I. qui possessionem dicti beneficii accepit, in signum gratitudinis vellet se obligare ad donandum singulis annis 400. ducatos P. dum viveret. Queritur an licite quo ad utrumque forum possit se obligare, ita ut neuter eorum possit timere suam conscientiam iudicantem interius, nec iudicem exteriorem.

1 Respondeo primo, nullatenus posse prefatum I. obligare se ad dandos quotannis d. P. prefatos 400. ducatos per bullam Pij V. cuius nos copiam edidimus in Man. cōfess. a quæ inter alia continet expresse, quod si is qui renunciauerit aliquod beneficium ecclesiasticum in fauore alicuius, postea receperit à resignatario aliquam pensionem, vel aliquos fructus sibi, vel aliis suis cognatis, vel cuicumque alij, censeatur probata confidentia, per quam censeantur partes incurrisse pœnas in prefata extrauagante contentas. quoniam per talem obligationem & solutionem probaretur prefata confidentia, qua probata iudex fori exterioris grauissimè posset illos punire, & iudicare collatione prefati canonicatus fuisse simoniacâ, & ipso iure nullâ.

Secundo, difficile posse inueniri viâ, per quam P. & I. tuti esse possint ab impugnatione, si per obligationem prefatâ dareretur & acciperentur prefati 400. ducati: quia per eadē probaretur confidentia prefata per modos probandi presumptiuè nouè inductos per prefatâ extrauagantem.

Tertio, quod, si prefatus P. nondum uxorem duxisset, facilius poterat excogitari aliquod remediũ, cui tamē non est nunc locus; cum P. non sit capax pensionis, quâ volebat I. constituere, vel potius ad constituendâ eam consentire.

2 Quarto, quod probabiliter defendi posset inueniri aliquod remedium, per quinque sequentia. Primum, quod nulla confidentia simoniaca conuentionalis inter sese, antequam prefatus I. per prefatam bullâ accepisset possessionem pacificam, admittenda fuerit. Secundum, quod ipsimet P. & I. soli conueniant coram Deo & confessariis suis, & verè pœniteat eos omnium quæ voluerunt & excogitauerunt facere contra iura naturalia, diuina, & humana, circa prefatam resignationem, confidentiam, & simoniam tacitam vel expresse, mentalem, vel conuentionalem, post prefatam possessionem acceptâ; & quod proponant firmiter nullatenus vquam se adiuturos ex aliquo capite rerũ inter se prateritarum. Tertium, quod prefatus P. non sit diues, & verè indigeat secundum statum suũ, ita ut ei possit iuste intuitu paupertatis erogari de redditibus ecclesiasticis aliqua pecunia de his, quæ superfuerint I. sese honeste sustentato. Quartum, quod I. promittat illam summam P. principaliter propter amorem Dei, & elemosynam; & etiam P. recipiat eam principaliter ob Deum, & elemosynam: quamuis minus principaliter possint habere respectũ minus principalem & secundarium ad obligationem antidotalem, qua prefatus I. obligatur P. per illam legem naturalem, quæ obligat beneficiarium ad benefaciendum suo benefactori. Quintum, quod prefati P. & I. faciant hæc omnia, & seruet secretissima; ita ut nullus alius præter ipsosmet sciat esse promissâ, vel factâ: & quod I. solus per se, & non per alium faciat illâ elemosynâ P. soli per se solum illâ recipienti, adeo ut nullatenus possint plenè probari.

3 Quinto principaliter dico, quod animus & spes gratificationis, quam P. habuit ante resignationem sine pacto & conuentione habita cum I. non potest nocere verè predictis corâ Deo; quia simonia mentalis sola pœnitentiâ tollitur, iuxta c. fin. & intentio resignantis beneficiũ, ut conferatur tali vel tali, non nocet secundũ S. Antoninũ quem nos sequimur. Sed caueat P. ne cui hoc confiteatur, ita ut probari possit: quoniam hoc nouè inducit Pius V. vbi supra sufficere ad presumendam confidentiam, quamuis ve-

a Ca. 23. nu. 110.

b Leg. si non sortem. s. libertus. ff. de cõdit. indob.

c de simo.

d in d. ca. 23. num. 109.

re non sit, ut nos ibi notauimus, &c.

Pro eo, quod dicit supra n. 1. vide an obstat quod dicit infra cõf. 78.

SUMMARIUM.

- 1 *Confidentia sine pacto explicito vel implicito non contrahitur.*
- 2 *Promissio longe post habitam possessionem facta resignanti, qui peruenit ad inopiam, opus charitatis, non confidentia iudicanda est.*
- 3 *Confidentia non probatur per dictum socij inimici irati, & contrarij ei, quod iuratus dixit in iudicio.*
- 4 *Contraria cum dicit quis, preualet dictum in iudicio cum iuramento; & si utrumque est dictum in iudicio cum iuramento, preualet id, quod est depositum in iudicio valido.*
- 4 *Fama, seu infamia à maleuolis orta nocere nemini debet.*
- 5 *Confidentia censeatur, si ab eo qui gratis expediuit cessionem, fiat retrocessio beneficij intra breue tempus, & non alias, sicut nec ex datione alterius rei longe post tradita.*
- 6 *Confidentia censeatur quidem ex promissione beneficij retrocedendi ipsi resignanti, sed non ex promissione dandi fructus eidemmet.*
- 6 *Simonia, non confidentia committitur dando, seu promittendo dare fructus ipsi resignanti.*
- 7 *Bona, & non mala est censenda actio, qua in bonam vel malam partem intelligi potest.*

CONSILIVM LXXVI.

EXCELLENTISSIME domine. Cum ex bullis Pij III. & Pij V. contra confidentiarios multa prohibeantur; & Pius III. in sua bulla edita die xvij. Octobris anno 1564. sex dicat: Primo, ecclesias omnes etiam Metropolitanas, ac beneficia quæcumque in titulum vel cõmendâ in confidentiam iure prohibitam recepta etiã per Cardinales, Sedis Apostolicæ collationi referuata à die receptionis eorũdem vacauisse declarat. Secundo fructuum etiã, ac pensionũ referuationes, ac facultates transferendi, seu beneficia conferendi, seu regressus omnes ab eodem die receptionis cessasse. Tertio, fructus omnes, &c. indebitè fuisse perceptos, & Cameræ Apostolicæ esse restituendos à quibuslibet, in quorũ manũ peruenierint in utroque foro, &c. Quarto, Cardinalibus, & Prælatibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac interditi ingressus Ecclesiæ, omnibus autem aliis sub maioris excommunicationis latæ sententiæ Sedi Apostolicæ referuata pœna præcipit, ne in posterum quascumque ecclesias, ac cetera beneficia, pensiones, &c. vel regressus in confidentiâ predictâ, aut ad effectum referuationum quarumlibet sibi cedentibus postmodũ, procurandarum recipiant. Quinto, omnes collationes, referuationes, regressus, &c. à quibuscumque etiã Romanis Pontificibus factas cum interuentu confidentiæ huiusmodi, siue expresse, siue occultè, ac de iure presumpte nullas esse, ac beneficia ipso iure vacare, Sediq; Apostolicæ esse referuata, ac fructus Cameræ Apostolicæ deberi. Sexto, ut contra prefatos confidentiarios possit procedi etiam per præsumptiones & coniecturas legitimas arbitrio iudicum.

Et cum Pius V. in motu proprio edito die 5. Ianuarij anno 1568. dictarũ literarum Pij III. executionem, & omnium in eis contentorum cognitionem, ac causas omnes confidentiarum motas, & tunc etiam in futurũ mouendas, ad se, Sedemq; Apostolicam aduocet, & referuet. Et ex eiusdem Pij V. constitutione de confidentis beneficialibus die 1. Iunij anno 1568. octo notanda sint. Primo, censendam esse confidentiam, si quis beneficium, aut ecclesiam, &c. ex alterius resignatione vel cessione simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis cum regressu, &c. etiam sola dimittentis intentione acceperit, ut illud etiam in euentum regressus eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alij, vel aliis concedantur, pensionesve soluantur ex eisdem ad dimittentis instantiam. Secundo, si collator quicumque contulerit antea, vel conferat in futurum beneficium quodcumque ecclesiasticum ea conditione tacita, vel expresse, ut postea in alterum pro arbitrio collatoris, aut alterius contra iuris communis ordinationem disponatur, vel ut prouisus fructus beneficij, aut illorum partem ad utilitatem conferentis, aut cedentis, vel alterius, &c. remittat, seu pensionem perfoluat. Tertio, si id à patrono etiam laico, aut præsentatore, &c. contingat fieri. Quarto, si Clericus Cameræ, Cardinalis,

vel

vel alius à solutione iurium camera vel cancellariæ debitorum exemptus, post alicuius beneficii, &c. resignationem in se factam, illud etiam literis consecratis, & possessione accepta, in resignationem modico spatio interiecto, veluti duorum aut trium mēsiū retrocesserit vel in futurum retrocedat, & ex retrocessione fructus beneficii, vel eorum pars, pensio aut quidvis aliud super illis, aut etiam regressus, &c. ipsi exempto reseruat. Quinto, si quis absolute crimine aliquo, vel cum quo sit super irregularitate dispensatus, denuo receperit beneficium, &c. quod ante, vel post delictum commissum, aut contractam irregularitatem dimiserit. Sexto, quod in his casibus singulis, cōfidentia sit contracta, & in bulla Pij III. omnes cōprehendantur, ac si speciatim in ea fuissent expressi, licet cōfidentia crimen alterius tantum partis cōfidentia sit admittū. Septimo, omnes, qui beneficia, seu Ecclesias, fructus, aut pensiones, &c. per cōfidentia receperunt, ea tenent, nisi illis statim dimissis respiscant: & qui in posterum tale quid admiserint, omnibus aliis beneficiis, pensionibus, &c. officiis etiam temporalibus priuar, & ad futura inhabiles decernit, ac excommunicationis læ sententiæ pœna dānat, quā Romano Pōtifici reseruat. Octauo addit cōiecturas, quas vult haberi legitimas ad probandam cōfidentiam. His suppositis queritur quid iuris in hoc casu.

F. resignauit parochiale Ecclesiā in manibus Sāctissimi ad fauorē P. cū ea pensione, quæ Sāctissimo videretur, quæ fuit ei reseruata centū ducatorū, tātū, & fuerit bullæ expedite & apta per dictū P. possessio. Deinde dictus F. qui sperabat quod maior pensio fuisset ei reseruata, cepit contristari, & tentauit variis modis quod dicta pensio 100. ducatorū extingueretur per dictū P. pro 1500. ducat. dictus P. noluit dicto F. cōplacere nisi ea quæ fierent fuissent licita & honesta, & cū licentia Sedis apostolicæ. & hīc intrauit ille in tā magnam itacūdiā quod cepit publicare, quod in dictis tractatibus super resignatione interueneunt illicita pacta & simoniaca, eo quia resignauerat d. beneficiū in cōfidentia hoc modo, quod cōnuenerat, vt ea pensio quæ reseruaretur, siue parua, siue magna, extingueretur dimidia hora post captam possessionem pro 1500. ducat. & quod, quia cū eo non obseruabatur hoc pactū, erat facturus quod dictus P. amitteret beneficium, etiā si eius propria animam immitteret in infernū, & quod erat eū pugione occisurus: & hoc furore percitus scripsit certas literas missiuas Romā. in quibus rogabat quēdā curiale, vt oblineret ei absolutionē ab huiusmodi simonia, & cōfidentia, & dedit alio curiali Curie Regis alias similes relationes ad eūdem effectū obrinendi absolutionē; & inter plures personas d. oppidi sparsit huiusmodi rumorem, quod dictū suum beneficiū dederat simoniacē, & in cōfidentia in præsētia duorum vel trium mediatorū, quos nominabat modo præmisso. Deinde quia d. F. cepit egere, & male se habere, quidam communes amici fere per tres annos post captam possessionem rogarunt d. P. quod in elemosynam, & amote Dei, & vti opus caritatis daret d. F. vltra dictā pensio certū quid singulis annis, & ipse spēte & propter dictas causas fecit obligationē infra scriptam.

Dico P. ego Rector parochialis oppidi de N. quod pro quanto ego tribuo d. F. centū ducatorū pensioē annis singulis per bullas Sāctitatis, & multa persona me informāt, quod non sufficiunt pro sustentatione sua congrua, & alimentis, quod similiter ego intellexi, propter quod, & ad faciendū seruitium, & quia est mea voluntas, vltra dictam pensioē quam eidē debeo soluere dando tres regales qualibet die, eidē dabo, & soluam decē & octo mille morapetinos per anni terminos, qui decē & octo mille morapetini currere incipiāt à die S. Ioānis Iunij proxime futuri, & amplius dimidiā fanecam tritici qualibet hebdomada à d. die & panū pro veste, & mātello, dummodo pretiū cuiusuis mēsuræ non descēdat à triginta regalibus, nec ascēdat ad quinquaginta; & huiusmodi vestimentum ipsi sū daturus pro die S. Ioānis Iunij anni supra scripti; & pro istorū complemento obligo meam personā, & bona, & intelligitur quod omnis pecunia, quam sum daturus de pensioē, & incremento, esse debeant quinquaginta mille morapetini vltra pannum, & frumentum. Factum in oppido de Chinchon die 20. April. anni 1573. Et vestimentum dabitur in principio mensis Septembris, & cetera adimplebo totum tempus quo fuero Rector Ecclesiæ huius-

modi oppidi. Sum testis N. N.

Hinc factū, fuit quod quidam A. impetrauit dictā parochialem certo modo tāquam vacantē per simoniam, & cōfidentiam, & expediuit literas, & illas præsētavit ordinario Tolercano, coram quo fuerūt hic inde factæ amplæ probationes: & dictus F. variis vicibus examinatus in iudicio cū iuramento deposuit pro exoneratione suę cōfidentie, quod dicti eius clamores, & relationes, & verba turpia contra dictum P. per eum prolata fuerūt falsa & pura mendacia, & machinata cū illo furore, vt illum perderet, & quod nō habet culpam vllam, sicuti vnus Angelus: & similiter mediatores examinari partim pro P. partim pro F. deponunt nulla omnino pacta illicita interuēnisse, sed potius dictū P. ordinasse vt omnia fierent cum omni securitate cōfidentie; & dictus ordinarius dictum P. absoluit ab huiusmodi imputatione per suam definitiuam sententiā; à qua sententia appellauit A. & cōmisit causam in facta Rota, R. P. D. Lancelloro, & cœpta coram eo disputatione, videlicet dato dubio, supplantauit tribunal Rotę, & auocauit causam ad tribunal cōfidentiarum. & per R. P. D. Iudicem cōfidentiarum darat dubium, an probetur huiusmodi cōfidentia ex dictis literis missiuis F. & ex relationibus datis curiali: & similiter adducitur pro parte fisci supradicta cedula obligationis factæ per d. P. per duos annos post captam possessionem.

Pro parte dicti P. ad literas missiuas & relationes respondetur primo, nequaquā esse veras, sed cōfictas per dictū F. illo tēpore quo erat in tā ardentissimo furore & ira contra dictum P. & quod fuerunt actus extraiudiciales, & quod standum est dicti F. depositionibus in iudicio iuratis, & pluries geminatis, in quibus reuocat & se retractat ab omnibus quę publicauerat contra dictum P. Secundo principaliter respondetur quod dictę pretesa conventiones licet essent verę, prout nullo modo sunt, nullā penitus continent cōfidentiam: namque illud pactum de extinguendo pensionem dimidia hora post captam possessionem non est cōfidentiale de contentis in constitutionibus, quas supplicamus reuideri, & præsertim in definitione seu descriptione cōfidentie; sed potius fuisset simoniacum, & ideo lis huiusmodi deberet finem accipere in sacra Rota.

Ad secundum fundamentum fisci de cedula facta per duos annos post captam possessionem de dando dicto F. certum quid vltra dictam pensionem cētum ducatorum, respondetur quod ista cedula probatur quod fuit facta ad preces quorundam amicorum, qui miserebantur de dicto F. & non virtute alicuius pacti præcedentis. Et dictus P. examinatus super dicta cedula respondit vt infra.

Ad duodecimū interrogatoriū dixit, quod iste deponēs nūquam habuit differentiā nec litem super contēta in d. interrogatorio: & illud quod transit, est, quod duobus annis cum dimidio, postquam iste deponēs possidebat d. beneficiū curatum successit præfatu F. esse valde grauatū, cuius causa erat valde pauper, & egenus; & quamplurimę personę honoratę illius oppidi charitate motę, in quibus fuerunt nonnulli amici, qui deprecati sunt hūc deponētem, quod amore Dei inter elemosynas, quas faciebat, recordaretur de dicto F. qui erat valde pauper, & egenus, & infirmus: & quod iste declarās visa magna necessitate dicti F. illi promissit, secitque promissas vel scripturas, quod recordaretur illi porrigere singulis annis vnā vestem foranam vulgariter nūcuparam, & vnū togamentū, & 26. fanecas tritici, & nescio quot morapetinos & nummos, de quibus non recordatur, istud plus & citra dictos centum ducatos quos illi dat annuatim pensionis, & quod istud illi dabat propria & spontanea voluntate amote Dei, & quia illum videbat in illa necessitate, non autem vt ille fuisset obligatus alicuius rei: & quod postea fuit sanus, & plus reparatus dictus F. & quod iste deponēs abstinuit se plus illi dare dictam elemosynam. Quare dictus F. posuit petitionem huic confessanti: & in effectu Administrator, & Gubernator Archiepiscopi Tolercani, coram quibus causam posuit illum condemnauerunt, vt sibi daret annuatim quindecim mille morapetinos, & 26. fanecas tritici plus, & vltra dictos centum ducatos pensionis, quos ita soluit, vt solitus est, annuatim

dicto F. quia iustitia ad hoc illū compellit: & quod hoc est verum de cōtētis in d. interrogatorio, & reliquanegat.

Supplicatur D. V. pro sua innata caritate, & p̄sertim in subleuandis oppressis, dignetur in huiusmodi casu pro domino P. reo approbato de bona vita & fama per egregias personas, vt eius bonum ius luceat apud sanctissimum mediante lucerna suarum vigiliarum.

ÆGERRIME ADDVCOR ad respondendum pro diuitibus quæstionibus in maximo Rotæ prætorio, vel in alijs Vrbs, disputandis, & decidendis. Tum quod occupatus alijs nequeo pro dignitate tantorum iudicum respondere. Tum quod videor mihi noctuas Athenas portare, dum maxima eruditione redundantibus viris parum erudita offero. Sed quia in hac causa id nequeo negare, dicam paucis, quod mea sententia, salua præfatorum censura, præfatus P. non debet censi admisisse confidentiam vllam à felix. record. Pio III. & Pio V. puniri iussam.

1 Primo quidem, quod non probatur verè, vel præsumptiuè vllum pactū expressum, vel tacitum, quo ipse quicquā promiserit F. vt præfarū beneficium curatum in eius fauorem resignaret, præter pensionē annuam centum ducatorum de cōsensu & mandato S. D. N. soluendam: sine quali pacto expresso vel tacito non potest consistere confidentia præfata, vt colligitur ex præfatorum Piorum extrauagantibus relatis à nobis in Manu. confess. a

2 Secundo, quod promissio illa quam post tres circiter annos ab habita possessione prædicti beneficij præfato F. fecit, per quam ex aduerso contēditur admisisse fuisse præfatum confidentiam, non solum non arguit simoniam confidentiam, sed contra spirat & odorat maximam caritatem, & misericordiam erga suum proximū, & benefactorem, & executionem illius præcepti, *Frangere esurienti panem tuum, & si videris nudū, cooperieum;* b & illius legis naturalis, *Benefacientibus benefac.* c

Terrio, quod ipse probat se post bienniū ab habita possessione fuisse rogatum à multis, vt iuaret fructibus sui beneficij præfatum F. virum nobile, & pro sua qualitate pauperem, & de numero eorum, quibus superflua beneficiorū sunt elargienda, iuxta c. vlt. d. vnde accusare illū de opere tam pio est contra Euangeliū d. de bono opere lapidare.

3 Quarto, quod nullatenus probatur fuisse vera illa, quæ præfatus F. ira commotus scripsit Romam, & sparsit in vulgus falso de confidentia prædicta. Tum quod nemo alius: quam ipse, testatur de illis, & vni non creditur, f Tum quod inimico non creditur, & etiam in crimine simoniæ, h & præfatus F. dicebat se esse participē præfatæ falso assertæ cōfidentie. Tū quod illa scripsit & sparsit extra iudiciū, & cōtrarium postea iuratus solemniter testatus est in iudicio, dicens ea fuisse falsa, & malo iracundōque animo prolata, eo quod minor p̄sio, quam ipse putabat, fuisset sibi à S. D. N. cōstituta, sine vlla tamen culpa præfati P. qui ingenuè dederat mandatū ad consentiendum pensioni, quæ S. D. N. videretur constituenda. Cum ergo illa quæ contra P. dixit F. dixerit irato animo, & extra iudiciū & omnino contraria ijs quæ dixit in iudicio cū iuramento, nihil debent præfato P. nocere: parim per regulam illam solemnem. ff. *quicquid calore iracundie vel fit, vel dicitur* & c. adiuncto commento, quod in illam facit Ludouicus Romanus. i Tum quod cum quis dicit aliquid extra iudiciū, & postea contrarium eius iuratus in iudicio, standum est ei per glossam notabile vltimam, k quæ probat hoc procedere etiam, si primū dixit in iudicio nullo. & hæc est communis opinio, & verior, vt late tradunt Felinus, l & citati ab eo contra Bartholum & quosdam alios.

4 Tum denique quod dicta aliorum testium de rumore vel fama deponentium nihil debent nocere præfato P. quoniam fama, vel infamia, quæ nascitur & habet originem à maleuolis & inimicis, nullius est efficacit, vt est in cap. *qualiter* & *quando* m vbi glossa l. recepta communiter habet, iudicem nihil facere debere rumorem, vel famam ortam ex maleuolis & inimicis: quod ipsum probat cap. *in cunctis* n. Et constat præfatum rumorem, famā, vel infamiā ortā fuisse à præfato F. maleuolo, inimico, & iracundiē minarumque redundante, & ita nullius debet esse efficacit.

5 Quinto, quod prædictæ Piorū cōstitutiones non interdunt prohibere beneficiarijs, ne quid vniquam donēt eis,

A per quorū collationem, vel renunciationem, electionem, vel præsentationem obtinuerunt beneficia ecclesiastica. Tum quod id fuisset statuere contra legem naturalem, quod non poterant, a quia obligatur quisque prius benefacere illis, quam alijs, à quibus talia beneficia non accepit, iuxta illa verba cap. *cum in officiis.* b *Cum in officiis caritatis primo loco illis teneamur obnoxij, à quibus beneficium nos cognoscimus accepisse.* Tum quod in dicta extrauagante Pij V. est casus pro hoc à contrario sensu, quatenus probat, quod tunc retrocessio eius, qui gratis expedit, arguit confidentiam, quando illa intra breue tempus fit, & non alias. Cum ergo opus præfatum pium & misericordie fuerit factum à P. F. post circiter tres annos, nullatenus vllam arguit confidentiam illicitam. Tum quod alioquin vix vniquam vlla renunciatio liberalis & simplex alii cuius beneficij pinguis reperiretur facta ab vno amico ad alium saltem in eadē ciuitate vel oppido degentem, quæ non debeat iudicari confidentiaria, si aliquot annis in eodem conuixerint: quandoquidē vix reperiretur vllus adeo ingratus, vt nulla munera, nulla obsequia, & officia, vel opera bona retribuatur ei intra tātum tempus. quin ausim dicere, quod vix vllus Cardinalis, Archiepiscopus, vel Episcopus habens ius conferendi beneficia pingua inueniretur hodie in Vrbe, nec in orbe, qui non deberet præsumi confidentiarius, si tributio facta post collationem, etiam post duos, vel tres annos, argueret huiusmodi confidentiā: quod est absurdum, & ita nullatenus dicendū. c Tum quod sic intelligere præfatas extrauagantes pias quidem, sed p̄nalissimas, & odiosas, est nimis emūgere, & elicere sanguinē, contra Salomonem d. relatu in cap. *denique.* e

6 Sexto, quod illa extrauagans Pij V. habet argui quidem cōfidentia, eo quod resignatarius promittat expresse vel tacitè retrocessionem in cedentem, vel in alium, & etiam ex promissione dandi fructus beneficij alij, vel alijs; non tamen habet, quod ex promissione dandi fructus ipsi cedenti arguatur confidentia: quod maximè aduertendū est quo ad hunc casum, in quo præfatus P. nihil promissit alij, vel alijs cognatis, vel amicis F. sed ipsi soli. Nec obstat huic argumento, quod si datio fructuum alij, vel alijs cognatis, vel amicis arguit confidentiam, à fortiori arguit datio fructuum eidem. Tum quod satis est quod illa extrauagans non iudicat hoc esse confidentiam, & non est amplianda, vt p̄nalis, & odiosa. Tum quod dare vel promittere eidem fructus, simoniam quidem arguit, sed non confidentiā, sicut dare vel promittere fructus alij, vel alijs: quia hoc arguit, quod resignans confidit resignatario, & onuenit cum eo vt daret illis.

7 Septimo, quod in dubio nihil est censendum malum, f & quod dispositio, quæ potest apte intelligi in bonam & malam partem, debet intelligi in bonam. g At non solum non constat quod promissio illa facta F. à P. fuit mala, immo probatur quod fuit pia, sancta, & Deo grata, & multis amicis & pijs hominibus rogantibus amore Dei misericorditer facta; ergo nullatenus est intelligēda facta in cōplementū cōfidentie malæ, ingrati, & odiosæ Deo, & eius Ecclesiæ factæ, quæ nūquā probat interuenisse. Salua, & c.

S V M M A R I V M.
1 *Confidentiarum Pij V. constitutio in resignationibus tantū simplicibus locū habet, nō autē in factis ex causa permutationis.*
C O N S I L I V M L X X V I I.

F A C T A permutatione beneficiorum inter duos iuridicè, alter, recepta possessione beneficij per permutationem quæ sita, accepit etiam fructus beneficij antiqui collati cōpermutanti nondū possessionem adepti. Quæritur an sit locus bullis Pij III. & V. de confidentia.

1 Respondeo, non videri iudicandum locum esse in casu proposito bullis Pij III. & V. contra confidentias publicatis. Tum quod illæ bullæ, vt nos dicimus in Manual. confess. h tantum afficiunt confidentias illicitas, & simoniacas, qualis non fuit facta in prædicta permutatione iuridice facta. Tum quia Bulla Pij V. loquitur de resignationibus beneficiorum, quæ simpliciter fiunt in fauorem aliquorum, & non de illis quæ fiunt per permutationes iuridicas. Tum quia non est eadem ratio in vtrisque illarum, & constitutiones illæ maximè p̄nales non sunt extendendæ de alijs casibus ad alios, per iura vulgata. Tum

a Cap. sunt quidā. 25. q. 1. b De testam.

c Leg. nam quod abjuratum ff. de bono liber. d Proverb. 30. c. 4. Distinct.

f Ca. i. derog. iuris. & l. merito ff. pro socio g Leg. ff. procurator ff. de condit. indeb. & l. benignus ff. de legibus.

h Cap. 23. nu. 109. & 110.

a Cap. 23. nu. 110.

b Sai. cap. 18. c. In l. si non ortem. §. libertus. adiut. Et agios. ver. natura. ff. de cond. indeb. d. 10. q. 1. c. Ioan. 10.

f Cap. à nobis de testib. g Ca. cum P. de accusat. h Ca. per tuas il grāde. vers. hæc omnia de simonia.

i In sing. 505.

k Cap. cum causam. de testib.

l In ca. cum in tua de testib. num. 7. m Il 2. de accusat. in princ.

n Il. q. 3. cap. cum in iurature. de purgat. canon.

quod

quod nulla eorum facit mentionem de resignatione per permutationem. Salua. &c.

S Y M M A R I V M.

1. Resignans si post captam possessionem a resignatario, constituitur vicarius ad regionem beneficii, licet illud regat de iure in vim dicta deputacionis, & non de facto, confidentiaris tamen presumitur; item & si loco pensionis sibi reservata accipiat usum fructum aliquorum bonorum beneficii. num. 2.

C O N S I L I V M L X X V I I I.

S V P P L I C A T V R D. V. quatenus pro sua pietate & caritate dignetur resolvere duas quæstiones, quæ continentur in extrauagante Pij I V. & Pij V. quarum vna est: Siquis post cessam ab se Ecclesiam, aut monasterium, aut beneficium, & publicatam resignationem, seu cessionem, captamque à successore possessionem, sese in illa, vel illo, seu rebus illius per se, vel alium, vel alios de facto iniecerit, aut fructus perceperit, &c. prout legitur, in eius Manual. consell. b & eo posito, queritur primum, utrum Abbas, qui ita, vt supra dictum est, celsit, possit ex successoris sui commissione, & in eius absentia regere eius abbatiam cessam. Videtur enim illa coniectura intelligi de eo, qui de facto sese iniecerit, & propria auctoritate, non autem ex commissione, & vt procurator.

Secundo queritur, Abbati, qui celsit, & cui Apostolica auctoritate reservata est pensio, utrum eius successor potest assignare pensionem suam super certis possessionibus monasterij, vt eam usum fructum pro sua pensione percipiat.

AD P R I O R E M responderetur, quod præfatus D. Abbas cedens non potest gerere, nec administrare abbatiam cessam, neque quicquam accipere ex illa, etiam ex consensu, & mandato, seu commissione dicti Abbatis cessionarij: nam coniectura, quæ sumitur ex verbo (de facto) pro contraria parte, tollitur ex multis alijs verbis eius extrauagantis, & ex mente illius auctoris: quamuis enim coram Deo & quo ad forum conscientie non videatur ex hoc colligi veta confidentia verita, quo ad forum tamen exterius colligeretur præsumpta.

AD P O S T E R I O R E M responderetur, non esse tutum soluere pensionem in pecunia numerata constitutam per concessionem vsusfructus, præsertim ad multos annos: quoniam facile præsumi potest quo ad forum exterius saltem prædicta confidentia. Quare consulo D. meo consulenti, vt de licentia Papæ faciat id, quod ex his vult concedere, & seruet semper eiusmodi facultatē scriptam: quia etiā inter monachos religiosissimos aliquot egmuli solent latere vsque ad tēpus suis malis propositis cōgruum.

Aduertendum, Nauarrum hoc consilio, & consilio 75. nu. 1. tenere committi confidentiaris simoniam, si resignanti detur pars fructuum beneficii. contrarium tenet consil. 32. & consil. 33. in si. & consil. 76. nu. 6. Contrarietatis causa fuit, quia litera dicta bullæ Pij V. habebat illam dictionem, illi vel alijs. & secundum illam procedit quod dicitur hic, & d. consil. 75. nu. 1. postea verò alia impressiones ceperunt habere aliam literam, videlicet hanc, alij vel alijs: & hæc est modo vsu recepta, & ita procedis opinio, quam ponit d. consil. 32. & 76. & hæc modo tenetur.

S Y M M A R I V M.

1. Confidentia non inducitur ex sola resignatarij intentione intendenti illud ad voluntatem resignantis dimittere, etiam si eam hac simili concurrat resignantis intentio: probata autem hac intentione in foro exteriori, presumetur. nu. 2.

2. Beneficium vnum sufficiens habens, si post Concilium aliud accipit, debet alterum relinquere: ante Concilium autem habita non cogitur resignare.

C O N S I L I V M L X X I X.

H A B E N S beneficium sufficiens, capellaniam ex resignatione accepit, intentione illam ad resignantis nutum renuanciandi: nulla tamen interuenit conuentio, nec pactum. Queritur an sit admissa confidentia.

1. Respondeo primo, quod in hoc casu coram Deo & in foro interiori nulla est confidentia, qua incurrantur pæne proprij motus Pij V. quoniam, vt scripsi in Manu. consell. c nec Pius III. nec V. quorum extrauagantium summa, & quatenus opus est ad literam transcribuntur, nihil sanxerunt contra confidentiam, quæ ante illos erat licita, sed solum contra eam, quæ erat illicita, & simoniaca, & in hoc casu nulla talis inuenitur: quia nulla interuenit conuentio,

nec pactum illicitum; & sola intentio vnius partis, imo nec ambarum, non inducit verè simoniam, vt ibidem & paulo ante probatur.

2. Secundo, quod in foro exteriori præsumeretur confidentia illicita comprehensa in d. motu proprio, si probaretur intentio recipientis beneficium. Quare cauere debet D. consulens, ne eam ita confiteatur, vt probari possit: quamuis meo consilio ipse relinqueret illam capellaniam, si accepit illam post Concilium Tridentinum, quod prohibitum est, ne quis habens vnum beneficium sufficiens aliud accipiat: licet, si ante illud accepit, possit retinere; iuxta opinionem Cardinalis, a quam ego soleo sequi, & sequor in Manu. b quia consulens vt vir pius seruabit ea, quæ opinio eius requirit ad vtendum ea. &c.

S Y M M A R I V M.

1. Confidentiam admissis quidem impetrans alicui beneficium, & confidens quod illud postea in sui fauorem sit renuanciaturus; sed non est prohibita. nu. 5. sicut nec qui confert, aut procurat conferris alicui, sperans quod collatarius rogatus illud in sui vel alterius resignabit fauorem. num. 7.

2. Confidentia an alterius tantum partis conscientia admittatur. num. 5.

3. Beneficium alicui procurans, vnde sibi, vel alij quid eueniat simoniacum confidentiaris videtur: sed hoc tunc procedit, quando hic procurat vt fructus capias, & de illis ad libitum suum disponat. num. 6.

4. Confidentia tantum illicita bullæ Pij III. & V. damnata.

C O N S I L I V M L X X X.

Q U I D A M residens Romæ monitus à fratre suo deuotione cuiusdam beneficii, vt illud impetraret sibi illud impetrauit pro fratre suo, & expediuit literas, quas misit ad fratrem, ad quem etiam scripsit literas priuatas, quibus significabar noluisse impetrare illud beneficium pro se sed pro illo, ea spe quod ipse renuntiaret illud in fauorem eius, quando esset adeptus sustentationem sibi decessit. & frater in Hispania manens accepit possessionem, quam tres annos continuauit: post quos frater, qui impetrauit, existens Romæ, rogauit prædictum fratrem, vt resignaret prædictum beneficium in sui fauorem: & frater in Hispania manens statim misit mādaturum ad resignandum & scripsit ei, quod ea mente semper possedit illud, vt resignaret in suum fauorem quocumque vellet: & ita resignatione facta, & expeditis literis accepit possessionem.

1. Queritur, an in præmissis interuenit vlla confidentia damnata.

Pro parte affirmante facit primò quod frater residens Romæ impetrauit beneficium pro fratre suo, confidens, quod ille renuocaret illud in suum fauorem, quando ipse vellet, ergo habuit confidentiam, quod ille resignaret, cum confidens habeat confidentiam, sicut amans amorem, & cognoscens cognitionem: cum anima hominis non per se ipsam, sed per qualitates & accidentia à se producta intelligat, & apperiat, sicut etiam angelus; quia solus Deus est simplex sine vlla cōpositione, etiam formæ ad subiectum vt ait glossa: ita quod ipsemet est sua intelligentia, & voluntas, vt declarant omnes, d & S. Tho. e

2. Secundo, quod sel. rec. Pius V. in sua extrauagante intolerabilis quam referimus in Man. conf. f inrer alia constituit, sufficere ad constituendam confidentiam, vt vnus inter, quos dicitur habita, habuerit illam, vt colligitur ex illis verbis, etiam sola dimittentis intentione receperit. & ex illis, licet ipsum confidentia crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum. Cum ergo orator tempore impetrationis habuerit confidentiam, licet frater eius nesciret, videtur contracta confidentia.

3. Tertio: quod procurans & querens alicui beneficium, vnde ipse, vel alius cognatus eius accipiat aliquod commodum, videret confidentiam beneficiale admittere, vt prædictus Pius V. videretur expresse dicere.

Quarto, quod frater existens in Hispania renuocauit, in fauorem fratris, qui Romæ impetrauit, propter confidentiam quam habuit de ipso frater impetrans.

His tamen non obstantibus, contrarium videtur iudicandum, saltem in hoc foro conscientie. Tum quia extrauagantes illæ Pij III. & Pij V. non damnant nec puniunt omnem confidentiam; sed solum illicitam, & simoniacam

In ca. 23. in materia de simon. b. Nu. 109. & 110.

Cap. 23. d. 109. Num. 110.

a In dem gratia de reuicrip. b Cap. 25. a num. 125.

c Cap. firmiter. de summa Trinit. d In 1. senten. dist. 9. e 1. par. q. 3. art. 6. f Cap. 23. nu. 110.

a Num. 109.

b Ver ad duo
aditum.c Leg. si non
fortem. §. li
bertus. ff. de
codic. in deb.
adiuncta eius
gloff.d Cap. si offi-
cia. so. dist. 6.
cap. quid pro-
derit. 61. dist.
c. nu. 110.e Cap. 2. de
confutatio.
g Cap. sine
culpa sua non
est quis puni-
endus. de
reg. iur. lib. 6.h Leg. nam
quod absur-
dum. ff. de bo-
nis lib. 6. c.

& quæ atē illas extrauagantes erat illicita, per ea quæ nos vbi supra ^a scripsimus, quæ ibi legi possunt. At confidentia prædicti fratris impetrantis nõ erat ante illas extrauagantes illicita, per scripta vbi supra: ^b quæ etiam ibi videri possunt. Tum quia, si prædictus orator ob prædictam spem & confidentiam iudicandus esset admisisse confidentiam illam damnatam, & punitam à prædictis Pij; consequeretur omnes fere collatores, electores, & præfatos qui conferunt beneficia suis cognatis, familiaribus, & amicis, aut præsentant eos ad illa, immo & intercessores, & impetratores, qui procurant vt beneficia conferantur eis, dicerentur admittere confidentiam; quod tamen dicere, & iudicare, esset absurdum, & ab omni humana societate & charitate Christiana alienum. Quotus enim quisque præfatorum facit prædicta, qui nõ speret, & confidat, quod ille cognatus familiaris, vel amicus, cui confert, vel quærit beneficium, aut præsentat ad illud, non speret aliquam gratitudinem ab eo, & confidat, quod ipse erit sibi gratus, & faciet in gratiam eius aliquod magnū, vel paruum? Quotus item quisque est, qui recipit beneficium, qui non concipiat animam retribuendi, & ostendendi aliquam gratitudinem erga beneficientē sibi: cum iure ipso naturæ sit constitutum, vt beneficientibus beneficiamus. ^c

¶ Non obstant opposita. Ad primum enim responderetur, concedendo prædictum oratorem habuisse quidem confidentiam; negando tamen, quod illa fuit illicita, & simoniaca damnata, & punita à prædictis Pij, sed licita, & honesta, iurique naturæ consona: quia nullum pactum, nec vlla cõuentio interuenit ante impetrationem, nec literarum expeditionem inter ipsum, & fratrem suum: & cõtra iuris canonici expressos canones est dicere, quod est illicitum sperare aliquod beneficium ecclesiasticum à prælato, vel Ecclesia, cui seruit, vel ab hero, siue patrono intercessionem ad habendum illud, modo cessent pacta, & obligationes ciuiles additæ obligationi naturali, & antidotali, qua beneficiarius tenetur beneficio. ^d

Ad secundū respondeo id, quod respondi vbi supra ^e in adnot. 1. & 6. addita extrauaganti Pij V. quæ ibi videri potest. ¶ Ad tertiuū respondeo, quod Pius V. nõ damnat omnes qui procurant aliis beneficiis, sed solū qui procurant, vt de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum: quod non fecit prædictus frater impetrans, vt constat ex facto.

¶ Ad quartum responderetur, quod, sicut confidentia bona & licita nihil nocet licitè confidenti, nec actui, quem licitè confidendo facit per prædicta; & quia rem quæ culpa caret, in damnū vocari non conuenit: sic nihil debet nocere illi, qui facit illud quod licet, per regulam sine culpa sua nõ est quis puniendus: & ita quotidie maximi prælati & domini cõferunt, & cõferri procurant aliqua beneficia aliquibus familiaribus, de quibus confidunt, quod facient ea, quæ iuste ipsi rogauerint, nullo tamen pacto præmissio, nec vlla promissione de faciendo ea; quæ ipsi rogauerint; & postea rogati ab eis vt illa beneficia renuntient libere in manibus suis, vel in manibus Papæ, vt conferantur alijs dignioribus, vel sibi ob aliquod iustum respectū gratioribus libenter & licitè rogata præstant; quos nemo iudicat, nec licite potest iudicare confidentiam illicitam cõmittere per prædicta: & quia alioqui bona pars maximorum prælatorum & dominorum periret, quod tanquam absurdū non est dicendum ^h

S V M M A R I V M.

- 1 Iactatoria verba generalia, etiam si simul admisceantur aliqua specialia, non inducunt nec confidentiam, nec simoniam.
- 1 Simonia potest cõmitti nõ solū per promissiones, quæ sunt antequam ius in beneficio acquiratur, sed etiam per illas quæ sunt postea, antequam vel litera expediatur, vel possessio apprehendatur.
- 1 Ius in beneficio acquiratur eo ipso, quod Papa signat supplicationem collationis.

C O N S I L I V M LXXXI.

CARDINALIS quidam impetrauit à Papa beneficiū cuiusdam suo familiari, & signata supplicatione per Papam, iussit suo sollicitatori, vt non curaret expedire literas, quod cum venisset ad notitiam præfati familiaris, dixit Cardinali, se cum omnibus, quæ habebat, & præfatum beneficium esse paratum eius obsequio, & voluntati, quibus

A dictis Cardinalis respondit, se esse contentum, vt ipse expediret literas, & caperet possessionem, si non efficeretur certum quid, quod non fuit effectum. Queritur, an, si præfatus familiaris expediuit literas, & cepit possessionem, incurreret pœnas confidentiæ contentas in bullis Pij III. & Pij V.

¶ Respondendum videtur, quod non: quia familiaris nõ promisit Cardinali quidquam certum, vel obligatorium, sed per verba generalia iactantiæ, quæ non obligat, ^a & antequam illa promissio vel oblatio iactatoria facta fuisset, iam ius erat quæsitū familiari per solam collationem signaturæ, iuxta cap. penult. ^b c. si tibi absent. ^c & præsupponit Rota, ^d Felinus & Decius. ^e Nõ obstat; quod promissio fuit specialis de disponendo de beneficio ad libitū Cardinalis: quia simul fuit generalis ad complacentiam. ^f Nec refert, quod fuit ante possessionem, & literas expeditas, quarum expeditionem, & possessionem potuisset impedire Cardinalis, stante quod non solū committitur simonia per promissionem ante iuris acquisitionem, sed etiam ante possessionis adeptionem, Abbas receptus, & quia responderetur eadem ratione, qua superius; scilicet, quod promissio fuit vana, iactatoria, generalis, & ad cõplacentiam. Ceterum puto expedire in hoc casu, vt idem familiaris supplicet eidem Cardinali, vt remittat sibi huiusmodi qualem qualem promissionem, & sit contentus illa naturali, quæ nascitur ab instinctu naturæ, vt beneficienti beneficiamus, iuxta leg. ^h

S V M M A R I V M.

- 1 Simonia conuentionalis quando vtrinque etiã pro parte adimpletur, efficitur realis, & inducit tunc, & non prius excommunicationem, quam absolutio à peccato simonia antea obtenta non tollit: & ita, si celebret, antequam ab excommunicatione absoluat, efficitur irregularis. nu. 2.
- 2 Absolutus à peccato simonia conuentionalis, si postea illa vtrinque etiam pro parte adimpleatur, nouo peccato inuoluitur, & excommunicatione incurrat; in qua, nisi denuo absoluat à dicta excommunicatione, celebrando, nõ obstante primo dicta absolute, cõtrahit irregularitatem: & hoc, nisi bona fides & probabilis ignorantia, qua ignorabatur ius obscurū obscure determinas casu de quo agitur esse simoniacū, illū excuset. n. 5.
- 2 Absolutio ab excommunicatione etiam iniuste ab habente potestatem, siue ex vi iobelai, vel cruciata, vel aliter data tenet, & postea celebrantem ab irregularitatis incursum tueretur.
- 3 Iobelai, & cruciata potestas extenditur quidem quo ad tollendam excommunicationem, sed non quo ad tollendam irregularitatem ex celebratione antea incursum. & nu. 2.
- 4 Absolutus ab eo qui habebat potestatem absoluendi ab aliqua excommunicatione, potest credere se vi generalis absoluteionis, quam confessarij dare solent, sufficienter absolutum.
- 4 Fructus restituere tenetur nulliter, puta ob simoniã, de beneficio prouisus; potest tamē illos suis propinquis pauperibus largiri.
- 5 Irregularitas non incurritur sine dolo; vnde qui bona fide errans circa ius obscurum, cui annexa est excommunicatio, aliquid facit, & celebrat, illam euitat.
- 6 Irregularitas nõ tollit beneficia antea legitime obtenta: immo & postea obtentorū fructus facit suos irregularis, quãdo probabiliter errore ductus credebatur se irregularitatem non contraxisse.

C O N S I L I V M LXXXII.

QUÆRITVR quid dicendum sit de illo, qui habuit beneficium per renunciationem infectam confidentia ante bullam Pij III. contra confidentarios in beneficiis latam, & reliquit illud ante bullam Pij V. infectus item est simonia conuentionalis, quæ facta fuit realis postea per solutionem fructuum promissorum renuntianti: & quid si is obtinuit aliud beneficium?

¶ Ad hanc quæstionem respondeo sequentiã. Primum, quod consulens reetè fecisset, si fructus promissos non soluisset ei, qui renuntiauit beneficium in suum fauorem, ne simonia, quæ tunc erat conuentionalis tantum fieret realis per ea quæ post alios diximus nos in Manu. confess. ⁱ ¶ Secundo, quod si præfatus D. consulens postquam soluit aliquos fructus, & consequenter post completam etiam pro parte sua simoniam, ante tamen quam diceret Missã, vel vteretur ordine aliquo sacro, fuit absolutus per aliquod iobelèū plenissimū vel virtute bullæ cruciatae, quæ ad id se extenderet, non fuit effectus irregularis: quia præ-

a Leg. fin. ff. de testamen. & in ca. cum venissent. de insti.
b De concess. prab. li. 6.
c De prab. eod. lib. 6.
d Dec. 27. de rescrip. & 20. de concess. prab. in antiquiorib.
e In rubrica de consuet. f. Dist. ca. cum venissent.
g In cap. dilectus. il. sub fin. de simon.
h Si non fortem. §. liberius. ff. de cond. in deb. &c.

i Cap. 23. nu. 101.

a Cap. 20. m. 13. b Cap. 9. c Cap. v. m. rabilibus. 9. ubi. de sent. excomm. li. 6.

d Cap. 27. m. 193. & l. i. m. 250.

e Ca. 26. n. 9.

f Leg. su. ff. de fide inf. & ca. cum ad de conf. cum la. ubi per Fel. tradit.

g Cap. 23. m. 109.

h Ca. per tunc il. 2. de simon. i. m. c. 1. m. 11. de re iud. k Cap. pastoralis. 9. v. de appell. l. Cap. solus. de sentent. excomm. li. 6.

causis absolutio celebrationem. quod fundari potest per ea, quae nos diximus in Man. confess. a adiunctis illis quae dixeramus de absoluteione data excommunicato: & quod absolutio etiam iniusta data ab habete potest absolutei valere. Dixi, c post solutos aliquos fructus: quia absolutio anterior non potuit prodesse, quoniam nondum erat nata excommunicatio, nam nondum erat simonia facta realis. Nec prodest dicere, quod iam fuit absolutus a peccato simoniae quod iam praecesserat: quia non potuit absolvi a peccato futuro, quod admittit postea approbando simoniam praeteritam per solutionem fructuum ante conuentam.

3 Dixi etiam, si fuit absolutus post aliquos fructus solutos, & antequam missas, vel aliquo sacro ordine vteretur: quoniam posterior absolutio delere quidem potuisset excommunicationem iam incursum, non tamen impedire irregularitatem iam contractam, ad quam non se extendunt praefatae bullae, neque iobelea, ut nos diximus in praefato Man. d

Tertio, quod sequendo dictum praecedens, posset dici, quod si praefatus consulens postquam soluit aliquid praefatorum fructuum, antequam missaret, fuit confessus per reconciliationem tali confessorio, qui in absoluendo a peccatis vtebatur illa absoluendi forma, quam ego in praefato Man. e admonco, puta quod ante absoluteionem a peccatis praemittatur absolutio generalis a quibuscuque censuris, si quibus teneris, a quibus ego te possum absolute, & c. posse inquam dici quod praefatus consulens posset credere se fuisse absolutum, credendo quod fuit absolutus a suis peccatis praemissa illa generali absoluteione, & consequenter quod non incurrit irregularitatem: quoniam consueta fieri probabiliter praesumi possunt esse facta. f

4 Quarto, quod non potest saluari valor tituli, quae per renunciationem illa simoniaca habuit praefatus confules, & consequenter quod tenetur restituere fructus illos male perceptos pauperibus, vel operibus pijs; & credo sufficere iurare aliquas cognatas pauperes pro sua charitate aliqua dotis parte, vel cognatos scholasticos pretendentes sacerdotium, vel per bullam compositionis.

Quinto, quod puto praefatum consulentem immunum esse a poenitentia, propter ea, quae nos scribimus in d. Ma. g

Sexto, quod posset dici praefatum consulentem non incurrisse irregularitatem, etiam si missasset post solutos fructus, ante absoluteionem praefatam, attentam ignorantia, & bona fide, & quod simonia praefata erat iuris humani: & quod ut ait Innocentius, h quem & multos alios refert & sequitur Felinus, i errans circa ius obscurum difficile intelligibile excusatur: & quod Abbas dixit, quod irregularitas non contrahitur sine dolo, quod ipsum dixit etiam Dominicus. l

6 Septimo, quod si consulens alterum beneficium, quod habet, obtinuit ante praefatam simoniam, potest illud retinere saltem in foro conscientiae; & etiam si obtinuit postea credendo, quod irregularitatem non contraxit, fructus facit suos, non autem credendo quod irregularitatem contraxit, quid autem debeat credere, ex praedictis colligere licet.

S V M M A R I V M.

- 1 Confidentiarj illi, qui recipiendo beneficium promittebant resignanti retrocedere ante constitutiones Pij III. & Pij V. cogebantur pacta tanquam minime iudicia servare.
2 Gratia obtenta a Poenitentiaria cum clausula, si sit occultum, non vitiat; licet postea, quod occultum erat reueletur.

C O N S I L I V M L X X X I I I.

R E S I G N A T A R I V S iuxta fidem datam resignanti beneficium retrocessit, antequam constitutiones Pij III. & Pij V. publicarentur, postea ad cautelam narrando factum esse occultum obtinuit secum per Poenitentiarium dispensari, & absolui; postea vero coepit divulgari. Petitur quid agendum.

Responderur primo, D. consulentem non incurrisse poenitentiam novam inductam contra confidentiam beneficentem per Pium III. & Pium V. quia haec confidentia facta fuit & definit ante illorum constitutiones.

1 Secundo, quod opinio multorum habet in Vrbe & orbe, quod huiusmodi confidentia habebantur pro licitis, tempore, quo haec contigerunt, adeo quod aliqui confidentiarj coacti fuerunt vi adimplere fidem praestitam; secundum quos respondendum esset, quod D. consulens ad nullam reformationem tenetur, neque tenebatur tempore, quo a

summo Poenitentiario fuit iussus absolui.

2 Tertio, quod gratia praefata per Poenitentiarium obtenta non fuit inualida, eo quod facta fuit sub conditione, si occultum fuit, vel non publicum: quia satis occultum fuit antequam renunciaretur beneficiu, & consulerentur super hoc eruditi, & ante petitam per Poenitentiarium gratiam.

Quarto, quod mea sententia potest & debet D. consulens deponere scrupulos, & tranquillare suam conscientiam propter multa, quae non licet per medicos & otij penuriam in praesentia scribere.

S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo omni legitime praescripta pro lege est obseruanda, & legi humanae pariter rationabili derogat, estque seruanda etiam quando seculares dant aliquid ecclesiasticis, a quibus accipiunt spiritualia, modo non detur pro ipsis rebus spiritualibus, quia etiam si esset immemorialis, cum sit contraria iuri naturali diuino, non consuetudo praescriptibilis, sed vetus error, & non seruandus, est dicenda. nu. 9. quia veram simoniam quis, nec etiam Papa potest quo ad peccatum iustificare, licet possit auferri poena. nu. 14.
2 Beneficio ante, immo & post illius erectionem, vacanti potest quidem a superiore aliquod onus temporarium reale imponi, sed non personae de eo providendae. nu. 8.
3 Possessio canonicatus, ac etiam praebenda, est quid spirituale, seu spirituali annexum: unde qui aliquid temporale dat pro illius noua acquisitione, committit simoniam. & nu. 8. 11. etiam quod dei ad redimendam vexationem, num. 2. & hoc etiam quod temporale sit conuertendum in pium vsu, nu. 4. & 11. vel augmentum reddituum beneficij, num. 5. & 7.
6 Temporale si detur erigendum in beneficium, cum pacto ut postea donanti conferatur, simonia est.
11 Intellectus Concilij sess. 24. cap. 14. & extrauag. Pij V. durum & nu. 12. 13.
12 Datio rei temporalis, quae ad formam sacri Concilij sess. 24. ca. 14. fit seu exigitur in apprehensione possessionis canonici, ad hoc ut iustificetur, requiritur primo quod non habeat speciem simoniae, secundo quod conuertatur in vsu pium, nec sufficit quod conuertatur in opus publicum. nu. 10. immo per extrauagantem Pij V. non licet de quibusdam rebus aliquid accipere. & de aliquibus non nisi pro rata primorum sex mensium. n. 13. requiritur praeterea quod non detur ut pretium seu in causam principalem ipsius apprehensionis possessionis, quia nec Pontificis decreto coram Deo posset iustificari. num. 14.
14 Consuetudo etiam immemorialis ecclesiae, secundum quam prouisi de canonicatu & praebenda, antequam ad possessionem illorum admittantur, solent scuta decem pro molendinorum, & quinque pro platea ecclesiae reparatione soluere, non videtur licita. & per totum.

C O N S I L I V M L X X X I V.

I N E C C L E S I A Palentina consuetudine immemoriali canonici, cum accipiunt possessionem, soluunt decena circiter scuta pro reparatione quorundam molendinorum Ecclesiae cathedralis, & quaterina pro reparatione quorundam domorum eiusdem Ecclesiae.

Quaeritur, an per hoc admittatur simonia in beneficio.

1 Respondeo, hanc quaestionem longe difficiliorem esse, quam praesertim, & quod pro parte negante facit primo, quod omnis laudabilis consuetudo, legitimo tempore praescripta, est seruanda pro lege, a & quod omnis consuetudo rationabilis legitimo tempore continuata derogat legi humanae, etiam rationabili. b

Secundo facit ca. ad Apost. c q habet, eos qui accipiunt aliqua spiritualia a clericis, vel alijs ecclesiasticis personis, debere compelli ad seruandam consuetudinem dandi aliqua temporalia pro illorum perceptione, vel administratione.

Tertio facit illud Apostoli, d Communice autem is qui catechizatur verbo, et qui se catechizat, in omnibus bonis. & alia eiusdem, quae transferuntur, e in c. 2. scilicet, Qui altari seruit, de altari viuere debet. & Qui seminatur spiritualia, temporalia metere potest. & Qui suis stipendijs militat unquam? & ca. tera, quibus probatur, ministrantes spiritualia, posse percipere pro illis temporalia, & percipientes spiritualia debere conferre pro illis temporalia ministrata. ca.

Quarto, quod possessio immemorialis habet vim constituti & legis.

2 Quinto, quod bene & iuste potest imponi a superiore onus aliquod temporarium beneficio, antequam erigatur, h immo & postquam est erectum. i

Pro parte affirmante, scilicet quod huiusmodi datio & receptio praefatorum scutorum pro molendinis & repara-

a Cap. consuetudo. 1. dist. 8. c. quo iure. 8. dist.
b Cap. su. de consuetu. & l. 2. c. quae sit lon. temp. con iues.
c De sim.
d Ad Gal. 6.
e Ex d. ca. 6. & ex cap. 9. i. Corinth.
f 13. q. 1.
g Ca. sup. qui bu. dam. de verb. sign. & l. hoc iure. 9. dicitur aqua. ff. de aqua quot. & est.
h Cap. cum dilectus. de consuet.
i Cap. significatum. de prob. & ca. v. eccles. beneficium.

tione domorum predictarum sit simoniaca, facit primo, quod omne pactum, omnis conditio, & omnis modus, per quæ datur aliquid temporale pro spirituali, vel annexo ei, est simonia, vt probat eius definitio, quam posuit glossa, a cum declaratione, quam post alios addidimus nos in Man. confess. b At negari non potest quod datio prefatorum scutorum, quæ soluunt singuli canonici pro acquirenda possessione canonicatus & prebendæ, est datio rei temporalis, etiam pecuniaria; & traditio possessionis canonicatus & prebendæ est traditio rei spiritualis, vel ei annexæ, cum beneficium sit res spiritualis, vel annexa illi, per cap. dilecto, c & cap. dilectus. d & tradit S. Thomas ab omnibus tam Theologis quam Canonistis receptus. e Ergo prædicta prefatorum scutorum datio est simoniaca.

Secundo, quod datio alicuius rei temporariæ, maximè pecuniæ numeratæ, pro acquirenda noua possessione beneficii spiritualis, est simoniaca, f etiam si detur pro redimenda vexatione, antequam acquiratur ipsum beneficium quo ad proprietatem & possessionem eius, vt Panormitanus receptus ab alijs tenet. At in casu proposito datur pecunia numerata, antequam queratur possessio beneficii spiritualis, quales sunt canonicatus & prebendæ, iuxta præfata cap. dilecto, & cap. dilectus. pro illa quærenda & accipienda: ergo admittitur simonia.

4 Tertio, quod qui ingreditur monasterium, soluendo, vel cum pacto de soluendo aliquam pecuniam Abbati, vel ipsi monasterio, admittit simoniam. h

Quarto, quod videtur esse textus singularis & clarus in in specie pro hac parte cap. ex multis, i vbi expresse prohibetur, ne quicquam temporale detur, vel accipiatur à canonico recipiēdo, vel recepto ab Ecclesia, etiam in finem conuertendi illud in pauperes, vel fabricam Ecclesiæ.

5 Quinto, quod non videtur sufficiens causa iustificandi præfatam dationem & acceptionem, quod canonici prebendati præfati gaudent post acceptam possessionem emolumentis prefatorum molendinorum, & domorum; quia etiam omnes fere alij beneficiarij fruuntur redditibus beneficiorum suorum conseruatis & auctis; attamen non licet eis, qui ea consequuntur, dare pecunias ad augendos & conseruandos redditus eorum.

6 Tum quia non licet dare pecunias, vel alia bona temporalia ad erigendū aliquod beneficiū, cū pacto vt illud erectū conferatur ei, qui dedit illa, vt tradit Panorm. à nemine reprehēsus. k Tum quod non licet alicui dare prædia magna, vel pecunias, vel redditus magnos alicui Ecclesiæ cathedrali, abbatiæ, vel parochiali, cum pacto, conditione, vel modo, vt illa ei conferatur, secundū omnium mentem.

7 Sexto, quod nec dici potest esse sufficientem causam ad iustificandas præfatas dationem & receptionem, quod illæ sunt vtilēs vel necessariæ ad augendos vel conseruandos redditus Ecclesiarum: alioqui enim omnia beneficia essent vendibilia eis, qui ad conseruandos vel augendos redditus donarent magna bona temporalia; quod est absurdum; & ideo non dicendum. l

8 Septimo, quod non possunt iustificari datio & receptio præfata, eo quod dicatur esse onera imposita ante vacationē & collationē, iuxta c. significatū. m & c. i. n quia illa capp. intelliguntur de onere reali imposito beneficio vacanti ante collationem à superiore ex iusta causa, vt expresse ait præfatum c. i. o & in casu proposito præfata onera nō sunt realia, nec imponuntur canonicatibus & prebendis, sed personalia, quibus personæ canonicorū prebendatorum onerantur; neque imponuntur à superiore vt onera realia sed inducta sunt consuetudine, & sunt quædam donaria introducta consuetudine non ad finem onerandi, & augendi, vel minuendi canonicatus & prebendas, sed ad finem accipiendi illa pro possessione illorū, quæ traditur illis; & ita est datio rei temporalis pro acceptione rei spiritualis, vel annexæ illi, & consequenter simoniaca.

9 Octauo quod non videtur etiā iustificari præfata datio & receptio, ex eo quod sit à tempore immemoriali. Tū quia immemorialis possessio habet vim constituti, quādo illa est circa temporalia, & non circa spiritualia à Spiritu sancto inducta, vt ait c. frustra. p & cum non est contra ius naturale diuinum: alioqui enim est vetustas erroris. q Tum quia Pius V. hoc expresse declarauit in extrauag. durum. At

A datio vel acceptio verè simoniaca est contra institutum à Spiritu sancto, secundum omnes, & contra ius naturale & diuinum; ergo non potuit à principio constitui; imino consuetudo, quæ illam induxit, est corruptela, & nullatenus præscriptibilis, per dicta tria capp.

10 Nono, quod præfata datio & acceptio non potest iustificari, eo quod fiat ad vtilitatem publicā, nisi sit pia. quia licet pietas & publica vtilitas in quibusdam conueniant, quo ad hoc tamen nullibi reperiuntur exæquata; & ita non est dicendum. a

B 11 Addo, quod consideratis pro vtraque parte suppositis, videtur dicendum primo, quod communis fere omnium sententia est, quod cuiusque rei temporalis datio vel acceptio ad vium temporalem vel profanum, siue priuatum siue publicum, pro beneficio spirituali, vel eius possessione acquirenda facta, est simoniaca.

Secundo, quod quicquid Panormitanus communiter receptus, b & Cardinalis Alexandrinus sequutus eū, c dicat non erant licitæ præfate donationes & acceptiones ante Concilium Tridentinū & ante præfatam extrauag. durum. Tum quia præfatum c. ex multis, cui non respondent illi, nec vlli alij respondere possunt, in specie prohibet dationes huiusmodi, etiā si dentur vel recipiantur ad conuertendum illas in cultū diuinū, vel pauperes. Tum quia id irrefragabiliter probant argumenta supra pro parte affirmante formata, præsertim tria prima, & septimū cum alijs sequentibus.

C Tertio, quod defendi posset, saltem disputando, etiam illud cap. non esse sublatum per solum præfatum Concilium Tridentinum. d Tum quia præcipit seruari iura anteriora super huiusmodi dationes edita, & consequenter præfatum cap. ex multis. Tum quia in sensu directo nihil disponit contra illud, sed solum à cōtrario sensu, quatenus solum præcipit Episcopis, vt non permittant huiusmodi dationes, quæ in vsus pios non conuertuntur, & speciem simoniæ habent: & argumentum à cōtrario sensu nil probat, quando sumitur ad probandū contrarium iure expresse, iuxta septē vel octo glossas, quas citat Felinus, e præsertim glossam à Panormitano ibi putatam singularem. f

D 12 Tum quia Concilium duo requirit, vt huiusmodi dationes permittantur; alterum, quod cōuertantur in vsu pium; alterum, quod nō habeant speciem simoniæ. & esto teneatur quod donatio & receptio præfata conuertantur in vsus pios, tamen habent speciem simoniæ per præfatas rationes. Nos tamen in Man. nostro confess. g tenuimus, quod præfatum Concilium permittit dationes ad pias causas, si aliās non habent speciem simoniæ.

13 Quarto, quod præfatus Pius in præfata extrauag. durum, h recedit à dicto c. ex multis. & à præfato Conc. Trid. i à præfato quidem c. ex multis. eo quod statuit, vt dimidium quarundam dationum ad pia soluantur, & quarundam non; & à Concilio, quod insinuat dari & accipi posse integra omnia pro causis pijs, nisi habeant speciem simoniæ.

E Quinto, quod videtur parendum statuto Pij V. arg. i. k quatenus habet; Papam, qui constituit aliquid contra ius humanum, tollere illud, præsertim si facit mentionem de illo, si est consiliare; quæ requiritur, iuxta Archidiaconū, l communiter receptum, & late declaratum à Felino. m

Sexto, quod ad statutum præfati Pij seruandum oportet scire quæ datio sit dicenda excedere semestre, & quæ non; & an dationes, de quibus quæritur, dicantur excedere semestre, an non.

Septimo, quod etiam oportet scire quæ datio habeat speciem simoniæ, & quæ non, vt intelligatur mens præfati Concilij Tridentini.

F 14 Octauo, quod contra moderationes ambas Cōcilium & Pij V. præfatas facit, quod nulla potestas humana, etiam Conciliorum, & Papæ, potest efficere licitam simoniam illam veram, quæ constat ex eo quod temporale datur pro pretio vel causa principali acquirendæ rei spiritualis, vel illi annexæ: quia id est contra legem naturalem & diuinam quam etiam Concilia & Papæ tenentur seruare vsque ad sanguinē, n quamuis possint efficere vt pœnæ iuris humani non incurrantur per illam, vt traditur in nostro Man. confess. o & cōsequenter nulla potestas humana potest facere, quod liceat dare, vel accipere quicquā tēporale pro pretio vel causa principali rei spiritualis, vel ei annexæ, siue

a 1. q. 1. in summa.
b Ca. 23. nu. 102.

c De præb. d De simon. c in 2. 2. q. 100. art. 4.

f Ca. dilectus de simon.

g Ibidem.

h Cap. venies & c. quoniam de simon. i 1. quæst. 3.

k In ca. iacobus nu. 3. de sim.

l Reg. nam quod absurdum ff. de bonis liber.

m De præb. n Ve eccl. benef. sine dim. conferan. o Ve eccl. benef.

p s. dist. q Cap. consu. iud. & ca. salus. ead. dist.

a s. consideremus. Aushen de trien. & se miss. col. 3.

b Inc. iacobus de simon. c in cap. ex multis. 1. q. 3.

d Sess. 24. c. 14. de reform.

e In c. significasti. de for. compet. num. 13. f In clem. 1. verbo facere. de usur.

g Cap. 23. nu. 102.

h s. & nihilominus. i Sess. 24.

k De cōst. li. 6.

l In d. cap. 1. m In c. nonnulli. de rescrip. nu. 2.

n Cap. sunt quidam. 25. q. 1.

o Cap. 23. nu. 108.

detur

a Cap. 23. nu. 101.

detur ad vsum pium, siue profanū. quæ ratio maximè con-
firmat decisionem præfati cap. ex multis. propter quod
& quedā alia conclusimus in d. Man. quod omnis datio
& receptio, etiam minima, facta pro pretio rei spiritualis,
vel causa principali eam habendi, est vera simonia iure na-
turali & diuino prohibita, & nulla alia quo ad Deū, & fo-
rum conscientiarum; ergo non refert an huiusmodi datio fiat
ad vsum pium, an ad profanum, sed an fiat principaliter
pro pretio rei spiritualis, vel illi annexæ, non habita ratio-
ne moderationum Concilij, & Pij V.

Nono, quod præfate moderationes non videntur posse
defendi, nisi quo ad forum exterius per viam præsump-
tionis; ita quod moderatio Concilij intelligatur quoad
præsumendum donationem & receptionem præfatas non
esse factas pro pretio vel causa principali, cū fiunt ad vsum
pium, licet sic, cū fiunt ad vsum profanum: moderatio
vero Pij V. procedat quo ad præsumendum certa dimidia
rerum datarum ad vsum pium non esse præsumenda data
pro pretio vel causa principali, & tota integra sic.

Decimo, quod videntur indigere declaratione Papæ
quæstiones illæ tres, quæ hic incidunt. Prima, quare datio
& receptio durans vltra semestre illud, de quo loquitur
Pius, sit aliter indicanda, quā quæ durat citra illud. Secūda,
quare alterius dimidij datio non liceat, & alterius dimidij
sic, cum frequenter dimidium vnius dationis sit plus quam
alia tota integra datio; & cum tota integra datio, quæ non
durat semestre, sit maior, quā alia durans plus quam se-
mestre. Tertia, quæ datio dicatur habere speciem simoniæ,
de qua loquitur Conciliū, & quæ nō, cū omnis huiusmo-
di datio & receptio habeat speciem simoniæ, quatenus da-
tur & recipitur pro spirituali, vel ei annexo, immo sit vera
simonia coram Deo, & in foro conscientiarum, si pro pretio,
vel causa principali querendi illud, detur, & non aliās, vt
prædictum est: quamuis fortè dici possit, eas vti res inde-
terminatas relinqui arbitrio iudicis, iuxta l. i. b. quæ ratio-
ne autem id arbitrabitur, videretur arbitrandum à S. D. N.

Vndecimo, quod ex omnibus prædictis colligi potest
ab oculato lectore, quid sit in casu hoc proposito respon-
dendum, quod ipse gratia breuitatis, & tantæ prolixitatis
vitandæ omitto, vti tem speciali consultatione indigen-
tem: nam etiam quæ hætenus dicta sunt, pro sua dignitate
longè magis dilatari potuerunt, in gloriam Domini nostri
Iesu Christi, qui nos omnes saluet.

S V M M A R I V M.

¶ Parochus petens, vel etiam exigens ante collationem nuptialiu
benedictionis, qua pro huiusmodi dari consueverunt, male
quidem facit, sed non est simoniacus, nec incurrit censuras; &
dato quod in his commississet simoniam, tamen non esset ex-
communicatus, quia illa non incurritur, nisi ob simoniam in
ordine, vel beneficio. & num. 2.

C O N S I L I V M L X X X V.

PAROCIVS quidam ante benedictionem nuptia-
rum petijt sibi solui aliquam mercedem, & deinde tē-
pore benedictionis illam sibi oblatam exegit, credens sibi
id licere; ex quo nulla sui ordinarij præcisit prohibitio,
& in stipendium, ac pro elemosyna suorum laborū illam
recipit. Queritur, an inciderit in aliquam simoniæ pœnam
attento quod consuetudo talia exigendi sit tam ibi, quā
in locis alijs circumvicinis.

Respondeo, quod quæstio hæc profundam & quoti-
dianam materiam tangit: & visis, ac pro tenuitate nostra
perpensis aliquot locis, in quibus seminaria argumēto-
rum, quæ pro vtraque parte formari possunt, iecimus, cre-
dimus prædictum parochum nullā incurrisse coram Deo
simoniā, per ea multa, quæ videri possunt in nostro Man. c
vbi inter alios allegamus vtrumque Thomam, d & quia
breuitatis gratia non attulimus ibi ad verbum verba iu-
nioris Thomæ e recitamus illa, quæ sunt hæc: Quarto nota,
qui timorati am habes conscientiam, quod licet sacerdos minus bene-
faciat exigendo id, quod secundum laudabilem consuetudinem so-
let dari, si ante collationem spiritualiū exigat, aut si negat, aut dif-
fert spiritualiū collationem, vt illud habeat, nō tamen propterea si-
moniicum iudicetur: quoniam si vt conferret se inderanem, cognos-
cens præcipue quod postea oportebit eū litigare hoc facit, simoniacus
non est, secundum rem: quia non vendit spirituale; nec huiusmodi

c Cap. 23. nu. 100. vers. 4. & 5. d 1. 2. quæst. 100. art. 3. e In summa verbo simonia. art. 2.

A exactio inducit modum pretij quoniam non mutat modum debiti,
quamuis speciem quasi simonia habeat huiusmodi præuentio, &
cautela, & propterea reprehenditur.

2 Cui, & omnibus alijs addito, quod nullatenus est iudi-
cādus incurrisse vllam excōmunicationem, etiā si admiffet
simoniam; quoniā illa solum infligitur à iure ob simo-
niā in ordine tantum vel beneficio commissam; & in casu
proposito, esto quod iudicaretur simoniacus, quod tamen
nullatenus arbitror faciendum, non pōt iudicari simo-
niacus in ordine, neque in beneficio. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1** Simonia est principaliter pro admiffione ad religionis habitum
quid accipere, secus si minus principaliter accipiatur, etiam
si sit causa sine qua non. num. 5.
- 2** Religionis habitus datio quid spirituale, vel spirituali annexum,
cum de laico faciat ecclesiasticum.
- 3** Percutiens nouitium est excommunicatus.
- 4** Forum exterius iudicat facta externa, & hoc secundum quod
probat.

C O N S I L I V M L X X X V I.

BANNITI frater cupiens illum in monasterio reci-
pi, rogauit Abbatem, vt reciperet, offerendo dare scu-
ta 50. recusauit Abbas recipere hominē ob malos mores,
sed iterum rogatus sponndit, & recepit, sed distulit dare
habitum, donec dicta scuta 50. soluerentur; immo sollicita-
ri fecit fratrem, vt ea numerarentur; quibus numeratis ha-
bitum dedit. Dubitatur quid iuris.

1 Nullo iure aut titulo hono & probabili videtur posse
defendi in proposito casu non fuisse incurfam simoniam.
Tum quia certum est simoniam incurri, quoties pro spi-
rituali datur, vel accipitur aliquod temporale, per definiti-
onem eius datam à glossa a receptam cum ab omnibus
nostris b tum à S. Thoma & alijs Theologis c & ab eod.
S. Thoma d declaratam, & dilatatam etiā à nobis in Man.
conf. e & constat 50. scuta esse quid temporale, & ingres-
sum monasterij esse quid spirituale. f

2 Tum quia non obstat dicere, quod non fuit data, nec
recepta pecunia pro professione, sed solum pro receptio-
ne, datione, & susceptione habitus: quia etiam datio habi-
tus est quiddam spirituale vel spirituali annexum, in quo
potest committi simonia, vt probat d. cap. quoniam & cap.
tua. g & merito: quia datio & susceptio habitus facit quem
de laico ecclesiasticum, adeo quod percutiens cum est ex-
communicatus vt habetur in cap. religioso. h & ante illud
tenuit Hostiensis cōmuniter receptus cōtra Innocentiū. i

3 Tū quia non obstat dicere, quod talia ignorauit. Tum
quia contrarium colligitur verisimiliter ex narratis in fa-
cto. Tum quia etiam si eo ignorante fuerit admiffa simo-
nia, tamen cum primum sciuerit, tenetur relinquere habi-
tum, licet dimisso habitu, & purgata simonia, possit denuo
recipi, si receptio non fuerit scandalosa, per d. c. quoniam. k

S E D Q U I D si Abbas tantum accepit illa 50. tāquam
donum, & sponte oblata, daturus nihilominus habitum,
etiam si illa non fuissent sibi oblata?

4 Quo huic replicationi satisfaciat, dico primo, quod hæc
non excusabunt quo ad forum exterius, in quo per ea, quæ
fuerunt exterius, & probatur, est iudicandum, l & ex his quæ
exterius facta sunt in hoc casu clare probantur promissio
pro ingressu, & acceptatio promissionis, & solutio prom-
missi, & (vt ita dicam) nolitio dandi habitum ante solum
promissum, & datio habitus statim post solum promissum:
per quæ omnia probatur præsumptiuè simonia quo
ad forum exterius iuxta superius responsa.

5 Dico secundo, quod si verè coram Deo Abbas accepit
illa scuta tamquam donum sponte oblatum, & tamquam
elemosynam principaliter propter Deum oblatam, licet
minus principaliter habuisset etiam respectum ad habi-
tus dationem, & quod promissio scutorum non fuit causa
principalis dationis illius, licet fuisset aliqua causa, sine
qua non fuisset datus, non esset vere coram Deo simonia:
quod deduci potest ex his quæ nos scribimus in Man. cōf. m
& pra vtroque dicto huius responsionis est casus satis ex-
pressus in d. c. tua. Quare D. Abbas consulere debet semet-
ipsum quo ad forum conscientiarum, iudex autem facta exte-
riora quo ad forum exterius. Salua, &c.

a 2. quæst. 1. in summa.
b ibi, & in rub. de simo.
c In 4. li. sens. dist. 25.
d 2. 2. q. 100. art. 1.
e Cap. 23. nu. 100.
f Cap. quoniam. de reg. & cap. ex insinuatione. & multis alijs, de simonia.
g De sim.
h 1. de sent. excom. lib. 6. i in ca. statui- mus. de regula.
k De regula. sub fin.

l Leg. illud. ff. de offic. prefid.

m Cap. 23. a nu. 100.

S V M M A R I V M.

1 Ius patronatus recepta pecunia concedens Episcopus dotem au-
genti simoniacus est, sed non excommunicatus.

CONSILIVM LXXXVII.

AN EPISCOPVS, qui cōcedit cuidam ius patro-
natus, & præsentandi ad quoddam beneficium ob
augmentum reddituum, quod accipiens dabit, si acceperit
ob id aliquas pecunias, sit excommunicatus, & si celebra-
rit postea, sit factus irregularis?

2 Respondetur, quod non. quoniam non omnis simo-
niacus est ipso iure excommunicatus, sed tãtum simonia-
cus in ordine, & beneficio, accipiendo illa, vel dando, vt
post alios tradimus in Man. confess.^a & palam est, ius patro-
natus non esse beneficium, neque ordinem, cum etiam
laicus sit eius capax.^b

S V M M A R I V M.

1 Degradatio est actus spiritualis potestatis, sicut promotio ad or-
dines; unde pro ea pecunia peti nequit, etiam si peteretur pro
labore faciendũ actum.

2 Consuetudo dandi quid pro sustentatione ministrantũ sacra-
menta seruanda.

CONSILIVM LXXXVIII.

AN ORDINARIVS Episcopus pro mercede
degradationis presbyteri possit iustè petere duo scu-
ta aurea?

1 Respondeo, quod non potest iustè petere illa pro mer-
cede actus degradandi. Tum quia sicut collatio ordinis est
actus spiritualis potestatis, quæ pendet ab Episcopatus or-
dine. c etiam ablatio ordinis, vel vsus eius est actus potesta-
tis spiritualis eiusdem ordinis, d & palam est eum cõmittere
simoniam, qui petit aliquid temporale pro re spirituali,
per definitionem simoniæ, quam glossa recepta per Theo-
logos & Canonistas dedit, e declaratam à nobis præ alijs
in Man. nostro confess. f

2 Tum quia licet possit quis cogi ad seruandam cõsue-
tudinem piam dandi temporale aliquid pro elemosyna,
vel sustentatione pia ministrantis sacramenta, vt habet
cap. ad Apostolicam, & Concilium Tridentinum non tamen
potest peti pro pretio, vel mercede laboris illius actus, vt
tradimus nos post alios vbi supra, h & vt verbo additur,
nulla consuetudo pia inuenitur, quæ dicat esse dandos
duos autens pro degradatione sacerdotis. Tum quia præ-
fatum Concilium, vbi supra damnauit omnem dationem
rei temporalis, & consuetudinem faciendi eam pro re spi-
rituali, & actu eius, nisi cum daretur ad pia, & non haberet
speciem simoniæ: & præfatus ordinarius non petit illos
aureos ad illos impendendos operi pio, & præterea habet
quamdam speciem simoniæ, propter quod etiã ante Con-
cilium prædictum prohibebatur dari aliquid temporale
pro spirituali, etiam ad opera pia. i Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Collegia pro pauperibus scholasticis erecta, beneficia quidẽ non
sunt, nec spiritualia. sunt tamen spiritualibus annexa: unde
qui recepta pecunia loco suo cedit, vt alter assumatur, simo-
niam quidem committit, sed censuram non est suppositus.

2 Turpiter datum, & turpiter acceptum debet ex solo cõsilio pau-
peribus erogari. potest item dari restitui; immo & quatenus
teneatur dari restituere, sufficeret, si ab eo haberet condo-
nationem. nu. 3.

CONSILIVM LXXXIX.

TOLOSÆ, & Auenioni sunt multa collegia pro scho-
lasticis pauperibus instituta, quorũ collegia frequen-
tissimè vendunt tacitè sua loca aliquibus, quos collegia
ipsa rogata per collegam vendentem, facta per eum renun-
ciatione, eligunt, vel recipiunt in collegas, & socios suos.

Quæritur primo, an huiusmodi vendentes commit-
tant simoniam cum pœnis extrauagantis. k

Secundo, cui restituenda est pecunia, si qua accepta re-
stituenda sit.

1 **A**D PRIOREM quæstionem respondeo primo, quod
admittit simoniã. quoniam loca illa, siue sodalitia, licet non
sint spiritualia, videntur tamen eis annexa, sicut ius patro-
natus ecclesiasticũ, de quo in c. quanto. l & c. cũ secundum. m

Secundo, quod non videntur incurtere excommunicati-
onem latam per præfata extrauagantẽ, quia illa solum

A fertur contra simoniacos in ordine & beneficio ecclesi-
astico secundum communem sententiã: & præfata loca siue
sodalitia non sunt beneficia ecclesiastica, vt palam est. &
ita sicut emens ius patronatus, quauis simoniam cõmit-
teret, non tamen incideret in illam excommunicationem
vt aliã in prætorio Pœnitentiariæ probauimus; sic licet
ementes huiusmodi loca simoniam admitterent, non ta-
men inciderent in excommunicationem præfata.

2 **A**D ALTERAM respondeo primo, quod pecunia
illa non est necessario restituenda collegio, pro cuius so-
dalitio accipitur: quamuis pecunia, quæ pro beneficio ac-
cipitur, restituenda sit Ecclesiæ, cui facta est iniuria, per
textum singularem in c. de hoc, n quod specialiter & singu-
lariter disponit de restitutione pecuniæ acceptæ per simo-
niã circa beneficium commissam secundum communem.

3 Secundo, quod de rigore iuris non tenentur restituere
etiam illis, à quibus eam acceperunt; quia turpiter da-
tum, & turpiter acceptum non est necessario restituendum
turpiter danti, iuxta reg. In pari delicto vel casu melior est con-
ditio possidentis. b & copiose tradimus in Man. confess. c

Tertio, quod secundum communem opinionem est resti-
tuendũ pauperibus; quod tamen esse consilij, & nõ præce-
pti, probamus vbi supra sequuti quatuor graues auctores.

Quarto, quod D. consulens satisfaciet impetrando do-
nationem ab eo, à quo pecuniam accepit, quia Hadria-
nus quem sequimur vbi supra, d post Angelum e fatetur,
quod ex mente Augustini, f is qui ob maleficiũ accipit, sa-
tisfacit restituendo pauperibus, vel ei qui dedit. At per
donationem obtentam ab eo, qui eam dedit satisfactum
est illi, per l. i. & l. si rem h.

S V M M A R I V M.

1 Beneficium qui bona fide suum esse credit; licet non sit, eidem
per interessentiam deseruendo, distributiones aliorum au-
tem fructuum partem illam, quam alij inseruienti necessario
dedisset, lucratur.

CONSILIVM XC.

R SIMONIACVS in beneficio eidem deseruuit
celebrando, &c. & ex eius præbenda se ipsum & cle-
ricum aluit, ac postea illud dimisit. Dubitatur, an teneatur
restituere omnes fructus, an verò sit excusandus pro parte,
quam in sui & clerici sustentationem insumpsit, vel possit
deducere illam summam, quam dedisset mercenario, si per
ipsum inseruisset. Dubitatur etiam an teneatur restituere
fructus incertos, quos percepit ex quotidianis obuentio-
nibus.

1 Hæc quæstio continet satis grande dubium, & parum
tractatum à doctoribus, cum tamen in multorũ capp. ca-
sibus tractari potuisset: quoniam eius decisio pendet à
decisione illius. An seruens beneficio sine canonico titu-
lo possit retinere sibi distributiones quotidianas integrè,
& fructus alios, saltem pro rata eorum, quæ debuissent da-
ri mercenario, si per se ipsum non seruisset, quam quæstio-
nem præ alijs videtur tractare doctissimus Cassador, i ex
cuius dictis videtur satis colligi, quod credens bona fide
beneficium ad se pertinere, & seruit illi, lucratur distribu-
tionibus quotidianas, & quod non videtur teneri ad resti-
tuendum partem fructuum, quæ necessario fuisset impen-
denda ei, qui seruisset illi beneficio.

S V M M A R I V M.

1 Simoniacus in beneficio est excommunicatus quidem, sed non
est nec irregularis, nec inhabilis ad alia beneficia, num. 3. im-
mo eo dimisso post penitentiam absolutus ab excommunica-
tione potest celebrare, nu. 4. & alia beneficia, modo simonia
non sit notoria, nec de illa condemnatus, potest obtinere. nu. 5.
& 6. illud autem, quod prius per propriam, vel alienam ipso
scient e simoniam adeptus fuit, etiam si sit simplex, non potest
sine Papa dispensatione habere. n. 5. & 7. quod si illi simonia
ce per simoniã ab alio ipso ignorante commissam collatũ fuis-
set, si habita notitia illud statim dimisit, potest, si sit simplex
ex dispensatione Episcopi iterum illi tunc conferri: at si esset
dignitas, vel decretum Pape requiritur dispensatio. nu. 7. De-
poni item licet possit simoniacus, non tamen est depositus. n. 6.

1 Simoniacus in ordine est excommunicatus, item & suspensus
ipso iure, sed non irregularis. num. 6.
2 Irregulari, & alijs inhabili facta collatio non tenet.

a Cap. 23. nu.
103. vers. sum
denique. &
num. 111. in
prin. & sine.
b Cap. quod
autem. & ca.
cum dilectus
cum eu ad
nos. de iure
patron.

c Ca. 1. de si-
mon. cum si-
milib.
d Cap. nomi-
nus. de verb.
signific. & ca.
degradatio.
de pen. lib. 6.
e l. quasi. in
summa.
f Cap. 23. nu.
100.
g De simon.
& cap. 14. de
reform. sess.
24.
h Num. 101.
& 102.

i In cap. ex
multis. l. 3.

k 2. de simon.

l De iud.
m De iure
patr.

a De simon.

b De reg iur.
lib. 6.
c Cap. 17. nu.
30. & 31.

d Num. 31.
e Ver. sup. l. 10
tio 2. §. 4.
f In cap. non
sana. a. q. 5.
g ff. cuius iud.
rog.
h 3. omni. ff.
de pignor. a-
ctio.

i In decis. 6.
de præbend.



3. Irregularitas sicut nec alia pena, ipso iure non incurritur, nisi in casibus in iure expressis.
7. Intrusus in beneficio efficitur sicut & simoniacus, inhabilis ad illud beneficium, sed non ad alia obtinenda.

CONSILIVM XCII.

IRREGVLARIS an sit simoniacus in beneficio, & inhabilis ad obtinendum alia beneficia?

1. Pro parte affirmante facit primo cap. penul. quatenus videtur habere, quod dispensatio Episcopi ad id requiritur.

Secundo, quod simonia non solum est crimen, quod meretur depositionem, sed etiam eam inducit ipso iure, vt per locum a fortiori probat, cap. recusatum, & illam admittens in ordine vel beneficio est bodie excommunicatus per extrauagantem 2. d.

2. Tertio, quod collatio facta homicidæ, vel alijs irregulari, est ipso iure nulla, licet per homicidium & irregularitatem non perdantur ipso iure beneficia prius adepta secundum Innocentium recte intellectum.

Quarto, quod simoniacus in beneficio non potest habere illud, neque aliud, si per se commisit simoniam, vel per alium se volente, vt visus est aliquibus resolvere Panor. in cap. de simoniace, de simon. nu. 7.

3. Pro parte vero negante, quæ tenenda est, facit primo, quod nulla pœna est dicenda ipso iure incurri, nisi lege id caueatur vt habet glossa solenis & recepta, & quod nulla est lex, quæ irregularitatem infligat simoniaci in beneficio.

Secundo, quod irregularitas non incurritur nisi in casibus expressis à iure. & Ar nullibi exprimitur fieri quæ irregularitatem ipso iure ob crimen simoniæ in beneficio commissum.

4. Tertio, quod Innocentius quem nos tetulimus in Man. confess. dicit expressè quod simoniacus in beneficio non est suspensus, & ideo relicto illo acta pœnitentia potest celebrare, quod non posset, si esset irregularis, vt dicimus in d. Man. k arg. ca. fin. l. & ca. inquisitionis, de accusatio.

Quarto, quod adeptus beneficium per simoniam à tertio commissam, & à se ignoratam, licet teneatur renūciare illi, potest tamen illud ipsum habere per dispensationem Episcopi, nisi sit prælatura.

5. Quinto, quod nullo iure videtur ceteri, quod adeptus aliquod beneficium per simoniam, etià à semetipso, vel se volente commissam, nō possit adipisci aliud sine dispensatione, modo simonia non sit notoria, vel non sit cōdēnatus de illa, & ipse simoniacus sit absolutus ab excommunicatione, quam ob illam simoniam incurrit. & Panormitanus solum dicit, quod adeptus per simoniam propriam aliquod beneficium, etiam si sit simplex, non potest habere illud per dispensationem Episcopi; de alijs autem nihil dicit, neque glossa ordinaria c. i. neque glossa c. ex multis p. neque glossa d. ca. de simoniace, neque glossa ca. post translationem, & nec vlla alia id dixit, neque Felinus qui per omnia sequitur Panormitanum 2 de eo aliquid dixerunt.

6. Ad primum oppositorum respondeo, quod loquitur de simoniaco in ordine, vt colligitur ex eius glossa qui licet non sit irregularis, est tamen suspensus iure nouo extrauagantis 2. & antiquo d. c. santa, adiuncta glossa magna, & ideo non solum eget dispensatione ab excommunicatione, sed etiam à suspensione.

Ad secundum concedo simoniacum etiam in beneficio posse deponi, sed nego esse ipso iure depositum, & nos loquimur de irregularitate ipso iure imposita. Cōcedo item esse ipso iure excommunicatum, & consequenter quod durante excommunicatione est inhabilis ad omnia beneficia, sicut quilibet alius excommunicatus: sed nego quod sit irregularis, ita quod acta pœnitentiæ, & absolutione sequuta nō possit habere alia beneficia; quia id nullo iure cauetur.

Ad tertium concedo collationem beneficij factam homicidæ, vel alijs irregulari, etiam post pœnitentiam esse ipso iure nullam: nego tamen per simoniam induci irregularitatem, nisi sequuta sententiā condēnatoria, quæ infamat, vt dicit Pan. 2.

Ad quartum nego id dici à Panormitano, vt supra dictum est; & quādo diceret, pfecto erraret: quia sine textu & iusta ratione id affirmaret; q̄ tamē, vt p̄dixi, nullatenus facit.

7. AN AVTEM adeptus beneficium per simoniam propriam, & cōsequenter excommunicatus per iura noua excommunicatione Papali, & absolutus ab illa possit nouè habere illud ipsum beneficium, saltem si occurrat est simo-

nia: quæstionis est: & videtur quod nō. Primo, quia etiam obtentum per simoniam alienam se nolente admissam, non potest retineri etiā cum dispensatione Episcopi, si est dignitas, vel beneficium curatum, secundum receptiorē sententiam, pro qua est bonus textus, qui de Episcopatu agit, in cap. post translationem. b. Secundo, quod Panormitanus vbi supra receptus ab alijs simpliciter determinat, eū, qui per simoniam propriam adeptus est aliquod beneficium, non posse illud retinere etiam per Episcopi dispensationem, ita quod videtur resoluendum, quod licet possit quis obtinere per dispensationem Episcopi, beneficium simplex obtentum per simoniam alienam se ignorante commissam, post renunciationem liberam statim factam post certificationem; obtentum tamen per simoniam propriam, vel se volente admissam, non potest habere sine dispensatione Papæ, etiam si sit simplex; potest tamē habere alia post absolutionem ab excommunicatione; vt supra dictū fuit.

8. Non obstat, quod sicut homicida sublata irregularitate est capax cuiusvis beneficij, ita simoniacus sublata excommunicatione non videtur habere impedimentum vllum ad illud, cum non sit irregularis, nec suspensus ab officio, quin per titulum nouum illud acquirere possit. Quia responderi potest, quod sicut intrusus in aliquo beneficio sit inhabilis ad illud, licet non ad alia, iuxta ca. quisquis, & alia multa adducta per Felinum, ita adeptus aliquod beneficium per simoniam propriam, sit inhabilis ad illud, licet non fiat inhabilis ad alia.

Quæ supradicta omnia licet vera sint secundū iura antiqua, quæ præcesserunt Pium V. extat tamen eius extrauag. cum primam, edita anno 1566. per quam, an simoniacus in beneficio fiat inhabilis, irregularis, vel suspensus ipso iure, dictum fuit alibi.

Vide consilium sequens.

SVMARIVM.

- 1. Intellectus extrauag. cum primū. Pij V. in simoniacos lata, quod non habeat locum in beneficijs ante adeptis, nec liget in conscientia ante sententiam. nu. 2.
2. Irregularitas, nec homicidium inducunt ipso iure vacationem beneficiorum ante obtentorum.
3. Pœna, antequam infligatur, conscientiam non ligat.
3. Pœna in dubio per verba futuri temporis non censetur ipso iure imposita.
4. Clausula in vna parte dispositionis posita, vbi est eadem ratio, ad omnia refertur.
5. Simoniacus in beneficio iure communi ad alia nō est inhabilis.

CONSILIVM XCIII.

AN COMMITTENS simoniam hodie in beneficio fiat ipso iure inhabilis ad illud, & quodcumque aliud adipiscendum, & iam adeptum?

1. Decisio huius quæstionis depēdet ex intellectu extrauagantis, cum primū Pij V. quæ est folio 9. & 12. libri suarum const. Si enim illa ita intelligatur, vt pœnæ in ea contra simoniacos in beneficio institutæ ipso iure absque alia sententia in foro conscientie censeantur iustitæ, & quod inducit inhabilitatem tam ad beneficia adepta, quàm adipiscenda, est vno modo respondendum, si verò intelligatur, vt non habeat locum in beneficijs iam adeptis, nec in adipiscendis, nisi post sententiā, est aliter respondendum.

2. Sed dicendum, quod illa extrauagans non habet locum in beneficijs ante simoniam adeptis. Tū quia de illis non facit expressam mentionem, & est pœnalis constitutio, & ita restringenda. c. Tum quia inhabilitas, & irregularitas post beneficium quæsitū incurfa non inducit vacationem illius ipso iure: homicidii enim, & irregularitas inde nata nō priuat homicidam suo beneficio ipso iure, iuxta Innocentium receptū f. & probatur in ca. clericis, & ca. ex literis h. & vtrobique Panormitanus. Tū quia non est recedendum à iure antiquo, nisi quatenus per nouum exprimitur. i. Sed & præfata extrauagans ita videtur intelligenda, vt nō censeatur habere locum in foro conscientie ante sententiam.

3. Tum quia pœna non ligat conscientiam ante illam inflictam iuxta glossam solemuem, k & S. Thomam. i. Tum quia pœnæ sunt restringendæ, m & in dubio pœna per verba futuri temporis statuta non censetur ipso iure imposita, iuxta glossam, n & pœnæ præfate per verbafuturi temporis imponuntur. Tum quia contextus eius

a De elect.

b Ca. tanta de simon.

c De simon.

d De simon.

e In cap. cum nostris de cau. cess. prab.

f In cap. fin. de iure past.

g Ca. in qui de sent. excom. lib. 8.

h Ca. 29. nu. 111.

i In d. cap. tanta.

k Ca. 27. nu. 104.

l De tempo. ord.

m Dist. 2. pen.

n In sua longa dist. d. cap. de simoniace.

o 1. q. 3. p. 1. q. 3.

q De renunciat.

r In d. cap. de simoniace.

s De simonia.

t In d. cap. de simoniaco.

a Ca. pen. de electio.

b De renunciat.

c De elect. ca. 1. de concess. prab. d In ca. in nostris, num. 12. corol. 2. de rescript.

e Ca. ordin. de reg. iur. li. 5. f In ca. cum nostris de concessio. prab. g De clerici vel monach. h De excessibus pralato. i Leg. præcipimus. C. de appellat. k In ca. fraternitas. 12. quest. 2. l In 2. 2. q. 2. art. 4. m Ca. pœna de pœn. dist. 1. n In c. in pœn. de re. iur. lib. 5.



triplicis generis simoniacos punit, scilicet in ordine, dignitate, & beneficio; & primos non punit, nisi conuictos: ergo non videtur punire alios, nisi etiam fuerint conuicti.

4 Quia clausula posita in vna parte dispositionis, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, censetur referri ad omnia contenta in illa, modo eadem ratio referendi sit in omnibus, vt pulchre Decius post alios ibi resoluit, & in predictis tribus cap. eadem ratio inuenitur. sic enim habet contextus: *Quicumque igitur desestabile crimen simoniaca prauitatis commissa conuictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates ecclesiasticas simoniace acquisierit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascumque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium ecclesiasticum simoniace adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem, teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad ea, & quacumque alia beneficia ecclesiastica obtinenda.*

Non obstat illa verba, eo ipso, ter repetita in dicta clausula. Tum quia certum est primæ pænæ non esse locum ante conuictionem; & tamē in illa parte, in qua illa ponitur, sunt posita illa verba. Tū quia referri videatur ad priuationē iuris, quod videbatur quæri, & ad annulationem actus simoniaci, & adeptionis beneficij; & non ad inhabilitatem quo ad illa & alia.

5 Partim quod non est eadem ratio referendi, cum iure antiquo adeptio simoniaca esset ipso iure nulla per extrauagantem: inhabilitas autem ad alia sit contra illud. Partim quod alioquin verba illa, si conuictus fuerit, esset frustratoria; cum etiā, vt predictū est, in impositione primæ pænæ ponantur illa verba, eo ipso. Partim denique quod ponitur post illa verba, si conuictus fuerit. & ita ad verificationē eorum prærequiritur conuictio. Tum denique quod meo iudicio à paucis est prædicta cōstitutio quo ad hūc effectum vsu recepta, licet à plurimis circa beneficia simonia committatur: & lex, qua parte non est vsu recepta, non ligat, quod post alios vtiliter applicauimus ad quamdam legem partim receptam, partim non, in Man. confell. 4 Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Extrauagans Pij V. contra simoniacos lata inhabilitans simoniace acquirentes beneficia, & dignitates, non ligat acquirentes pensionem, nec etiam eos quibus ignorantibus facta perij simoniace est aliquid acquisitum.

CONSILIVM XCIII.

PARMENSIS per procuratorem renunciauit canonicatui in fauorem alicuius reseruata pensione 150. scutorū; & cum tractaretur de transferenda in eum pensione 100. ducatorum pro extinctione pensionis totidē, scripsit procuratoribus vt illa translatio fieret cum scientia & beneplacito Papæ, & quod omnia expedirentur canonicè: qui scripserunt ad eum omnia esse rectè peracta, & post aliquot annos rescituit scientiā Papæ nō interuenisse in translatione pensionis; & postea fuit absolutus à Papa cum retentione pensionis translata. Queritur quid iuris.

1 Ad præfaram quæstionem respondeo primo, quod D. consulens non fuit factus inhabilis ad vlla beneficia. Secundo, quod consequenter non indiguit vlla facultate retinēdi ea, quæ post præfata translationē acquisiuit. Tū quia per præfata renunciationem & translationē non quæsiuit vllam dignitatem, nec vllum beneficiū, sed solum pensionem translata, quam constat nō esse beneficiū, neque dignitatem: & extrauagans Pij V. inhabilitas ad beneficia solum loquitur de illo qui per simoniā quæsiuit dignitatem, vel beneficiū. Tum quia præfatus D. consulens non peccauit, & ideo nō meretur pœnam. Tū quod illa translatio fieri potuit secundū opinionem Caietani. Tum denique quod, si qua simonia interuenit in præfata translatione, non interuenit sciente & cōsentiente ipso, sed alio tertio: & præfata extrauagans loquitur de illo qui per se, vel per aliū cum suo consensu admittit simoniā, & de simonia quæ committitur à tertio, nesciente, nec cōsentiente principali. Tū per alia, quæ adduci possent, sed nō sūt necessaria.

S V M M A R I V M.

1 Ignorantia probabilis excusat à censuris & pœnis, quas beneficiarius incurreret: qualis est illius, qui sciens quada circa sua beneficia per eum fratrem iurisperitum, quem illicita tracta-

turum non credebat, tractari, non curauit diligens de bonitate dictarum actionum inquirere.

CONSILIVM XCIV.

ADOLESCENS 20. annorum sciuit tractari quædam inter fratrem suum & aliū super beneficijs suis alijs conferendis, & super beneficijs illorum ei conferendis, vel pensionibus super eis sibi constituendis saluo beneplacito Papæ; nesciebat tamē modum tractatus qualis esset, putabat tamen licitū esse: frater suus erat natu maior & iurisperitus, quem nō putabat aliquē tractatū illicitum facturum, & si sciuillet, nullatenus consensisset: attamen verè corā Deo saltem aliqua pars tractatus fuit simoniaca.

Queritur, an ignorantia præfata excusetur consulentem à censura excommunicationis contra simoniacos ipso iure lata saltem quo ad forum conscientiar.

1 Respondeo, quod sic, per ea quæ tradimus in Man. confell. & nuper in cap. sciendum. in quibus locis tractamus de exculatione per ignorantiam, in quod faciunt etiam illa quæ tractamus in cap. si quis non dicam dum tractamus qua ratione conatus non consequitur effectum & ignorantia excusat à pœna ordinata, & ab excommunicatione & irregularitate.

S V M M A R I V M.

1 Simoniaca qualibet beneficialis dispositio facta ignorantī, siue ad fauorem illius, secundum aliquos est ipso iure nulla, at secundum mentem auctoris tenet, nu. 2. & 3. licet veniat cassanda, sem reprobanda, nu. 5. vnde nec fructus bona fide perceptos restitui, nu. 4. putat tamen D. Tho. extates restituendos, nu. 5. satisfaci que sua conscientia, si simulac scit vitium, libere, prout tenetur, renunciet, nu. 3.

1 Verbum, penitus significat nullitatem ipso iure, & per illud tollitur Episcopo facultas dispensandi contra illud, nu. 5.

4 Pœnam cum non mereatur qui non deliquit, ideo collatio simoniace facta ignorantī immuni à peccato non debet subici pœna nullitatis indulta in pœnam peccati simonia.

CONSILIVM XCV.

AN COLLATIO, presentatio, vel electio facta per simoniā eam ignorantī sit ipso iure nulla? Pannonitanus tenet quod sic. Pro quo facit primo can. nobis quatenus habet huiusmodi simoniam esse penitus reprobādam; cum verbum, penitus, significet nullitatem ipso iure, per glossam singularem, commendatam à Corseto. 2 Secundo, quod S. Thomas affirmat huiusmodi ignorantem nō solum teneri ad relinquendum beneficium, cum primum scierit simoniacè sibi fuisse collatum, sed etiam ad restituendos fructus.

Tertio, quod iure diuino gratis accepta debent gratis dari, iuxta euangelium relatum in ca. gratis, & ideo spiritualia, quæ constat gratis dari, sunt inestimabilia, & inuendibilia, secundum communem omnium mētem, quod alijs clarius expressimus in comment. extrauag. ab ipso Gregorij XIII.

Quarto, quod idē tenet Cassador. in quæ refert Gomez quibus non citatis idem tenet Couarruias auctoritate S. Thomæ.

Pro contraria tamen parte facit primo, quod huiusmodi recipiens beneficium per simoniam à se ignoratam non dicitur excommunicatus, nec vere simoniacus. P

3 Secundo, quod nullo textu exprimitur collationem factam per huiusmodi simoniam esse ipso iure nullam, sed reprobādam: nam præfatum cap. pen. quod cum primis ad hoc citatur, non habet electionem sic factam esse nullam, sed reprobādam, nec collationem esse nullam, sed eum cui facta est teneri ad renunciandum: per quod significatur eundem habere aliquod ius, cum priuatio præsupponat habitum.

Tertio, quod ca. ex insinuatione, significat huiusmodi simoniacum satisfacere suę conscientię renūciando liberè beneficium per simoniam alterius ignoranter acceptum.

Quarto, quod cap. de regularibus, habet, vt huiusmodi simoniacus cogatur renunciare, nihil alio addito, signando collationem valuisse, eo quod requiritur renuntiationem, & quod non est necessaria fructuum perceptorum restitutio, cum nihil de hoc disponatur.

4 Quinto, quod secundū communem mentem omnium pœna, qua collatio beneficii simoniaca decernitur nulla,

a Ca. secundo requiritur de appellat.

b 2. de simon.

c 5. leges. 4. dist. 6. gloss. recept. cap. 1. de transg. & pac. d. Cap. 23. nu. 8.

A

B

C

D

E

F

a Cap. 23. nu. 45. & melius in cap. 27. nu. 172. b à nu. 2. de pœnit. dist. 2. c D. pœnit. dist. 1. nu. 6. & 14.

d In c. penul. de elect. col. 1. c De simon. f In l. si quis aduocatorū. C. de postuland. g In sing. suis, verbo, penitus. h 2. 2. q. 300. art. 6. ad 3. i Mat. 10. k 1. q. 1. l Not. 3. nu. 4. m In decis. 3. de iure. poss. n In regula de triennali poss. quæst. 10. o In reg. pœnit. de re. iur. lib. 6. 8. à 2. 7. 2. par. p Ca. de simoniace, extra de simonia. q De elect.

t Ca. ad dissolendum. de deponsim. pub. l. decem. ff. de verb. oblig. s De simon. t De simon.

& inua

& inualida est inducta in odium peccati simoniae: & qui recipit beneficium ignorans alium commisisse simoniam, qua conferretur ei, nullum crimen admittit: ergo nec vlla poena debet puniri, & consequenter videtur sufficere, quod teneatur illud renunciare: immo quoadatenus videtur nimium, eo quod iubetur relinquere quod sibi quaesitum est per dationem eius, qui poterat illud dare idoneo, qualis est ipse, per illa omnia, quae citantur à Gratiano, & praesertim in capit. cum itaque, vbi refertur illud Ezechielis, Anima qua peccauerit, ipsa morietur.

Sexto, quod nulla poena censetur ipso iure imposita, nisi iure id caueatur, iuxta glossam singularem & communiter receptam, & at nullo iure exprimitur, quod huiusmodi collatio sit ipso iure nulla, nec vt ipse beneficiarius restituat fructus bona fide perceptos: ergo nec id est dicendum.

Per quae pars haec videtur verior. Et pro argumentorum solutione dicimus primo, quod praefatum cap. nobis, non ait electionem esse nullam, sed reprobendam: quod signat eam esse validam, cum non possit reprobari quod nihil est, & quod verbum penitus refertur ad sablationem potestatis dispensandi pro illa vice, vt habet d. cap. pen. quam habet Episcopus in collatione simplicis beneficii, vt ibidem habet, & non ad nullitatem electionis.

Secundo, quod Panormitanus quasi obiter dicit huiusmodi collationem esse nullam, nullo alio fundamento citato: Cassiodorus autem, & Gomez, adhuc magis obiter. & quod Couarruuias affirmat frequentiore sententia habere, quod huiusmodi collatio valet in foro exteriori, donec à iudice rescindatur; quin etiam significat maluisse contrariam opinionem tenere, nisi verba S. Thomae sibi obstitissent, quae tamen profecto non obstant, immo iuuant, vt mox dicetur.

Tertio, quod auctoritas S. Thomae non obstat, immo facit pro hac parte: nam quatenus loquitur de restitutione fructuum faciendae à recipiente beneficium per simoniam ab alio commissam, loquitur de recipiente, qui scit, & consensit, non autem de contradicente, immo expresse dicit contradicentem non teneri ad restitutionem beneficii, nec fructuum acceptorum: de recipiente autem ignorante ait eum teneri resignare beneficium, & restituere fructus extantes, non autem bona fide consumptos; quod nulla ratione defendi posset, si collatio esset omnino nulla: quia nulla ratione excusari potest à restitutione fructuum consumptorum, nisi illa simonica collatio, praesentatio, vel electio valeretur, donec inciperet scire illius nullitatem.

Quarto, quod licet regulariter gratis data gratis debeant dari, ad hoc vt iusta sit datio; tamen fallit, quando ignorantia iusta à peccato excusat, donec superueniat scientia in id necessaria.

S V M M A R I V M.

- 1 Resignari debet beneficium simoniace ignorantia collatum; & hoc non in manibus collatoris, si careat auctoritate destituendi, sed illius qui potest inuitum destituere. num. 2. collatio tamen non ad recipientem resignationem, sed ad ipsum pertinet collatorem. num. 3.
- 2 Beneficiorum permutatio fieri non potest auctoritate inferiorum collatorum Episcopo, sed requiritur auctoritas Episcopi.
- 3 Destituere, seu priuare beneficio etsi regulariter ipse possit, qui potest instituire, tamen hoc fallit, quando alicui ex particulari privilegio vel consuetudine facultas instituendi pertinet.
- 4 Rediens per nouam provisionem ad renunciatum canonicatum illum locum obtinet, quem obtineret, si de eo tamquam de vacante per mortem alterius fuisset provisus.
- 4 Restitutus ad gratiam reuocatum, ita intelligitur restitutus, vt non fiat praedictum iuri interim alteri quaesito.
- 4 Scandalum, seu incommodum illud non putatur, quod iuri consonum est, prouenitve ex eo quod ius in penam contra aliquod delictum statuit.
- 5 Episcopus dispensat, vt ignoranter simoniace provisus de beneficio simplici, qui illud legitime resignauit, denuo conferatur, & num. 6. & hoc etiam si institutio illius non spectet ad Episcopum, sed ad alium inferiorem. & num. 3.
- 6 Canonicatus, etiam si requirat personalem residentiam, est beneficium simplex, non duplex, nec dignitas, nec personatus.
- 7 Simoniace de beneficio ignoranter provisus, secundum omnes, fructus quos post scientiam percepit restituere tenetur: antea

a Cap. 2. de consuet. & l. Gracibus. C. ad l. iulian. de adul. b 1. q. 4. per totam. c In cap. de iure patron. d Ca. legatur. 24. q. 1. & 5. consideramus. de trien. & sem. collat. 3. e Cap. ad dispensandum. de dispens. in pub. cum c. in au à gloss. in verb. accusa.

f Vbi supra.

antem bona fide perceptos, si extant, tenetur restituere, secundum illos, qui tenent collationem ipso iure nullam; at secundum opinionem tenentium collationem tenere, quos auctor sequitur, secus. 15.

- 8 Simoniace, qui scienter per se vel alium fuit simoniace de beneficio provisus, licet illud iterum habere non possit, non tamen efficitur irregularis, seu inhabilis, quo minus alia obtinere possit.
- 9 Mora in soluendo, & obligatio ad soluendum vno & eodem momento oriri non potest.
- 10 Ordines qui contra prohibitionem sub poena excommunicationis lata sententia factam assumis, ex ipsa assumptione incurris nedum excommunicationem, sed etiam irregularitatem procedentem ex dicta ordinatione sic prohibita.
- 10 Irregularitatem & excommunicationem vno & eodem momento per vnum & eundem actum incurrere qui potest, vt contingit in suscipiente scienter ordines simoniace.
- 11 Simoniace in ordine est suspensus, excommunicatus, & irregularis, in beneficio vero est solum excommunicatus.
- 12 Retractare à se male facta potest regulariter prelatum, fallat licet in aliquibus.
- 12 Episcopus iuste absoluit, & dispensat super dicto occulto, & irregularitate exinde proueniente, etiam si ipsum delictum sit ipso sciente, vel consentiente, vel mandante perpetratum, & num. 13.
- 13 Iurisdictionis non contentiosa, qua in inuitum & citatum exercetur, sed voluntaria est absolutio, & dispensatio, qua fit in foro conscientiae, potestque exerceri cum suis complicibus. Confessarius item absoluit eam, cum qua peccauit.
- 14 Dispensatus ab Episcopo super irregularitate ex delicto occulto contracta potest in susceptis ministrare ordinibus, & ascendere; ac beneficia, si ipsi alias legitime conferantur, recipere: non tamen nulliter obtenta in ipsa irregularitate potest retinere, at quo ad legitime ante ipsam irregularitatem obtenta potest, quia illa non perdidit.
- 15 Fructus, quos aliquis ex beneficio sibi ignoranter simoniace collato durante ignorantia percepit, non restituit; secus de post scientiam, antequam illud iterum sibi conferatur, receptus; perceptos autem ex beneficio in irregularitate, & sic nulliter obtento, nisi sibi iusta suffragetur dispensatio, restituit; at quos irregularis percepit ex beneficio sibi antea legitime collato, iuste retinet, nec eget dispensatione.

CONSILIVM XC VII.

SI questionibus propositis pro earum dignitate & difficultate respondendum esset, iusto profecto libro magna cura & studio elaborato esset opus: at quando sola tumultuaria responsio praecipitur, quam paucissimis potero respondebo.

1 AD PRIMAM quidem primo, quod certum est, cum, qui obtinuit beneficium per simoniam ab alio se ignorante admissam, teneri ad renunciandum illud, & tactum est in alio consilio. Vide consil. 95. num. 3.

Secundo, quod est dubitatio, an sufficiat renunciare in manibus collatoris tantum, an oporteat renunciare in manibus Episcopi. Et quidquid glossa censet; verius videtur, quod omnis renunciatio beneficii faciendae est in manibus superioris, & non qualis qualis, sed talis, qui possit renunciantem iusta de causa inuitum destituere, secundum Innocentium, quod per Cardinalem Bonifacium & alios, probatur communiter, & glossam Bernardi, vbi idem tenet Panormitanus.

2 Sicut & permutatio beneficii debet fieri auctoritate Episcopi, iuxta glossam celebrem penultimam, & non sufficit auctoritas inferiorum collatorum secundum Hostiensium receptum, & ita videtur intelligendum id, quod Rebuffus, obscure dixit.

Tertio, quod ex his duobus sequitur eiusmodi beneficiarium, qui ob simoniam se ignorate admissam tenetur renunciare beneficium, debere illud renunciare in manibus eius, qui potest cum iusta de causa inuitum destituere, & consequenter in manibus Episcopi, vel Archiepiscopi, si est eius superior immediatus: & quod non sufficit renunciare in manibus collatoris inferioris, qui huiusmodi potestate careat, nisi approbetur à superiori.

3 Quarto, quod superior in cuius manibus huiusmodi renunciatio legitime fieret, non potest beneficium renunciatum denuo conferre renuncianti, si eius collatio non pertineret

a Cap. de regularib. ca. ex insinuatione de simonia, c. ex multitudine. q. 3. b Verb. mani. dem. 1. de renunc. c Cap. admo. net. & c. quod in dubio, de renunciat. d In d. c. quod in dubio. e Super dicta glo. verb. manibus. in fin. de renunc. f In cap. cum ex inuicito. de heretic. g Sub finem, & in cap. ex insinuatione. de simon. & in repet. ca. si qui contra. n. 53. de foro eb. h Cle. 1. de verum. permitt. i In iur. de renun. 5. quis potest. k In praxi beneficii. 2. par. tit. de resign. nu. 11.



ad eum; sed collatio fiet ab eo, ad quem illa aliàs pertinet: quia licet regulariter, iure communi solo attento, ad quem pertinet potestas destituendi, pertineat potestas instituendi, & contra iuxta cap. cum ex inuncta. cum glossa communiter recepta, secus tamen est cum institutio iure particulari privilegii, fundationis, præscriptionis, vel consuetudinis pertinet ad alium, quàm ad destituere potentem, ut ibi & alibi sæpe communiter resolutur.

4 AD SECVNDAM, scilicet an qui canonicatum sic simoniace assequutum renunciat in manibus superioris, & deinde de eodem prouidetur, debeat habere vltimū locum, & omnia alia facere, ac si de illo aliàs non fuisset prouisus?

Respondeo affirmatiuè. Primo quidem, quod beneficium per renunciationem legitimā eius perinde vacat, ac per mortem, & eadem ratione idem iudicandum est regulariter de prouiso per renunciationem, ac de prouiso per mortem: sed prouisus per mortem, siue obitum, debet de nouo recipi, de nouo in possessionem mitti, de nouo facere residentiam, & sedere in vltimo loco: ergo & prouisus per renunciationem idem debet facere.

Secundo, quod in cap. quoniam, probatur, quod monialis cieceta ob simoniam, si recipiatur in eodem monasterio, eo quod in alio non est ei locus, debet recipi ad locum vltimum, & non ad eum, quem ante habebat.

Tertio facit optime cap. quamuis, quatenus restitutus ad gratiam expectatiuam antea reuocaram intelligendus est restitutus sine præiudicio illorum, qui post reuocationem suæ gratiæ, ante restitutionem ad eam, impetrauerat alias gratias.

Quarto, quod est casus formalis in dict. ca. ex insinuatione, ubi quidam canonicus propter simoniam se ignorante commissam renunciat suo canonicatu, & præbendæ, & decreuit ire ad bellum sacrum; sed quia postea fuit receptus ad suum canonicatum, voluit redire ad suum primum locum: super quo Clemens III. adirus respondet debere ipsum postremo loco esse contentū. Non obstant inconuenientia, quæ timentur consequutura. Tum quia potest obuiari eis tacendo causam, cur fiat renunciatio. Tum quia possunt etiam euitari renunciando, & nolendo ad renunciata postea redire. Tum denique, quod sunt inconuenientia iuri consona, & prodeuntia ex his quæ iura in odium simoniæ à tertio commissæ præstiterunt: & facta secundum leges humanas, quæ naturali & diuinæ non repugnant, pro rebus conuenientibus habentur.

5 AD TERTIAM respondeo, posse Episcopum dispensare cum prædicto ignoranter simoniacè prouiso de dicto canonicatu, ut idem post illius renunciationem à se legitimè factam, denuo ei conferatur. Tum quia Episcopus potest dispensare, ut beneficium simplex post renunciationem legitimam ei denuo conferatur, beneficium scilicet quæ situm per simoniam ignoranter commissam.

6 Casus est omni exceptione maior in cap. penultim. ubi glossa communiter recepta hoc tenet, & canonicatus est beneficium simplex secundum communem, quæ probatur in cap. statutum. ubi dignitas, & canonicatus pro diuersis accipiuntur, licet quo ad illum casum exæquentur; unde colligit ibi Philippus Francus canonicatum nec dignitatem esse, nec personatum; & idem dixit Felinus, & secundum omnes canonicatus non cõprehenditur sub beneficijs duplicibus contentis in ca. de multa. & in extrauag. execrabili. Nec obstat, quod canonicatus videtur secundum aliquos residentiam personalem requirere: quia hoc nõ sufficit ad hoc, ut beneficium definat esse simplex; quandoquidem iure communi omnia beneficia requirunt residentiam personalem, ut est in cap. fin. & ibi Innocentius & alij, etiam si sint minima. Tum quia videtur casus in specie in d. cap. ex insinuatione, quatenus agens de canonicatu & præbenda per eiusmodi simoniā quæ sitis, præsupponit posse illos iterum quæri renunciati cum dispensatione inferioris Papa, quod satis etiam adnotauit Panormitanus & tradit latè post alios idem Panormitanus, & tamen iure communi plurima sunt beneficia simplicia.

7 AD QVARTAM respondeo primo, quod magnæ quæstionis est, an assequutus beneficium per simoniā ab alio se ignorante admissam teneatur restituere fructus, saltem extantes, quos percepit antequam haberet notitiam simoniæ: quia, qui tenent collationem per huiusmodi simoniā factam ipso iure nullam, videntur consequenter tenere partem affirmatiuam; qui verò tenent collationem ipso iure valere, & id

a De heret.

b Cap. quam periculosum. 7. q. 1. Et cap. susceptum. in cuius adnot. de rescript. lib. 6.

c De simon.

d De rescript. lib. 6.

e Ca. qui per cat. 23. q. 4. t. quo iure. 8. d. Et c. ff. de cõ. iur. iud.

f De elec.

g De rescript. lib. 6.

h In ca. passio ralis. in princ. de off. deleg. i De præb. k Ioan. xxij.

l De cler. non resid. m Ca. cõque. rante. eod. tit.

n Num. 4. o In cap. ex. tirpanda. §. qui vero. nu. 3. in repetitio. ne de præb.

esse causam, quare necessaria est renunciatio, ut à peccato se liberet, consequenter videtur tenere partem negatiuā, quam nos semper tenuimus per multa, quæ supra, relata sunt, quæ hic non oportet referre. Secundo, quod nemo dubitat de necessitate restituendi fructus perceptos post habitam de simonia notitiam: & merito. Tum quia, ut dixi, qui tenent collationem esse ipso iure nullam, debent dicere teneri eum ad restituendos etiam fructus, saltem extantes, perceptos ante notitiam simoniæ, ut videret sensisse D. Thomas. Tum quia, cum etiam secundum omnes, qui tenent collationem talem ipso iure valere, beneficiarius teneatur illico post notitiam simoniæ renunciatio, iuxta responsa ad primam quæstionem, & peccat male tenendo beneficium, licet habeat ius in eo: & ita non debet reportare ex illa retentione commodum, & si nõ teneretur restituere fructus post notitiam simoniæ ante renunciatioem perceptos, reportaret magnum commodum ex suo peccato, ut palam est: & ita hoc tenuimus in Manua. Tum quia alioqui præberetur occasio magna delinquendi retinente tale beneficium, quod iura iubent illico renunciari, contra c. ex parte. & l. conueniri. Non obstat, quod graue sit restituere huiusmodi fructus: quia omnis restitutio videtur grauis ei, qui restituere debet; sed stat firma regula, quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur abiatū, si restitui potest. 8 AD QVINTAM, scilicet, an simoniacus in beneficio sit ad illud, & quæcumque alia obtinenda inhabilis?

Respondeo primo, quod illa referenda erat ad Congregationem Illustrissimorum Cardinalium ad interpretandū dubia Concilij Tridentini deputatorum. Pro cuius tamen parte affirmatiua facit primò, quod simonia non solum est crimen, quod meretur depositionem, sed inducit ipso iure suspensionem, ut per locum à fortiori probat cap. accusatum. & simoniam admittens in ordine vel beneficio est excommunicatus per extrauagantem 2. Secundo, quod simoniacus in vno beneficio non potest habere illud, neque aliud, si per se committit simoniam, vel per alium se volente, ut visum est aliquibus resoluere Panor. Pars vero negatiua est tenenda. Tum quia nulla pœna est dicenda ipso iure incurri, nisi sit lex, quæ ipsam ipso iure infligat, ut habet glossa solemniter & recepta. Tum quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus expressis à iure, & nullibi exprimitur fieri quem irregularem ipso iure ob crimen simoniæ in beneficio commissum. De hac quæstione vide consil. 91. Et 92 supra eod. ubi affirmatiua illa resoluuntur.

9 AD SEXTAM, quæ in præcedenti præsupponitur, scilicet an ordinatus scienter per simoniam fiat irregularis? Respondeo, quod pro eius parte negatiua facit primò, quod simoniacus in beneficio non est irregularis, ut supra dictum est. Deinde, quod nulla ratione, nec iure alio potest dici irregularis, quàm quia existens excommunicatus, vel suspensus suscepit ordinem. sed hoc non videtur posse dici: quia sicut vno & eodem momento non potest quis incipere obligari ad soluendum, & esse in mora soluendi, ut est doctrina Bartholi recepta, & tradit post alios Decius, ita videtur, quod fieri non possit, ut quis vno eodemque momento per eundem actum assumptionis ordinum incurrat excommunicationem, & fiat irregularis.

Secundo, quia licet communicans excommunicato in crimine, propter quod est excommunicatus, incurrat excommunicationem eandem, nõ tamen incurrit illam, nisi communicet post incurram excommunicationem. & ita clericus, qui habet rem cum muliere, quæ antea non habuit rem cum clerico, non est excommunicatus, licet illa mulier per illum actum incurteret excommunicationem laram contra mulieres habentes rem cum clericis: quia non habuit rem cū illa, postquam fuit excommunicata, ut resolutur in dict. Manua. Sed tenenda est pars affirmatiua per cap. 1. Tum quia probat, quod qui furrim sine licetia & approbatione Episcopi, vel examinatoris, suscipit ordinem, si præmissæ erat excommunicatio lare sententiæ contra sic accipientes ordinem, est irregularis, ut expressè adnotauit Panormitanus, & ante illum Cardinalis, & ante illos glossa quæ non citatur ab eis, ergo eodem modo assumens ordinem per simoniam erit irregularis, cum sub pœna excommunicationis & suspensionis lare sententiæ sit prohibita illa ordinatio per extrauagantem 2. Tum quia probat, quod vno & eodem momento per vnum & eundem actum potest quis fieri excommunicatus, & irre-

gularis

a Ex. conf. 95.

b 2. 2. q. 100. art. 6. ad 3.

c Arg. l. itaq. fullo. de furt. Et c. Sedes A. postolica. de rescript. d Cap. 25. à n. 12. e De consue. ff. de pass. dotal.

g Ca. si res a. lina. 14. q. 6.

h Cap. tanta. de simon. i De simon.

k De simon.

l In ca. de simoniace. de simon. num. 7.

m Ca. si de iur. rescriptum. n Cap. 16. qui de sent. exco. munic. lib. 6.

o In l. itaq. stipularum. nu. 50 de ver. oblig. p Conf. 2. num. 5.

q Cap. si com. cubina. de 12. excommunic.

r Cap. 27. nu. 33. Et 112.

s De eo qui furt. ordin. iur.

t Ibi num. 4. u Num. 1. n In cap. ult. eodem tit.

y De simon.

ca. 9. de oblig. ff. de procurat. l. 1. de ad. l. 1. quod dicitur. ff. de iur. iudic. d. De eo qui fact. ord. iust. c. Cap. 27. m. 111. c. 24. de refer. cap. 6. De fil. pres. De cleri. c. ing. l. Cas. ff. 4. De reb. eccl. c. l. 1. cap. 6. m. ff. de iuris. iudic. l. in ca. om. nes. 3. qu. 1. o. Dig. de offi. procu. p. in dic. l. qui iuris. iudic. 9. cap. 6. l. Leg. qui re. s. ord. ff. de solut. c. ferru. 10. diff. d. De cle. exco. min. l. in c. cum vo. Avia. de canes. prob.

gularis ob excommunicati actionem; sicut eodem tempore, & per eundem actum contractus, & obligatio ex eo nascitur, & actio quæ ex obligatione nascitur, iuxta l. licet. 2 & notata in §. 1. b.

Nec obstant in contrarium citata, quæ scio mouisse in contrarium partem virum quendam eruditissimum. Responderi enim potest ad primum, quod diuersa est ratio inter obligationem soluendi, & moram in soluendo ex vna parte, & inter excommunicationem, & irregularitatem, quæ nascitur ex excommunicatione, ex altera; quia mora nõ nascitur inmediate ex obligatione, irregularitas autem sic ex ordinatione prohibita sub excommunicatione lata sententiæ, vt prædictum est.

Ad secundum, quod non est etiam eadem ratio de excommunicatione, quæ incurritur communicando cum excommunicato in peccato, ob quod est excommunicatus, & in nostro casu: quia in illo requiritur, quod prius tempore sit excommunicatus is, cui communicatur; in nostro autem non requiritur illud, vt probat d. cap. 1. d.

AD SEPTIMAM, an sit idem dicendum de simoniaco in ordine, & de simoniaco in beneficio?

Respondeo, quod non: quia simoniacus in ordine est irregularis, vt in præcedenti questione concludimus; simoniacus autem in beneficio non, vt in 3. questione conclusum fuit. Item simoniacus in ordine non solum est excommunicatus, vt supra in responsione ad primam questionem insinuatum est, & traditur latius in dicto Manu. 6 sed etiam suspensus; simoniacus autem in beneficio solum excommunicatus.

AD OCTAVAM, an quo ad effectum vt Episcopus possit ex facultate Concilij Tridentini, dispensare cum simoniaco, sit differentia, quod simonia sit commissã sciente Episcopo, an ignorante?

Pro parte affirmatiua faciunt cap. veniens. 8 & cap. diuersis fallacijs. b quatenus probant, quod Episcopus conferens beneficium scienter coniugato, vel filio eius, qui illud antea inmediate obtinuit, non potest auferre illud ei; sed sic, si ignoranter id fecit.

Sed contrarium videtur tenendum. Tum quia contextus prædicti Concilij Tridentini non distinguit inter Episcopum, quo scienter crimen admissum est, & inter alium. Tum quia, licet in aliquot casibus speciale sit quod superior nequeat retractare aliqua mala se consentiente facta; tamen regulariter id potest, iuxta ca. si quis presbyterorum. c. i. adnotatis. k Tum quia nullibi efficaciter probatur, quod d. Concilium generaliter loquens debeat restringi ad Episcopum, quo ignoranter factum fuit delictum, vnde irregularitas descendit.

Tum quia potestas absoluendi, vel cognoscendi de aliquo delicto aduersus alium non tollitur superiori, eo quod eo officio sit factum; immo neque si eo consentiente esset perpetratum, si non agitur contra ipsum, argu. l. qui iurisdictioni præst. cum ei late adnotatis, m vnde & absolutio, qua presbyter suam concubinam absoluit, valet, secundum Arelidiano num. n communiter receptum per quã, & l. si consul. o & alias l. concludit post alios Iason, p non esse locum prædictæ legi in iurisdictione voluaria, de qua videtur in nostro casu tractari.

Quare videtur concludendum, quod Episcopus potest dispensare auctoritate prædicti Cõc. 9 in irregularitate descendente ex delicto occulto, & ipso sciente facto, immo etiam si de consensu vel mandato eius esset perpetratum: quia in absoluendo perpetrantem nõ exercet iurisdictionem in se, nec iurisdictionem contentiosam, quæ reddatur in iniuriam, & citatum.

AD NONAM, scilicet, quid operetur prædicta dispensatio Episcopi?

Responderetur, quod operatur sublationem irregularitatis; ita quod illa nihil nocebit ei post dictam dispensationem; & consequenter, quod post eam, si nihil aliud obstat, poterit in ordine ministrare, & ad superiores ascendere, & beneficia postea canonicè collata retinere: quia res extincta nihilo peratur. r

AD DECIMAM, an prædicta dispensatio operetur facultatem iuste retinendi beneficia sibi collata ante dispensationem post irregularitatem contractam.

Respondeo primo, quod sola dispensatio sine noua collatione non facit facultatem retinendi collata post irregularitatem contractam, & ante dictam dispensationem factam: quia illorum collatio fuit nulla, arg. cap. si celebrat. s & tradit Innocentius receptus. t Et quod ab initio est nullum, tractu temporis non conualefcit, non superueniente causa saltem con-

ualefcente. a Secundo, quod prædicta dispensatio non facit propriè facultatem retinendi beneficia collata ante irregularitatem contractam, nec dispensatus indiget illa; quia illa iuste retineri possunt, donec per sententiam præuenitur eis, absque eo quod semper eorum retentione dispensetur: quæ sententia est Innocentij, b recepta per omnes ibi, & per Felinum, c & alios alibi: quia irregularitas superueniens non annihilat collationem legitimam præcedentem, nec ius quæsitum per eam, licet superuenientes collationes omnino inualident, vt prædictum est.

AD VLTIMAM, videlicet, an fructus ex beneficio perceptos ante dispensationem teneatur restituere?

Respondeo, quod aut quæstio intelligitur de fructibus perceptis ex beneficio quæsitto per simoniam ignoratè contractam, antequam haberet de simonia notitiam: aut intelligitur de fructibus quæsitis post illam habitam, & ante renunciationem eius, vel etiam postea, sed ante dispensationem, & collationem nouam eiusdem beneficii renunciatam: aut intelligitur de perceptis post dispensationem, & collationem nouam. Et est dicendum, quod primos non tenetur restituere, per responsionem datam supra ad quartam; secundos verò sic, per responsionem datam ad eandem quartam questionem; tertios verò non quia ex titulo canonicos eos percepit, aut intelligitur quæstio de fructibus perceptis ex beneficijs post irregularitatem contractam & ante dispensationem super eam obtentam quæsitis; & dico eum teneri ad restituendos illos, per responsum ad decimam, aut intelligitur de fructibus perceptis ex beneficijs collatis ante irregularitatem contractam; & non tenetur ad restitutionem eorum, siue obtineat dispensationem, siue non per responsum ad eandem questionem decimam. Salua in omnibus saniori sententia.

SUMMARIUM.

- 1 Mediator simonia non ideo minus est simoniacus, quod ex simonia, cuius ipse fuit mediator, nihil utilitatis percepit, & ideo nõ effugit excommunicationem, modo simonia fuerit commissã in ordine, vel beneficio, & completa, non aliter.
- 2 Mediator simonia complete in ordine vel beneficio, ideo incurrit excommunicationem, quia extrauagans 2. de simonia dictam pœnam contra tales simoniacos latam ad mediatores extendit. vnde si ex ea nihil ultra mercedem laboris recepit, non incurrit pœnas extrauag. cum primum. Pij V. nec aliorum iurium simoniacos punientium, de mediatoribus nihil exprimentium. num. 3.

CONSILIVM XCVIII.

QUIS dicatur simoniae mediator, & quæ pœnæ contra huiusmodi constitutæ sunt.

1 Responderetur primo, quod ad hoc, vt quis dicatur mediator simoniae, non requiritur quod ipse ob eam aliquid percipiat, sed satis est, vt mediator fuerit, vt illa fiat, vt probat extrauagans 2. d

Secundo, quod si simonia non est realis, vel non est commissã super ordine, vel beneficio, mediator non incidit in excommunicationem extrauagantis prædictæ; quoniam nec ipsi principales incidunt in eam, per ea quæ nos diximus in Manual. e si autem est realis, & commissã in ordine, vel beneficio, sic, per dicta ibidem. f

2 Tertio, quod per illam extrauagantis mediator non incidit in aliam pœnam; quàm excommunicationis, nec in presentia videtur in alias pœnas statutas ante illam extrauagantem contra committentes simoniam, nisi exprimerent mediatorem. Tum quia illi canones sunt pœnales, & non videntur extendi extra suum casum, siue terminos suos, qui sunt de committentibus simoniam, & simoniaco, quales non videntur propriè consentientes tantum, & consulentes, per glossam singularem, g & ea quæ nos scripsimus in d. Manual. h Tum quia extrauagans prædicta extendens illam ad mediatorem, significat, canones, qui expressè non puniunt mediatores, non extendi ad eos. i

3 Quarto, an autem incidat in pœnas extrauagantis cum primum. Pij V. pendet ab illa quæstione, an illa extrauagans liget in foro conscientie quo ad pœnas, quas induxit nouas: & aliquando visum est nobis quod non; nunc autem credimus, etiam si haberet locum in foro conscientie, non tamen includere mediatorem, qui ultra suum laborem nihil percepit, per fundamenta superius insinuatã: & ita non indiget

a Reg. non firmatur. de re. iuris. l. o. cum si concord. b In d. e. cum nostris. c In ca. inquisitionis. de accusat. d De simoni. e Inc. 23. num. 102. f Num. 105. g Cle. 1. de cõiang. & affin. h Cap. 27. n. 51. i Arg. c. presentis. l. 6. loca de prob. li. 6.

dispensatione quo ad obtenta, nec obtinenda; quia secundum propriam verborum significationem non loquitur de tali.

S V M M A R I V M.

- 1 Mediator simonia restituere tenetur fructus beneficii ex causa sua mediationis male perceptos.
- 3 Simoniace ignoranter bona fide prouisus iustum quidem titulum non acquirit, num. 11. unde & beneficium dimittere tenetur, nu. 6. fructus tamen si sint industriales, quales ut plurimum sunt fructus beneficiorum, nu. 8. etiam extantes, vel ex quibus fuit factus locupletior, suos facit, naturales autem illos solum restituit, qui extant, vel ex quibus fuit factus locupletior, num. 12. & 13.
- 4 Alienam rem tenens illam cum fructibus tenetur restituere, si sit male fidei possessor: quod si sit bona fidei, industriales, etiam si extant, vel sit ex eia factus locupletior, non restituit, nec alios si non extant, nec sit factus locupletior nu. 12. 13.
- 5 Possessor bona fidei licet fructus suos faciat, num. 7. extantes tamen, & in quibus factus est locupletior restituit, nisi sint industriales, quos non restituit, num. 12. & 13.
- 7 Fructus beneficiorum ut plurimum sunt industriales.
- 9 Fructus beneficii de iure, sed non de facto vacantis, cui bona fidei possessor seruiuit, non ecclesia, ne cum alterius iactura locupletetur, videtur restituendi, sed ei cui primo legitime confertur, num. 10.

CONSILIVM XCIX.

Q V A E S T I O proposita videtur querere, an mediator simoniae realiter teneatur restituere fructus beneficii quaeriti alteri per suam interuentionem siue mediationem; & an is cui quaeritur beneficium per simoniam mediatoris, quam ignorauit, teneatur restituere fructus, quos percepit ignorando illam.

- 1 Respondeo primo, meminisse me ante aliquot annos respondisse quod mediator simoniae tenetur quidem restituere fructus beneficii perceptos causa vel gratia suae mediationis: quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur male ablatum, & quaesitum, & quia recipiens alienum sine causa iusta tenetur conditione sine causa. ^b Vide conf. sequ.
- 2 Secundo, quod quaestionis magna videtur esse, an is, cui omnino ignoranti simoniam a mediatore commissam collatum est beneficium, teneatur restituere fructus durante illa ignorantia. Tum quia, licet quotidiana sit, neminem tamen memini illam pro eius dignitate tractare.
- 3 Et quod pro parte affirmante facit, quod titulus eius est simoniacus, siue per simoniam quaesitus, & ita inualidus, & non canonicus, sine quali beneficium obtineri non posse habet regula 1. Tum quia qui tenet rem alienam tenetur eam restituere cum fructibus ex ea perceptis. ^d
- 5 Tertio, quia etiam bonae fidei possessor, licet faciat fructus suos, tenetur tamen restituere illos, si extant, & si sunt consumpti, quatenus ditior factus est, ut ait Innocentius, & Bartholus, ^f & tenent Angelus Iason, & Decius. ^g
- 6 Pro parte autem negante facit primo, quod licet multi sint canones, qui probant eum de quo loquimur beneficiarium teneri ad renunciandum beneficium per alienam simoniam sibi quaesitum, ^h nullo tamen exprimitur debere restituere fructus perceptos, nec vllus classicus auctor id videtur dixisse.
- 7 Secundo, quod bonae fidei possessor facit fructus suos omnes, praesertim industriales, ⁱ & per glossam, Panormitanum & alios. ^k
- 8 Fructus beneficii ut plurimum sunt industriales, quia quaeruntur cultura, & opera beneficiarij, ut sentit Panormitanus, ^l ibi: *Episcopus lucratur ob culturam, & curam.*
- 9 Tertio, quod non apparet cui essent restituendi, esto quod restitui deberent, si nullum haberet aduersarium: quia nulla ratio persuadere videtur, ut restituantur Ecclesiae, cuius est beneficium; quandoquidem ipse beneficiarius ignorans simoniam officio suo & opera seruiuit ei; & ita ecclesia locupletaretur aliena iactura, contra regulam. *nemo locupletari.* ^m
- 10 Quarto, quod fructus beneficii vacantis de iure, non de facto, debentur ei, qui prius canonicè successerit, ut nos tradimus in tract. de spolijs, ⁿ per cap. cum vos. ^o & cap. quia sepe. ^p & consequenter si huiusmodi ignoranter per simoniam promotus, post renunciationem a se factam fuerit reprobatus, vel a sancta Sede Apostolica obtinuerit retentionem, illos fru-

a Cap. si res aliena. 14. q. 6.
b Leg. 1. ff. de condit. sine causa.
c Lib. 6.
d In tit. de off. sic. iud. §. 1. & l. ex diuerso. ff. de rei vend.
e In cap. literis. de restitutione spol.
f Non non citato in l. & ex diuerso. col. 2. ff. de rei vend.
g In l. si me & Titium. de re. cred.
h Ca. praesentiu. 1. qu. 5. & c. nobis. & c. ex insinuatione. & c. de simoniace. & a lijs multis de simon.
i Leg. bona. si dei. ff. de ac. quiren. reru. dom. & §. si quis a non domino. In tit. de reru. diuisio.
k In c. grauis. de rest. spol. a.
l In d. c. grauis num. 6.
m Lib. 6. & l. iure natura. ff. eod.
n Super c. non liceat Papa. 11. qu. 2. §. 12.
o De officio. ordin.
p De electio. eod. lib. & ca. praesentiu. eo. 11. lib. 6.

A ctus faciet suos, uti primus qui canonicè succedit.

- 11 Non obstant opposita: non primum: quia responderetur concedendo titulum eius esse inualidum, negando tamen quod bona fides non operetur acquisitionem fructuum bona fide perceptorum, per l. bona fidei. ^a
- 12 Ad secundum concedimus obligatum ad restituendam rem alienam teneri ad restituendum fructus, si mala fide percepit eos, vel si erant fructus naturales, & extantes, vel consumpti, ita ut ditior factus sit consumptione: nos autem loquimur de industrialibus cultura & opera beneficiarij quaesitis.
- 13 Ad tertium responderetur negando assumptum cum glossa, ^b & cum communi opinione antiquorum, a qua nec Bartholus in argumento citatus discedit firmiter, sed solum prout gratia collationis. & praedicta l. si me & Titium qua mouetur Innocentius & Bartholus vbi supra, & qui sequuntur eos, non probat conclusionem eorum: quoniam solum probat id procedere in mala fidei possessore: nihil aliud enim habet, quam quod si res alicuius, vel ei debita perueniat ad alium sine causa iusta retinendi eam, & id ipse sciat, debet illam reddere domino. Nos autem loquimur de bonae fidei possessore, qui retinet beneficium non suum credens bona fide habere iustam causam illud retinendi, & lucrandi fructus eius; & ita licet non quaerat sibi beneficium possidendo, quaerit tamen fructus, cultura & opera sua colendo illud, & ei inferuendo; quem intellectum praedicta l. si me & Titium. arbitror a nemine fuisse hactenus animaduersum.

S V M M A R I V M.

- 1 Mediatorem simonia non teneri restituere fructus ab alio perceptos cur male infert quidam doctor. num. 2.
- 2 Damni causam qui dat etiam immediate damnum non inferentem, sed solum mediate, & sine qua non, restituere tenetur.

CONSILIVM C.

C I R C A dubium de eo qui procurauit alicui beneficium interuentu simoniae, an teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum.

- D 1 Pro parte negatiua videtur facere expresse extrauagans Pauli II. de simonia. in qua primo respectu beneficiarij ait illum teneri ad restitutionem: sed in alio §. vbi agit de procurante, ac mediatore tantum, definit eos esse ipso facto excommunicatos. Quare non videtur extendenda poena illius extrauagantis satis rigorose ultra terminos suos; & nullo alio canone puto aliquid grauius constitui contra procurantes, ac mediatores, quam illo. Ad contrariam rationem sumptam ex D. Thoma, ^c quod videtur teneri ex eo, quia qui procurauit simoniacam collationem beneficii, iubenti aequiparatur, vel saltem consentienti fieri furtum; respondeo non esse idem iudicium vel procurare furtum, vel procurare rem aliquam, ut titulum beneficii illicitum, vel etiam nullum, ex quo fortasse furtum nascatur. Et ratio diuersitatis consistit in multis. Primo, quia consulens, aut adiuuans in furto, adiuuat in eo quod immediate est subiectum restitutioni, procurans vero titulum iniustum beneficii non procurat rem ita immediate obnoxiam restitutioni. Ratio; quia simoniacus potuit omnes fructus conuertere in vtilitatem Ecclesiae, potuit etiam habere dispensationem, quae alio tempore non erat tam difficilis, & de hoc potuit rationabiliter cogitare procurans: & hanc responsionem iudico optime conuenire verbis D. Thomae quia (ut recte ait ibi Caietanus quod etiam Sotus repetit, ^d) non sunt ea intelligenda de causa sine qua non, & ita de causis remotis, sed de causa efficiente iniustae acceptionem, & ita de causa proxima: & ut ex supradictis patet, ille procurans non debet dici causa immediata huius iniustae acceptionis fructuum. Et ad argumentum de collatore, qui confert planè indigno, dico longe aliam esse rationem; quia hic peccat in officio, & laedit Ecclesiam, quam ex munere suo tenetur tueri: aliud verò est in laico, qui ad hoc non tenetur ex officio. & hanc responsio est de mente D. Thomae, ^e loquentis de non manifestante latrone. Vltimo priuatus praesertim laicus in similibus potest excusari ex probabili ignorantia, nesciens ex illis pactationibus nasci tantum malum, ut ille nullo modo dicatur facere fructus suos. quae ignorantia, cum non sit crassa, nec supina in laico excusatur a restitutione, de qua post alios D. tua in Manual. ^f Et non dubito, quin nullus ex his, qui procu-

a ff. de acquir. reru. dom.

b In d. l. & ex diuerso. & in §. si a non domino. In tit. de reru. diu.

c 1. 2. q. 62. a. 7.

d 4. de iustitia q. 7. art. 3.

e in eo. ar. 7. ad tertium.

f Cap. 17. nu. 82. & sequentibus.



rarunt huiusmodi beneficia suis consanguineis, si interroga- retur, Si sciisses illum nunquam posse facere fructus suos, & si eos retineret, furtum committere; procurasses ei hoc beneficium: responderet, Non procurassem, & nullo modo cogitavi de furto, aut rapina rei alienae. unde non videtur in homine, qui ex officio non tenetur tam accuratè hæc scire, induci obligatio restitutionis sine retentione rei alienae, aut proxima operatione ad iniustam acceptionem.

RESPONDEO, quod præcedens responsum in eo potissimum fundatur, quod qui non dat causam immediatam damni non videtur damnum dedisse; & quod longè aliud est conferre beneficium nulliter, siue inualidè, & procutate vt nulliter conferatur: & quod qui non tenetur ex officio obuiare damno, licet peccet non obuiando, non tenetur tamen ad restitutionem.

2 Sed contra hæc facit l. qui occidit. a quæ habet, eum qui occidit seruum pignori datum, teneri ad restituendum vsque ad valorem debiti, quod debetur creditori, si debitor non est soluendo; & tamen non videtur occisor fuisse causa immedia- ta illius damni, sed valde mediata: & quod qui furatur sartori acium, vel alteri operatori instrumentum, sine quo non potuit operari, & cum quo operatus fuisset, tenetur ad resti- tutionem, vt concludimus in Manual. b Tum quod dictum cap. sin. c generaliter habet, eum qui causam damni dat, dare damnum, nulla distinctione facta inter causam mediatam, & immediatam, quam nec D. Thomas facit, d immo significat sufficere, vt sit causa, sine qua nõ fuisset datum damnum, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Simoniacum absolutum mandat maior Pœnitentiarius, etsi addat quod absoluen- do imponatur onus monendi compli- cem, vt pœnitent; hoc tamen onus imponi debere nullo iure præcipitur. num. 2. Unde confessarij ex sua propria facultate, non ex vi dicti mandati, qui tales absolunt, etsi possint, non tamen tenentur illud iniungere onus. nu. 4. quod etiam pro- cedat, quando absoluitur prado, & homicida: sufficitque vt eosdem inducant vt male accepta restituant. num. 3.
- 2 Inducens alium ad peccandum, omnia, in quibus ei nocuit, ex lege iniustitia restituere tenetur, si vi, metu, vel dolo ad pec- candum induxit; quibus cessantibus, ex caritate eundem in illis casibus, in quibus teneretur quemcumque alium, vel etiam aliquantulum plus, solum corripere tenetur. num. 4.

C O N S I L I V M C I.

AN ei, qui simoniam admisit, & petit absolutionem à peccato, vel à censuris, debeat imponi onus monendi eum, cum quo admisit illud peccatum, vt faciat eius pœni- tentiam, & restitutionem, quam ob id facere tenetur?

1 Responderetur primò, pro parte affirmante facere in pri- mis, quod sacræ Pœnitentiariæ prætoriam videtur impone- re illud in literis, quibus dat, vel committit absolutionem hu- iusmodi.

Secundo, quod Alexander III. e iussit iudici, vt induceret Reges, & Principes, qui aliquid simoniacè acceperunt ab elec- to in Episcopum Exoniensem ad restituendum illud ipsi ecclesiæ Exoniensi, & quod Panormitanus, f reprehendit confessarios Regum, & Principum, eo quod ignorantia, vel vt placeant illis, non inducunt eos ad restituendum ea, quæ acceperunt simoniacè ab his, qui eliguntur, & promouentur ad dignitates.

2 Tertio, quod qui alium ad peccandum inducit, videtur teneri ad restituendum ei omnia illa bona, in quibus ei no- cuit, inducendo eum ad pœnitentiam, & exhorrando ad ope- ra bona, secundum Scotum, g & Adrianum, h quos reuili- mus in Manual. confess. i

3 Pro parte negante facit primo, quod nullo canone, nec lege videtur statui, vt huiusmodi onus admonendi plus im- ponatur ei, qui peccauit peccatum simoniæ, quam alia pec- cata, per quæ incurritur obligatio restituendi, & aliqua cen- sura: nam præfatum ca. de hoc. non habet, quod confessarij, & alij absoluentes à peccato simoniæ in foro conscientie debeant imponere absoluto pœnitentiam, & onus faciendi præfatam monitionem. Tum quod loquitur de iudice delegato à Papa processuro in foro exteriori. Tum quod non habet, vt simo- niacus absoluen- dus moneatur confimoniacum ad restituend- um, sed quod ipsemet restituat, vt palam habet eius contex-

a Dig. ad legē
Aquilianam.

b Cap. 17. n. 3.
c De iniur.

d 2. 2. q. 93. a.
7.

e In c. de hoc.
de simon.

f Ibid. nu. 6.

g In 4. d. 15. q.
7. art. 1.
h In 4. de ressi.
qu. 3.
i Cap. 14. nu.
32.

A tus. nec Panormitanus ait errare confessarios Principum, eo quod non inducunt Principes ad monendum confimoniacos ad restituendum, sed eo quod peccant non inducendo ipsos- met Principes simoniacos ad restituendum id, quod ipsi te- nentur restituere.

Secundo, quod nulla ratio vllò iure naturali, diuino, nec humano fundata reddi potest, cur magis debeat simoniacus admonere sui peccati consortes, quam alij, qui multo maiora peccata, quam aliqui simoniaci peccant, incurrendo grauior- es censuras, quam simoniaci, quales sunt multi, quorum ab- solutio referuatur Papæ in bulla Cœnæ Domini.

B Tertio, quod licet multi canones super multis criminibus quædam specialia statuerint faciendâ in absolutione illorum, quorum 47. collegit Hostiensis, a nullus tamen videtur inuen- niri, qui statuat hanc obligationem & onus imponendum esse absoluto à simonia, & censuris eius.

Quarto, quod nec cap. quoniam. nec capit. de regular. nec cap. cum essent. nec cap. nobis. nec alia, b quæ determinant de pœna, & de absolutione & remedio simoniacorum, & simo- niacorum, vllam faciunt mentionem de pœnitentia, & onere huiusmodi monitionis & inductionis imponendo absoluend- is: nec memini legere auctorem aliquem classicum, qui determinet huiusmodi onus esse imponendum magis ei, qui absoluen- dus est à simonia, quam alijs, qui absoluen- di sunt à rapinis, furtis, homicidijs, & prædationibus, etiam piraticis. & obligatio, quæ iure naturali, diuino, vel humano non induci- tur, non debet censerî inducta, & imposta: quia, vt ait Ste- phanus Papa. c Quod patrum documentis sancitum non est super- flitiosa adinventione non est præsumendum. pro quo est cap. lega- rur. d & illud Imperatoris. e Erubescimus sine lege loqui, id est dicere aliquid statutum esse aliqua lege, quæ non inuenitur. & nulla, vt opinor, consuetudo confessariarum totius orbis Christiani videtur hoc seruare magis in peccato simoniæ, quam in alijs.

C 4 Non obstant opposita; non primum: quia Illustrissimi eiusdemque summi Pœnitentiarij non est ferre legem nouam, sed latas à S. Sede Apostolica cuius dominatio sua Illu- strissima est summus quo ad forum conscientie iudex vni- uersalis deputatus, seruare.

D Ad secundum supra late responsum est.

E Ad tertium responderi potest per ea, quæ nos scribimus in prædicto Manual. f Primum quidem, quod, vt ibi resolu- imus, nemo tenetur lege iustitiæ ad restituendum ei, quem induxit ad peccandum, nisi vi, metu, vel dolo eum induxerit. Deinde, quod licet lege caritatis teneatur ad illud etiam ca- teris paribus aliquantulum plus, quam alij proximi, non tamen sub præcepto ad mortale peccatum obligante, nisi quando præceptum de corrigendo fratre obligaret ad vtendum fra- ternæ correctione etiam alios, qui id scirent; quod non habet locum in quolibet simoniaco. Postremo, quod non omnes simoniaci, qui petunt absolutionem, sunt, qui participem in- duxerunt in simoniam: & frequenter simonia est adço oc- culta, vt non sit in ea locus correctioni fraternæ, neque de- nunciationi, iuxta regulas traditas de fraternæ correctione à S. Thoma, g & ab Archidiacono & vtroque Cardinali, h & à Panormitano & alijs. i Quamuis non sit contra vllam legem naturalem, diuinam, vel humanam, quod confessarij, vel Pœnitentiarij summi, vel minor iniungat simoniaco præ- dictam monitionem, seu pœnitentiam, & onus eam faciendi, quando ex circumstantijs personarum & causarum colligi- tur id non fore nimis graue absoluendo, & apparet posse pro- desse, & non obesse.

F N E P R Æ L A T I V I C E S S V A S

VEL ECCLES. SVB AN-
nuo censu concedant.

S Y M M A R I V M.

- 1 Vicariatum Episcopi, vel Rectoris ad tempus emens pretio, vel conducens, simoniam admittit, sed non excommunicatur. & 3.
- 2 Conductio iurisdictionis spiritualis ipso iure perditur, & con- ductor nisi ea dimissa non absoluetur. & 3.
- 2 Spiritualium, & eisdem annexorum, vt est iurisdic- tio spiri- tualis, emptio, & conductio est nulla. & 3.
- 2 Simoniacæ conuentiones, & pacta circa spiritualia, & eis an- nexa, à iure annullantur.

a In summa de
pen. & remi.

b De simon.

c In c. consu-
latis. 2. qu. 4.

d 2. 4. quæ. 2.

e In auth. de
triu. & sem.
§. confidere-
mus. col. 3.

f Ca. 14. n. 31.

g 2. 2. quæ. 3.

h In c. si pœ-
cauerit. 2. qu.
1.

i In c. nonit. de
iud.

CONSILIVM I.

AD quæsitum de illo, qui conducit, vel emit pecunia vicariatum non perpetuum, sed temporalem Episcopi, vel Rectoris, an admittat simoniam?

1 Respondetur primo, quod sic, ut colligitur ex continuatione rubricæ ne prælati vices suas, cum proxima de simonia, & ex Panormitano & alijs dicentibus, quod conducere iurisdictionem spiritualem est simonia, non autem conducere temporale. & probatur illa firma ratione, quod simoniam committit, quisquis rem spiritualem, vel ei annexam vendit, vel emit, iuxta glossam solemnem, & receptam ab omnibus tam Canonistis, quam Theologis, & declaratam post alios à nobis in Manual. confess. & quod iurisdicção spiritualis est annexa rebus spiritualibus secundum omnes.

2 Secundo, quod præfatum cap. i. quatenus habet conductorem iurisdictionis spiritualis privari officio, intelligendum est de officio clericali, & non de ipsa iurisdictione, vel officio, quod conduxit, vel emit. Tum quia contextus habet verbum futuri temporis, *privatur*, quod non inducit privationem ipso iure, sed per sententiam, iuxta glossam receptam. Tum quia iurisdicção præfata conductæ, vel ipsum officium emptum vel conductum perditur ipso iure: quia contractus ille conductionis, vel emptionis, est simoniacus, ut rectè declarat Panormitanus, & faciunt cap. *quam pio*. & cap. *fin.* & quæ annihilant huiusmodi pacta, & conventiones.

3 Tertio, quod huiusmodi conductor, vel emptor tenetur ad relinquendum statim iurisdictionem, vel officium huiusmodi emptum: quia nullo iusto titulo illud tenet: emptio enim vel conductio huiusmodi annexorum spiritualium nihil valet, & est nulla, ut annotavit Panormitanus receptus, & ita confessarius non debet absolvere huiusmodi conductorem, vel emptorem, nisi dimittat illud, vel proponat efficaciter dimittere.

4 Quarto, quod non incidit in excommunicationem ipso iure: quia illam non incurrit nisi simoniacus in beneficio, & ordine, per dicta in Manual. confess. qualis non est conductor, vel emptor prædictus: quia vicaria spiritualis non est beneficium, per citata à Felino.

SVMMARIVM.

- 1 Vicariatus Episcopi, vel alius prelati, pretio comparari nequit.
2 Capitulum sede vacante vicarium eligens cum pacto participandi de emolumentis, simoniam committit, licet non excommunicantem.

CONSILIVM II.

CANONICI sede vacante electuri vicarium suum generalem, conuenerunt, & pacti fuerunt, ut quicumque eorum eligeretur vicarius, tam salarium ei solvendum ratione vicariatus, quam omne aliud emolumentum solvitur solui vicario Episcopi, tenetur dividere inter se, & alios canonicos, ita ut singuli eorum tantum caperent de illis, quantum ipse vicarius, & non plus, nec minus: & singuli eorum iurauerunt seruare singula capita, si quis eorum eligeretur vicarius: & postea ille qui fuit electus, post electionem iuravit iterum ea seruare, & seruauit, & canonici ceperunt suas singulas partes.

Quæritur, an simoniam admiserint, & an sint ipso iure excommunicati, & à quo absoluentur.

1 Respondetur primo, quod omnes admiserunt simoniam contra fere totum titulum ne prælati vices suas, quia vicariatus generalis Episcopi, & cuiuslibet alterius prælati, est res spiritualis, ut probatur per cap. 1. & 2. & ob hoc constitutum est, ne quis det quidquam temporale pro illa re spirituali: & quod qui dederit vel acceperit ob id aliquod temporale, puniatur grauius: & in casu proposito qui erat eligendus vicarius promisit soluere multa temporalia electuris, casu quo eligeretur, & postea electus soluit, & electores acceperunt vnusquisque suam partem: & consequenter admiserunt omnes simoniam grauem, conueniendo, paciscendo, iurando, eligendo, acceptando electionem, tradendo possessionem, & diuidendo emolumenta, per definitionem simoniæ datam à glossa, & receptam ibi, & in rubr. de simon. ab omnibus canonum peritis, & à S. Thoma & alijs Theologis, quæ nos post alios profundè declarauimus in Manual. nostro confess. 2

an c. 1. eo. tit.

b 1. quæst. 1. in summa. c Cap. 23. num. 100.

d In c. in pæn. de regu. iuris lib. 6.

c Ibidem. Et quæst. 2. g De pact.

h In c. de iure. par.

i Ar. c. si res aliena. q. 6. c. c. parcau. de res. iur. l. 6. k Cap. 23. n. 111. l In ca. postulat. de res.

m Eod. tit.

n In sum. 1. q. 1. o In 4. li. sen. dist. 25. p Cap. 23. num. 100.

2 Secundo, quod omnes fuissent excommunicati, & celebrando effecti irregulares, si præfatus vicariatus fuisset beneficium spirituale, vel ordo, aut ordinis sacramentum, per extrauagantem 2. a

Tertio, quod non sunt excommunicati; eo quod poena præfate extrauagantis non habet locum, nisi cum admittitur simonia in beneficio, vel ordine, secundum receptam sententiam, quam latius, quam alij, declarauimus nos vbi supra. b

DE MAGISTRIS.

SVMMARIVM.

- 1 Intellectus cap. 1. de reformatione sess. 5. Concil. Trident.
2 Regularis ecclesia cathedralis est proprie cathedralis, sicut & secularis. nu. 2. vnde in ea locum habet dispositio Conc. Trid. sess. 5. de reformat. cap. 1. ut valeat lectorum Theologia: & si habet certum numerum canonicorum habentium præbendas, vel portiones priuilegiatas, debet vnâ præbendam pro lectore deputare. nu. 2. quod si non habet certum numerum canonicorum, & portionum, ex quo ibi non potest vacare præbenda, nu. 3. tenetur providere lectori de stipendio. nu. 4.
2 Intellectus cap. 1. & 2. Conc. Trid. sess. 25. de regular.
2 Regularibus non est prohibitum habere peculia rerum mobilium de licentia Papæ, prælati, vel statuti à Papa confirmati, itemque præbendas & portiones regulares priuilegiatas: immobilia autem peculia habere non possunt regulariter, licet, ex causa & horum eis possit concedi. num. 6.
5 Indigna ceteris paribus extero præferendus in collatione beneficiorum, & aliorum, quæ eorum loco subrogantur.
5 Diuersa professionis & habitus persona in eadem congregatione non coniungenda, nisi aliud necessitas, vel magna suadeat utilitas.
6 Canonici regularis capax est beneficii regularis, ac etiam illius stipendij, quod loco præbende debet dari lectori Theologia. num. 5.

CONSILIVM I.

AD inquirendam veram intelligentiam, & statuendum quod iustum est circa prouisionem lectoris sacre Scripturæ in ecclesia cathedrali Pampilonensi, iuxta Concilium Tridentinum videntur affirmanda sequentia.

1 Primum, quod in ea ecclesia debet esse aliquis lector sacre Scripturæ: quia est Ecclesia cathedralis, & posita in ciuitate, vbi est numerosus clerus, & populus: & ita non solum mens & intentio Concilij, sed etiam verba primæ partis sui canonis coniuncta cum verbis verbi & quatenus, conueniunt huic dicto.

2 Nec obstat dicere, quod præfata prima pars loquitur de solis secularibus Ecclesijs, & quod pronomen illud, *ipsis* positum in versic. & quatenus, restringitur ad Ecclesias tantum seculares. Quia prima pars loquitur generaliter de Ecclesijs cathedralibus, & clarum est Ecclesiam cathedralem regularem proprie dici ecclesiam cathedralem: quia species proprie includitur sub genere, ut ait Baldus receptus. d Nec etiam obstat dicere, quod prima pars non potest habere locum in Ecclesia cathedrali regulari: quia immo potest habere locum in ea, si est certus numerus canonicorum regularium habentium præbendas, vel portiones priuilegiatas, quæ habentur pro præbendis, de quibus Innocentius, & alij loquuntur, e quales ante aliquos annos fuerunt in ecclesia Oxoniensi, & (ut puto) sunt etiam hodie in Casaraugustana. Nec obstat Concilium Tridentinum, f quia non prohibet religiosis habere peculia rerum mobilium de licentia Papæ, vel prælati, vel statuti à Papa confirmati, ut ex d. cap. constat, & late probamus in cap. non de casu. g

3 Secundo, quod non est intentionis, nec verborum prædicti Concilij, quod duo lectores habeantur in ecclesia Pampilonensi, vnus qua parte est Ecclesia cathedralis, & alter qua parte est regularis: quia vna tantum est Ecclesia, & vno iure debet ceteri, h nec vsquam vlla theoria vel praxis contrarium recepit.

Tertio, quod certum est in Ecclesia Pampilonensi non esse certum numerum canonicorum, neque præbendarum, neque portionum priuilegiatarum, & ita non esse locum in illa Ecclesia primæ parti prædicti canonis: quia vbi non est certus numerus prædictorum, nihil vacare potest. i

4 Quartum, quod ex prædictis consequitur, Episcopum & Capi

a De simon.

b Num. 111.

c Ca. 1. de reformatione sess. 5.

d In l. 2. C. de iure iur. annul.

e Cap. dilectum. 1. de pra. c. Ca. 1. & 2. de reg. sess. 25.

g 12. q. 1. num. 2. & 47.

h Cap. cognouimus. 1. q. 2. l. cum qui ades. ff. de vsuacap.

i Cap. dilecto. de pra.

& Capi

& Capitulum debere providere de stipendio ipsi lectori per aliquem modum in prædicto §. & quatenus. expressum. Si enim, vt prædicitur, debet esse in ea huiusmodi lector, & non potest provideri ipsi de præbenda vacante, vt habetur in prima parte prædicti canonis; oportet, vt provideatur ei alio modo in parte 2. expresso.

Quinto, quod longè decentius esset stipendium prædictum conferre alicui canonico Ecclesiæ, qui ad legendum esset idoneus, quam alij extero seculari. Tum quia magis assiduus erit in Ecclesiâ ad legendum, & respondendum concurrentibus ad audiendam lectionem, quam exterus secularis.

Tum quia cæteris partibus in beneficijs indigena præferendus est extraneo, per rationes redditas à Cælestino Papa, & licet in hoc casu non agatur de beneficio, agitur tamen de stipendio, quod propter defectum beneficii datur, & subrogatum sapit naturam eius cui subrogatur. Tum quia, nisi aliud necessitas vel magna vtilitas persuadeat, diuersæ professionis & habitus homines non sunt in eadem congregatione coniungendi, vt per pulchras rationes & auctoritates probat Concilium Hispalense, & Concilium Viennense.

Nec obstat, quod canonicus regularis non potest habere proprium per d. cap. non dicat. & Concilium Tridentinum, quia illud intelligi debet de proprio simpliciter, & non de proprio, accipiendo proprium pro peculio de licentia superioris concessio, vt late & irrefragabiliter vbi supra probamus per omnia iura antiqua, nec nouum statutum Concilij Tridentini obstat. Tum quia loquitur de peculio rerum stabilium, siue immobilium, & non mobilium: & in proposito de stipendio, quod in rebus mobilibus consistit, loquimur. Tum quia canonicus regularis est capax beneficiorum regularium, & stipendium prædictum subrogatur in locum beneficii, & ideo merito erit capax eius, præsertim in Ecclesiâ Pampilonensi, in qua certæ singulæ quantitates singulis canonicis in peculium protectionis separatim dantur, & aliæ singulæ certæ quantitates panis, & vini, quo sibi, hospitibusque ad se venientibus provideant. Tum quia etiam hodie posse dari ex iusta causâ religioso administrationem peculij rerum immobilium probauimus vbi supra. Salua, &c.

DE IVDÆIS, SARRACENIS, ET EORVM SERVIS.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iudæi celebrantes sua caremonialia peccant, vt idololatra idololatrantes.
- 1 Consentiens peccato alterius aliquo illorum modorum, de quibus in illis versiculis, iusio, consilium, & c. peccat.
- 2 Occasionem propinquam peccandi qui præbet alicui, peccat; & hoc non solum quando quis eam præbet expressa intentione, vt ille peccet, sed etiam quando cessante praua intentione aliquid facit, vnde saltem virtualis vel interpretatiua talis elicitur intentio. num. 3. vt Synagogas & Moscheas Iudeorum adificantes, vel reficientes peccant, etiam si absit sinistra intentio: quia faciendo id, cuius principalis vsus est peccatum, vel cuius vsus admixtum sit peccatum inseparabiliter. nu. 9. saltem voluntate interpretatiua virtualis equipollenti voluntate peccatum. nu. 2. item quia illarum refectio est prohibita, licet Iudæi non puniantur. num. 9. & 11.
- 2 Occasionem remotam peccandi qui dat, non peccat, modo desit complacentia peccati, & actio fiat aliquo bono fine. num. 11. Vnde vendentes myrtos Iudæi, qui postea illas vruntur cum peccato in suis Scenophegijs, non peccant. nu. 5. sicut egentes possunt ab usurario pecuniam mutuam accipere, licet ipse peccet usuram exercendo. nu. 8. sicut nec adificantes lupanaria, nec locantes domos meretricibus, in quibus illa meretricantur, num. 8. modo eas non locent eo fine, vt in eis meretricentur, nu. 10. sed ad bonum finem, scilicet, vt ipsa vitam conferuent, & locantes pensionem percipiant. nu. 11. tuncque hæc locatio nedum est mala, sed laudabilis. nu. 13.
- 4 Azyma Iudeorum clericis sub suspensionis, & laicis excommunicationis pœna prohibita sunt.
- 4 Peccata mortalia tolerare non debet ordinarius præsertim ecclesiasticus: at si solum sunt venialia, possunt in foro conscientie tolerari. num. 13.
- 5 Infidelibus, cum quibus nobis commercium non est prohibitum, possimus merces expresse non prohibitas vendere, & ad vi-

ctum necessaria præbere. num. 7.

- 5 Iudæi myrtos, quibus cum peccato vruntur in suis Scenophegijs, vendere; illosque vt crescant debita cultura curare, non est peccatum, modo non vendant ad illum finem, vt ipsi eis in Scenophegijs vrantur. nu. 10. sed ob bonum finem, scilicet vt vendentes exinde habeant pecunias ad suos licitos vsus. nu. 11.
- 6 Permittitur cum aliquid, vtique & cætera censentur permittitur, sine quibus permissum exerceri non potest.
- 9 Finis malus actionem non malam, malam reddit; bonus autem finis actionem, cui peccatum non est inseparabiliter annexum, bonam facit.
- 12 Paruitas rei, subreptio, indeliberatio, ignorantia, rem, que ex fine esset peccatum mortale, possunt reducere ad veniale, etiam si agatur de peccato idololatræ, iunctis iis, que dicuntur in præcedentibus, & in casus positione.
- 13 Pastori officium est non statim omnem actionem præbentem occasionem peccandi prohibere, sed populum docere quomodo illa sine peccato vti possit, & liceat.

CONSILIVM I.

IN agro Bononiensi in collibus quibusdam nascuntur plantæ myrti, & veniunt Hebræi etiam ex longinquis regionibus ad emendum ramusculos illarum à dominis prædiorum, vt sua festa scenophegiæ celebrent, quod sciunt ipsi venditores.

Quaritur primo, an licitæ sint tales venditiones.

Secundo, an possint tolerari in foro conscientie.

AD PRIMAM QUESTIONEM, scilicet, an liceat prædicta venditio, respondeo quod pro parte negante facit primò, quod omnis, qui consentit peccato mortali alterius, peccat mortaliter, iuxta illud Pauli, non solum qui faciunt, &c. relatum in c. 1. vbi glossa & omnes, consentit inquam aliquo nouem modorum contentorum in illis duobus senariis, quos post S. Thomam, posuimus in nostro Manu. confess. scilicet,

Iusio, consilium, consensus, palpo, recursus,

Participans, mutus, non obstant, non manifestans.

Quos eisdem senarios paulo latius declaramus in eodem Manu. 6. At prædicti venditores ramusculorum myrti consentiunt prædictis Hebræis, non solum simpliciter, & placendo eis, vt celebrent scenophegiam, quam licet ante passum Christum licuisset eis celebrare, non tamen hodie licet, vt tradit S. Thomas receptus, sed etiam ad nutriendum, colendum, & quærendum illos: ergo peccant.

Secundo, quod perinde peccant Hebræi hodie celebrantes suam scenophegiam, & alias similes caremonias, ac idololatræ peccant idololatrando, vt ait glossa, quam in hoc citat vbi supra S. Thomas, & qui Christiani adiuuarent idololatræ ad exercendam idololatriam, peccarent.

Tertio, quod qui occasionem propinquam peccandi præbet alicui, peccat, & tradimus nos late in præfato Manu. & quod omnis iuuans ad peccandum mortaliter peccat simili modo, quo ille, qui iuuatur. At non videtur posse negari, præfatos venditores dare occasionem propinquam peccandi præfatis Hebræis; quia iuuant eos ad peccandum grauissimè, & opem ferens ad peccandum peccat.

Quarto, quod nos in specie tradimus in d. cap. 14. per ibi adnotata, quod adificantes, vel reficientes synagogas, & mezchitas Iudeorum, & Maurorum, peccant: quia dant occasionem propinquam peccandi: & præfati venditores ramusculorum myrti videtur præbere causam tam propinquam præfatis Hebræis, quam illi adificantes, & reficientes synagogas.

Quinto, quod non solum peccat mortaliter is, qui præbet occasionem sic peccandi, ea intentione expressa, vt alius peccet: sed etiam is, qui id facit intentione interpretatiua, siue æquipollenti, & virtuali, vt diximus vbi supra, inferendo ex hoc, peccare mortaliter eum, qui etiam sine praua intentione facit, aut reficit idola apud Indos, aut synagogas apud Iudæos, aut mezchitas apud Mabumetanos, aut pagana templa apud Paganos, aut heretica apud hereticos; aut facit aliquid aliud, cuius principalis vsus est peccatum mortale; quia occasionem ad illud dat cum auxilio.

Sexto, quod pro hac parte faciunt illa, quæ adducimus in præfato Manu. & præsertim illud, quod numquam licet dare occasionem peccandi adiuuando, nec participando in lucro obueniente ex peccato.

Septimo, quod in cap. nullus. præcipitur sub pœna

a Log. in ac. de offi. Co. de offi. & cler. b In c. nullus. 61. dist. c Le. cum qui §. qui iniuria rum. ff. si quis causio. & ca. ecclesiæ. ut li. pend. d In c. inuena. 16. quæst. 7. e In clem. 1. de elect. f In quæ. 1. de reg. g Ca. 2. de re. h In c. 2. de re. gular.

k Num. 14. & specialis. nu. 18.

a Ad Rom. 1. b De offi. de offi. dele. c Cap. notum 2. quæst. 1. d 2. 2. quæ. 62. art. 7. in corp. quæst. e Cap. 11. nu. 13. f Ca. 17. & n. 17. & nu. 130.

g 2. 2. quæ. 10. ar. 11.

h Ad Gal. 5.

i Arg. c. si de iureiur. k Ca. 14. à n. 33. l Capit. sicut dignum. §. illi. quos. de homin. nu. Num. 33.

n Num. 30.

o Cap. 17. à num. 195.

p 2. 5. quæst. 1.



depositionis clericis, & sub pœna excommunicationis laicis, ne quis eorum azyma seu panes azymos Iudæorum comedat: & leuior culpa videtur comedere huiusmodi azymos panes, quàm prædictos ramusculos ad celebranda scenophegia vendere; eo quod prædictæ venditiones videntur esse per prædicta peccata mortalia, & talia peccata non debet tolerare ordinarius præsertim ecclesiasticus vt habet cap. 1. & argumento l. congruit. b per quæ statuitur, vt ordinarij non solum castigent huiusmodi peccata, quæ patent, sed etiam vt inquirant quæ latent, si quæ sunt alia, quæ puniri debeant.

¶ Pro contraria parte affirmante, scilicet quod præfata venditio ramusculorum, & cultura arbusculorum myrti, vt ramos conuenientes emittant, sint licita, facit primo, quod consuetudo habet vim legis in actibus; de quibus lex non est. c

Secundo, quod licet Christiano dare, vendere, & permutare merces suas Hebræo, Sarraceno, & aliis infidelibus, cum quibus licet ei conuersari; nisi expresse id ei prohibeatur. d

¶ Tertio, quod Ecclesia Christiana permittit Hebræos viuere in suis terris, & habere synagogas, & in eis exercere suos ritus, nõ solum bonos, sed etiam eos, qui hodiè vere sunt peccata, vt prædictum est, & tradit S. Thomas receptus vbi supra: ergo etiam permittit eis facere festum suæ scenophegiæ siue scenopegia; vt tradit S. Thomas, e siue scenopegiorum, vt traditur in Lexico biblicorum.

Quarto, quod qui permittit vnum, videtur permittere aliud, siue quo illud consistere nequit. f At Iudæi nequeunt viuere in terris Christianorum vtendo cõremoniis scenophegiarum sine myrto, vel ramusculis eius, cum quibus celebranda sunt, iuxta cap. 8. Efd. 2. ergo etiam permittitur eis emere myrtum ad celebrandum prædictum festum; & consequenter permitti videtur Christianis illum eis vendere.

¶ Quinto, quod Papa permittit Iudæis exercere vsuras certo modo temperatas; ita quod accipientes eas ab eis non peccant, licet ipsi eas dando peccent, vt palam est Romæ; & eadem ratione videntur Christiani in terris suis vendere posse prædictos ramusculos eis sine peccato, licet ipsi eis vtendo grauiter peccent. g

¶ Sexto, quod Ecclesia Christiana permittit pro licito Iudæis emere omnia quæ sunt necessaria pro victu corporali; & cum victus animæ sit magis necessarius, quam victus corporis, iuxta cap. inter cetera. h & Iudæi credant celebrationem suorum festorum esse necessariam ad victum animarum suarum; à fortiori videtur permittere emptionem omnium, quæ ad illa sunt necessaria; & consequenter Christianis videtur facere facultatem vendendi eis illa, per prædicta iura.

¶ Septimo, quod tantam, vel maiorem peccationem peccandi videtur dare, qui accipit pecuniam ab vsurario, ac prædicti venditores: quia qui dat ad vsuram peccat; attamen qui pro sua necessitate, vel vtilitate accipit, non peccat, vt tradit & defendit S. Thomas communiter receptus in theorica & practica, i ergo neque prædicti venditores peccabunt.

¶ Octauo, quod Reges, & principes, & gubernatores reip. deputantes lupanaria, in quibus meretricantur meretrices, & alij multi locantes domos meretricibus, non videntur peccare, vt tradimus in d. Man. k & praxis etiam Romana videtur seruare, ac tantam, vel maiorem occasionem videntur dare peccandi, quam prædicti venditores, ergo nec isti peccant.

¶ Quibus pro vtraque parte præmissis, dicendum primo, quod emptio vel venditio præfatorum per se cõsiderata non est peccatum, nec habet admixtum illud inseparabiliter, sed efficitur peccatum, etiam mortale, propter circumstantiam malam finis mortaliter mali, iuxta doctrinam S. Thomæ ab omnibus receptam, l & paritate si fieret ad bonum finem, efficeretur bona: sicut & edificatio lupanaris, vel locatio domus facta meretrici per se cõsiderata non sunt mala, neque bonæ, sed ex fine malo efficiuntur mala, & ex bono bonæ, & ideo defendimus in d. Manu. m eas esse licitas, si bono fine fiant, & illicitas, si malo. Sic etiam de prædictis venditione & emptione ramusculorum dicendum est.

¶ Nec obstat, quod refectio synagogæ, mezchitzæ, & idolorum sit peccatum, etiam si non fiat malo fine: nam refectio ipsa est peccatum, & ita habet illud intrinsecè inseparabiliter; quia, vt subtiliter dicit Cajetanus à nobis vbi supra relatus, Ecclesia permittit quidem infidelibus reficere impune tem-

pla sua, non tamen approbat illam refectioem tamquam bonam, iuxta glossam: n sed tantum relinquit impunem, ita etiam dicendum est, quod nullatenus licet habentibus prædictos myrtos vendere illos Hebræis ad finem, vt ipsi vtantur eis ad celebranda scenophegia. Tum per argumenta priora pro parte negante facta. Tum per id quod dicimus in præd. Man. vbi supra de locante domum meretrici: scilicet, quod quamuis liceat domino domum suam ei, quem credit aliquo modo in ea peccaturum, locare ad alium finem, quam peccandi, & ad exercendam artem, cuius exercitium non habet inseparabiliter peccatum admixtum; sic licet venditores prædicti iure possint vendere ramos suos myrti cui voluerint licite, non tamen possunt vendere illos ad finem, vt emptor, vel alius quispiam peccet mortaliter vtendo eis in scenophegiis, vel aliis modis peccandi; quia id nulla potestate humana potest fieri licitum, cum sit contra legem naturalem & diuinam, sicut locare domum ad meretricandum. b

¶ Secundo, quod nec etiam obstat dicere, quod liceat Iudæis reficere synagogas, quas permittuntur habere in terris Christianorum, c quia id non est verum, vt proxime dictum est, solum enim permittitur eis reficere illas permissione impunitiua, sed non approbatiua; & ita non licet eis emere prædictos ramos ad celebranda scenophegia, licet excusentur, & impune sine timore pœnæ temporalis id possint facere.

¶ Tertio, quod prædicti venditores possunt facere præfata venditionem ad aliquem finem bonum, puta ad querendam sibi pecuniam, qua se sustentent, vel aliis ea honestè vtantur, sicut vbi supra diximus quod domini domorum possunt eas locare meretricibus, vel aliis peccatoribus, non quidem ad meretricandum, aut aliis modis peccandum, sed ad alios fines bonos, scilicet vt ipsæ suam vitam seruent, & domini domorum lucrentur iustas pensiones, cum displicentia vera coram Deo peccati, & artis peccandi per meretricia, vel alium modum, negari enim non potest, quod edificare lupanaria, & permittere, vt in aliqua parte ciuitatis viuant meretrices, & locare illis lupanaria, vel domos in illa parte, est tam malum, aut peius, quàm vendere prædictos ramos sine bono cum displicentia cuiusque mali vsus ex ipsis per emptorem exercendi.

¶ Per quæ tria dicta colligitur quales venditiones prædictorum ramorum sunt peccata mortalia, & quales non, immo & quales sunt peccata venialia. Sicut enim in omni materia peccatorum mortalium excusari à culpa mortali paruitas rei, siue subreptio, siue indeliberatio, & ignorantia, vt diximus post S. Thomam in d. Manu. d ita etiam venditiones prædictorum ramorum, quæ ex genere finium suorum essent mortiferæ, possent ob aliquam indeliberationem vel ignorantiam esse veniales: & ita remanet absoluta prima questio, scilicet, an liceat prædictis venditoribus vendere.

¶ AD SECUNDAM responderetur primò, quod nullæ venditiones mortiferæ sunt toleranda in foro conscientia, cum per eas pereat gratia gratum faciens, & amicitia Dei, & incurratur mors æterna.

¶ Secundo, quod venditiones, quæ solum sunt veniales, tolerari possunt etiam in foro conscientia; cum per eas non pereat prædicta gratia, nec incurratur mors æterna, secundum S. Thomam. e

¶ Tertio, quod venditiones, quæ non sunt peccata, tolerari debent, & laudari: sicut quotidie locatio domorum, quæ fit meretricibus ad bonum finem, & petitio mutui, & acceptio sub vsura pro necessitate ab eo qui paratus est eas dare, tolerantur, & laudantur, per ea quæ adducta sunt pro parte affirmante.

¶ Quarto, quod venditiones ob malum finem factæ possent castigari extra ordinem in foro exteriori, si probarentur esse illicitæ; quod non est facile facere, cum earum malitia pendeat ex fine malo, qui concipitur in mente; & peccata solum mentalia iudicio Dei relinquuntur, f & diximus nuper in commem. cap. humane aures. g

¶ Quinto, quod optimi pastores Episcopi, pro episcopi, parochi, & vicarij eius esset docere priuatim, vel publice verbo, vel edicto, ex pulpito, vel exhortando populum suum, quæ harum venditionum sunt peccata, & quæ non, & quæ mortalia, & quæ venialia, & monere obnoxie illum, vt caueat à

a De offic. or. b ff. de offic. presid.

c Cap. consue. iudo. 1. dist. 8. l. 2. c. qua sit longa consue. d Leg. iudais. c. de iudais. c. ad hac. eodem titulo.

e l. 2. q. 102. a. 4. ad 10.

f Leg. 2. ff. de iuris. omnium. iud. c. v. prætore. de offic. deleg.

g Arg. l. illud. ff. ad legem Aquil.

h De offic. or. dinarij.

i l. 2. q. 78. a. 4.

k Cap. 17. nu. 195.

l In l. 2. q. 18. a. 4. c. 7.

m Cap. 17. n. 195.

a Cap. deniq. 4. dist.

b Arg. c. sane quidam. 25. qu. 1.

c Cap. iudais. c. cõsuetudo. de iudais.

d Pral. 9. nu. 10.

e l. 2. q. 88. a. 5. c. melius. l. 2. q. 24. ar. 10.

f Cap. orbes. cant. 32. dist. 8. 22. quest. 5.

mortiferis, quæ animas occidunt, & vtantur bonis, quæ gratia diuina ornata animas viuificant. Salua, &c.

Aduertendum id quod dicitur supra. n. 9. & 11. de adificatione lupanarium, non intelligi formaliter, quasi sit licitum adificare lupanaria ad meretricandum, quia hoc negat auctor, sed materialiter de adificatione habitationis, quæ postea meretrices abutuntur meretricando in eis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iudæi ex constitutione Pauli III. non possunt quidem eorum filiis conuersis testamento auferre legitimam, quam eis etiam viuentes tenentur dare, & num. 3. 4. sed vltra illam aliud relinquere non coguntur. num. 2.
- 2 Legitimam regulariter pater viuens non tenetur dare filio saltem religionem non ingredientis Iudæus tamen filio conuerso eam debet, tum ex constitutione Pauli III. tum etiam de iure. num. 3. & hoc secundum opinionem quorundam, quæ probabilis est. n. 4.
- 3 Gratia Principis ita intelligenda est, vt in alio, quam in expressis, tertio non præiudicet; debetque cum sapiat priuilegium, strikte interpretari. num. 5.

C O N S I L I V M II.

AN clausula subscripta bullæ Pauli III. videatur concedere filiis Iudæorum ad fidem conuersis, ne parentes possint eos priuare in suis testamentis aliqua parte portionis, quæ cederet eis ab intestato: quæ sic habet, Paulus, &c. Sanctimus, quod cuiuscumque eorum Iudæorum, & infidelium ad dictam fidem conuerti volenti, etiamsi in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quæcumque tam mobilia, quam immobilia, intacta, & illaesa permaneant; ita vt etiam filij familias, & in patria potestate vt præsertur constituti, legitima, & quæcumque alia portione bonorum patrimonialium, aut maternorum eis de iure, seu successione bonorum eis aliis debitorum priuari non possint, neque debeant; sed eis integre, etiam si contra voluntatem parentum suorum ad fidem ipsam conuersi fuerint, etiam eorum parentibus viuentibus debeantur.

1 Et quidem pro parte affirmante facit primo, quod per prædictam bullam legitima debetur eis, viuus pariter, contra ius regulare, saltem si remaneant in sæculo, & non profiteantur religionem, iuxta notata in cap. cum simus. 2 & per Corsetum, 6 & alios alibi, ergo etiam videtur eis deberi portio integra, quæ obuentura esset eis ab intestato.

Secundo faciunt illa verba, legitimam, & quæcumque aliam portionem eis de iure, seu successione bonorum eis aliis debitorum, per eorum parentes fraudari, aut priuari non possint. per quæ verba videtur significari, quod non possunt priuari bonis debendis eis per successionem. At portio integra, etiam vltra legitimam debetur eis ab intestato.

2 His tamen non obstantibus, pars negans videtur verior. Tum quia intentio legislatoris, & cuiuscumque alius disponentis est in primis attendenda. 4 At intentio Pauli III. fuit prouidere filiis conuersis, ne prædicta conuersio eis noceat, non autem quod sua conuersio non conuersos læderet, vt satis colligitur ex suæ bullæ præmio, vnde mens disponentis colligi solet, 5 ergo non fuit intentionis eius statuere, ne pater posset meliorare non conuersum, modo conuerso legitimam relinqueret.

3 Tum quia gratia principis intelligenda est sine præiudicio tertij, 6 saltem alio, quam expresso, vt ibi. At bulla Pauli præiudicaret grauiter patribus conuersorum, si non liceret eis testari de bonis suis, in quem vellent etiam extraneum, relicta legitima filiis, & ergo non obstante prædicta bulla, poterunt parentes infideles relinquere bona sua cui voluerint, relicta legitima filiis, tam conuersis, quam non conuersis: & consequenter possunt filios, quos voluerint, tam conuersos, quam non conuersos meliorare, modo omnibus suas legitimas relinquant saluas. Tum quia nulla prædictæ clausulæ verba concludunt, quod dicta bulla extendatur ad hoc præiudicium parentibus faciendum. Tum quia Paulus expressisset illud, si voluisset, vt in simili dixit Alexander III. 7 Tum quia bulla Pauli nil aliud videtur concedere, quam quod concedit eisdem cap. Iudæi. 8 & l. cognouimus. 9 nisi ad summum, quod declarat legitimam deberi eis viuentibus parentibus. At nemo diceret, quod attentio solo iure communi parer infidelis Romanus non posset relinquere bona sua quibus vellent, relicta legitima suis filiis: ergo neque potest dicere propter bullam prædictam.

A 4 Non obstant opposita, non prius. Tum quia legitima, etsi verè non debeatur filiis ante mortem parentum, quasi tamen debetur, vt significat glossa recepta, 2 & ita maior ratio suadet, vt illa salua maneat filiis, quæ reliqua pars, in quam successuri essent ab intestato. Tum quia etiam magna æquitas suadet, vt conuerso debeatur illa, etiam viuente parente, ne occasione illius habendæ nimia familiaritas contrahatur, vel conseruetur, quam expedit impedire, vt ex prædicta bulla colligitur, & iure communi est prouisum. 3 Tum quia etiam iure communi deberi legitimam filiis conuersis viuentibus parentibus tenent aliqui, quos refert Felinus, 4 & est opinio valde probabilis per ea quæ ipse ibi citat.

B 5 Non obstat posterius; quia verba illa bullæ in d. argum. relata non sunt tam ampla, quam in eo referuntur, sed restringuntur ad bona patrimonialia debita filiis familias conuersis; puta de bonis eis de iure, siue successione debitis, qualia non sunt debenda ex successione ab intestato, si parentes testati decesserint, nisi ea quæ illis reliquerint, & legitima, quæ etiam in vita eis debetur, at verba gratiæ, quæ sapit priuilegium, non sunt extendenda vltra propriam significationem, secundum quam non est debitum id, in quo, vel ad quod non est verum ius quæsitum, vt notatur in principio Institur. 6 & alibi sæpe, qualia sunt ea quæ sperant filij per successionem vel institutionem habere post mortem parentum. Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Armorum delatio vbi est prohibita non quidem in tanto rigore, vt est in athen. de armis. sed sub aliqua pœna priuata temporali, non est mortalis, nisi inde aliquod scandalum notabile Reipubl. oriretur, vel deferretur in mortiferum finem, vt deferuntur ad bellandum in bello iniusto præsertim pro infidelibus contra Christianos.
- 2 Arma fabricare possunt Christiani in terris Turcarum commorantes, illaque eis vendere, modo ea non fabricent ad iniusta bella, nec tacite nec virtualiter fiant, aut credantur, quibus vendunt, eis ad bella iniusta præsertim contra Christianos vsuros; quia hoc esset cooperari ad malum. n. 3.
- 4 Militia nomen dare apud Turcas licet Christianis ibidem morantibus, modo non obligent se, nec intendunt in bello iniusto bellare: quod si talem fecissent obligationem, peccassent, & non tenerentur promissionem pro hac parte seruare: proponentesque obligationem pro dicta parte non seruare, possent absolui.

C O N S I L I V M III.

PRIMO quaeritur, vtum possint absolui Bosnenfes saculares Catholici subditi imperio Turcæ portantes arma. Secundo, an possint absolui artifices Bosnenfes facientes arma offensiuâ, sicut gladios hastilia, & alia id generis, & qui faciunt hastas ligneas pro bellos; quia ad malum finem non faciunt, sed artem suam exercent, vnde necessarium victum acquirunt, & prædicta arma faciunt in terris Turcarum.

Tertio, vtum possint absolui Catholici, qui se faciunt scribi pro militibus stipendiariis Principis Turcarum, obligantes se militare cum cæteris infidelibus contra Christianos, non ex voluntate sua, sed gratia lucrandi, & calumnias seu opprobria euitandi, & in facto militant, præsertim qui sunt in confinibus infidelium.

E 1 AD PRIMAM responderetur primo, quod si ius Romanorum, de quo in authent. 2 seruaretur ibi strikte, ita quod delatio armorum sit priuatis hominibus vetita, non liceret eis deferre arma; & si deferrent ita notabiliter, quod delatio talis esset inobediencia mortifera, vel scandalum notabile, non deberent absolui, nisi à tali delatione abstinerent. 3

Secundo, quod neque debent absolui, si deferant illa ad bellandum in bellis, quæ sciunt vel scire debent esse iniusta, præsertim contra Christianos: quia peccant mortaliter, & sunt in proposito ita peccandi. 4

Tertio, quod si armorum delatio ibi non est ita strikte prohibita, vt in Auth. de armis, sed solum sub aliqua parua pœna temporali, & non deferunt illa in aliquem finem mortiferum, nec aliquod scandalum notabile inde nascitur reipublicæ, possunt absolui; quia vel nullatenus peccant, vel tantum venialiter, quod non est contrarium gratiæ Dei gratum facienti, quæ per absolutionem sacramentalem infunditur, iuxta doctrinam D. Thomæ receptam 2. 2. quæst. 29. art. 12.

a In c. Rainu-
sine. verb. le-
gitimam. de
testamentis.

b In c. ad hac.
de Iudæis. &
in c. sepe. 28.
q. 1.
c In c. de Iu-
dæis. 2.

d De auct.

a De regul.
bin singulari.
verbo legiti-
ma.

c Leg. in suis.
ff. de liberis &
posthumis. l. 1.
& ult. C. de
legitim. hare.
d Leg. in con-
ditionib. ff. de
cond. & de-
mon. & c. fi.
de reg. iur. li.
6.

e Capit. quia
propter de e-
lect. l. ff. de
hared. insti-
tutum.

f Leg. 3. §. si
quis à princi-
pe. ff. de quid
in loco publico
fuit. ca. super
eo. de offi. de-
leg.

g Leg. cum
queritur. &
aut. monisi-
ma. C. de ino-
fic. testam. &
in athen. de
trion. & sem.
§. 1. collat. 3.
cum eis adno-
tatis.

h In c. ad au-
diantiam. de
decimis.

i De Iudæis.
k Co. de ha-
rentis.

e De armis.
collat. 6.

f Arg. c. 2. de
mior. & obe.
& c. nihil. cū
scandalo. de
præscrip.

g Cap. quid
culpatur. 22.
q. 5. & ca. qui
resistit. & ca.
Iulianus. 11.
q. 3.

a De armis. coll. 6.

b 2. contra Faust. c Incapit. ille Rex. de pami. dist. 3. d. 2. q. 71. ar. 6. e Pral. 7. f a num. 5. g De Iuda.

h. 2. q. 109. art. 2. ad 4.

i In dicto n. 2.

k Quid culpatur. c. c. militare. 23. qu. 1. l Cap. militare. 23. qu. 1.

m Ca. Iulia nus. ca. nosem per. cap. qui resistit. 11. q. 3.

n Cap. peccati venia. de reg. iur. lib. 6. e. legatur. 24. qu. 2. o Leg. inris gertium. s. sicut maleficium. ff. de pact. c. l. generaliter. ff. de ver. obl. p. De reg. iur. lib. 9.

2 AD SECUNDAM respondetur, quod possunt absolui regulariter loquendo; presupposito, quod prohibitio illa fabricandi arma, de qua in d. authent. non servatur ibi plus, quam communiter inter Christianos. Tum quia id per se nullo iure naturali, diuino, vel humano vetitum est; & quod nullo tali iure vetitum est, non est peccatum, iuxta definitionem peccati ex Augustino, h relatam in glossa, c & a D. Tho. d & declaratam a nobis in e Manu. f Tum quia, vt aliis responsum est, licet Christianis viuentibus in terris Turcarum vendere suos equos, eo fine, vt ad licitos vsus vtantur. Tum quia cap. ita quorundam. g & alia ei concordantia, quae sunt edita contra deferentes arma infidelibus, non comprehendunt subditos Turcarum fabricantes arma in terris suis, vt ex eorumdem tenore clare colligitur.

3 Tum quia iure communi, quo vt plurimum vtuntur omnia Christianorum imperia, licet Christianis subditis principum Christianorum facere arma bono fine, vt scilicet emptores vtantur in licitos vsus, quamuis praeter intentionem fabricantis in illicitos abutantur. Tum denique quod D. Thomas receptus, h determinat, posse artifices iuste fabricare sagittas, & gladios, & alia, quibus homines possunt bene vt, licet possint etiam male. Dixi, regulariter: quia id falleret, si fabricarent ea expresse ad bella iniusta contra Christianos, vel alios, vel tacite, seu virtualiter scientes, vel credentes, quod ij, quibus vendunt arma fabricata, vtentur ad bella iniusta, praesertim contra Christianos. Tum quia id esset virtualiter cooperari eis ad malum. Tum quia etiam Christianis degentibus in regnis Christianis non liceret illud, arg. eorum quae tradit S. Thomas. i

4 AD TERTIAM respondetur, quod non possunt absolui, si se obligant ad militandum ei etiam in bellis iniustis, quae ipsi sciunt, vel scire debent esse iniusta: quia non liceret eis obligare se sic ad militandum etiam vlli principi Christiano, cap. k sed sic, si se obligant ad militandum ei in solis illis, quae fuerint iusta, vel possint ipsi credere esse iusta. Tum quia militare, vel velle militare, non est peccatum. l Tum quia iuste potest quis militare, si iuste credit bellum esse iustum, etiam si forte non sit illud tale, per praedictum cap. quid culpatur. Tum quia legio illa illustrissima Thebanorum, cui praerant S. Mauricius, iuste parebat Iuliano Imperatori apostatae, quo ad bella iusta. m Arbitror autem, quod qui se obligauerunt principi Turcarum ad militandum ei, etiam contra Christianos, etiam in bellis iniustis, sed postea mutata mente proponerent firmiter non militare ei contra Christianos, nec contra alios bellis, quae scirent, vel deberent scire esse iniusta, possent absolui. Tum quia desistunt a peccato, & a proposito peccandi, & talibus debetur venia. n Tum quia prima obligatio fuit ipso iure nulla quo ad omnia bella iniusta, o & ita illa nihil obstat, iuxta reg. non praestat impedimentum. p

SUMMARIUM.

1 Turcarum in regione habitans subditus Christianus potest iuste Turcis vendere equos & arma, modo ea non vendat intentione, vt is in bellis iniustis vtatur; nec ligatur legibus prohibentibus quaedam ad Turcas deferri, potestque interesse bellis, quae Turca aliis infidelibus, puta Seruanis, iuste indicit; acquirereque secundum ius commune, si ipsi eo vtantur, dominium rerum, & personarum, quas in bello capiunt, vel a captiuis exigere pretium redemptionis, nu. 2. & pradam captam tueri, etiam aduersarios occidendo. num. 3.

CONSILIVM IIII.

AD PRIMAM QUESTIONEM respondeo, quod licitum est Christianis subditis Principi Turcarum, vendere suos equos & arma sua Turcis consubditis suis, non quidem ea intentione, vt faciant bella iniusta Christianis, vel aliis, sed vt ad vsus licitos vtantur. Tum quia cap. ita quorundam. & alia ei concordantia, quae sunt edita contra deferentes arma infidelibus, non comprehendunt subditos infidelium, qui vendunt eis ea, quae vtantur importari a Christianis subditis Principibus Christianis, vt ex eorum tenore colligitur. Tum quia etiam Christianis subditis Principum Christianorum licet vendere, & facere arma, non quidem vt faciant bella iniusta, sed vt vtantur in licitos vsus, quamuis emptores praeter intentionem eorum in illicitos abutantur.

2 AD SECUNDAM, quod bellum, de quo in quaestione, videtur iustum; quia est indictum a Principe non recognoscente superiorem, ex causa iusta, & cum cognitione & relatione ministrorum ad iustitiam faciendam destinatorum, iuxta l. ex hoc iure. a & traditur ab Innocentio & aliis, b vbi aptus textus proposito nostro a contrario sensu, & in summa, c & per Theologos, d & S. Thomam, e & capta in bello iusto fiunt captiui, etiam homines, secundum iura Romanorum, f quae etsi non seruentur in bellis quae Christiani aduersus Christianos gerunt, videntur tamen seruari a gentibus etiam inter se pugnantibus. Quod si res ita habet, tres illi, de quibus in quaestione, non tenentur restituere, & consequenter non possunt negari eis sacramenta ob omissionem restitutionis. Si forte tamen Turca in bellis, quae in suis dominiis gerunt, non seruant iura de personis captis in bello in seruitutem redigendis, tenerentur ad restitutionem, saluo iure pretij redemptionis, quod poterant exigere: cuius quantitatis determinatio, & an Turca praedicta iura seruent, nec ne, quaestiones sunt facti, ad quas Iurifconsultus non respondet. g

3 Ad declarationem autem quaestionis, scilicet an sint excommunicati, vel teneantur ad restitutionem, qui defendentes suam pradam, occiderunt, vel expoliauerunt suis armis vel vestibus aliquos ex praefatis Seruanis: Respondetur quod non; immo bene merendo id facere potuerunt. h

SUMMARIUM.

1 Triremes pyratice captiuis apud Turcas fabricans coactus, excusatur a peccato mortali, si non impendat plus operis, quam requirat conseruatio vitae.

CONSILIVM V.

CAPTIVVS coactus timore mortis triremes fabricans, quibus solent piratae contra Christianos venire, an peccet mortaliter, & quomodo absolendus sit: Et quia consultui de hac re virum doctum & pium, mitto D. V. responsum, vt dicat sibi videatur.

Pro parte affirmatiua facit: nam qui, vt inquit Saluator, peccando mortaliter animam suam in hoc mundo vult saluam facere, in aeternum perdet eam, sed sic est, quod iste videtur mortaliter peccare; ergo in statu damnationis, nisi cesserit, peribit; nec potest ei absolutionis beneficium, nisi corrigatur, impendi. i Quod autem peccet mortaliter, presupposito pro indubitato quod dicti piratae peccent mortaliter, secundum septimum Decalogi praecipuum, deducitur ex Paulo, k Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. quo axiomate canones vbique vtuntur, cap. omnes ecclesia. l & alibi saepe, iuncta glossa, m quae declarando praedictum axioma inquit, Peccato alterius consentire in materia nostra est cooperando, seu auxiliium ferendo. a qua cooperatione, seu auxilio non potest dictus consulens excusari, per textum, n ibi, Opem fert, qui ministerium atque adiutorium ad surripiendas res praebet. puta, vt inquit textum, o qui ferramentum ad effringendum ostium, vel scalas ad ascendendum furi praebet. per quem textum ait glossa, p vt fur peccat, qui scalam, ferrum, vel aliud auxiliium furi praebet. vnde Dominatio tua in simili materia, q postquam remigantes in triremibus piratarum excusasset ab excommunicatione; non est tamen ausa, etsi valde cuperet, eisdem a peccato mortali excusare; immo subdit nec posse absolui, nisi firmiter proponant a similibus abstinere, & in materia nostra videtur textus in c. ita quorundam. r vbi, qui Sarracenis subministrant arma, & galeas, quibus Christianos impugnant, Sarracenis ipsis deteriores, & magis culpabiles reputantur: per quem textum Abbas, s inquit peccare eum qui similia Sarracenis transmittit, etiam ad redemptionem captiuorum: cui opinioni etiam videtur adherere Cardinalis ibidem. Accedit etiam aliud, nam licet ego per opus indifferens, vt est constructio galearum, possim cooperari ei, qui est omnino peccaturus, vt dare cibum nolenti omnino ieiunare, t non tamen hoc licet, quando tendit in damnum tertij. v

Contrarium opinionem cupio veriore esse; & quidem ratione: nam cum dicta ars sit de se bona, & vsui hominum utilis, earum magistri possunt eam tuto exercere, etiam quod homines possint dictis rebus bene & male vt vt scribit D. Thomas, x nisi, vt inquit Adrianus, y ex causa aliqua dicta actio prohibeatur, & reddatur mala; quae causa, seu circumstantia si cesset, cessabit & peccatum, sed sic est, quod nulla

a ff. de iust. & iur. c. ius gentium. 1. dist. b Cap. sicut nostris. de iur. rein. c 2. q. 2. d In 4. dist. 35. e 2. 2. qu. 40. f §. ite ea. Inf. de reru. diu. g d. c. ius gentium.

g Argu. l. vt responsum. C. de transact. l. precibus. Co. de impub. & alijs. h Argu. l. vt vim. ff. de iust. & ca. olim. 3. de restit. spol.

i Cap. peccati venia. de regul. iur. in 6. k Ad Rom. 1. in fin. l 13. qu. 4. m In c. vortu. 2. q. 1. ca. 1. de offi. deleg.

n In l. in furti. ff. de fur. o In l. si pigno. ff. de pign. p In c. qui aliorum. 2. q. 3. q In cap. 27. Ma. confess. n. 63.

r De Iuda. s In c. signifi. casti. nu. 2. ad fi. de Iuda. s Caiet. in opuscul. 50. 1. c. 31. ref. 13. in 4. dub. c. 2. 2. q. 147. & alibi saepe. v Adria. quo libet. 3. in 2. qu. litera R.

x 2. 2. q. 109. ar. 2. ad 4. y Vbi iur. l. tera. l.

a Litera O.
b Ad Rom. 1.
in fin.

c In 4. di. 32.
qu. 2.
d Quasi iur.
la 3.
e Ad fi. lita.
ra b.

f Ca. 17. n. 01.

g Ca. signifi.
caus. de iud.

h ff. de reg. iur.

i In c. qui ali.
e rum.

k In d. c. signi.
ficant.

l In d. l. in fur.
ru.

alia adest causa, quæ possit dictâ actionem inficere, nisi quia vel peccatum tertii, cui cooperamur, nobis placet; quæ ratio cessat in hoc consulente, cui multum displicet dicta: vel quia cooperando facimus contra id, ad quod tenemur, vt colligitur ex eodem Adriano, * adducente glossam in expositione dicti axiomatis Pauli. b Sed sic est, quod nullibi reperitur mihi præceptum, vt cum periculo vitæ meæ propter proximi damnium euitandum abstinere ab eo, quod mihi aliàs licet; ergo nec treremium fabricatio mihi ad peccatum imputanda est.

Secundo facit pro hac opinione D. Thomas, c qui, d ex dicto axioma Pauli primum arguit mihi non licere reddere furioso gladium, ne se, vel alium occidat; & postea respondet, immo & hoc mihi licere, si ex denegatione timetur maius malum, & Adrianus vbi supra, e inquit, quod tunc furioso potest reddi gladius, quando ex non redditione immineret maiora crimina sibi, vel alij, vt est in casu nostro, in quo ipsi artificii imminet mors præsens, quæ præponderat futuro timori. Dominatio tua in Man. f post D. Antoninum idem etiam affirmat. Hanc opinionem, & in fortioribus terminis tenent Innocentius, Ioannes Andreas, Hostiensis, Ancharanus, g qui omnes admittunt, quod, si aliter non possum redimere captiuos, possum redimere eos transmittendo Sarracenis arma, quibus possunt Christianos impugnare, ergo multo magis huic captiuo licebit prædictum opus indifferens præstare dominis suis ad redimendam vitam propriam, & hoc (vt ibi inquit Ancharanus) citra culpam.

Tertio, si hic faber peccat, hoc est, vel quia facit contra iustitiam, vel contra caritatem, vel præceptum superioris: Non tertium; quia, vt in simili ait Dominatio tua vbi supra, non est credendum principem præcipere homini tam dura, vt esset hoc: Non contra iustitiam; quia nullo iure prohibetur, ne quis iure suo utatur, licet inde tertius damnium patiat, reg. l. memo damnium facis, nisi qui id facit, quod facere ius non habet. h Non secundum: nam qui præcepit, vt diligamus proximos sicut nos ipsos, non dixit vt eos & eorum bona præferamus vitæ nostræ.

Ad contraria potest responderi. Et primo ad primum, de consensu procedente ex cooperatione, respondeo, quod, vt videtur posse colligi ex glossa super dictis verbis Pauli, tunc quis cooperando consentit, quando omittit aliquid, ad quod tenetur, vel facit quod ei non licet: quod non est in casu nostro, in quo consulens facit id, quod ei licitum est, nec ex circumstantiis reprobarur. Ad simile, quod deducitur ex glossa, i & ex l. in furtu. & l. si pignori. & dicto Dom. tuæ respondeo distinguendo, vt post Innocentium distinguit Ioannes Andreas, k nam aut ista actiones cooperatiuæ sunt immediatè directæ in oppugnationem Christianorum, seu damnium tertii; quod potest contingere dupliciter, scilicet, vel intentione cooperantis, qui cooperatur delinquenti ad hunc finem, vt loquitur textus, l & hic talis non excusatur: vel ex ipsomet opere insurgit, vt opus ipsum sit immediatè directum in delictum, quod perpetratur; vt quia in actu delinquendi opem præstat delinquenti, vt dando scalas, vel ferramenta futi, qui est in actu furandi: & tunc nec hic excusatur, & hoc modo procedit exemplum Dominationis tuæ de captiuo actu remigante in treremibus, aut actio cooperatiua non est immediatè directæ in perniciem Christianorum, vt est actio portantis, seu transmittentis arma, & treremes Turcis, licet eisdem Turcæ vt possint contra Christianos; & tunc hæc talis cooperatio non est tam mala, quin ex prædicta circumstantia euitandæ mortis excusatur, ex Innocentio & Ioanne Andrea. Ad textum in cap. ita quorundam, respondeo, procedere in eo, qui sine prædicta excusante causa Turcis contra Christianos fert opem; vel procedit in eo, qui immediatè prædictis modis Turcis contra Christianos cooperatur. Ad auctoritatem Abbatis & Cardinalis respondeo, quod non obstat: nam Abbas & Cardinalis supponunt: eos, de quibus ipsi loquuntur, ideo peccare, non quia actio sit de se intrinsecè mala, sed quia erat contra præceptum Pontificis, cui ex D. Paulo tenemur omnes obedire. Sed sic est, quod nullibi reperitur prohibitum, ne captiuus in tali necessitate constituti possint prædictas artes exercere; ergo nec Abbas, nec Cardinalis conuincunt hunc consulentem peccare. Ad auctoritatem Adiani respondeo, eius doctrinam procedere sub distinctione proximè ex doctrina Innocentij & Ioannis Andreae ad alias au-

Auctoritates data: ex quibus cupio in prædicto casu admitti legem naturalem, cuius meminit Iob. Pellei cuiuscumque, & omnia quæ habet, homo dabit pro pelle & vita sua conseruanda.

IN CONFIRMATIONEM supra dictorum, quæ ad me transmissa fuerunt, respondeo primo, cum, qui prædicta scripsit, quisquis ille sit, claro iudicio, & egregia eruditione, ac pietate dotatum videri.

Secundo, quod nos quoque proculdubio desideramus eius opinionem esse veram.

Tertio, quod sua conclusio plurimum iuuari potest ex illa glossa singulari recepta in cap. de cetero. a quæ affirmat, quod qui remotam causam præbet homicidio, non est irregularis: & quod prædictus faber, fingendo treremes, causam valde remotam pugnandi contra Christianos videtur præbere, modo non fingat illas ea mente, immo nolit eas contra eos dirigi.

Quarto, quod videtur tenenda prædicta conclusio, cum ea saltem moderatione, quod prædictus faber non impendat plus operæ nauibus fabricandis, quam vitæ suæ conseruatio requirat. Sahua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Cacabi, & alia vasa aenea vel ferrea ad vsum coquinae principaliter fabricata, est arma bellica proprie non sunt, tamen ex eis possent arma bellica confici, & assumi vt vtilia ad bellum. num. 3. vnde si ad Sarracenos vt merces lucrosa bona fide deferantur sine vilo formali vero, vel equipollenti, & virtuali animo vt ex eis Sarraceni contra Christianos impugnandos iuuentur, deferentes excusantur ab excommunicatione, n. 4. nec per bullam Cœna Domini, nec cap. ita quorundam, per quæ dicta delatio dictum finem respiciens videtur prohibita, ligantur. nu. 1. alias secus. num. 4.
- 2 Sarraceni deferri prohibentur multa per decretales, & extrauagantes, quæ tamen specialiter per bullam non sunt prohibita; & sic non omnis qui euadit excommunicationem bulla, euadit alias. num. 3.

C O N S I L I V M V I.

AD Insulam Tabarchæ mercatores Genuenses, qui in ea sunt domini, deferunt vasa aenea ad vsum coquinae, & vendunt Mauris, & Turcis, qui in continenti sunt vicini, & sciunt aliquos constare vasa ipsa in arma bellica.

Queritur, vtum incidant in bullam Cœna Domini, cum ea tamen deferant, vt mercando lucentur, & eorum intentio non sit adiuuare infideles armis.

Pro parte negante huius quæstionis, scilicet mercatores prædictos non incidere in censuram bullæ Cœna Domini, quam octauo loco fulminat, nec in eam quam ante illam fulminauit Concilium Lateranense sub Alexandro III. b in quod latum commentarium olim comuenti fuimus, facit primo, quod tam animus summorum Pontificum bullas Cœna Domini pronuntiantiu, quam prædicti Concilij fuit, & est prohibere, ne vlli Christiani arma bellica deferrent Sarracenis inimicis Christianorum, eos actu, vel habitu, & propolunt pugnare volentibus: & quod cacabi, caldarie, & alia id genus vasa ferrea aenea, vel chalybea non sunt arma bellica, licet possent generaliter dici arma, iuxta l. armorum. c

Secundo pro eadem parte facit, quod ex parte contraria sequeretur, quod etiam venditio quorumlibet lignorum, & quorumlibet lapidum, & aliarum mercium, quæ quocumque modo mediatè vel immediatè, directè vel indirectè, propinquè vel remotè possent iuuare Sarracenos contra Christianos in bello, essent prohibita, & facerent incidere in prædictam excommunicationem bullæ Cœnae, & prædicti cap. ita quorundam. & consequenter nullum commercium esset licitum Christianis cum Sarracenis, nihil enim est, quod aliquo modo prædictorum non possit esse Sarracenis necessarium, vel vtile in bello contra Christianos: quod tamen videtur durum, & à nullis obseruatum: quandoquidem quotidie ex regnis & provinciis Christianorum deferuntur in terras Sarracenorum panni lanei, sericei, & alia multa etiam ad victum pertinentia, quæ aliquo modo prædictorum possunt esse illis bellantibus vtilia, & necessaria.

Pro parte affirmante primo faciunt plurima, quæ nos adducimus in dicto c. ita quorundam. d quatenus, e determina-

a De homici.

b In c. ita quorundam de lu. de iur.

c ff. de verb. signif.

d De iud. e In notab. s. nu. 13.

a In cap. 1. de spons. b In c. eccles. col. 20. de cons. b In repet. cap. per v. s. de dona. fol. mibi 137. num. 9. d Cap. Apostolica. de cle. excom. minif. cum suis con. cord.

Felino, & à Felino & citatis ab eo, & à Ioanne Lupo. 7 Adde his, quod constitutio, quæ habet non posse quem per ignorantiam excusari, videtur contraria iuri, quod probabiliter ignorantem excusat. Et ratio illa, qua id fundatur, scilicet quod dogmata Lutherana omnibus sunt nota, non est apta. Tum quia constitutio loquitur de omni hæresi, & non solum de Lutherana. Tum quia multa sunt dogmata Lutherana, quæ etiam multi eruditi nesciunt esse dogmata eiusmodi, præsertim quod multa sunt sibi mutuo contraria, vt doctores, qui in ea scripserunt, late demonstrant, &c.

SVMMA RIVM.

- 1 Inquisitor hæresis super incestu iure communi procedere non potest. & num. 5. & hoc etiam si esset perpetratus à confessario cum filia spiritali num. 6. 2 Incestus non est hæresis, nec ei annexus, de quibus solum iure communi inquisitor cognoscere potest. 1. 5. 2 Hæresis fidei Catholica, incestus autem pudicitie aduersatur. 3 Inquisitor de superstitionibus, vel alio crimine, nisi sapiat manifeste hæresim, non cognoscit. & seq. 3 Hæreticus non est faciens iure diuino prohibita, nec de his inquisitor se intromittit, nisi credat illa licere, vt vsuram. 6 Confessor incestum cum filia spiritali admittens deponendus. & seq. 7 Inquisitores hæresis de nefarijs monachi, vel sacriati, vel etiam laici geminatis nuptijs cognoscunt. 8 Lenia indicia, si sint plene probata, secundum aliquos videntur sufficere, vt qui vocetur ab inquisitoribus ad respondendum super hæresi, de qua est suspicio, sed non sunt audiendi. 8 Suspicio vna in vna persona alicuius, in alia nullius est momenti. 9 Iudicium ex sacrilegis confessionum reuelationibus seu testimonijs fundari nequit, nec principaliter, nec incidenter. 9 Confessionis reuelator nedum non est vt testis à iudice recipiendus, sed est deponendus, ne inde confessionis sigillo detrahatur.

CONSILIVM II.

VTRVM Inquisitores hæreticæ priuitatis possint, & debeant cognoscere de crimine incestus, qui dicitur admissus à quodam religioso cum duabus filiis suis spiritalibus, quas in confessione sacramentali audiuit?

Secundo, an possit fundari iudicium super depositione confessarij asserentis id audiuisse in sacra confessione?

AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo primo, quod attento solo iure communi tenentur sub pœna peccati mortalis præfati inquisitores nõ cognoscere de eiusmodi prætenso incestu. Tum quia non possunt ipsi cognoscere, nisi de crimine hæreseos, & aliquibus alijs illi accessorijs, vt probatur per cap. accusatus. & tradit Directorium inquisitorum, & incestus prætenus non est crimen hæreseos, nec de accessorijs eius, quæ à Directorio exprimuntur.

2 Tum quia crimen hæreseos est crimen contra virtutem fidei Catholicæ Theologalem, per definitionem eius relatam à nobis post alios in Manua. nostro confess. & scilicet, quod est crimen fidei Catholicæ contrarium, h crimen autem incestus est contrarium virtuti castitatis, & pudicitie, vt tradit S. Thomas receptus. Tum quia, si id quod magis videtur inesse nõ inest, id quod minus videtur inesse non inerit, & contra, & tradit Baldus. At peccatum superstitionis & diuinationis proximius est peccato hæreseos, quam incestus: quoniam est contra virtutem religionis, quæ est longe propior fidei Catholicæ, quam castitas, vt colligitur ex S. Thoma, in quo definit eam non esse quidem virtutem Theologalem, esse tamen illi proximã, & vbi definit eam esse moralitè maximam.

3 Attamen de superstitionibus & diuinationibus non possunt cognoscere prædicti DD. inquisitores, nisi manifestè sapiant hæresim, ergo minus de prædicto incestu, cum manifestè non sapiat hæresim. Tum quia non sufficit ad hoc, vt inquisitores cognoscant de aliquo crimine, vt illud sit prohibitum iure naturali, vel diuino: quia etiam vsura est prohibita vtroque illorum, attamen de quæstionibus eius non cognoscunt inquisitores, nisi contra illos, qui dicant illam esse licitam; quia vsuram exercere non est hæresim admittere, licet credere vsuram licere sit tale.

4. Tum quia etiam de blasphemia, quæ non sapit manifestè hæresim, non possunt cognoscere, vt tradit idem Directorium receptum ab omnibus, nisi cum implicat contradictionem alicuius articuli fidei. Et constat blasphemiam & iniuriam Deo & diuis factam esse proximiorè hæresi, quàm eiusmodi peccatum incestus: Tum quia conclusio receptissima est, de nullo crimine, quod non sit hæresis, vel manifestè non sapiat hæresim, posse cognoscere inquisitorem, vt tradit Oldradus, adeo quidem, vt glossa recepta per Ioannem Andream, Dominicum Francum & alios, habeat, quod ad hoc vt inquisitores cognoscant de tali crimine, non sufficit, vt dubitetur an sapiat hæresim, sed requiritur vt manifestè sapiat: ita quod licet regulariter iudex cognoscat an sua sit iurisdicctio, cum dubitatur de illa; inquisitor tamen non potest cognoscere, an pertineat ad ipsum iurisdicctio, cum solum dubitatur; sed oportet quod manifestè sapiat hæresim.

Secundo respondeo, quod attento solo iure communi peccarent mortaliter (mea sententia) assumendo illam, quia vsurparent alienam iurisdicctionem, quod mortale peccatum est, iuxta l. fi. & tradit S. Thomas receptus. Tertio, quod ideo dixi supra, attento solo iure communi, quoniam attento aliquo priuilegio, vel consuetudine aliqua legitime approbata, possent cognoscere; quia summus Pontifex pro sua summa potestate potest eis addere iurisdicctionem quam non habent, & imminuere habitam. Quarto, quod non obstat quod Episcopus Pacensis, finuat inquisitores posse cognoscere de incestu, quæ admittit sacerdos confessarius cum pœnitente sibi confessi. Tum quia non est verum, quod ille hoc dicat, sed tantum incidenter ait huiusmodi sacerdotem debere deponi, & magna pœna puniri, per cap. omnis. & cap. si sacerdos. & quod est intelligendum per ordinariũ, & non per inquisitores. Tum quia prædicta capp. quæ allegat, non loquuntur de inquisitoribus, sed de ordinario: Tum quia illud parergon induxit ad dicitandum latissimè alterum parergon de nullitate matrimonij inter Christianum & hæreticam contracti; vbi tenuit contra communem sententiam omnium, sed nullibi hæctenus est receptus.

Quinto, quod etiam non obstat quod ipsemet Pacensis tenuit, dum ait inquisitores cognoscere posse de nefarijs nuptijs monachi, & clerici sacro ordine insigniti; quia loquitur de crimine incesti matrimonij contracti per monachum, vel aliquem sacro ordine insignitum, & non de monacho, vel sacerdote committente solum incestum sine matrimonio, quod longè maius & scandalizantius crimen est, quàm simplex incestus admissus sine matrimonio, & proximius ad multiplicandam manifestam hæresim propter irreuerentiam quæ fit sacramento ordinis; & sacro monachatu, & sacramento matrimonij, quæ interuenit in eiusmodi nuptijs, quàm illa quæ interuenit in incestu simplici absque matrimonio admissi.

Sexto, quod non obstat etiam id quod Dominicus post Lapum asserit, & Francus, scilicet contra eum qui ducit uxorem secundam viuente priore posse procedere inquisitores; quod etiam asserit Ioannes Lupus, & Couarruias, quia loquuntur de contrahente bis matrimonium, vtraque viuente, per quod præsumitur malè sentire de sacramento sacri matrimonij, de quo tamquam de præsumpta hæresi contra sacramentum admissa cognoscunt inquisitores, per cap. ad abolendam. de hæret. quod non contingit in crimine simplicis incestus sine matrimonio admissi. Vnde eruditissimus, idemque Christianissimus Episcopus Bernardus Diaz, asseruit, quod sacerdos, qui cum filia spiritali fornicatur, debet deponi, & alias pœnas subire, per cap. omnes. & ca. si quis sacerdos. non tamen ait inquisitores posse cognoscere de illo crimine, sed punitionem relinquit ordinarijs, de quibus sunt intelligenda iura per eum citata.

Septimo, quod DD. inquisitores ponderare debebant id, quod in Hispania vidimus ponderatum, & est relatum à prædicto Pacensi, non esse audiendos Iurisperitos, qui docent ex leuibus indicijs & signis plenè probatis posse quemcumque iuste vocari ab inquisitoribus ad interrogandum eum super hæresi, de qua est suspicio; quia ex tali uocatione magnum & acerbum præiudicium fit viro graui sic vocato: sed quod circumstantiæ persona, qualitas, finis, & aliarum sunt multum ponderandæ; cum hæc frequenter contingat vnam suspicionem, quæ contra vnum alicuius momenti esset, contra alium esse nullius, &c. Quare cum persona, cuius nomine (vt suspicor,) tacito interrogor, sit tã primaria nobilitate generis, & religionis, & tanta prudentia, modestia, iustitia, & bono vitæ

e s. de quaest. de hæretic. li. 6. f In 3. p. q. 45. cap. excomunicamus. s. credentes. & s. aduicimus. de hæred. & c. vt officium. eod. lib. 6. & Cap. 11. nu. 22. h Ca. arrepta. & c. hac est fides. 2. q. 1. i 2. 2. q. 154. art. 9. k Cap. cum in cõdit. de ele. & Aus. multomagis. C. de sacros. eccles. l In l. conuentusula. Co. de sacros. eccle. m 2. 2. q. 81. art. 5. n Art. 6. o Dist. ca. accusatus. s. sane. p Dist. cap. accusatus. s. de quaestioib. q Cle. 1. de vsuris. l In 2. p. q. 41.

a Conf. 210.

b In prædicto §. sane.

c ff. de iurisdicct. omnium iudicium. d In 2. 2. q. 60. art. 6.

e Cap. eum ita per multum. 9. q. 3. & cap. prop. iur. de concess. præb. f In l. de Cathol. nupt. tit. 40. de matrim. sum. 15. g 30. qu. 1.

h In encicli. dno vniuers. religiois. tit. de nefarijs nuptijs.

i In d. c. accusatus. §. sane. k In princ. a iud. m. c. l In rep. cap. per vestras. §. 18. d. dona. inter vir. & vx. r. m. 2. par. c. 7. § 3. num. 6. n In præxi criminali. can. c. 76. o 30. qu. 1.

p In prædicto encicli. tit. de suspicio.

odore, ac exemplo, vt audio, insignis, non solum essent flocci- pendendæ eiusmodi leues suspiciones, si non essent satis probatæ, sed etiam minuendæ, & leniendæ: quamuis aliquantulum dici possent probatæ. Salua prædictorum DD. meorum, qui totius orbis Christiani sunt censores, sententia, cui me omniaque mea libenter subiicio.

AD SECVNDAM respondeo id quod aliis interrogatus respondi, non posse iuste vlllos iudices fundare suum iudicium principaliter, nec indicenter in sacrilegis & scandalosissimis testimonijs sacerdotum confessoriorum præstitis super eis, quæ solum norunt per confessiones sacramentales; & tanto minus, quanto maiores sunt iudices id fundaturi: sed potius debere illos sacrilegos deponere, & acerbissime punire; ne populus incipiat sibi persuadere, quod maleuolorum machinationibus, & superiorum dispensationibus, vel relaxationibus, aperiatur aliqua via, qua confessio secreta contra diuinum & indispensabile D.N. Iesu Christi præceptum reuelentur, & sibi dissuadeat necessitatem confitendi, quam maledictus Lutherus suis miseris discipulis dissuauit: quem adeo alicubi, vt audio, pertinaciter sequuntur nouè ad fidem conuersi, vt pauci sint, qui graua crimina sacerdoti confitentur; ita vt aliquot parochi eruditi dixerint nullos in suis parochiis peccare graua mortaliter: quia nulli parochiani eis confitebantur talia: quod ne infinita Dei bonitate contingat, supplicissime omnes oremus. Amen.

SVMMARIVM.

- 1 Denunciare sancto officio non debeo eum, quem ob leuem suspensionem, aut signa, qua facile fallere possunt, hæreticum puto, etiam si adsit inquisitorum edictum.
- 1 Inquisitorum edictum de denunciandis hæreticis, &c. non ligat eos qui quoquo modo audierint, vel suspicantur, sed eos qui sciunt per sensum corporis, vel saltem audierunt à fide digno, qui illud sciebat.
- 1 Penitentem, qui sibi non facit scrupulum omnia denunciatio- nis hæreticorum, eo quod ignorat se obligari, debet confessarius monere, vt denunciaret, & recusantem non debet absolue- re, & ita obseruat sacra Penitentiaria.
- 1 Denunciare non tenetur vltromontanus illos hæreticos, cum quibus vltra montes est conuersatus.

CONSILIVM III.

DVBITO aliquem hic Romæ, vbi viget Inquisitio, esse hæreticum, vel signis credo eum talem, sed non possum probare. An teneat denunciare quoquo modo officio inquisitionis; & quid faciet confessarius cum penitente, qui facit sibi scrupulum, quod sit conuersatus cum hæretico, sed non facit sibi scrupulum, quod non denunciaret; & de quo penitente credit confessarius, quod admonitus potius omittit confiteri, quam denunciare, cum vltromontanus sit, qui ignorat obligationem denunciandi, & abhorret ab hac actione?

1 Respondeo primò, quod huius questionis decisio colligi potest ex his, quæ nos diximus in repet. cap. inter verba. a vbi dicitur, quod edicta, quibus iubemur denunciare aliqua quæ scimus, non ligant eos, qui quoquo modo audierunt, vel suspicantur; sed tantum eos, qui sciunt illud per visum, vel alium sensum corporeum, vel per confessionem eius, qui fecit illud, vel quod habetur pro indubitato, secundum Innocentium, b vel saltem audiuit ab aliquo fide digno, qui sciebat illud, iuxta glossam singularem. c Quare non puto rectè facturum, qui ob leuem suspensionem, & ob signa, quæ facile fallere possunt, denunciaret aliquem tanti criminis reum.

2 Secundo, quod vltromontanus, si solum est conuersatus cum hæreticis vltra montes, non tenetur denunciare illos; si autem est conuersatus cum hæreticis in Italia, vel Hispania, tenetur denunciare illos, neque debet absolui, nisi denunciaret, vel saltem omnino proponat denunciare; quia non videtur contritus: & hoc obseruat sacra Penitentiaria, per multa quæ possent allegari, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Hæreticus ante baptismum nemo esse potest, nec ante illud qui potest excommunicari, nisi indirecte. num. 4.
- 1 Iudæi, & Pagani Ecclesie legibus non subiiciuntur, illis inquam, quæ eorumdem legibus contraria sunt. num. 4.
- 1 Indæus, qui cum conuersis ex eis conuersatur, publicè cadendum.

a xx. qu. 3. con. 6.

b In cap. cum causa. n. 1. de iurament. cal. c. In l. Titio si dicit ff. de conditio. & demonstr.

- A 2 Iudex ad vnam causam deputatus contra quemcumque eius impediens processum procedit.
- 3 Iudex ecclesiasticus infidelem punire potest pro delictis merè ecclesiasticis, item pro mixtis, si prouenit, pro merè autem laicis non.
- 3 Inquisitor hæreticos punire potest Iudæos conuersorum peruersionem procurantes.
- 3 Hæreticus conuersus absolui non debet, nisi manifestet infideles, qui eundem post baptismum peruerterunt.
- 4 Iudæi non vt hæreticorum complices, sed vt eorum fautores puniri possunt.

CONSILIVM IIII.

VIDAM hæreticus rediens ad cor petit absolutio- nem ab excommunicatione bullæ Cæne. Queritur, an debeat absolui, non manifestatis Iudæis, qui ei Iudaismum persuaferunt.

1 Pro parte affirmante facit primò, quod Iudæi non possunt esse complices hæreticos, quia non sunt baptizati, & nemo ante baptismum potest esse hæreticus, vt post alios tradimus in Manu. nostro confessi. a

Secundo, quod Iudæi, Mahumetani, & Pagani non subi- ciuntur Ecclesie, iuxta illud Apostoli, De his qui foris sunt nihil ad nos, relatum in cap. gaudemus, b & consequenter videntur non posse puniri ab Ecclesia.

3 Tertio, quod Decretales, quibus statuitur punitio Iudæo- rum, non excommunicant eos directè, sed solum indirectè, prohibendo Christianis, communicare illis. c

2 Pro parte vero affirmante facit primo cap. sepe. d quo iubetur publicè cædi Iudæus, quicum conuersis ex eis, & baptizatis conuersatur.

Secundo, quod qui iudex est ad vnum, potest procedere contra impediens processum eius quo ad illud, e ergo Ecclesia, quæ habet iurisdictionem ad defendendam fidem, poterit procedere contra turbantes illam.

3 Tertio, quod questio illa, an iudex ecclesiasticus possit punire Iudæum, & infidelem? solet sic resolui, quod solum potest in criminibus merè ecclesiasticis, in merè verò laicis non, in criminibus autem mixti fori potest per præuentionem, vt resoluitur in cap. cum sit generale. f & per Felinum. g

Quarto, quod Oldradus, h respondit, quod Inquisitor he- reticæ prauitatis potest castigare Iudæos procurantes peruer- sionem conuersorum ad fidem: pro quo est casus in cap. contra Christianos. i quod habet, Inquisitorem non solum posse procedere contra Christianos, qui cum essent infantes, vel pueri, baptizati fuerunt, & postea redeunt ad infidelita- tem parentum, sed etiam contra fautores, & receptores eorum.

Per quæ pars hæc posterior videtur verior; & consequen- ter manifestationem Iudæorum, qui peruerterunt præfatum, videri necessariam, quo absoluat, quia puniri possunt ab Inquisitore.

4 Non obstant opposita. Ad primum enim responderetur, concedendo quidem non posse Iudæos esse complices hæ- reticos, ad hoc, vt dicantur hæretici: sed sic quo ad hoc, vt di- cantur fautores hæreticorum contra leges Ecclesie Chri- stianæ, quod sufficit ad hoc, vt puniri possint ab ea, per prædicta.

Ad secundum, concedendo quidem Iudæos, & Paganos non subi- ci Ecclesie quo ad obseruantiam legum eius con- trariarum suæ legi veteri: negando tamen quod non sint sub- iecti ei quo ad alias leges, e quibus vna est, ne retrahant Chri- stianos ab obseruantia legum suarum, per prædicta.

Ad tertium, concedendo quidem Ecclesiam non posse excommunicare Iudæos directè: negando tamen quod non possit eos aliis pœnis punire, cum peccant peccata fori eccle- siastici, vel mixti, præueniendo iudicium seculare, per eadem prædicta. Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Libros hæreticorum tenens, & leges incidit quidem in excom- municationem, sed non in latam contra hæreticos.
- 2 Confessio & absolutio excommunicati valent; nisi aduertens se sic confitendo peccare, taceat se talem.
- 4 Inquisitorum edicta omnes ad quos diriguntur obligant ad de- nunciandum, etiam patrem: & filios.

a Cap. 27. num. 13.

b De divor. 145.

c Ca. post mi- serabilem. de usur. & c. ad hac. e. postu- lasti. & c. et si Iudæos. de Iu- da. d 28. quaest. 1. e Cap. 1. de offic. delegat.

f De foro cõ. per. g In c. postu- lanti de Iuda. h Cons. 36. in fra scripti ar. i De hæreti- cis. lib. 5.



- 4. *Confiteri crimen proprium tenetur interrogatus legitime à suo iudice.*
- 4. *Denunciare hæreticum, quando id etiam involuendo verba facere non possum, nisi me reuelent, non obstante inquisitionum edicto, non teneor.*
- 5. *Denunciatio hæreticorum, quam nullus, vel minime notabilis sequeretur effectus, non est ob edicta inquisitionum necessario facienda.*

CONSILIVM V.

EST pœnitens, qui ab anno Domini 1548. vsque ad annum 1554. à sua discedens patria multas Italiz prouincias (iustorum tamen occasionem negotiorum) lustrauit, & accidit sæpius cum hæreticis conuersari, & verba blasphemiasque hæreticales audire; perseverans tamen in perfecta fide; sed eorum libros quadam ductus curiositate & sciendi audacitate libenter legit. Primo ab vno libro Considerationum Valdesij emit, & non longi temporis intervallo ipse vendens ab Inquisitore illius ciuitatis detentus publicè abiurare est coactus: sed post condemnationem in sua falsa perseverabat opinione: non enim reuelauit, quibus vendiderat libros, & pœnitebat eum abiurasse. Ab alio autem, qui & cum hoc condemnatus (erant enim ij socij erroris) & deinde etiam relapsus fuerat, emit librum Prædicationum sub nomine fratris Thomæ de Senis, dicebatur autem esse Occhini. Insuper ab alio in alia prouincia vltro offerente alium Occhini librum mutuo accepit, legit, restituitque. Deinde alias discessurus quidam ab vna ciuitate ad aliquot dies dimisit eidem exponenti librum fratris Iulij de Mediolano conseruandum, & alius simili de causis alijs dimisit postillas Martini Lutheri, quas conseruauit, legit, demum requirentibus restituit, nihil inde mali hauriens, sed potius eorum doctrinam detestans; non enim tanti faciendam esse, quanti ab illis prædicabatur, iudicauit. Anno deinde 1554. vel circa, ad propriam domum reuersus, negotijs expletis, vera pœnitentia ductus, libros, quos emerat, igni tradidit comburendos; & cuiusdam Iobelai, atque bullarum diuersarum Summi Pontificis auctoritate sæpius generalem suorum peccatorum confessionem faciens absolutionis beneficium est consequutus: & licet eisdem literis contineretur expressè, ne absoluerentur legentes & tenentes libros prohibitos, ipse absoluebatur; quia confessarij persuadebat debere absolui, ex eo, quia non legebat, neque detinebat, licet legerit & detinuerit. Et quia in eius patria excommunicatio singulis fere annis innouatur contra hæreticos non reuelantes, iugi conscientie stimulo premebatur, cogitans, forte illas absolutiones fuisse inefficaces, si ad reuelandum teneretur: & certè reuelasset, nisi animaduertente se non posse plenè, quæ sciebat, reuelare, nisi semetipsum reum constitueret, & in foro iudiciali diffamaret, quod non debet. Demum occasione Sanctissimi Iobelai Romam venit, & à Pœnitentiaro absolutionem consequutus ecclesias visitauit.

At quia audiuit Pœnitentiaros in huiusmodi plenissimam auctoritatem non habere, pro suæ conscientie securitate accessit ad summum Pœnitentiarum, humiliter obsecrans Illustrissimam Dominationem suam, vt causa cognita, absoluendi, & secum dispensandi facultatem alicui minori Pœnitentiaro faceret in foro conscientie tantum. Primò, quia alios plenè reuelare non potest, nisi semetipsum in foro exteriori diffamaret ad quod nullus de iure tenetur non enim potest assignare causam, qua scit hos detinuisse libros, & illos vendidisse, nisi quia ab his ipse emit, & ab illis conseruandos mutuo accepit. Secundo, quia in his viginti & vno annis, quibus post librorum combustionem in Dei & Sanctæ Ecclesiæ obedientia ab hæreticis segregatus sine querela & suspitione vixit, illorum quidam vita sancti migrarunt à seculo; & qui libros custodiendos reliquerunt, & ipsi ad eorum reuersi patriam ab alijs denunciati (si de his, aut similibus, aut diuersis alijs articulis, ignorat) ab inquisitoribus tamen condemnati modo impositam sustineant pœnam. De relapsis autem, à quibus libros emit, à currenente anno 1554. ad præsens vsque etiam interrogans nec verbum quidem amplius audire potuit, an mortui, an viui sint, an conuersi, vel obstinati, & relapsi perseverent; quove loco modo degant, ignorat, immo vnius nec nomen reminiscitur, alterius nomen, sed non cognomen, & amborum patriam, & artes; & si reuelare cogeretur, non posset nisi circumloquendo significare, scilicet, qui tunc tempo-

ris condemnati fuerunt talis artis, & patriæ, sed nescit an inter tot illo spectaculo condemnatos (fuerunt enim plurimi) alij extiterint eiusdem patriæ & artis. Vnus, à quo verba contra Deum & Ecclesiam aliàs audiuit, fuit in illa ciuitate profectus, sed fugam arripuit, quo autem ierit, aut vbi modo maneat, penitus nescit, & huius tantum fictum nomè agnoscit, & personam, apud quam tunc morabatur, quæ si modo viuat, etiam ignorat: dixit enim ipsi exponenti quidam quod iste fuerat religiosus, & à Sicilia inquisitorum metu fugiens dimisso habitu, vt secularis sub ficto nomine perditè viuebat. Quapropter non posset nisi circumloquutiue, & satis imperfectè huiusmodi hæreticos inquisitoribus significare: vnde ipsi inquisitores ex eius reuelatione parum aut nihil proficerent: ipse autem suam fidem in tali foro seipsum diffamando macularet; cum nemo sit, qui de eo talia suspicetur. His sic stantibus queritur quid iuris.

1 RESPONDEO primo, oratorem non incidisse in excommunicationem illam bullæ Cœnæ Domini, quatenus excommunicat hæreticos; quia nec est, nec fuit verè & coram Deo hæreticus, licet in foro exteriori, & coram hominibus iudicetur talis, iuxta ea quæ diximus in Man. confess. ^a incidisse tamen in eam, quatenus excommunicat tenentes & legentes libros hæreticorum sine licentia Sedis Apostolicæ. **2** Secundo, quod confessiones eius sacramentales, & absolutiones, quas domum reuersus egit, & accepit, fuerunt validæ: licet confessarij non haberent potestatem eum absoluedi ab excommunicatione: quia confessio & absolutio excommunicati valent, nisi cum pœnitens sciens se excommunicatum, & aduertens quod excommunicatus peccat accipiendo absolutionem, eam accipit, non confitendo illud peccatum; quod tunc peccat: non quidem ea ratione, quod excommunicatus absoluitur, sed quia non confitetur omnia peccata, quæ nouit, iuxta ea quæ diximus in d. Manu. confess. ^b & is non aduertebat se peccare absolutiones illas accipiendo, immo persuadebat confessarijs posse eum absoluerè, eo quod iam destitit à peccato detinendi & legendi libros, cum iam omnes combussisset, vel suis dominis restituisset.

3 Tertio, quod magnæ difficultatis est, an incidit in excommunicationem latam per edicta inquisitionum contra eos, qui moniti non denunciant hæreticos intra tempus præstitutum.

Pro parte enim negante facit, quod nemo tenetur prodere se iudici saltem exteriori, iuxta cap. *quis aliquando*. ^c ibi, non tibi dico, vt te prodas. ^d quod procedit etiam in casu hærescos, cum nullibi excipitur ille ab hac regula; & standum est regulæ, donec probetur exceptio. ^e At orator ait se non potuisse denunciare illos, quos sciebat esse hæreticos, & vti libris hæreticorum; non prodendo se: præsupponit enim, quod inquisitores interrogant de causa & ratione scientiæ, & non poterat ille vllam rationabilem reddere, nisi quod ab eis emisset, vel commodato accepisset libros veritos; & consequenter seipsum prodidisset, ad quod non videbatur teneri.

4 Pro parte vero affirmante facit primo, quod omnes, ad quos diriguntur prædicta inquisitionum edicta, tenentur denunciare omnes, & amicos, & cognatos, & fratres, immo & patres, & filios, quos nouerint in eam incidisse, vt nos latè concludimus in repetitione cap. *inter verba*. ^f

Secundo, quod quilibet tenetur confiteri de se crimen, super quo à competente iudice interrogatur; & inquisitores, de quibus in argumento, erant competentes iudices, & competenter interrogabant. ^g

Tertio, quod poterat orator eos, quos sciebat, denunciare sufficienter, non prodendo seipsum, dicendo quod audiuit eos afferentes aliquas hæreses, & vtentes libris aliquot hæreticorum; tacendo quod emisset, vel commodato accepisset ab eis, & si interrogatus fuisset de modo, quo illi utebantur eis, potuisset respondere; quod utebantur legendo, laudando, vel aliàs approbando, & si pressus fuisset interrogatus, vnde illos habuissent, aut quibus vendidissent, vel commodassent, potuisset respondere se nescire, subintelligendo intra se coram Deo eo modo, quo teneretur propalare, iuxta posita in Manu. ^h & latius in prædicta repetitione cap. *inter verba*. ⁱ per quod tollitur oppositum pro parte negante formatum.

5 Quarto, quod licet orator obligatus fuisset tempore prædictorum edictorum denunciare quos sciebat hæreticos, & ob id incurrisset excommunicationem, nec debuisset absolui

^a Cap. 27. n. 50. ^b *melius* c. 12. n. 24. ^c 25.

^b Cap. 9. n. 1.

^c *his ancto* *riatibus.* ^d *De pan. di.* ^e *Glo. recepta* *in l. omnis de* *fratris. de re* *iuris. & in ru* *bric. eo. tit. li.* ^f *6.*

^f *11. q. 3. con-* *clusio. 6. co-* *vol. 62. n. 826.*

^g *Arg. l. con-* *gruus. ff. de of* *ficio. præsidis.* *cap. 1. de offi.* *ord. & c. 2. cõ* *municamus. 1.* ^h *§. si. de hæres.*

^h *Cap. 18. nu.* *59.* ⁱ *11. q. 3.*

Capit. cum conuocat. de officio. deleg. Et ad probationem. C. de probationib.

antequam denunciaret; nunc tamen arbitror, quod non sit obligatus ad id faciendum, & quod potest absolui absque praedicta denunciatione: quia frustra expectatur euentus, cuius nullus sequitur effectus. * At nullus, aut certe minime notabilis effectus eius denunciationem sequeretur, vt ex facto colligitur.

Quinto, quod Illustrissimus Dominus petitis annuere debet adeo humiliter & sancte oratus, & gaudere, quod tanta sit oratori de sue anime salute cura, in gloriam D. N. Iesu Christi, qui nos omnes seruet. Amen.

SUMMARIUM.

- 1 Scriptura priuata aliena manu scripta etiam inter mea scripta mihi non nocet, nisi fuerit a me subscripta, vel testibus signata, etiam si sit scripta a presbytero, a religioso, & a Priore alicuius conuentus, immo nec si sit scripta a sapiente dante consilium, secundum quod sententia debet ferri, vel etiam ab aliquo qui sit notarius, nisi duo ultimi eidem etiam se subscripserint.
- 2 Imperfecta scriptura, scilicet, qua ita sit a me scripta, vt aliquid adhuc ei sit addendum, mihi nec prodest, nec nocet, etiam si sit testamentaria, etiam si sit edita, sed non a me. & num. 3. nec de illis in quibus adhuc extremam manum non apposui, potest mihi ita obiici, quin liceat mihi eadem declarare, immutare, emendare que. num. 4.
- 3 Corrigere potest auctor scripta sua, donec ediderit perfecta, & interim negare se ita sensisse, vt in eis continetur, cum ob alium finem potuerit ea sic scripsisse.
- 3 Emendare scriptum, maioris est laboris, quam scribere.
- 4 Memorialibus descripta non aequo probant, ac scripta in rationibus.
- 5 Intelligi, quod nequit, pro non scripto habetur.
- 5 Multiplices intellectus cum lex aequo bene recipit, videtur inutilis; veritas enim tunc ignoratur.
- 6 Dubia cum est oratio, ambigua, obscura ve, in eo est capienda sensu, quem dat qui eam protulit, & prout eidem utilius est, & hoc in ijs, qua pendunt a solius proferentis voluntate, secus est in contrariis: item & in eo capienda est sensu, qui delictum excludit. num. 7.
- 7 Delicti qua est exclusiua interpretatio, illa sumenda est siue in oratione ambigua, siue generali mandato, vel iuramento. & num. 8.
- 8 Verba non sunt captiose contra proferentem accipienda; immo si viderentur contraria; sunt concordanda, non solum vt contraditio & pena euitentur, sed etiam vt probent.
- 9 Dubia oratio ex antecedentibus & consequentibus est interpretanda: sed & vna pars orationis per alteram etiam declaratur, & per media declarantur extrema, num. 10. immo & ex alio eius auctoris scripto, num. 11. & ex fine in quem principaliter profertur etiam dilucidatur. num. 12.
- 12 Recitatio qui aliquid ab alio dictum describit, non censetur illud approbare.
- 12 Libri hereticorum reperti apud viram doctum, sincerum, & de heresi alius minime suspectum, non inducunt heresis presumptionem, licet dent iudici causam interrogandi quo sine illos habeat.
- 13 Protulisse aliqua ex cathedra, vel suggesto, non conuincitur is ex eo quod scripta reperiantur in memorialibus conscriptis pro materia concionis, aut lectionis.
- 13 Doctorem non omnia, qua priuatim scripsit, publice docuisse sequitur.
- 14 Protestatio submittentis scripta sua Ecclesie iudicio excusat.
- 14 Protestatio animi declaratoria etiam facto contraria iuuat.

CONSILIVM VII.

HYPOTHESES, & suppositiones decem pro defensione quorundam scriptorum N. magni, & excellentissimi Theologi, qui aliquot annis Consultoris S. Inquisitionis officio functus in plerisque regionibus publicum munus habuit examinandi dogmata; & dicta scripta adhuc in chartulis, commentariolis, & alijs memorialibus imperfectis, indigestis, & inuendatis inueniuntur, quibusque manus extrema nondum apposita fuit, & partim propria, partim aliena manu scripta repertiuntur, in quibus quedam sunt minime intelligibilia, ambigua quedam, diuersoque ordine & stylo tradita, & quedam protestatione illa munita, *Omnia Sacrosanctae Ecclesie Catholicae iudicio & censura submitto.*

A 1 **PRIMA** igitur hypothesis & suppositio fuerit, nemini nocere scripturam priuatam aliena manu scriptam, nisi testibus fuerit munita, vel propria manu ei se subscripserit, etiam si fuerit scripta a presbytero, vel ab aliquo religioso, etiam Priore alicuius conuentus. Immo nec scriptura notarij facit fidem, si ei non se subscripserit. etiam si tota fuerit ipsius manu scripta, nec consilium sapientis eius propria manu scriptum sine sua subscriptione prodest, secundum Paulum, nec nuda ratio facit quem debitorem. Quod fit, vt nil eorum, qua aliena manu scripta inueniuntur in scriptis praedicti N. illi nocere possit; quia illius manu non est subscriptum.

B 2 **SECUNDA HYPOTHESIS**, quod nemo est accusandus, nec arguendus, eo quod hoc vel illud scripserit etiam sua manu in chartulis, commentariolis, & alijs memorialibus imperfectis, indigestis, & inuendatis, quibus manus extrema non sit adhibita, neque sunt vsque adeo edita. Primo quidem, quia illa pro non scriptis habentur, iuxta illud Iustiniani. *nihil etiam actum esse credimus, dum aliquid superest addendum.* vnde nec scriptura, qua paratur ad testamentum, prodest, aut nocet, nisi perfecta fuerit, & nec Imperator capit aliquid ex testamento imperfecto, nec instrumentum imperfectum probat.

C 3 Secundo facit, quod licet scriptori scripta sua corrigere, & negare se ita sensisse, ac in eis continetur, donec ediderit perfecta, quod nuper cum omnium iudicum & doctorum laude fecit in Hispania vir pius iuxta ac doctus frater Dominicus Sotus, in haec verba: *Multa quidem alia in Matthaeo & alijs scripsi, qua a quibusdam circumferuntur, quibus postremam manum non adhibui: & ideo, si quis ea euulgauerit, protestor non fore mea: quonia nec collimata sunt, nec polita, & multis scaturit mendis, multa que continent examina, censura, & castigatione digna.*

Tertio, quia multa scribimus omnes, non quod ita penitus sentiamus, ac in eis continetur, sed ne fugiant memoriam, vel vt postea otium nacti trutinemus, & minuamus, augeamus, vel omnino deleamus, si alius considerata in totum vel ex parte displiceant; quod se fecisse etiam grauissimus, idemque sanctissimus auctor Augustinus in principio quaestionum super Genesim testatus est in haec verba, *Placuit eas quaestiones, qua in mentem venirent, stylo alligare, ne de memoria fugerent, non vt ea facili explicarem; sed cum opus esset, possemus inspicere, & admoneremur, quid adhuc esset requirendum, & essemus ad cogitandum instructi, & ad respondendum parati.*

D Quarto, quod ea est fragilitas humana, quod nemo, etiam si maxime velit, & conetur, potest prima vice adeo circumspecte scribere aliqua, qua nulla lima & censura egeant, quod satis testatur prologus, retractationum eiusdem B. Augustini & experientia, qua verissima rerum magistra est, palam constat, omnes graues scriptores adeo nonnumquam illa, qua in prima scriptione composuerunt, mutare, antequam vltimam manum apponant, vt longe alia videantur esse post illam adhibitam; immo & post eam adhibitam frequenter eum iam sub praelo est opus, multa etiam in contrariam sententiam commutare. Hinc illud Horatii consilium. *Nihil edatur, antequam nouum praeatur in annum.* Hinc illud Iustiniani, *Qui subtiliter factum emendas, laudabilior est eo, qui primus inuenit.* & illud Ouidij. *Nec tamen emendo: labor hic quam scribere maior.* Hieronymus item, sentit ea, qua nondum sunt edita, emendari ab auctore posse, neque antea ob illa reprehendi debere auctorem, per illa verba: *Cum editi fuerint, & de tenebris in lucem processerint.* & in epistola ad Pammachium pro libris suis contra Iouinianum, sed longe clarissime expressit in epistola ad eundem Pammachium, qua incipit, *Paulus Apostolus.* dum plurimum conquestus de quibusdam carpentibus versionem cuiusdam epistolae Graecae a se factam, nondum tamen editam, quam furrim ei subripuerant, subdit haec verba. *Volo in chartulis meis quaslibet ineptias scribere, commentari de scripturis, remordere ladentes, digerere stomachum, in locis me exercere communibus, & quasi armatus ad expugnandum sagittas reponere, quandiu non profero, nec edo, cogitata non sunt crimina, nec maledicta quedam, qua aures publice nesciant.*

E 4 Adde, quod scripta in memorialibus non probant perinde, ac scripta in rationibus, secundum Baldum cui nemo contradicit. Cum igitur nihil eorum, qua in scriptis praedicti N. carpuntur, sit politum, & collimatum, aut extrema manu donatum, vt verbis praedicti Soti vtat, neque sit editum, vt D. Hieronymus loquitur, consequitur profecto nihil eorum illi

a Ca. 1. & 2. cum gloss. & Innoc. & alijs praesertim Felino, de fide instrum. b Dec. consil. 110. c Idem eif. 612. d Leg. 2. C. de conuentionibus sibi debitis. e Paulus A. lex. & Iaf. in l. cum anti quis. Co. de testam. f Sub. fin. d. l. cum antiquitas. g Leg. nuda. ff. de donatio. h In le. cum. L. Syllanianus C. de his quibus ut indignis. i La. ex ea scriptura. ff. de test. k Leg. ex imperfecto. C. de test. l. ex imperfectis ff. de legat. 3. l Cap. 2. cum gloss. & eis annotationis, & gl. in l. generali. Co. de tabul. lib. 10. m In calce suorum commentariorum in 4. lib. Senten.

o Ca. 15. li. 2. o Cap. quam sit. de electio. lib. 6.

p In arte poetica. q In l. 1. C. de veteri iur. a. nucl. r Li. 1. de p. s In apolo. contra Russi. pa. 2.

t In rubr. de consil. pecuni. ad finem.

opponi posse, ad epta facultate emendandi, declarandi, augendi, minuendi, vel mutandi. & ita contra ea omnia, & singula, quae illi obiici possent, defensio sit, ea nondum fuisse correctae, non extrema manu donata, non edita, non alio quopiam modo ita ante approbata, ut teneatur ea defendere in ea forma, qua exhibentur, sed solum in ea, qua illo editurus erat, & vulgaturus, si id facere contigisset.

5 TERTIA HYPOTHESIS, quod ea quae sic scripta sunt, ut intelligi nequeant, pro non scriptis habentur, iuxta l. 2. cuius verba sunt: Quae in testamentis scripta essent, & non intelligerentur quid significarent, ea perinde sunt ac si scripta non essent. ex qua lege doctores colligunt paria esse aliquid non esse scriptum, & ita scriptum, ut intelligi non possit. quod ipsum est dicendum de illo, quod aequè bene multipliciter intelligi potest, ut Cumanus, & Aretinus notant, b cui consentaneum est illud Baldi. c Eius, quod multipliciter intelligitur, veritas ignoratur. & illud quod dicitur; Lex inutilis est, quae plures intellectus aequè patitur.

6 QUARTA HYPOTHESIS, quod oratio dubia & ambigua intelligenda est in eo sensu, quem ei dat qui eam protulit, ut est in l. in ambiguis. d cuius verba sunt, in ambiguis orationibus maxime sententia eius spectanda est, qui eas protulisset, quod maxime habet locum in his, quae pendunt à solius proferentis voluntate, quales sunt leges, quas interpretatur qui eas condidit, e qualia privilegia, f qualia testamenta, & qualia item eadem ratione alia omnia, quae pendunt ab vnus proferentis voluntate, & accipi debent in eo sensu, qui magis prodest proferenti, ut Vlpianus docet, h per illa verba, Si quis intentione, vel oratione ambigua usus sit, id quod ei visum fuerit accipiendum est. Nec obstat l. veteribus. i cum ei similibus; quoniam loquuntur in contractibus, qui à duorum consensu pendunt. Quare ea quae in praedictis scriptis inveniuntur dubia, aut ambigua, in eo sensu, qui praefato N. utilior sit, sunt intelligenda, cum ea omnia ab vnus illius proferentis voluntate pendeant.

7 QUINTA HYPOTHESIS, quod verba, quae in vno sensu denotant delictum, & in alio non, intelligenda sunt in eo sensu, per quem non dicatur proferens deliquisse: quoniam dubia interpretanda sunt in meliorem partem, k & semper in dubijs benigniora preferenda sunt, quae sunt verba l. semper. l & Marcellus. m sic ait. In re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus iustum, quam tutam est. quod etiam in legibus fit, iuxta l. benignius leges interpretanda sunt. n & in ambigua voce potius est accipienda significatio, quae vitio caret, iuxta l. in ambiguis. o quam legem ait ibi glossa recepta habere locum, tã cum est vox obscura, vel ambigua, quam cum æquiuoca, siue multiplicis significationis, tam cù aliqua pars orationis est obscura, vel ambigua, quam cum ipsa tota oratio. & in mandato generali non censetur mandatum delictum, etiam si verba mandati sint generalia, & apta comprehendere delictum, p per quod ibi quamplures recentiores deciderunt quaestiones.

8 Et qui iurat omnia statuta, non videtur iurare illicita. q Et generaliter prolatum, in sensu, qui utilior est proferenti, accipiendum est. r Nec verba sunt intelligenda captiosè contra proferentem, s neque ita, ut proferens sibi contradicere videatur, & incidat in poenam, argu. ca. cum tu. t per quod ibi Antonius & Panormitanus aiunt etiam testis vnus dictum reducendum esse ad concordiam cum altero à se ipso dicto, non solum ad hoc, ut non incidat in poenam, & periculum, sed etiã ad hoc ut probet, quod eleganter ibi Aretinus & Felinus docent, & tradit Hieronymus Gratus. v Quamobrem scripta praedicti N. quatenus in parte, vel in totum sunt dubia, vel ambigua, æquiuoca, vel multipliciter intelligibilia, vel generalia, aliquem sanum & catholicum sensum, & proferenti utilem habere possunt, vel in eo, quo ea alibi ab ipso N. clare prolata sunt, ita debent accipi, ne ipse videatur deliquisse, nec in poenam incidisse, nec illi contradixisse.

9 SEXTA HYPOTHESIS, quod cum aliqua oratio est ambigua, & dubia, & multipliciter intelligibilis, ille sensus est probandus, cui antecedentia & consequentia verba magis consonant: quoniam superior & inferior scriptura efficiunt perspicuum, quod alioquin esset dubium, ut ait Cicero, x ubi tractat de controuersia, quae in scripto versatur. Et quia, ut ipsemet ibidem ait, si ipsa separatim ex se verba considerentur, omnia, aut pleraque videbuntur ambigua: cui

A consentit grauissimus auctor Augustinus, a in hæc verba, Cum ambiguitas occurrit, contextus ipse sermone à praecedentibus, & consequentibus partibus, quae ambiguitatem illam in medio posuerunt, esse consulendum, ut videamus cuius sententia de pluribus, quae se ostendunt, ferat suffragium. Nam etiam Vlpianus alteram partem alternatiuè per alteram interpretatur, b sed & Iulianus, c ait ad summam numerorum legatorum conuiciendam, ea, quae praecedunt, vel quae sequuntur scripta, esse attendenda, & Vlpianus, d agens de interpretanda prima clausula inserta senatusconsulto posito in l. item veniunt. e quod multas clausulas continet, eam interpretatur per tertiam clausulam in eodem senatusconsulto satis longe positam. Et idem Vlpianus, f sic ait: Qui filium legauit, si mentionem in aliqua parte testamenti postuina fecit, videtur in filiarum legato de postuma sensisse. per dictum textum ibi adnotauit Bartholus, quem ibi & vbiq; sequuntur alij, vnam partem testamenti per aliam declarari: per quam adnotationem multa pulchra, ut alios omittamus, determinat Decius. g Vnde recte dixit Ioannes Croperus Archidiaconus Colonienis, h in hæc verba: Nulla alia ratione ad eorum, quae à quopiam obscure dicta sunt certiore, magisque propria, & germanam potest intelligentiam, & notitiam perueniri, quam, ut ea, quae antecedunt, & sequuntur verba expendantur. Et ut omittamus alia, Cælestinus, i dixit, vtriusque iuris argumenta nos docere ea, quae in principio ad medium, & ad finem; illa verò quae in medio, ad finem, & principium referuntur, id quod iis verbis sic summat Baldus ibidem. Per media declarantur extrema & per vnum extremum declaratur alterum. Cum igitur bona pars eorum quae ipsi N. opponi possunt in praedictis suis scriptis, per antecedentia vel consequentia declarentur habere sensum Catholicum, non debent opponi ei, ut sapiant hereticum.

B C II SEPTIMA HYPOTHESIS, quod non solum pars vnus scripturae per aliam partem eiusdem declaratur, ut praedictum est, sed etiam per alias omnino ab ea separatas: quod grauissimus auctor Augustinus, k in hæc verba docet: Cum verba scripturae in vno loco apertius ponuntur, ibi discendum est quomodo in locis intelligantur obscuris. & super primo Genesis ad literam, l ait, Cum scripturas legimus, id eligamus, quod certum apparuerit eum sensisse, quem legimus: si autem dubitatur, id certè, quod circumstantiam scriptura non impedit, & cum sana fide concordat. Et Vlpianus, m ait, Interpretationem verborum, quae in testamentis reperiuntur obscura, fieri posse ex vicinis scripturis, ex verbis enim prolatis in vna scriptura sumitur interpretatio, quid senserit quis in alia. quod Scruola tenet, n quatenus significat, per verba testamenti alicuius declarari posse, quod ipse in instrumento donationis sensisset, quod ibidem adnotauit Bartholus quem sequitur Alexander, o idem significat Papinianus, p quatenus habet, verba codicilli testatoris declarari per verba testamenti, per quem Curtius senior, q dixit, quod voluntas declaratur non tantum ex eadem, sed etiam ex alia scriptura. Cum igitur quidquid dubij & ambigui esse potest in scriptis praefati N. ex aliis illius scriptis declarari possit, consequens est ita esse declarandum.

D E 12 OCTAVA HYPOTHESIS, quod verba intelligi debent secundum id, ad quod principaliter proferuntur & scribuntur, ut est l. 1. r ubi Vlpianus ait, illa verba Praetoris in principio legis posita, Ne quid in flumine, ripaue fiat, quo statio, iterue nauigio deterius fiat, de flumine nauigabili esse intelligenda, quoniam ad id principaliter proferuntur: & verbum positum ad vnum finem secundum illum est interpretandum, s & intelligentia verborum ex causis est assumenda dicendi, t & actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, v vnde qui aliqua dicit, aut scribit recitando, vel adnotando tamquam ab alio dicta, non videtur ea approbare, ut est in cap. literas. x & glossa y recepta ibi, & ad multa applicata per omnes recentiores, per quam Baldus z dixit, eum qui recitat, non ponere id, quod pro libellis notandum esse censuit, & in hanc ipsam materiam haereseos pulchre asserit D. doctor Iacobus Septimanticensis, a & merito: quoniam non ad hoc, ut approbet; ea dicit, aut scribit, sed ut examinet, vel referat, qui idem, b æquillimè de more suo definit, quod cum libri haereticorum inueniuntur apud eos, qui illos examinare debent, vel apud alios, qui licentiam habent, ut illos legere possint, tunc omnis sinistra suspicio cessat: quia nihil mali faciunt: immo cum reperiuntur apud virum

aff. de his qua pro non scrip. hab.

l. in l. o. c. in leg. scire. ff. de legib.

d. 2. ff. de reg. iur.

e. l. c. de leg. cum nota in ibidem.

f. leg. ex factis ff. de vulgari. c. c. cum venisset cum ei adnotatis de iudic.

g. leg. in ambiguis. q. de reb. dubijs. h. in l. si quis. ff. de iudic. i. ff. de passio.

k. Cap. 2. de reg. iur. l. m. v. ff. pro socio. l. ff. de reg. iur. in l. proxi. ff. de his qua in testa. delat. ff. de legib. o. ff. de legib.

p. l. si procurator ff. de iur. iudic.

q. Cap. 2. de iur. iur. lib. 6. r. Dic. l. si quis intentione.

s. l. in sola ff. de praer. ver. l. Proculus. ff. de usufruct. Bald. c. 1. 28. c. 254.

t. De testib. v. Confil. 37. num. 19. lib. 2.

x. Lib. 2. de inuentione.

a Lib. 3. ca. 2. de doctrina Christiana.

b In l. 1. ff. de reb. dubijs. c In l. si seruus post limi. §. fin.

d In l. veram ff. de peti. hered. e §. prater. ff. eod. tit.

f In l. qui filius in principio. ff. de lega. 1.

g Com. 15. m. 3. Scoblo. 270. num. 2. c. 416. n. 4. c. conf. 480. n. 2. c. 493. n. 10. c. conf. 515. n. 1.

h Alys duo bus consilij. h in lib. de re iur. corp. ni c. sauguius Christi. pag. 107.

i In c. secundo requirit. de appellat.

k Lib. 3. de doctrina Christiana ca. 26. l. Cap. vit.

m In l. haeres palam. §. si quid. ff. de testam. l. ubi h. n. in l. x. xori. §. ff. de le. 3. o Confil. 69. vol. 6. col. 1. p In l. 3. ff. de fundo instru. Confil. 49. col. 21.

r §. non aut ff. de sumi. s Cap. fin. de verborum sig. n. p.

t Hilarius in c. intelligens. a eod. tit.

v Lec. no. om. nis. ff. de reb. cred. in agris. ff. de acquir. rerum domi. nio.

x De restitu. ipoli ca super literis. de ref. y In l. Galieno. §. ideo credendum. verio pronepos ff. de liber. c. post. hu.

z In §. quidam recte. eiusdem l. a In l. inst. Ca. tholi. tit. de exceptio. n. 12.

b In eod. l. c. 33. num. 12.



a In c. legitimus 37. dist. b In c. qui de menia. eadē dist. c In ca. s. 24. 24. 3.

d 41. dist. e ff. locati. f In s. de verū diuis. g De consec. dist. 5. h 15. quast. 1. i De pō. d. 1. k Lib. 2. & de Inuentione li. 2.

l Leg. neque natales. C. de probat. cap. in presentia. no. dem. 111.

m In annot. ad Pandectas l. abesse. ff. de minorib.

n §. in nullo in men. de sum. ma Trinit. o 23. quast. 1.

p In ca. dixit Apostolum 24. quast. 2. q In ca. cum consil. 20. 19.

r Ca. manda. sa. & cap. scribam. de praesumpt. s Ca. 2. de rescriptis. l. cum quid ff. de rebus cred. r

doctum, sincerum, ac minime suspectum, quiduis potius quoniam haeresim praesumendam putat: licet interrogari possit, quo sine libris illos prohibitos habeat. quod satis confirmant S. Ambrosius, & Hieronymus, & Augustinus. Cum igitur praefatus N. sepiissime iussus fuerit examinare libros nondum probatos, cum licentiam habuerit legendi & tenendi libros improbatos à Sancta Sede Apostolica, cum adeo longe à suspitione haeresis fuerit, ut multis in locis munus publicum habuerit examinandi dogmata, & ut super eis approbandis aut reprobandis diceret sententiam; cum ubique cum omnium publica laude eam tulerit: cum libros integros haereticorum tenere potuerit: quid, obsecro, praesumendum est aduersum illum, eo quod in aliquot schedulis, chartis cartolis, & memorialibus, & scriptis imperfectis inuenta fuerint in libris illius aliquot propositiones hinc inde excerptae, ut examinaret eas: quod & fecit bis, & sperabat se idem tertio facturum, si quando id tertio contingeret. Quod autem multae praefatis scriptis recitatiue ac materialiter fuerint positae, ut postea disputarentur, & examinarentur, clare patet consideranti circumstantias loci, temporis, materiae, finis, personae, consuetudinis, & necessitatis descriptionis earum. Qui enim has circumstantias considerauerit, & animaduertit, quod verba, scripta, immo & facta interpretationem recipiant ex praedictis circumstantiis, ut est cap. quisquis. ubi de loco, tempore, & persona, & in l. si uno. ubi de materia, & in §. pauonum. ubi de consuetudine, & in cap. discipulos. ubi de necessitate, & in cap. 1. ubi de fine & animo, & in cap. aut facta. ubi de omnibus, & apud Ciceronem ad Herennium, qui inquam haec considerauerit, & animaduertit, facile iudicabit aliqua de praedictis capitulis recitatiue, & pro materia examinandi, disputandi, & consulendi scripta fuisse, & nullatenus animo probandi.

13 NONA HYPOTHESIS, quod eadem, quae praedicta est, experientia, palam est, complures gymnastas, praefatores, & concionatores longe alia, & alio ordine suis scholasticis & auditoribus tradere à cathedra, vel suggesto, quam paulo ante etiam eodem ipso die in suis cameris & mureis cogitarunt, & in memorialibus scripserunt; adeo quidem, ut paucissima sint, quae ita omnino pronuntiantur, ac scripta sunt. & ita non bene sequitur. Haec aut illa Titius scripsit ad praefandum scholasticis, vel concionandum concioni; ergo eadem praefatus, aut concionatus est: quia non probatur hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, cui consequens est non probari praefatum N. docuisse, aut concionatum fuisse aliqua, quae in praedictis scriptis continentur, eo quod illa scripsisset pro silua & materia praefationis, aut concionis. Aduuantur haec, eo quod nonnulli procuratores, oratores, & alij quam multi faciunt commentarios, quos vulgus vocat memorias, vel memorialia earum rerum, quae in curia, iudicio, concione, vel praefatione dicendae sunt, vel faciendae, quae postea longe aliter dicuntur, aut fiunt, ut colligere est ex multis, quae Budaeus congerit.

14 DECIMA HYPOTHESIS, quod excusandus est cuiuslibet operis scriptor, si in eius editione protestatus est se illud sacrosanctae Ecclesiae iudicio & censurae submittere, etiam si opus sit editum, & manu extrema donatum. casus clarissimus singularissimusque in cap. damnatus. quatenus loquitur de Abbate Ioachimo, & eius libro iam edito. Quod ipsum antea sensit D. Hieronymus relatus in cap. hac est fides. ubi, si quid minus perit, aut parum caute possum est, emendari cupimus. quem constat loqui de suis libris iam editis: cui satis consensus Augustinus, & cuius ratio ea est, quod in his, quae pendunt à voluntate vnius, protestatio animi declaratoria, etiam si sit contraria facto, inuariat, iuxta resolutionem Panormitani communiter recepti, qui ponit exemplum in eo, qui protestatur se non intendere dicere haeresim, quam tamen postea dicit, cui consequens est praefatum N. excusatum iri ab his, quae illi opponi possent ex suo libro, si esset munitus praedicta protestatione. At quamuis expresse forsam non sit munitus, tacite tamen munitus esse praesumi debet, eo quod alia opera quae edidit omnia expresse illa muniuit; & quod verisimile est, istum si edidisset eadem, illum muniturum; quoniam ex praeteritis praesumitur circa futura, quae sunt eiusdem generis. At tacita, & expresse regulariter idem operantur. Et ita decima defensio sit, ea omnia quae scripta inueniuntur in praedictis scriptis, scripta esse sub protesta-

atione saltem tacita, quod ea submittebat debita censurae Ecclesiae.

Hoc autem limitandum videtur, ut procedat iuxta regulas postitas in directorio Inquisitorum part. 1. quast. 12. ubi copiosissime per Reuerendissimum D. Franciscum Pegnam Sacra Theologiae & Iuris vtriusque Doctorem, & nunc sacra Rota Auditorem.

SUMMARIUM.

- 1 Absolutus ad reincidentiam à iudice, non reincident, nisi per iudicem reinducatur: sed verior est, quod reincident ipso iure; & reincidento videtur etiam medio tempore numquam fuisse absolutus; immo verior est, quod censetur pro eo tempore absolutus. num. 2.
2 Infordescens ultra annum in excommunicatione contra ipsum publicata potest à iudice competenti citari, ut veniat respondurus quid sentiat de fide: at non potest condemnari, seu declarari suspectus, nisi per annum continuam (qualis non est, quando etiam per absolutionem ad reincidentiam interruptus fuit) à die monitionis in eadem perseverauerit contumaciter. num. 3.

CONSILIVM VII.

MANSIT quidam excommunicatus ob debitum non solutum, & publicatus per annum, & inforduit; & vocatus ut diceret causas, ob quas non deberet iudicari suspectus de haeresi, non comparuit, & fuit excommunicatus ob contumaciam; & antequam elaboretur annus, fuit absolutus ad reincidentiam; & posteaquam reincident, nec soluit, nec comparuit. An propter hoc possit declarari suspectus de fide?

Responsus huic quaestioni, voluissim scire, an Illustrissimus Dominus, qui monuit Titium, ut veniret ad reddendam rationem suae fidei, haberet potestatem cognoscendi de causa fidei, & an monitioni suae iniiecisset poenam excommunicationis ipso iure ineuitendam, si non veniret intra certum tempus: & etiam optarem videre tenorem absolutionis cum reincidentia, & quantum temporis lapsus fuit à praedicta monitione illa personali; quamuis satis saltem implicite proponitur non fuisse lapsus annum integrum vsque ad illam absolutionem, licet lapsus fuerat à tempore excommunicationis latae pro debito, in qua inforduit.

1 Secundo, quod praesupposito, quod non fuit lapsus annus à tempore monitionis praedictae, nec ante praefatam absolutionem, dicendum esset secundum opinionem eorum, qui dicunt, absolutum cum reincidentia, non reincidente ipso iure in excommunicationem, antequam iudex reducat in illam: pro quibus multa argumenta format Decius, eum ad hoc esse absolutum, si non fuit reductus in eandem excommunicationem. Sed quia contraria pars videtur iure verior, ut eam ibi tenet ipse Decius, dicendum est cum manere excommunicatum.

2 Tertio, quod tenendo opinionem Baldi, quod reincidentens in excommunicationem iudicandus est fuisse excommunicatus etiam tempore quo fuit absolutus (quia videtur ei mansisse in eadem excommunicatione, qua erat excommunicatus ante absolutionem) esset respondendum non fuisse interpolatum annum: de quo loquitur cap. cum contumacia. per notata in cap. veniens. & in cap. eos. at contra eam tenet Praepositus, & satis Decius nisi fraudulenter petita fuisset absolutio: videtur enim dicendum fuisse ipsum absolutum pro tempore, quo fuit absolutus cum reincidentia.

3 Quarto, quod non videtur posse ipsum condemnari ut haericum, iuxta cap. cum contumacia. Tum quia non videtur lapsus vnus annus à tempore, quo fuit vocatus super causa fidei. Tum quia etiam si fuisset lapsus annus, non tamen fuit continuus, ut esse debet secundum communem sententiam Dominici, & Franci, & per praedictam absolutionem satis videtur interpolatus, cum per illam petitionem absolutionis, & per vsum eius videatur significare se non fuisse pertinacem ad permanendum in excommunicatione, neque in contumacia; quae pars benignior tenenda est.

4 Quinto, quod certum est, cum potuisset vocari à iudice competenti ad dandam rationem suae fidei Catholicae, iuxta cap. ad abolendam. Concilium Tridentinum.

Quo autem ordine, & quibus verbis monendus, & interrogandus sit, si venerit, & quid ei iniungendum, traditur late in Directorio Inquisitorum, 2. par. q. 47. & in aliis locis citatis ibidem ab eruditissimo D. Doctore Pegna.

a In conf. 145.

b In c. quastio ni. de appella.

c De hare. li. 6. d 2. de rescrib. e De sen. excom. lib. 6. f Ibid. g De hare. li. 6.

h In d. e. cum contumacia.

i Capi. in poeni. do re. iur. lib. 6. k §. praesenti. de haetic. & ca. 3. de rescrip. s. 25.

S V M M A R I V M.

- 1 *Dilectis vti non debemus circa ea qua respicere possunt fidem & blasphemias.*
- 2 *Hæresim manifestam non sapientia dicta & facta non spectant ad sacra inquisitionis officium: quale nō est in maxima mortalitate ob frequentia funerals dicere. Christus multum lucrabitur: vel, Christus pauciores habebit amicos, si pergit eos occidere, num. 4. nec in confratone ovis mortui dicere. Coniunge illos in die iudicij. n. 3. nec dicere non fuisse necessariū vi Christus pauperem degeret vi. n. 5. vel de virgine nasceretur. n. 6. posset tamen talis persona presentare se Sancto officio, petendo declaratoriam, vel si iudicatur in foro exteriori culpabilis absolutionem. num. 7.*
- 3 *Dubium verbum potest per impropiam & figuratam significationem interpretari, ad effectum tollendi hæresis suspensionem. dubiumque dubium à non suspecto bonam in partem debet accipi. num. 3.*
- 3 *Crudelitas & inhumanitas actio contra ossa defunctorum non sapit manifestam suspensionem hæresis.*

CONSILIVM VIII.

HISPANVS nobili genere. ex animo Christianus petit à V. D. secretò quid facere debeat super quatuor articulis sequentibus.

Primus articulus est, quod dixit, quod Christus lucrabatur eo quod in ea regione, in qua hoc dixit, multi moriebantur. & de more illius terræ cognati mortuorum donat culibet cruci, quæ defertur ad tumulandum illos, vnum mantile.

Secundo, quod cum iret ad ludendum cum alijs ludo qui appellatur *alla piastrella*, volens ponere signum & scopum ludentibus, accepit os quoddam humanū alicuius mortui, & figens illud in terram, confregit in multas partes, & dixit, Coniunge illas in vnum in vltimo die iudicij.

Tertio, in anno quò multi moriebantur castiaro, siue malo castronico, dixit quoddam facere dictum, quod audierat à quodam Italo, videlicet, *Christus habet paucos amicos, & si pergit occidere, vt occidit, habebit pauciores.*

Quarto, quod à quibusdam suis æmulis dicitur eum dixisse: quod tamen falsissimum est) quod non fuit necesse, vt Christus vitam pauperem egisset, neque vt conciperetur in ventre alicuius mulieris fordido. Hi sunt prædicti quatuor articuli, super quibus quaeritur, quid debeat facere, vltra iustā pœnitentiam, quam habuit, & habet de tribus, qua parte sūt, vel possunt dici mali, & præter iuramentum, quo iurat se nūquam dixisse quartum.

1 Respondeo primo, tam dominum consulentem, quam quemlibet alium Christianum debere cauere multum non solum ab impietate, hæresi, & blasphemia, sed etiam ab specie illarum, & à facetijs & iocis circa eas iocando, etiam in actus eutrapeliæ, siue affabilitatis transferendo; & ideo præfarum dominum consulentem melius facturum fuisse, si abstinuisset à præfatis dictarijs, iuxta illud Apostoli docentis, non solum à malo, sed etiam ab omni specie mali esse abstinendum.

2 Secundo, quod primus articulus non continet manifestā hæresim, neque aliquid quod manifestam hæresim sapiat: & ideo non videri pertinere illum ad sacrosanctæ Inquisitionis officium, quoniam excusari potest ab hæresi, & illius suspensione tam per propriam verborum significationem, quā per impropiam & figuratam.

3 Tertio, quod nec secundus articulus videtur continere hæresim, neque manifestam eius suspensionem. Tū quia peccatum crudelitatis, vel inhumanitatis, quod non est Catholicæ fidei contrarium, non est hæresis, vt patet per definitionē eius, quæ communiter traditur in rubrica de hereticis: & præfarum dictum esto, quod esset peccatum crudelitatis, vel inhumanitatis, non est tamen fidei Catholicæ contrarium: non enim continet, quod illæ particula non coniungentur, nec resurgent in iudicio, sed quod non facilliter, nec facili potentia, sed difficulter, & per maximam eamque diuinam potentia id faciendū erit, quod nemo negat, unmo est articulus fidei. b Tum quia licet verba eius ad vtranque partem propriè vel impropiè trahi possent, in dubio tamen & prolata ab homine non suspecto intelligi debent in bonam partem. c

4 Quarto, quod neque tertius articulus est iudicandus continere hæresim per eadem fere rationes, & quod plus habet

A solertijs cuiusdam, & vrbauitatis, quàm malignitatis, & nequitia, vt palam est.

7 Quinto, quod prima pars quarti articuli sanè intelligi potest accipiendò verbum *necesse*, prout significat necessitatem absolutam, sine qua non potest res ad finem peruenire, cum etiam incarnatio ipsa non fuerit sic necessaria ad humani generis salutem, tradente id S. Thoma, a non ait necessarium omnino fuisse, vt Christus vitam pauperem duceret, sed decens & conueniens, vt colligitur ex 3. part. b & secunda pars magis similis est blasphemiae, quam hæresi; quamuis etiam à blasphemiam excusari posset, si persona non esset assueta blasphemare: & quod posterior pars eius defendi potest ab hæresi, per ea, quæ tradit S. Thomas, c disputando an decuerit Christum natum esse de foemina, vbi allegat illud Iob, d Nam quid homo potest apparere mundus natus de muliere? Tum quod si qua culpa inesset, magis esset dicenda blasphemiam, quam hæresis, per ea quæ vterque Tho. tradit, e & dicimus nos in Manu. nostro confessa. f quod blasphemare est dicere etiam tacite, vel verbo contra Deum, aut eius sanctos aliquid cōtumeliosum; & quod blasphemiam in dicendo, hæresis verò in credendo consistit.

B Sexto, quod dominus consulēs, qui è lōginquo ad se Deo reconciliandum venit, debet humillimè se presentare sacro sancto Inquisitionis sanctæ officio, & confiteri, ac petere ea quæ continentur in hac supplicatione infra scripta.

Restissime Pater,

EGO N. genere nobili, eodemque abhorrento ab omni secta Christiana fidei contraria progenitus, & à paucis annis inferniens Regi Catholico vti miles eius fidelissimus, confiteor cor. im S. V. & toto eius isto S. summoque pratorio me dixisse tria, primum, secundum, & tertium, sed non quartum, quod dicitur à quibusdam me etiam dixisse. Confiteor deinde pœnitere me plurimum dixisse præfata tria, quatenus fuit peccatum, & Deo immortali exosum, & proximo scandalosum & offensiuum. Quartum autem nunquā per eundem Deum optimum maximum, quod meminere: quia, etsi aliquam magnis sim peccator egregie tamen virginem matrem gloriosissimam suspicio, veneror, & colo. & quoniam audiui aliquibus visum esse me per præfata in hæreses labem, à qua omnes progenitores meos imitatus maxime abhorreo, incidisse, veni è longinquo ad sacrosanctos S. V. pedes osculandos, & supplicandum ei humillimè, vt dignetur declarare me ob prædicta eam non incurrisse, per informationem iurū, quam huic supplicationi affixam presento, paratus subire pœnitentiam omnem mihi ob culpas alias, quæ continet, iniungendam; & si forte visum fuerit S. V. indicandum esse in foro exteriori incidisse me in aliquam hæresim, in quam certe in foro interiori scio coram Deo nullatenus incidisse, neque gratia eius diuina incisurum, dignetur providere anima mea, honorique meo, & cognationis remedio benigno, quo vti omnium pater, omniumque dominus solet alijs benignissime providere, in gloriam Dei optimi Max. qui S. V. cum suo summo pratorio quam diutissime seruet incolamem. Amen.

S V M M A R I V M.

- 1 *Libros damnatos per bullam Cæne sine licentia tenens in Anglia, & legens, per eandem bullam Cæne excommunicatur.*
- 2 *Hæreticum, seu schismaticum notorie se simulans in vtroque foro sit irregularis. & num. 3.*

CONSILIVM IX.

QUÆRITVR primo, an scholares, aliique Catholici in vniuersitatibus, aut alijs in locis in Anglia cum hæreticis degentes, qui propter hæresim grassantem per multos annos ibidem hæreticorum profana sacramenta frequentarunt, libros damnatos legerunt, conciones blasphemias audierunt, &c. ac insuper cum essent ad aliquam dignitatem, aut artium gradus promouendi, publicè in vniuersitate coram Vicecancellario, alijsque de more facultatis artium magistris, semel, atque iterum, licet non ex animo, falsò tamè, & simulatoriè iurarunt Reginam illam esse illius Regni, & omnium ditionum sibi subiectarum summam caput, & gubernatricem in omni causa & iurisdictione non tantum ciuili, sed etiam ecclesiastica; per quod graue peritium assertoriū admiserunt.

An inquam tales iuuenes, vel quicumque alij per hūc publicum actum, vel hæc publica & notoria crimina, redderentur irregulares, aut quouis modo inhabiles ad ordines sine dispensatione suscipiendos, etiam post pœnitentiam.

a 3. par. qu. 1. art. 2. & in q. 40. art. 3. b Qu. 1. art. 2.

c In 3. p. q. 31. art. 4. d Cap. 25.

e 1. 2. qu. 11. f Cap. 12. n. 81.

a Cap. nec. s. s. s. de hære. lib. 6.

b Cap. 1. s. f. de sum. Trini. & fide cath. & s. f. symbo. li. Athanasij. c Cap. 2. de reg. iur. cum suis immemor. vis concordi.

Secundo quæritur de iisdem corde intrinsecè Catholicis, qui propter mandatum impij cuiusdam pseudoepiscopi Commissarij Regij, aut hæretici cum tyrannica auctoritate constituti frangunt calices, patenas, cruces, aliæque vasa, & ornamenta sacra, quæ in Ecclesijs suis habuerunt, sed tamen absque animo hæresi depravato, sed partim timore, partim ignorantie criminis, & rerum, ac exemplo atate prorektorum inducti: hoc autem faciunt coram multis publicè, & satis notoriè, cum verbis fortè quasi cõtestatibus se illud eo animo facere, quod ritus & usus vasorum ornamentorumque existimarent vel supersticiosos, vel aliàs malos, & cõtra Dei honorem, vel sine talib⁹ verbis. Ratio istorũ dubiorũ est, quia Dominatio tua in Mâ. conf.ª dicit eum esse irregularẽ, qui notorio aliquo crimine enormi, & depositione digno notatur: cuius generis videntur esse supradicta crimina: nisi fortè à tam graui censura atque pœna aliquoufque excusare posset metus legum, iuuenilis ætas, & quod talia eo loco, & in illis regionibus non habeantur pro criminibus infamibus, vbi constringuntur per magistratus, pseudoepiscopos Commissarios, vel visitatores, qui volunt ipsos coram se talia facere, vt de ipsis aliquam cõiecturam faciunt, quales futuri sint, aut etiam nunc sunt, suæ ne partis, an Catholicorum: idèque nec multum ibi notantur, aut difamantur, qui hæc faciunt: quia commune iugum feruituris est adigi per ipsos tyrannos ad aliquod inconueniens extrinsecus committendum.

1 **RESPONSVVS** ad primam quæstionem ad-moneo primum, quod aliqui horum, de quibus illa quærit, sunt verè quo ad vtrumque forum excommunicati; illi nempe qui libros damnatos legerunt, & tenuerunt sine facultate Papæ: quia §. i. bullæ Cœnæ excommunicat eos, qui tales libros legunt, & tenent; & aliqui, de quibus quæritur, verè corâ Deo & hominibus legerunt & tenuerunt eos; & ita hi in vtroque foro indigent absolutione.

2 Secundo respondeo, quod alij, qui fictè, & non ex animo dixerunt, vel fecerunt aliqua, vt haberentur pro hæreticis, licet verè non essent, indigent absolutione, & dispensatione, & facultate retinendi beneficia quo ad forum exterius & contentiosum: quia quo ad illud iudicandi sunt hæretici, excommunicati, irregulares, & ad beneficia inhabiles, ac si vero animo illa egissent: quia quo ad illud forum pro talibus habebuntur.

Tertio, quod etiam indigent dispensatione ab irregularitate, quæ ex notorio crimine nascitur eo modo, quo dicam ad secundam quæstionem.

3 **AD SECVNDAM** respondeo primò, prædictos corde Catholicos, sed verbis & operibus prædictis se simulantem notorios hæreticos, vel schismaticos, incurrere illam irregularitatem, quæ nascitur ex crimine notorio depositione digno quo ad forum contentiosum: quia quo ad illud diiudicandi sunt hæretici notorij. b Secundo, quod etiam quo ad forum interius incurrunt prædictam irregularitatem; quia licet verè, & quo ad illud forum non fuerint hæretici, admiserunt tamen grauissima peccata notoria profitendo se hæreticos, cum tenerentur confiteri se Catholicos, etiam si oportuisset eos ob id mori, iuxta tradita per vtrumque Thomã, c Saluã, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Excommunicatio non incurritur ob solos externos actus hæreticos, vel schismaticos.
- 2 Excommunicatos & hæreticos etiam notorios, modo non sint denunciati, nec in diuinis tenemur vitare; immo ab eisdem, si sint sacerdotes, possumus sacramentum confessionis, & alia sacramenta recipere.
- 3 Communicare cum excommunicato in diuinis est peccatum mortale; in alijs, etiam si sit benedictio mensæ, non est nisi veniale.
- 4 Polluitur nequaquam nunc ecclesia per sepulturam excommunicati, vel hæretici etiam notorij, nisi fuerint denunciati pro excommunicatis, vel sint excommunicati per notoriam clericij percussione: quia cui communicamus viuõ, communicamus etiam mortuo.
- 4 Polluta in ecclesia per sepulturam excommunicati prohibemur quidem publica oratione orare, secus de priuata.
- 5 Negare etiam cum merito possum magistratus hæretico iniuste interroganti, me non fecisse nec audiuisse missam, modo

a Ca. 25. nu. 73 & 77. & 184.

b Arg. l. La beo. §. idem Tubero ff. de sup. leg. c. hu. manu aures. 22. qu. 5. §. 2. a. q. 3. a. 2.

subintelligam medificationem illam, videlicet, ad hoc vt tibi teneat manifestare.

6 **Negare me Christianum, vel Catholicum numquam fecer, at me talem confiteri non semper teneor, sed aliquando, puta cũ interrogor an sim Catholicus, vel cũ mea confessio est necessaria ad confirmandos alios Catholicos in fide.**

7 **Patriam propriam hæreticam, in qua sequitur crudeliter contra Catholicos, non cogor deserere ob pericula & tentationes, quæ mihi inde suggeruntur; modo firmiter proponam, quod eueniente casu necessitatis, Domino adiuuante fidem confitebor, nec eam negabo, licet firmiter nõ credam quod circa hoc numquam peccabo.**

CONSILIVM X.

QVÆRITVR primo, an qui timore damni, vel spe lucri interfunt prædictis hæreticorum, & schismaticorum, etiam si animo longissimè ab ijs ab sint, incurrant excommunicationem.

Secundo, an à sacerdotibus rite quidem ordinati, sed qui sunt notoriè hæretici, & schismatici, dictum que schisma tuetur, cum tamen non sunt denunciati, liceat in diuinis communicare, sacramentaliter confiteri, & alia sacramenta accipere.

Tertio, vtrum liceat aperto capite respondere hæretico, schismatico, aut excommunicato benedicens mensam, aut postea gratias reddenti.

Quarto, cum canonibus prohibitum sit orare in tẽplo, in quo excommunicatus sepultus sit; quæritur, an dicti canones se extendant ad hæreticos, vel sint intelligendi de nominatim excommunicatis, & de oratione publica, & non de priuata.

Quinto, an Catholicis liceat etiam cum iuramento negare iudici hæretico, vel ab hæreticis constituto interroganti, si sacrum fecerint, vel eidem interfuerint, intelligendo intra se, quod non, ita vt dicere teneantur.

Sexto, an Catholicus teneatur à patria hæretica patrimonium & propinquos deserendo fugere potius, quam in ea manendo exponere se periculo metu persecutoris abuegnali fidem.

1 **AD PRIMAM** respondeo, quod huiusmodi Catholicici non incidunt in cõsuras ob illos actus exteriores: quia nõ sunt verè schismatici, nec verè hæretici: & excommunicatio non contrahitur propter solum actum exteriorem hæreseos, vel schismatis, vt tradimus in Manu.ª

2 **AD SECVNDAM** respondeo, quod hæc quæstio videtur pendere ab illa generaliori, an teneamur vitare hæreticos, & schismaticos notorios, qui per consequentiam notorij iuris censentur excommunicati notorie? Ad quam respondeo primo eam esse grandem quæstionem, & à nemine, quod sciam, ante nos tractatam.

Secundo, quod illam trepidè terigi olim in Manu.ª & nuper paulo firmius, cum illud Latinitate donauimus, in eod.ª & firmiter decidimus hoc anno in lib. de oratione, & horis canonicis, d vbi tenemus non esse vitandos; per rationem, quæ reddimus.

Tertio, quod qua ratione non tenemur, vitare laicos hæreticos notorios, eadem non tenebimur vitare presbyteros, & alijs ordinibus initiatos; & consequenter iisdem casibus & modis possumus communicare in sacris cum ordinatis, de quibus est quæstio, in quibus cum Catholicis, quos scimus esse excommunicatos, si non sunt denunciati.

3 **AD TERTIAM** respondeo primo, quod non licet facere contenta in quæstione: quia veramur communicare excommunicatis non solum in diuinis officijs, sed in alijs omnibus humanis, quæ continentur in illo versiculo, *Os, orare, vale, communio, mensa negatur*, cuius partes declaramus post alios in Manu.ª

Secundo, quod qui prædicta facit, peccat quidem: quia facit, quod ei non licet; & incurrit minorem excommunicationem, & sed non peccat mortaliter: quia regulariter communicans cum excommunicato venialiter tantum peccat, vt post alios tradimus in d. Manu.ª. h Quæuis communicans in diuinis cum excommunicato audiendo Missam, & celebrando corâ eo, vel orando cum eo oratione publica, siue officio diuino publico, peccaret mortaliter, vt tradimus ibidem. i

4 **AD QVARTAM** respondeo primo, quod sacris canonibus nõ statuitur expressè, ne oreur in Ecclesia, in qua sepelitur excommunicatus, sed ne talis Ecclesia cõsecratur, vel ne in ea

a Ca. 27. nu. 15. & 6. 11. nu. 12.

b Cap. 27. c Cap. nu. 35. d Cap. 21. e In dicto nu. 35.

f Cap. 27. nu. 20.

g Cap. nuper. de sen. excõ.

h Ca. 27. nu. 28.

i Num. 36.

a De consecr. dist. 1.
b De consecr. ecclesia.
c De primil.
d De sepult.

Missa dicatur, & corpus extumuletur, si à corporibus fidelium separari possit, vt in c. ecclesiam. i. ca. ecclesiam. 2. & ca. sacris. de sepultur. & cap. consulisti. b & capit. ad hęc. c & cle. i. d per quę iura probatur execrari ecclesiam per illationem in eam, siue sepulturam, pagani, infidelis, vel excommunicati mortui, & ita non posse iuste in ea dici Missam: quia illa non est dicenda in locis profanis, neque sacris execratis, siue profanatis. sed nullis talibus canonibus vetatur oratio priuata in tali Ecclesia faciendā.

Secundo, quod ex hoc sequitur responsio ad illam partem questionis, quę queritur de oratione priuata, videlicet, quod fieri potest in huiusmodi Ecclesia.

Tertio, quod maioris difficultatis est illa pars eiusdem questionis, quę habet, an profanetur, vel excretur Ecclesia per sepulturam hæretici, qui est excommunicatus, sicut per sepulturam Christiani excommunicati: Ad quā tamē videtur negatiuē respondendū, tenēdo quod supra dictum est, scilicet, hæreticum notorium non esse vitandum, donec denunciatur excommunicatus. Ratio enim, quare per excommunicati sepulturā Ecclesia excretur, & Missa, ac alia officia diuina publica ibi non debeant fieri, est illa, quod cui non communicamus viuō non debemus communicare mortuo, vt habet prædictum c. sacris. & d. cap. ad hęc. quę ratio cum non habeat locum hodie per extrauagantem. ad euitanda. Martini V. nisi in excommunicatis denunciatis, vel notorio percussore clerici, vt tradimus in prædicto Man. non habebit etiam locum in sepultura hæretici non denunciati pro excommunicato.

5 AD QUINTAM respondeo primo, quod interrogatus vt in questione dicitur, si respondeat simpliciter se nescire, peccat, quia peierat, & mendacium iuratum profert.

Secundo, quod qui non iurat simpliciter, sed cum additione mentali interiori, quam tangit quæstio, non peccat, immo bene meretur, per ea, quę latius tradimus in d. Ma. f & nuper in cap. humane aures. b

6 AD SEXTAM respondeo primo, illam esse magnā in theorica, & maximam in praxi.

Secundo, quod eius resolutio videtur colligenda ex his, quę vterque Thomas dixit, h vbi definiunt non solum fidei Catholicam esse ad salutem necessariam, sed etiam confessionem illius; ita quod numquam licet alicui negare se esse Christianum, & aliquando esse de necessitate salutis confiteri se Christianum, per illud Pauli, i Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem; quando scilicet pro loco & tempore illa confessio est necessaria ad gloriam & honorem Dei, vel ad vtilitatem proximi.

Tertio, quod licet ipsi non dicant expressē, ex eorum tamē dictis eadem ratione videtur inferri, quod numquā licet Catholico negare se Catholicum, & quod necesse est ei aliquādo cōfiteri se Catholicum, puta cum interrogatur, an sit Catholicus, vel Lutheranus, aut Caluinista, vel cum eius confessio est necessaria ad confirmandos alios Catholicos, ne putātes illum defecisse à fide Catholica, ipsi quoque deficiant ab ea.

Quarto, quod qui degit inter hæreticos, tenetur habere propositum numquam negandi se esse Catholicum, & aliquando, puta cum id est necessarium ad gloriam Dei, vel ad vtilitatem proximi, confitendi se esse Catholicum.

7 Ex quo videtur colligi responsio ad quæstionem propositam, nempe, quod, qui degens in terra hæreticorum habet propositum seruandi tantam constantiam, vt ope diuina nūquam negabit se esse Catholicum, nec desinet confiteri se talem, quoties id fuerit necesse ad gloriam Dei, & vtilitatē proximi, non tenebitur inde exire, & aliās sic.

Quinto, quod arbitror non teneri ad credendum firmiter quod numquam negabit, & quod semper cum fuerit necessarium confitebitur: sed sufficit, quod habeat propositum, quod ope diuina numquam negabit, & semper confitebitur, cum necesse fuerit; sicut qui confitetur peccata sua non tenetur ad credendum quod numquam amplius peccabit mortaliter, sed sufficit, quod habeat propositum numquam amplius ope diuina ita peccandi, vt dicit Innocentius receptus, k quē in hoc citamus in Manu. l Salua, &c.

Aduertendum, an responso ad secundam questionem obstat, quod D. Nauar. tradit in suo Man. cap. 9 num. 11. dum vult sacramentalē absolutionem datam ab eo qui notorie titulo suę iurisdictionis est

c Cap. 17. nu. 35.

f Cap. 18. nu. 60. & 61. & in c. 25. nu. 43. g 22. q. 5.

h In 2. q. 7. art. 2.

i Ad Ro. 10.

k In e. omnis. de pœnis. & remiss. l Cap. 1. nu. 9. & 13.

A priuatus, vt videntur esse hi de quibus in hac secunda questione, non tenere. Et videtur non obstat: sed id dicendum, quod quæstiones sint diuersæ. Sed an obstat id, quod scribit cap. 26. num. 26. pro ea autem quod dicit hic post nu. 4. vide cons. sequ. & cons. 12.

S V M M A R I V M.

1 Sepeliens hæreticum tunc demum excommunicationem incurrit, si talem esse hæreticum sciuit; sufficit tamen scientia ex fama. num. 2. rumor autem, per quem suspicatur esse talem, non sufficit. num. 4. sed nec est reseruata hac excommunicatione. num. 6.

- 1 Scientia ex fama sufficit vt quis abstinere teneatur à prohibitis.
- 2 Scire est veritatem aliquo sensu perceptam mente retinere.
- 3 Scire quis non dicitur, ad effectum, vt teneatur denunciare id, quod probare non potest, nec ad effectum testificandi, si solum audiuit dici leuiter, & non à persona quę diceret se scire.
- 4 Fama producit non ex quolibet rumore, sed ex eo quod maior pars populi, vel vniuersitatis, vbi dicitur esse fama, id scit.
- 5 Presumptio dolum & malitiam presupponit.
- 5 Lex excommunicans facientes, regulariter consulentes non includit, nec permittentem fieri.

C O N S I L I V M X I.

C AN SEPELIENS aliquem suspectum de hæresi per famam, in loco sacro, sit excommunicatus?

1 Respondeo primo, quod ad hoc, vt sepeliens hæreticum sit excommunicatus, oportet quod sciat illum esse hæreticum. a

Secundo, quod decisio huius questionis pendet à decisione illius, an fama sufficiat ad hoc, vt quis dicatur scire id, de quo est fama: & videtur textus pro parte affirmatiua singularissimus cap. illud. b quatenus habet, debere se pro excommunicato reputare, qui per famam nouit illud. & pro eadem parte est textus in cap. cum desideres. c quatenus habet, debere quem abstinere à cōmunicatione illius, quem fama publicat esse excommunicatum. faciunt & quædam alia, quę allegat quædam additio Panormitani, d ad probandum, sufficere famam ad hoc, vt quis teneatur abstinere ab aliqua re prohibita.

2 Pro parte autem negante facit primo, quod propriè non dicitur quis scire, quod per solam famam nouit: quia scire, est veritatem visu perceptam in mente retinere, vt ait glossa mihi singularis, e per visum autem in hoc proposito intelligendus omnis sensus, quod sensit Bartholus allegando illam glossam, f ab omnibus receptam, & tradimus nos latius in cap. si quis autem. b

3 Secundo, quod non dicitur quis scire quod non potest probare, ad hoc, quod teneatur denunciare illud propter edictum superioris iubentis denunciare, neque testificari de illo, quod non audiuit à persona, quę diceret se scire, sed solum audiuit dici illud leuiter, vel à leuibus personis, & paucis, vt nos latius tradimus in repetitione cap. inter verba. h & præfatus D. consulens fortè audiuit leuiter, vel à leuibus, & non certo scientibus præfatum esse hæreticum.

4 Tertio, quod non quilibet rumor suspicantium, vel dictium aliquem esse hæreticum, producit famam: sed requiritur, quod maior pars populi, vel vniuersitatis, vbi dicitur esse fama, sciat illud, vt docet Bartholus communiter receptus, i & ex propositione huius questionis non colligitur quod erat fama sufficiens ad credendum illum esse hæreticum, sed solum ad concipiendam aliquam suspicionem, propter quam non posset quis dici scire illum esse hæreticum ad negandum illi sepulturam.

5 Quarto etiam ponderari potest, quod præfatum cap. quicumque. excommunicans sepelientem, non excommunicat simpliciter illud facientem, sed præsumentem sepelire: & ita præsupponit dolum, & malitiam, per dictū singulare Cardinalis communiter receptum, k & præfatus D. consulens non videtur fecisse hoc dolo, sed propter aliam causam: quia non erat certus, quod esset hæreticus. Adde, quod præd. cap. loquitur de sepeliēte, & quod consulens non sepeliuit, sed solum permisit, id est non obuiauit: & ita non videtur incurrisse excommunicationem: eo quod constitutio excommunicans facientem, non videtur excommunicare consulentem, nec mandantem, iuxta glossam, l & dicimus nos post Caictanū in Mā.

a Cap. quicumque. de hære. li. 6. facit cle. 1. de sepult. b De i. de. excommunic. minis. c De sententia excom.

d In cap. cum cons. n. 2. de rescript.

e In l. 2. §. an tepenul. ff. de aqua pluuiæ arcend. f In l. 2. col. 2. ff. de interro. actiōn. g Nu. 4. de pœnis. dist. 7.

h Conclus. 6. n. 290. & seq.

i In l. de minore. §. sormenta. ff. de qu. 3.

k In cle. 1. qu. 39. de primil.

l Cle. 1. de cōsang.

confess.

a §. credentia de heret.
b De iis qui vi.
c 8. ubi.
d 32. qu. 5.
e Leg. motum ff. quod mot. cons.
f De consuet.

g Cap. 27. n. 25.
h 47. de vot.
i Arg. eo non est crudelis. 23. qu. 5.

k 1. 2. qu. 18.

nōnem, eo quod fauent hēreticis, quatenus sunt hēretici, cōtra canones excommunicantes eorum fautores, de quibus est cap. excommunicamus.^a

9 Sexto, quod solus timor displicēdi hēreticis, alioquin cog natis, vel amicis, vel vicinis, vel dominis, vel subditis, non ex- cusat à peccato mortali, si deducant, vel comitentur animo fauendi hēreticis viuis, vel mortuis. Tum per cap. sacris.^b Tū quia propter nullum timorem, etiam iustum, licet violare legem naturalem, vel diuinam, iuxta c. quo iure.^c & c. ita ne. & c. tolerabilis est.^d quę probant toleranda esse potius omnia ma- la, quam peccato consentire. Tum quia timor si nō est iustus, non excusat, & si est iustus, licet quādoque excuset à pecca- to violationis legis humanę, numquam tamen excusat à violatione legis naturalis, & diuinę, per præfata iura, & per c. fin. cum ei : adnotatis & fauere hēreticis, quatenus sunt ta- les, omni iure vetitum est, vt prædiximus: & ita quāuis timor iustus excusare posset à peccato communicandi excommu- nicatis, & etiam comitandi deducentes ad sepeliendum etiam denunciatum hēreticum, & fortē in loco sacro, quia iure tā- rium humano prohiberi videtur: non tamen potest excusare à peccato, quod incurritur fauendo hēreticis, quatenus ta- les sunt: quia id iure naturali & diuino est peccatum.

10 Ad opposita pro vtraque parte, quatenus cōtra prædic- ta faciunt, responderi potest. Ad primum quidem pro parte affirmate formatum, concedēdo, quod quilibet Catholicus po- test regulariter communicare proximo suo, immo & fre- quenter obligatur id facere: sed fallit hoc, quādo iusta lege id ei prohibetur, quale est excommunicatio denunciato communicare, & hēreticum sepelire in loco sacro & fauere verbis, vel factis hēretico quatenus est hēreticus, per supra citata.

Ad secundum etiam pro eadem parte adductum respon- detur, concedēdo, quod licitum est non solum in Germania & Gallia, sed etiam vbique gentium communicare excommu- nicatis non denunciatis pro excommunicatis post extraua- gantem ad euitanda. fideliter relata à nobis in præfato Manu. confess. 8 & quia ferē nulli hēretici denunciantur excommu- nicati in Germania, & Gallia, ideo licet eis communicare, vt nouissimē monstrauius in dicto Miscel.^h

Ad tertium verò respondetur, concedēdo omnem homi- nem iuuādum esse ab homine regulariter, sed id fallere, quā- do iusta lege vetatur, vt cū iussu iusti iudicis trahitur ad sup- plicium.ⁱ

11 Ad primum autem pro parte negante adductum conce- ditur nō licere communicare excommunicato iure antiquo, sed sic nouo extrauagantis præfate, si nondum est denun- ciatus.

Ad secundum pro eadem parte adductum respondetur, concedendo timorem verum non excusare à peccato, neque iustum regulariter à peccato cōtraueniēdi legi naturali, vel diuinę, sed sic communiter à peccato contraueniēdi legi hu- manę, vt dicitur in 6. dicto.

Ad tertium respondetur, negando deducentes funus hē- retici ad sepeliendum dici sepultores, nisi sepeliant ipsimet, vt probatur in primo dicto.

Ad quartum autem pro eadem parte adductum respōde- tur, concedendo non licere fauere hēretico, quatenus est ta- lis, sed sic alio respectu, quatenus est egrotus morti proximus vel indiget extremē cibo, aut vestitu, vt dictum est in primo dicto: & nos in nostro responso negamus quidem licere de- ducere funus hēretici animo fauendi ei, quatenus est hēre- ticus, sed confitemur licere fauere ipsi alio respectu, & ita ni- hil obstat argumentum.

12 AD POSTERIOREM respondeo affirmatiuē, scilicet, quod Catholici terrarum, in quibus hēretici & alij perfidi imperant, & iurisdictionem exercent, possunt clau- dere officinas suas, in quibus operantur, iubente id principe, vel magistratu hēretico, vel alio infidele, qui eam exercet, die- bus festis ab hēreticis, vel infidelibus institutis; modo id non faciant animo fauendi hēreticis, vel alijs infidelium ritibus ab Ecclesia Christiana damnatis. Tum qui claudere præfatas of- ficinas per se non est illicitum, sed opus indifferens, quod sine bono bene fieri potest, & sine malo male, iuxta latē notata per S. Thom.^k Tum quia iustē parere possunt Catholici præ- positis & magistratibus infidelibus huiusmodi opera indiffe-

rentia iubentibus, cap. 13.^a

Tū quia in toto orbe à nato Christo ad hunc vsq; diē hoc fecerunt Catholici, etiā eruditissimi & piētissimi, iuxta, Apo- stolū. b Tū quia vetitū est Christianis, ne præbeāt scādala, quā do ea possunt absq; peccato vitare, iuxta Euāgelium, c & tra- dit S. Thomas receptus: d & constat posse Catholicos vitare scādala, quę oriēntur ex resistentia, & inobedientia, non claudendo officinas sine incurfione peccati, modo eas clau- dant hoc bono sine non consentiendo ritibus infidelium dā- natis, sine animo eis fauendi, & fauendi erroribus eorum, qui ea iubent, vt in casu proposito præsupponitur eas claudere.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatum à iure vel ab homine generaliter hodie vi- tare nō tenemur, nisi sit denunciatus, vel notorius clerici per- cussor. num. 2.
- 3 Excommunicato denunciato communicans principaliter in ijs, quę spectant ad eius salutem, nec minorem incurrit excommu- nicationem, etiam si aliqua alia addat extranea, ea tamē intentione, & magis principaliter vt iuuet.
- 5 Inquisitores, & hēreticorum iudices tunc demum accipientes à reu pecunias sunt excommunicati, si accipiant illas prætex- tu officij, secus si alio respectu, vt si accepissent pro responso, seu consilio, quoddam tamquam aduocati pro illis scripississent. & num. 4.

C O N S I L I V M X I I I.

I V R I S peritus, qui & Vicarius Episcopi erat; pro consti- tuta in carcere haresis causa accepto pretio informationē scripsit.

Queritur, an mittens copiam informationis, vel scribens ad eam epistolam, in qua monita salutis, & alia ad vrbānitātē pertinentia continebantur, vel etiam propter pecunias vltro oblatas, & acceptas, censetur præfatus consultor & Vicarius excommunicatus.

Respondeo primo, præfatum consultorem nullas incurrisse censuras, eo quod prædictam epistolam scripserit ad prædictā nobilem in carcere detentam.

1 Primo quidem, quod nemo tenetur hodie ad vitandum excommunicatum à iure, vel ab homine generaliter, ante quā denunciatur, per extrauagantem ad euitanda. quam nos quo- que post alios referimus, y de pœnit. dist. 6. & in Manu. conf. f & prædicta nobilis vel nullatenus est excommunicata, vel nō saltem nisi generaliter à iure.

2 Secundo, quod non obstat dicere, quod finis prædicte extrauagantis habet non iuuare ad vitandos excommunica- tos notoriē. Tum quia id restringendum est ad excommu- nicatum, excommunicatione. c. si quis suadente. g vt vbi supra in Mā. probamus. Tum quia adeo prædicta nobilis nō est ex- cōmunicata propter haresim notoriā, quod est dubium ad- huc an inciderit in illam, vt ex facto proponitur.

3 Tertio, quod non incurrit quis vllam excommunicationem, etiam minorem, communicando excommunicato etiam denunciato, in eis quę pertinent ad salutem animę, licet etiam aliqua alia incidenter, vt magis proficiat, interpolauerit. h At præfatus consultor in prædicta epistola prædictam nobilem principaliter alloquitur in pertinentibus ad suę animę salutē, licet etiam quędam alia de vrbānitātē adiecerit; ergo nullam censuram etiam minoris excommunicationis incurrit.

4 Quarto, quod prædictus consultor non incurrit etiam vl- lam censuram ob prædictas pecunias acceptas, si non erat iu- dex causę; quia licitum est iurisperito pro consilio ab se dato accipere pecuniam, i præsertim vltro absque vlla exactione o- blationis, & cum consilium datur cum reuolutione librorum, vt colligitur ex glossa & scribentibus in d. cap. non liceat.

5 Immo nec si erat iudex: quia cle. 2. §. 1. de hēret. quę exco- municat Inquisitores, & iudices hēreticorum accipientes pecuniam, solum excommunicat eos, qui accipiunt eam prætex- tu officij Inquisitionis, non autem eos, qui accipiunt alio res- pectu, etiam si accipiant illicitē, vt contextus illius habet ex- pressē, & declarat glossa, k & Cardinalis. l At præfatus consul- tor non accepit illud prætextu officij, & eo quod esset vicarius & iudex, sed prætextu consilij à se redditi & tāquam consul- tor: & ideo licet fortē peccauerit accipiendo plus pecunię, quā debebat accipere; vel quia cū esset iudex causa,

a Ad Rom. & ca. non sem- per. & ca. 91. resistit. 11. q. b Dist. ca. 12 ad Rom. c Ca. 18. Ma. & ca. nihil. de præscri. & ca. 2. de operis nouiūciat. d 2. a qu. 43.

e In c. 1. §. la- bore. f Ca. 27. n. 35.

g 17. qu. 4.

h Cap. cū vo- luntate. ubi gloss. & om- nes de sen. ex comm.

i Cap. non li- ceat. 1. qu. 3.

k In ver. pra- textu. l Notab. x.



non debebat esse consultor, vel alia ratione accepit, quā prae-
textu sui officij, vt in facto proponitur, non incurrit illam ex-
communicationem. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Suspectus de heresi censetur, qui per annum in excommuni-
catione manet.*
- 2 *Suspectum de heresi si iudex ab Episcopo inquirente rogatus ca-
pere; vel captum eidem tradere dissimulet, vel carcerarius
aufugere scienter permittat, in foro exteriori de iure inci-
dunt in excommunicationem non reseruatam, & per bullam
Cœne in reseruatam: quia presumuntur heretici fautores.
num. 3. à qua tamen bulla excommunicatione excusantur
coram Deo, si prædicta omiserint, & fecerint ob aliam cau-
sam, quam fauendi heresi, puta, ob amicitiam, paupertatem,
cognitionem, compassionem, vel ne superioris indignationem
incurrerent.*

CONSILIVM XIV.

QUIDAM Gubernator, requisitus ab Episcopo, vt
caperet quemdam, qui mansit excommunicatus per
annum, tamquam suspectum de heresi, distulit
eum capere, ne præiudicium iurisdictionis Regiæ faceret: &
postea captum distulit illum tradere Episcopo eadem de cau-
sa, donec à Iurisconsulto consilium acciperet: & rursus consi-
lio accepto declarauit extrajudicialiter se paratum ad traden-
dum, sed non tradidit, nec illum animum curiæ episcopali no-
tificauit, & interim captus sine alia ipsius Gubernatoris culpa
de consensu tamen carcerarij aufugit.

Queritur, an Gubernator & carcerarius præfati sint excō-
municati, & casu quo sint, quali excommunicatione.

Quia illa, propter quæ maneo inclusus domi, & quasi aqua
& igni interdictus, non permittunt in alia vagari, nihil profecto
ad hoc quaesitum respondiſsem, nisi me tanta iubentis
auctoritas coëgisset, cuius imperio in id adactus paucis &
breuibus respondeo.

2 Primo, præfatos ambos Gubernatorem & carcerarium
censendos esse in foro exteriori excommunicatos per cap. vt
inquisitionis. a Gubernatorem, quidem, quia iudicandus est nõ
fuisse vsus officio suo diligenter ac promptè, vt debuit: Car-
cerarium autem quia fugæ ipsius contra officij sui debitum
consensit.

Secundo, quod excommunicatio præfati cap. vt inquisi-
tionis, non est reseruata Papæ, & ideo ratione illius non essent
ipsi pro absolutione remittendi ad Papam.

3 Tertio, quod etiam ambo videntur iudicandi in eodem
foro exteriori excommunicati per can. i. bullæ Cœnæ Domi-
ni: quia de iure in illo foro videtur præsumendum præfata omi-
sisse, & fecisse, vt fauerent præfato capto suspecto de hæ-
resi, ne ob eam puniretur: & constat per præfatum can. i. præ-
dictæ bullæ Cœnæ fautores hereticorum excommunicari,
quæ excommunicatio reseruata est Papæ, vt alia illius bullæ:
& consequenter remittendi sunt in illo foro quo ad eam Papæ.

4 Quarto, quod si verè coram Deo præfatus Gubernator
omisit implere mandata tam diligenter, & promptè, ac debuit,
propter causas, quas exprimit, & non animo fauendi præ-
fato capto, quatenus erat de heresi suspectus; & si nec carce-
rarius eius fugæ consensit, ne puniretur de heresi, sed ob aliã
causam miserationis, paupertatis, cognitionis, vel amicitia;
neuter eorum videtur in foro conscientia incurrisse excom-
municationem præfata bullæ per ea quæ nos post Caietanum
adnotauimus in Manu. confess. b Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Hyperbolica locutio, per quam falsum aliquod videtur dici, non
est communiter peccatum.*
- 2 *Membrorum suorum nemo dominus est: vnde nec testis potest
se obligare, etiam in causa heresis, ad pœnam ignis, vel aliam
corporalem, si eius dictum reperiat falsum.*

CONSILIVM XV.

VTRVM testis, qui iuratus, & interrogatus de coniecto
in carcerem pro heresi ab Inquisitore, quid sentiebat
de ipsius fidelitate; respondit, adeo credo eum esse fidelem,
quod sum contentus comburi, si ipse inueniatur hereticus;
quod dixit per modum exaggerationis: Vtrum inquam pec-

A cauerit, & possit puniri ab Inquisitore, si coniectus in carcerem
probetur hereticus?

1 Respondeo primo, quod dici potest consulentem nulla-
tenus peccasse: quia, dicere aliquod falsum per hyperbolen,
vel aliam figuratiuam locutionem, non est mendacium, nec
peccatum, vt tradit S. Thomas post D. Augustinum a & pro-
batur per illud Dauidis b Ionatas, & Saul aquilis velociores, &
leonibus fortiores, & per alia multa sacra scripturæ loca.

Secundo, quod esto peccasset, non tamen peccasset pecca-
tum hereticos: quia non est contra sacram scripturam, nec
contra determinationem Ecclesiæ S. Romanæ vt palam est.

B 2 Tertio, quod non posset puniri ab Inquisitore, propterea
quod se obligauit ad pœnam ignis, casu quo ille vincetus pro-
baretur hereticus. Tum quia non se obligauit ex animo ve-
ro, sed hyperbolico, & figuratiuo. Tum quia nemo potest
se obligare ad pœnam ignis, & combustionis, vel mortis, nec
mutilationis membri, iuxta glossam, c quia non est dominus
membrorum suorum. d

S V M M A R I V M.

- 1 *Abiuratio nec de leui, nec de vehementi inducit irregularitatē:
quo si simul ob aliqua grauissima peccata condemnatur ad
triremes, maxime si iubeatur inter condemnatos ob heresi-
m exire cum candela in manibus, erit difficile ab irregu-
laritate excusare.*
- 2 *Pœnitentia publica, quam abiurans de vehementi facit, portā-
do iuxta præceptum Inquisitoris candelam in manibus, non
est solemnis inducens irregularitatem.*
- 3 *Condemnatus de grauissimo aliquo delicto, & ob id sustigatus,
vel ad triremes ad tempus transmissus, censetur irregula-
ris in foro exteriori: Quod si coram Deo sit innocens, erit in
foro conscientia liber ab irregularitate; & poterit, vbi non ti-
met de foro exteriori, ordines suscipere, & celebrare.*

CONSILIVM XVI.

ABIVRAUIT quidam heresim de leui, & fortasse de
vehementi; & quia vi tormentorum, vel testibus falsis
probatu commisisse grauissima peccata, quod coram Deo
non ita est, condemnatus est à sancto officio Inquisitionis, vt
exiret cum candela in manu, & damnatus est ad triremes, in
quibus remigauit per aliquod tempus. Queritur, an sit irre-
gularis, ita vt non possit ordinari sine dispensatione.

E 1 Dixi verbo, quod mihi videbatur responsum domini mei
doctissimi esse firmum, quatenus habet per solam abiuratio-
nem de leui non incurri vllam irregularitatem, immo neque
per abiurationem de vehementi: quod exercitum fuit in quo
dam prælato, qui abiurauit de vehementi, & sequenti die sine
vlla dispensatione celebravit Missam cum approbatione &
laude Papæ, & totius Curie, & rectè, quoniam nullo iure id
probari potest: & irregularitas non incurritur, nisi in casibus
à iure expressis.

2 Dixi etiam firmissimum esse responsum præfati do-
mini Doctoris, quatenus habet, pœnitentiam, quam D.
consulens fecit, non fuisse pœnitentiam, quam iura vocat so-
lemnem, quæ inducit irregularitatem: & quod pœnitentia,
eo quod sit publicè facta, non inducit talem irregularitatem.
Dixi præterea, præfatum D. consulentem non esse irregulare
quo ad forum conscientie, si vera sunt coram Deo, quæ ipse
affirmat: quo ad forum autem exterius remitto me ad ea quæ
sanctissimus Dominus noster, aut sacrum Inquisitionis præ-
torium super eo in suis literis mādāt Inquisitoribus Sardinie.

F 3 Dixi postremo, non audere me affirmare, quod in foro
exteriori non sit iudicandus irregularis, & habeatur pro tali, &
remigatio imposita sibi videatur equipollere ictui fustium,
adiuncta præsertim, & præcedente educatione ipsius in coro-
nam condemnatorum tenendo candelam in manu. Itaque in
eadem sum nunc sententia, scilicet posse ipsum ordinari rectè
quo ad forum conscientie, & ordinatum quo ad illud posse
rectè celebrare, sed posse ipsum inquietari quo ad forum ex-
terius; & si precibus vel fauore possit esse securus quo ad
forum exterius, satis fore securum quo ad interius. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Hereticus fuisse non probatur is, cui consenti se imaginem*

percussisse,

a 6, prohibe-
mus. de here.
lib. 6.

b Ca. 27. nu.
55. super can.
7 præfata bul-
la.

a In 2. 1. q. 111
art. 1.
b 1. Reg. c. 10.

c In c. cum ho-
mo. in verbo
supplicii. 23.
qu. 5.
d Le. liber ho-
mo. ff. ad legē
Aquil. c. con-
tingit. de sent.
excom. &c.

in eo, qui abiurat purgando se à suspitione hæreseos contra eum aliquo modo suborta, qui nullatenus confitetur illam incurrisse, nec de ea conuincitur, immo id omnino negat, & ad innocentiam suam probandam præstat purgationem canonicam per abiurationem iuxta formam à iudice decretam. Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Abiuratio hæresis propria, per quam quis recedit ab hæresi, inhabilitat ad habenda beneficia, & priuat ipso iure habitus; impropria autem, qua est purgatio, non.
- 2 Bulla Pij V. beneficiorum ob hæresim vacantium resignationes annullans non habet locum in eo, qui solum per viam purgationis hæresim abiurauit.

CONSILIVM XIX.

AN bulla Pij V. quæ annullat resignationes beneficiorum vacantium ob hæresim, habeat locum in beneficio eius, qui abiurauit hæresim?

1 Respondeo primò, quod nimis generaliter quæritur, ad hoc, vt categoricè possit ei responderi. Abiuratio enim (vt in proximè præcedenti responso dicimus, quidquid turba doctorum inuoluat) propria, de qua iura omnia loquuntur in Decreto & Decretalibus est recessio ab hæresi cum iuramento de non redeundo ad eam; per quam qui abiurat confitetur se in eam incidisse: quamuis in cap. accusatus. ponatur pro purgatione, qua inquisitus cum iuramento se purgat, negando se in illam incidisse, & detestatur eam, & promittit se numquam illam incursum: & ita per hanc abiurationem non probatur inquisitum vniquam fuisse hæreticum, nec fautorem eorumdem credentem: per priorem autem propriam sic.

Secundo, quod qui abiurauit secundum posteriorem acceptionem, non desinit esse idoneus beneficio, & potest eligi, vt nos vbi supra respondimus, qui autem abiurauit priore modo, quia confitetur se fuisse hæreticum, est inhabilis beneficio habendo, & priuatus ipso iure habito, per cap. 2. b & cap. cum secundum. c

2 Tertio, credere me præfatam bullam fel. recor. Pij V. non esse intelligendam ita, vt comprehendat beneficia eius, qui abiurauit hæresim per viam purgationis, de quo loquitur præfatum cap. accusatus. quin etiam puto, eum; qui possidet beneficium, posse allegare se non teneri ad standum confessioni, & abiurationi, nec sententiæ contra inquisitum latæ: quia res inter alios acta, &c. d Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Hæreticorum bona ad fiscum secularem loci, cui subditi sunt, pertinere, iure antiquo Decretalium concessum videtur: sed per alia iura recentiora extrauagantium, Ecclesia, quod & potuit, num. 2. derogans dictis iuribus antiquioribus aliter statuit, num. 3. apprehensionem autem debet precedere declaratoria. num. 4. & hoc etiam si constet de ipsa hæresi notorie. num. 7. quia defensio, qua citationem prærequirit, est de iure nature. num. 6. & hac tanto magis requiri videtur, quando bona hæreticorum ad alios peruenissent, antequam contra hæreticos esset pronuntiatum. numer. 8. multi tamen tenent in notorijs non esse necessariam declarationem. num. 5.

CONSILIVM XX.

AD propositas quæstiones respondeo, & quidem ad primam, quod semper in hunc diem fui in illa opinione, quod bona confiscata ob hæresim pertinent ad fiscum Sedis Apostolicæ, si ea sunt sita in terris suæ iurisdictioni temporali subiectis; & in alijs pertinent ad fiscos Regum, & aliorum non recognoscentium superiorem, seculares, in quorum territorijs sunt sita, per cap. vergentis. e & cap. cum secundum leges. f quatenus habet, non posse capi illa à potestate seculari, donec eorum domini declarantur esse hæretici per sententiam potestatis ecclesiasticæ; significans à contrario sensu, illa pertinere ad eam post declarationem, & hoc tenet glossa, & Panormitanus, Anannias & communis, h vbi Felinus respondet Mariano contrarium significanti, præsertim cum is, cuius bona confiscantur, est laicus. i

Semper, inquam, fui in hac opinione per prædicta, & ali-

a De hære. li. 6. in prin.

g De hæret. li. 6. c. Eod. tit.

d Tit. Co. res inter alios.

e De hæretic. f Eod. tit. lib. 6. g In cle. 2. de hæret. verb. ecclesia. h In dicto ea vergentis. i Arg. ca. nouit de iudic. & ca. cum ad verum 96. d

A quot alia: maximè verò quod in regnis, quæ colui, non memini vniquam vidisse contrarium seruari. Gallia enim, quo tempore in illa iura didici & docui, tantum erat ab hæresi aliena; vt sanctum Inquisitionis officium esset fere otiosum; & nullum memini audisse Tolosæ, & Caturfij, in quibus sunt insignes academix, vniquam fuisse damnatum hæreseos, neque accusatum, vel inquisitum: in regnis autem Hispaniæ, Castellæ, Nauarræ, & Lusitaniæ, in quibus magnam copiam accusatorum, & inquisitorum vidi, omnia bona confiscata cedebant Regibus eorum, sicut & hodie cedunt.

2 Nunc autem responsurus ad hanc quæstionem euolui multos auctores, quorum nomenclatura, ne sim fastidio, tacita, videtur iure verius quod ea pertinent ad fiscum Ecclesiæ; & quod Marianus, quem probat Felinus vbi supra, loquitur verius: ea primum ratione, quod crimen hæreseos est merè ecclesiasticum, cuius cognitio nullatenus pertinet ad vllum Regem, nec aliam potestatem secularem, a & consequenter sola potestas ecclesiastica poterit, & potest de illo cognoscere, iudicare, & pœnam condemnato imponere, b & consequenter sola Sedes Apostolica potuit pœnam confiscationis præfatæ imponere, & applicare cui iustum esset.

3 At, vt testantur multi graues auctores, præsertim Itali, & in his ipsemet Felinus præfatus, e multas & varias cõstitutiones, quæ non sunt in corpore iuris fecerunt Pontifices Maximi de applicatione bonorum ob hæresim confiscandorum, aliter atque aliter statuentes, & quod derogauerunt præfatis cap. vergentis. & cap. cum secundum. quarum aliquas etiam ipsi legimus, nullas tamen, quæ expressè derogarent illis. ergo posterioribus est standum, d cum qui fert vnam legem, possit eam tollere, mutare, minuere, & augere; nec vllus legislator successori suo æqua potestate fungenti legem ponere possit, e præsertim quod nullo iure in corpore iuris clauso saltem expressè constituatur, vt bona ob hæresim cõfiscata extra regnum Papæ sita cedant fisco illius. cumque circa hoc multæ volitent opiniones: cumque licet rigorosa illa confiscatio, qua vitur bona pars Hispaniæ, priuandi filios & filias legitimis suis, & nurus & generos dotibus, & donationibus propter nuptias, etiam acceptis longè ante accusationem, & damnationem, aliqua ex parte profuerit illorum regnorum Christianismo, alia tamen induxit magnum odium erga illum, & magnam occasionem vt multi recens conuersi, & eorum posteri in infidelium regna migrarent.

4 **AD SECVNDAM** respondetur, quod sententia declaratoria debet præcedere apprehensionem, & occupationem, secundum omnes, saltem extra casus notorios, per capit. cum secundum. f quod id exprimit, & tenetur ab omnibus.

5 **AD TERTIAM**, an sufficiat crimen esse notorium, ad hoc, vt sine alia sententia super illo lata, bona eorum occupari possint, respondeo quod pro parte affirmante facit, quod in notorijs ordo iuris non est seruandus, g & quod euidencia patrat sceleris non indiget clamore accusatoris, h & quod perinde est abstinendum ab audiendo Missam sacerdotis fornicarij notorij, ac declarati per sententiam pro tali, i & quod in confesso nullæ sunt partes iudicis, k quia per confessionem res fit notoria, l & quod extrauagans ad euitandam. Martini V; & postea sa pius renouata per Concil. Lateranense, m & in statutis Gallicanis, & concordatis inter Leonem X. & Regem Franciscum, n æquiparat notorium excommunicatum non declaratum excommunicato declarato; & denique quod Felinus o dicit, in specie declarationem, quam requirit d. cap. cum secundum. non esse necessariam in notorijs, allegando in id duo pulchra dicta Panormitani vltra quæ allegari potest conclusio communis, quæ habet non esse necessariam citationem, quando constat nullam defensionem competere citando, iuxta cap. cum olim. p & alia citata ibi per Panormitanum & Felinum, & in ca. cum causam. de rescript.

6 Pro parte negante facit primo, quod etiam in notorijs requiritur citatio, iuxta glossam, q quæ ad id allegat cap. Deus omnipotens. r citatio enim pertinet ad defensionem, & defensio debetur iure naturali, quæ à nullo principe tolli potest, vt habet expresse clem. pastoralis. s quæ annihilauit quamdam sententiam Federici Imperatoris propter defectum citationis, & concessionis facultatis ad se defendendum, dicens eam iure naturali fuisse debitam, nec potuisse per Imperatorem

a Cap. inquisitionis. §. volubemus. de hæretic. li. 6.

b Argu. l. de qua re. ff. de iudic. & c. sua de ord. cogni. & c. nouis de iudic.

c In cap. cum nobis n. 12. de præscriptio.

d Cap. x. de cõstit. lib. 6.

e Cap. innocens. de elec.

f De hæresi. lib. 6.

g Cap. ad nostram. 3. de in re iur.

h Cap. euidentia. de accus. i Cap. fin. de cobab. cle. & mul.

k L. e. proinde ff. ad leg. A. quil.

l Dist. ca. fin. & cap. vlt. de temp. or. di. m Sess. 11.

n Tit. de excõ. non vitan.

o In c. Rodulphus. nm. 37.

p De re iud. non vian.

q In c. ad nostram. 3. de in re iur.

r 2. qm. 1.

s §. catormus. de re iudic.

In extrava. de dolo & contum. De accusa.

De heret. 6.

Ca. 27. m. 25. Ca. 28. 5. f. 47. in nom.

In d. c. B. d.olphus.

De sepul. id. ter. contum.

De pœnit. k. De heret. li. 6.

In d. c. v. de pœnit. 3. m. 17. de contum. c. 2. 1. 1. d. Cap. 27. n. 35.

suppleri. ob quæ glossa Ioannis Monachi singulariter & copiose probat non posse Papam procedere sine citatione.

Secundo, quod etiam in notorijs requiritur sententia, secundum eandem glossam, & glossam in cap. evidensia. & est melior glossa in d. extrava. 1. quæ habet necessariam esse sententiam iudicis, vel præceptum, quod illi æquipollear: & in casu proposito nulla sententia est data, nec præceptum, quod illi æquipollear.

Tertio, quod est casus irrefragabiliter probans hanc partem in d. cap. cum secundum. c. quatenus uniuersaliter statuit ne fiat apprehensio bonorum, donec per iudicem ecclesiasticum declaretur hæreticus; per quod omnes dicunt declarationem esse necessariam.

7 Per hæc pro utraque parte adducta, videtur reddi quæstio hæc difficilis, & cuius utraque pars disputando defendi posset: sed ad consulendum in præfati casu pro parte affirmante inclinor, per adducta supra pro ea. Tum quod non occurrit modus adeo iuridicus defendendi Catholicos communicantes cum hæreticis notorijs Germaniæ, & Galliæ, à peccato; & excommunicatione, ac tenendo quod non tenemur vitare notorios excommunicatos, antequam denunciarentur esse tales, vt diximus in Manual. confess. d. & latius in Enchirid. de oratione, c. & Miscel. f.

8 Tum quia videntur esse mortui hæretici, quorum bona maritus oratrici cepit, antequam denunciarentur, & quidquam contra eos pronuntiaretur. Tum quia credo, dictum prædictum Felini, s. numquam fuisse praxi mandatum. Tum quod videtur se cum pugnare, dum ait non esse locum d. cap. cum secundum. cum factum est adeo notorium, quod nulla est opus declaratione: præsupponit enim posse dari notorium, in quo est opus declaratione, non reddita ratione cur non sit idem dicendum de omnibus notorijs. Salua, &c.

Aduertendum magis commune esse, vt in notorijs apprehensio bonorum ipso iure confiscatorum possit fieri etiam ante declarationem. Bosius. Quomodo procedendum sit in crimine notorio. num. 10.

S Y M M A R I V M.

- 1. Hæreticus iudicatur, qui causa fidei vocatus à iudice, & ob contumaciam excommunicatus, sic manet per annum.
- 2. Excommunicatus ex quacumque causa iudicatur suspectus de hæresi; & potest contra eum procedi, si per annum manserit excommunicatus, etiam si non sit declaratus excommunicatus. num. 3.
- 3. Religiosus non est, & potest iussu eici filius Iudæi, contra constitutionem sui ordinis à Sede Apostolica confirmatam, & obseruari iussam, ad habitum & professionem admissus.

C O N S I L I V M X X I.

Q V I D iuris de illo monacho, qui fecit aliquæ ex cetera contra extrava. 1. h. & postea monitus ab aliquibus, vt se faceret absolui, non curauit, sed acceptauit electionem, qua fuit electus, & eam nunc regit post lapsos duos annos à tempore exenterationis, & est filius Iudæi?

- 1. Respondeo primo, quod potest procedi contra eum tamquam suspectum de hæresi, per cap. vlt. i. & per notata in cap. cum contumacia. k.
- 2. Quia licet ad hoc, vt excommunicatus per annum sit iudicandus hæreticus, iuxta præfatum cap. cum contumacia. requiratur vt vocetur à iudice causa fidei, & excommunicetur tamquam contumax, & maneat in excommunicatione per annum; ad hoc tamen, quod possit procedi contra aliquem, tamquam contra suspectum de hæresi, sufficit vt maneat excommunicatus per annum; ex quacumque causa excommunicetur, etiam si illa non tangat fidem, vt resoluit Patro-mitarum communiter receptus, i. & Francus. m.
- 3. Nec videtur ob stare, quod non fuit denunciatus, & declaratus excommunicatus, & ita non erat vitandus per extrava. 1. ad euitanda. re. claram à nobis in Manual. confess. 2. quia extrava. illa nihil prodest excommunicatis, sed tantum communicantibus cum illis, vt ipsiusmet finis mox.
- 4. Secundo, quod si Præfatus præfatus esset in Hispania, multum augetur contra eum suspicio de hæresi ex eo, quod pater eius fuit Iudæus.
- 5. Tertio, quod non solum ipse potest priuari religione, &

eici ab ea, sed etiam est ipso iure priuatus; & numquam fuit verè religioſus, si constitutio sui ordinis est vera, & à Sancta Sede Apostolica confirmata, & iussa seruari; quod tamen ipse ignoro.

S Y M M A R I V M.

- 1. Iudæorum filij, & descendentes etiam per lineam maternam vsque ad quartam generationem (quibusdam scilicet in partibus) particulari decreto Pauli III. & Gregorij XIII. fuerunt ab ordinibus prohibiti; & hoc, etiam si nullus illorum post conuersionem in errorem sit lapsus: etsi de aequitate nati ex talibus sponte conuersis non sint repellendi. num. 4. Idem etiam dicitur de descendenti-bus ex Saracenis, seu Mauris. num. 3. ad fin. & num. 5. repellunturque ab officio predicandi. num. 7.
- 2. Hæreticorum etiam per lineam femininam descendentes (quibusdam scilicet in locis) vsque ad quartam generationem excluduntur ab ordinibus: sed hoc intellige de descendenti-bus ex hæreticis condemnatis tantum. num. 2. & 3.
- 3. Infidelitas præcedens baptismum nemini nocet, nec quo ad promotionem, nisi quo ad reuertentes ab hæresi, vel nouiter conuersos.
- 4. Legi aque apte duos recipientis intellectus, benignior & mitior est accipiendus. fallit, quando verba aliqua non obiter, sed cum mysterio posita nihil operarentur. num. 3.
- 5. Hæresis omnium infidelitatum pessima: & qui ad Iudaismum reuertuntur, magni sunt hæretici. num. 3.
- 6. Repetitio frequens eiusdem verbi in aliqua dispositione mysterium aliquod denotat.
- 7. Electionem, seu promotionem faciendam, defectus semiplena impedit probatio: at ad promotum, siue electum, & confirmatum deiciendum plena requiritur probatio: vt etiam in matrimonio contrahendo, & contracto distingui solet.
- 8. Legi inuolutio antiqua non recepta operatur, vt nunc non possit dici non recepta, nisi sint lapsi anni decem à die inuolutionis, licet contrarium possit disputando teneri.

C O N S I L I V M X X I I.

A D primam multarum quæstionum, quæ habet, an prohibitio de qua in breui fel. re. Pauli III. confirmata per Gregorium XIII. qua certis in locis prohibetur, vt nullus, qui à Iudæis, seu hæreticis, quorum parentes & progenitores paterni seu materni viuentes seu defuncti vsque ad quartam generationem inclusiue hæretici fuere declarati, &c. ad sacros ordines promoucantur, &c. includat non solum descendentes hæreticorum damnatorum, &c. sed etiam descendentes à Iudæis vsque ad præfata quartam generationem, etiam si præfati Iudæi primo conuersi, & filij & nepotes eorum inuolabiliter fidem Orthodoxam seruauerint.

Respondetur, quod pro parte negante facit primo, quod iure communi infidelitas præcedens baptismum minimè nocet, vt est in cap. eam te. a. ibi, Pro eo vero quod Iudæus extiterit, eum dedignari non debet. vnde Felinus ibi colligit pro regula, quod infidelitas præcedens in promotionibus non nocet, nisi fuerit hæresis, vel conuersio recens. & ita præfata prohibitio Pauli III. exorbitat à iure communi; & consequenter est restringenda. b.

Secundo, quod cum lex apte recipit duos intellectus, benignior & mitior est acceptandus. c. At præfata prohibitio potest duobus modis apte intelligi. priori quidem modo, vt relatiuum, quorum, sequens verbum, Iudæi, seu Hæretici, refertur utrumque; posteriori vero, vt solum referat verbum, Hæretici, tantum. & intelligendo priori modo restringit verbum, Iudæi, sicut verbum, Hæretici. intelligendo autem secundo modo, solum restringit verbum, Hæretici. Ergo accipiendus est prior intellectus, qui est benignior, & secundum illum non includuntur descendentes à Iudæis, nisi parentes eorum deliquerint.

Tertio, quod omnium infidelitatum pessima est hæresis, vt docet S. Thomas receptus, d. & secundum mensuram delicti debet esse plagarum modus, e. ergo non debet puniri magis Iudaismus, quam hæresis. Cum ergo hæreticorum filij non inhabilitantur ad ordinem præfatum vsque ad quartam generationem, nisi parentes eorum fuerint damnati, & ipsi, vel statuz, vel ossa eorum combusta; à fortiori filij Iudæorum, qui minus deliquerunt, non videntur inhabiles, nisi

a. Descrip.

b. Cap. que d. iure. de regu. iur. lib. 6. c. Leg. benignius ff. de legibus.

d. 2. 2. q. 10. a. 6. e. Deuteron. 6. c. non asseramus. 2. q. 1.



parentes eorum simili modo damnentur.

Quarto quod descendentes ex antiquis Christianis, licet fuerint hæretici, non includuntur in præfatis extrauagantibus, nisi ipsi, vel ossa, vel statua ipsorum cremetur. Ergo à fortiori descendentes ex Iudæis, qui nihil deliquerunt, debent haberi pro inhabilibus; cum, vt prædiximus, hæresis etiam, non punita sit peior Iudaismo.

3 Pro parte affirmante facit primo neruosisimè, quod in præfata extrauagante Pauli valde serio fit mentio de Iudæis, & de descendentes à Iudæis: & quod si præfatum relatiuum, *quorum*, intelligeretur priori modo, ita vt referret tam verbum, *Iudæi*, quàm verbum, *Hæretici*, nihil operaretur præfatum verbum, *Iudæi*: quandoquidem nec ipsi primùm conuersi, nec vlli descendentes ab ipsis inhabilitarentur, nisi essent hæretici, vel descendentes ab hæreticis. quoniam Iudæi conuersi, & filij eorum, si relabantur, ita vt ipsi, vel ossa, & statua ipsorum cremetur, magni hæretici sunt.

Secundo facit, quod præfata breuia magnam intendunt ponere differentiam inter Iudæos nouè conuersos, & descendentes ex eis, & inter Christianos antiquos, & descendentes ex eis. At secundum intellectum priorem nullam ponerent differentiam: quia secundum illum, sicuti nulli Christiani antiqui, nec vlli descendentes ex eis sunt inhabiles, nisi aliqui, ex quibus descendunt, declarentur hæretici, & ipsi, vel ossa, & statua ipsorum comburantur; & omnes qui descendunt ex talibus, sunt inhabiles: ita & nulli, qui descendunt ex Iudæis conuersis, vel eorum filiis non factis prædicto modo hæreticis, sunt inhabiles; & omnes qui descendunt ex Iudæis primò conuersis, vel filiis eorum factis prædicto modo hæreticis, sunt inhabiles.

Tertio, quod idem verbum frequenter repetitum in aliqua dispositione significat aliquod mysterium iuris, iuxta glossam singularem & receptam. Ergo verbum, *Iudæi*, toties repetitum in præfatis extrauagantibus significat aliquod mysterium iuris, quale tamen non significaret, si relatiuum illud, *quorum*, referret tantum verbum *Hæretici*, iuxta secundum intellectum: ergo ille est accipiendus.

Quarto vrget, quod Gregorius XIII. in sua bulla addit, quod idem seruetur in descendentes ex Mauris: & credo suam Sanctitatem ad id motam fuisse, eo quod rari eorum vsque ad quartam generationem inueniantur firmi Christiani, & quod fortassis acceperit idem inuentum esse alicubi in descendentes ex Iudæis.

4 Quare dico, hanc partem affirmantem videri iuris rigore veriore, partem verò priorem negantem posse de æquitate seruari in descendentes illorum Iudæorum, vel Maurorum, qui sua omnino sponte, nullo metu vel vi coacti susceperunt, vel suscipiunt baptismum, quales fuerunt omnes fere Iudæi Burgenses in Hispania, qui ad prædicationem Episcopi Burgensis ex Iudæis facti Christiani sponte omnino sua baptismum susceperunt; quorum nullum descendentes adhuc audiuius deuiasse à fide Catholica: quales item sunt multi, qui Romæ sola verbi Dei efficacia sine villo metu illato conuersi sunt, & passim conuertuntur: quorum pauci, vt audio, ad vomitum redierunt; quales item sunt quidam, quos audiuius ex Africa venisse ad Lusitaniam, & etiam ad Castellam, ad suscipiendum baptismum.

5 AD SECVNDAM, scilicet, an præfata extrauagans habeat locum in descendentes Maurorum, sicut in descendentes Iudæorum: Respondeo idem, quod respondi ad primam, per præfata extrauagantem Gregorij XIII. quæ extrauagantem præfati Pauli magna prouidentia extendit ad descendentes Maurorum, quos, vt arbitror, accepit contumacius hætere in Hispania suo Saraciniismo, quàm Iudæos suo Iudaismo: quod verum profecto est de his, qui aliqua vi vel metu conuertuntur; non autem de his, qui sua omnino sponte baptismum suscipiunt, quorum tamen numerus paruus, vt audio, est in Hispania.

AD TERTIAM, scilicet, an præfata prohibitio includat omnes, quos vulgus Lusitanum, & etiam aliqua pars vulgi reliquæ Hispaniæ appellat Christianos nouos, etiam si ante quintam generationem maiores eorum fuerint conuersi? Respondeo, quod non proculdubio: quoniam ipsamet se restringit ad descendentes, vsque ad quartam generationem tantum. & in claris non est locus coniecturis.

6 AD QVARTAM, scilicet, quanta probatio sit

A necessaria ad impediendam electionem alicuius fratris in Guardianum, vel Prouincialem, vel ad eiendum iam electum, vel confirmatum, propter originem Iudaicam, Maurorum, vel hæreticorum: Respondeo, quod ad impediendam electionem videtur sufficere semiplena probatio. argumento textus singularis in cap. *præfata*.^a quod probat propter dictum vnus testis, & semiplenam probationem impediendi affinitatis impediendum esse matrimonium nondum contractum, ne contrahatur. Si autem est iam electus, & confirmatus, requiritur plena probatio ad reiciendum, & exauctorandum, & pro vtroque dicto facit cap. *quemadmodum*.^c quatenus probat, quod *turpius eicitur, quàm non admittitur hospes*.

B 7 AD QVINTAM, scilicet, an præfata prohibitio Pauli III. sit seruanda quo ad eam partem, qua prohibet præfatos descendentes à Iudæis, vel hæreticis, in prædicatores eligi, vel iam electos ad prædicandum admitti? Responderetur, quod sic: quia licet non videatur recepta quo ad hoc in aliquot partibus, fuit tamen postea anno 1573. innouata, & extendita quo ad Mauros per Gregorium XIII. & ita nondum sunt transacti decem anni, qui satis videntur requiri ad euacuandam viribus legem canonicam, argumento multorum, quæ in hac re dicit Felinus,^d quamuis etiam contrarium disputando sustentari possit de rigore iuris, per eadem, quæ ibidem traduntur, maximè illud singulare dictum Dominici,^e scilicet, quod omnis lex videtur ferri à superiore sub illa conditione, si recipiatur à subditis. Et quidem quo ad descendentes à Iudæis, vel Mauris, qui sua omnino sponte conuersi fuerunt, nec ad vomitum redierunt, æquè videtur posse dissimulari. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Filij nati antequam pater fieret hæreticus, pœnis non afficiuntur, sicut nec filij ante proditorem patrum rebellium, seu ingratitude patrum libertorum.
- 2 Filij nati ante dignitatem patris, vel postquam ab ea amotus, vel mortuus fuerit, illius priuilegijs non gaudent.
- 3 Indefinita æquipollens vniuersali ex rationis diuersitate limitatur.
- 4 Lex filios ob patris crimen puniens, vt exorbitans, restringenda.
- 5 Filij hæreticorum vbi ratio paterna presumptionis imitatio cessat, non puniuntur.
- 6 Lex in presumptione fundata, presumptione cessante, cessat.
- 7 Filij post delictum patris ex sanguine infecto nasci videntur.
- 8 Filius ante patris hæresim natus, vt promoueri possit ad honores & magistratus, non eget dispensatione.

CONSILIVM XXIII.

E NINQUISITVS est, quod fautor fuerit hæreticorum, & probatus, & conuictus, sed non confessus, in morte autem suscepit omnia ecclesiastica sacramenta. Quaritur, an filius eius, qui multo tempore ante commissum crimen natus est, ad Catholicorum scholas missus, & in bonis literis & moribus educatus, comprehendatur sub dispositione cap. *statusum*.^f ita vt promoueri non possit sine dispensatione ad honores & magistratus.

1 Respondeo, quod præfatus D. consulens non indiget vlla dispensatione. Tum quia secundum sententiam viri eruditissimi & maximæ auctoritatis Cyni, & Petri de Bellapertica paris eruditionis & auctoritatis, quem sequitur ille tenendum filios committentium crimen læsæ maiestatis non incidere in pœnas impositas contra filios proditorum & rebellium genitos ante proditorem & rebellionem commissam. Tum quia illa probatur per l. 2.^h quatenus habet propter liberti ingratitude filios eius ante illam natos nihil perdere de sua libertate, licet postea nati recidant in seruitutem, quod etiam probatur per l. *à diuo Marco*.ⁱ iuncta glossa,^k quæ habent priuilegium, quo gaudent quidam ob dignitates, ne ad quæstionem trahantur, non ita extendi ad natos postea, si cuti ad natos antea. Quam sententiam quo ad propositum casum corrobore. Tum quia hoc ipsum tenet Calderinus, l. per l. *emancipatum*.^m quæ habet, filium natum ante quam pater moriatur, vel senatu moueatur, gaudere priuilegio senatorum; licet eo non gaudeat ille filius, qui post patrem mortuum à senatu, vel mortuum nascitur. Tum quia natus ante-

a 2. de spons.

b Ar. c. super his, de accusatio.
c De iureiur.

d In cap. 1. de treug. & pœ. num. 6. & multis seq. c In §. leges. 4. dist.

a In cl. 2. de iur. pat. verb. dicejanis.

b Leg. contumacia. ff. de verb. obi.

f De hæres. 6.

g In l. quisquis. Co. ad l. Iul. maiest.

h C. de liber. & eorum liber.

i C. de quaest. k Super verbo aspersio.

l In cons. 3. de hæres. m ff. de senator.

qua m

Leg. si fma... C. de dig... lib. 12. b. Cap. adia... de regim. li. 6. c. p. ana... de penit. d. 1. c. in c. 2. 5. b. a. verici. sub fin. de heret. li. 6. d. in libro de iusta obsecratione Regni Navarra. c. 2. de heret. lib. 6. f. Cap. si Romanorum. 19. dist. 1. 3. de officio prof. di. g. Cap. ut in ca. de electione. li. 6. h. Titul. C. no filius. pro patre. i. Leg. Gracchus. C. ad l. Jul. de adul. c. c. quafino. de ijs qua fuit a mai. par. c. h. Cap. 18. l. 1. quaf. 4. m. Cap. qua d. in ca. de regim. lib. 6.

In cap. quia plerique. de immum. ecclie.

o Cap. cum cessante. de ap. pell. c. ca. ex studijs suis intelligitur per c. mandata. de presum. p. 22. q. 1. q. De sponsa. x. in c. i. m. 40. de consens. s. de d. l. quif. qui. c. de lib. c. cor. lib. c. de quaf. x. ff. de senato. y. C. de digni. sacib. li. 12.

quam pater ad dignitatem promoueat, non gaudet honore, quem post eum natum querit, ergo a fortiori non debet querere penam, seu plecti ea a patre, post ipsum natum meritam, cum odia debeant restringi, & fauores sint ampliandi. b. 3. Tum quia etiam Dominicus a Sancto Geminiano refert, & probat predictum consilium Calderini. c. Nec Ioannes Lupus a Pallis rubeis, d. ausus fuit tenere contrarium, licet suo proposito plurimum inferiret.

Tum quia non obstat, quod cap. statutum. e. indefinite loquitur de filiis hæreticorum punitis, & quod indefinite equipollet vniuersali, f. & per consequens debet intelligi de omnibus filiis ante, & post natis; quia, vt ait Calderinus vbi supra, indefinite locutio limitatur ex diuersitate rationis, quæ reperitur in aliquibus casibus sub indefinite contentis. argumento glossæ & circa illam notarum, g. & magna ratio limitandi illud cap. statutum. ne procedat in filiis ante crimen natis, sicut in filiis postea natis, colligitur ex legibus supradictis.

4. Tum quia lex præfata tam canonica, quæ ciuilibus punitis filios pro peccatis parentum est exorbitans multum à iure communi, non solum humano, h. sed etiam à lege naturali, quæ pœna imposta contra malefactorem non debet extendi ad alios, i. sed etiam contra legem diuinam, quæ per Ezechielem, k. translata in cap. Iudai. l. sic statuit: Anima, que peccauerit, ipsa morietur. Et pater non portabit iniquitatem filij, nec filius iniquitatem patris. & ita est restringenda, quantum rationabiliter restringi potest. m. At rationabilissime restringi potest, vt lex puniens filios pro delictis patrum, restringatur ad filios post delictum natos, ergo lex præfata cap. statutum. indefinite puniens filios hæreticorum, debet restringi ad filios post hæresim natos, propter rationes supradictas. Tum quia sunt aliquot speciales rationes, ob quas illud cap. est limitandum quo ad consulentem natum, & educatum, ac literis ornatum longè ante punitionem patris.

Prima quidem, quod pater D. consulentis numquam fuit confessus se fuisse hæreticus, quod crimen fuit inquisitus, & punitus, quia fuit conuictus; sed semper negauit illud, & mortuus fuit confessus sacramentaliter, & absolutus, atque communionem admissus à sacerdote: & ita D. consulens filius eius bona fide credere potest eum non admisisse tale crimen, vt sic non ligat dicta sententia coram Deo: argumento eorum, quæ per Innocentiũ & alios traduntur de iniusta sententia, n. & omnes confitentur filios puniri per præfatas leges propter præsumptum in eis delictum, & in præfenti casu non potest dici præsumi.

5. Secunda, quod cessat ratio præsumendi quod præfatus D. consulens fuit imitator patris in actu fauendi quibusdam hæreticis: quia fuit actus quodammodo momentaneus; & longè antea, & cum adhuc puer esset consulens, à patre in sancta studia separatus vixit in eis literis incumbens, alienus valde à conuersatione paterna. & cessante causa præsumendi, cessat præsumptio. o.

6. Tertia ratio, quod omnes fatentur, leges, quæ fundantur super præsumptione, non habere locum, cum cessat illa. argumen. cap. humane aures. p. & cap. tua. q. tradit late Felinus post Panormitanum, r. post multos Theologos, & Canonistas ab eo citatos. Et per narrata in factis constat cessare contra D. consulentem præsumptionem consensus in delictum patri oppositum.

7. Tum quia falsum est id, quod Salicetus ait, s. scilicet eadẽ ratione debere puniri filios ante genitos, quæ puniuntur postea geniti; cum constet contrarium ex prædicta l. 2. t. & ex dicta l. à dno Marco. v. & ex d. l. emancipatum. x. & ex d. l. si senator. 7. & quia postea nati videntur descendere ex sanguine iam crimine infecto.

8. Per quæ omnia consulendũ, præfatum D. consulentem non indigere aliqua dispensatione, nec absolutione pœnarum, & inhabilitatum impositarum à prædicto cap. statutum. nec alijs contra filios hæreticorum. Salua, &c.

Aduertendum contrariam sententiam dici veriore, magisque communem, & vsu receptam, vt est videre apud D. Franciscum Pegnam in suis commentarijs ad Directorium Inquisit. part. 3. cas. 163. colum. 2. pag. 727. in impressu Roma, 1581.

S V M M A R I V M.

1. Laicum disputans de fide non est excommunicatus, sed excom-

municandus, nisi ignorantia prohibitionis illum excuset. num. 3.

- 1 Verba futuri temporis sententiam ipso iure non inducunt.
2 Verba si secundum vulgarem modum loquendi sunt intelligenda, loquentis mos & loci, in quo proferuntur, est attendendum.
3 Lex quantumuis dura seruanda tamen est, nec est à propria significatione verborum eius recedendum.
3 Clericus propriis spiritualia tractare conuenit, quam laicis quantumuis doctioribus.

CONSILIVM XIII.

AN laici studio Theologiæ dedit peccent mortaliter disputando de fide, & an sint ipso iure excommunicati? Respondeo primo, quod non sunt ipso iure excommunicati: quia cap. quicumque. a non excommunicat eos, sed per verbum futuri temporis statuit, vt excommunicentur: & constat ex glossa recepta, b per verba futuri temporis non induci sententiam ipso iure, nisi aliquid aliud eis addatur; quod etiam adnotauit glossa eiusd. cap. quicumque.

Secundo, quod non demittit sententiam illam nostram, scilicet laicum disputantem de fide peccare mortaliter, positam in Manual. nostro confess. c. subdura videri aliquibus. Tum quia subdura quoque visa fuit glossæ eiusdem cap.

2. Tum quia, vt illa ait, videbatur potius facienda facultas disputandi decretorum doctori laico, quam clerico rurali, & indocto: vel quod verba sunt intelligenda secundum vulgarem modum loquendi, d. & vulgus Gallicum omnes literatos & doctos appellat clericos, quod etiam ipsamet glossa monuit.

Tertio dico, determinationem prædictam, licet dura sit, vt ait ibi glossa esse tamen tenendam, iuxta l. prospexit. e. & cap. in memoriam. f. Tum quia vt docet Augustinus relatus in cap. in istis. g. leges cum instituuntur debent iudicari; postquam autem sunt instituta, iudicandum est secundum eas. Tum quia glossa, Archidiaconus, Dominicus & Francus qui eandem senserunt duritiam, tenuerunt eam. Tum quia proprie ecclesiastica, & laica persona differunt, h. & laicus quamlibet doctus proprie non dicitur clericus, nec licet ei prædicare. i. Tum quia non est recedendum à propria significatione verborum. k. Tum denique, quod constitutio illa facta fuit ab Alexandro III. in Italia, in qua, nec in Hispania laici, quamuis sint docti, vocantur clericis: & ita verba illius debent interpretari magis secundum morem loquendi terræ, vbi facta fuit, & eorum qui eam tulerunt, quam secundum morem Galliarum, vel alicuius alius prouinciæ.

3. Quarto respondeo, quod nouè ultra omnes ego molliui illam sententiam, restringendo eam ad eum, qui scit id esse prohibitum sub pœna excommunicationis: & quod possunt addi aliquæ rationes, quibus iustius laici etiam docti prohibentur à disputando de fide Catholica, quam clerici, cum his propriis conueniat tractare spiritualia, quam laici. l.

DE APOSTATIS, ET REITERANTIBVS BAPTISMA. S V M M A R I V M.

- 1 Sermones generales morales particularibus minus utiles.
2 Facti variatio etiam in vna circumstantia quamuis modica variat ius, quod oritur ex facto.
3 Apostasia triplex, à fide, ab obedientia, & ab ordine clericali, vel à religione.
4 Apostasia generaliter desertionem muneris significat.
6 Habitus religionis deserens, cito resumpturus, non est apostata, licet sit excommunicatus.
6 Mendicantes ad non mendicantes sine licentia transeuntes excommunicationem incurrunt ipso iure, non tamen sunt apostata.
7 Fugitiuus est, qui sine licentia superioris etiam retento habitu vagatur, vel se celat, ne à superiore inueniatur; non tamen sequitur, vt sit apostata.
7 Delatio habitus desertorem religionis ab apostasia non excusat.
8 Apostata à religione dicitur religiosus professus, qui deserit suam religionem animo ad eam nõ reuertendi, nec ad aliam transit. Vnde si cesset animus à religione retrocedendi, cessabit vitium apostasia. num. 7. Sed & qui intra monasterium

a g. in bibens de heret. li. 6. b In c. in pen. de regim. lib. 6.

c Cap. 11. nu. 27.

d Cap. ex literis. de spons. c. l. l. abeo. ff. de iupelle.

e ff. qui. & à quibus manu miss. l. 19. dist. 87. dist.

h Ca. duo sũt. 12. quaf. 1. i. Cap. sicut. de heret. k Leg. non a. liter. ff. de le. 3.

l Cap. bene quidem. q. 6. dist. & ca. ecclesia. de cons.

existens continuo suo superiori renuit obedire, non est talis. nu. 4. qui sine licentia exit monasterium, absque tamen animo non reuertendi, non est talis. & nu. 5. & 7. & hoc etiam si habitum deserat, vageturque, sitque fugitiuus. nu. 6. & 8. nec qui suam desinit vt aliam etiam laxiorem etiam sine licentia intret si illam ingrediatur, etiam si sint mendicantes ad non mendicantes. erit apostata. nu. 5. & 6. & multo minus si petita licentia ad arctiorem, vel ad quamcumque aliam ea obtenta se transfert: sicut nec qui transfertur ad episcopatum, vel in aliqua ecclesia perpetuo instituitur, per quam institutionem desinit esse claustralis sui monasterij. n. 8. & hoc, modo dicta translatio sit vel saltem credatur iusta. nu. 14. sicut nec is, qui petita, licet non obtenta licentia, exit, vt subueniat parentum necessitati, in qua ante illius erant professionem, vel ea à Generali seu Prouinciali petita & obtenta inseruit parentibus, qui post illius professionem in necessitatem inciderunt. num. 8.

- 8 Translati ad episcopatum, item & aliam ecclesiam, si de ea perpetuo instituetur, desinit esse sui monasterij monachus claustralis: & hoc modo dicta translatio sit legitima. nu. 14.
- 8 Parentum necessitas prabet iustam causam monacho, vt possit stare extra monasterium; ita tamen, vt precedens professionem requirat solam licentia petitionem, sequens autem requirat etiam concessionem, quam tamen facere potest Generalis, & Prouincialis ordinis.
- 8 Monasterium egrediens sine licentia, sed statim reuersurus, non peccat mortaliter propter exiguitatem materiae.
- 9 Intellectus bullae Pauli IIII. contra apostatas, & Pij V. & quod ligant solos veros apostatas. nu. 9. & 14. sed nec bulla Pij V. in conscientia ligat in iste translatos, nec cum iusta licentia stantes extra monasterium. nu. 13.
- 10 Lex aliam interpretans iuxta terminos interpretata intelligenda.
- 11 Dubia pars vna copulatiua per aliam declaratur eiusdem copulatiuae partem.
- 12 Intellectus, ex quo sequitur absurdum, euitandus.
- 13 Reductio alicuius constitutionis ad viam iuris quid operetur.

CONSILIVM I.

N dici possint apostate omnes infra scripti indifferenter, scilicet: Primo, qui ex quauis causa exierunt à congregatione eorum, & steterunt foris cum habitu, vel sine habitu: & an in hoc sit differentia inter eos, qui diu extra commorati sunt, & qui breui temporis spatio?

Secundo, an qui vigore breuium Pœnitentiariæ, seu aliàs à summis Pontificibus impetratorum foris steterunt?

Tertio, an qui ex licentia suorum superiorum, seu aliàs quouis modo extra claustra vixerunt?

Quarto, an comprehendantur etiam illi, qui cum professionem emisissent in monasterijs obseruantia congregationis, postea obtinuerunt beneficia ordinis in titulum, seu ad vitam, & postmodum vigore bullarum fel. re. Pauli IIII. & Pij V. ad claustra reuocati fuerunt.

Quinto, si aliqui prædictorum ante publicationem dictarum bullarum ad claustra redierint, an nihilominus censentur in eisdem bullis, & earum determinationibus comprehens?

1 Respondeo primum, has quæstiones esse nimis generaliter propositas, quam vt specialiter & categoricè ad eas ita responderi possit, vt casibus sub eis contentis plenè satisfiat, nisi iusto in id libello composito, & non studio tumultuario, sed serio & maturo adhibito, cuius adhibendi otium nobis modo deest. Sed & vt ægro animo, tam grandi quæstioni, tam leuiter propositæ, eam breuem & leuem responsionem præbeamus, facit quòd S. Thomas, ^a dixit, sermones morales vniuersales minus esse vtilis, eo quod actiones in particularibus sunt: ante quem Iuriconsultus dixit, omnem definitionem generalem esse in iure periculofam. ^b

2 Adeo quod vix vlla regula absque aliqua exceptione inueniatur, iuxta l. i. ^c etiam si verbis vniuersalibus affirmatiuis, vel negatiuis concipiatur; excepta illa de qua in cap. licet. sub finè, ^d vna enim circūstantioli addita, vel adempta factò frequenter variat ius, quod oritur ex eo, ^e & ob id Imperatores Valerianus & Galienus cuida petenti nimis generale responsum responderunt. ^f Vt responsum congruum accipere possit, in fere pacti exemplū. vnde necesse est prius dicere, quis sit apostata à

a In prin. 2. 2.
b Leg. omnis.
definitio ff. de reg. iur.
c ff. de re. iur.
d De regular.
e Le. si ex pla.
gia. § in cluo.
ff. ad legem Aquilam.
f In l. vt responsum. C. de transact.

religione, quã respõdeatur, an infra scripti sint apostatae ab ea.

3 Tum quia cum triplex sit apostasia iuxta glossam solemnem & receptam, ^a scilicet à fide, ab obedientia, & ab ordine, vel religione, cuius dictum tertium declarat S. Thomas, ^b & omnes nostri in ea cõmentantes: in prædicta tamen quæstione petitur, an infra scripti sint apostatae, perinde ac si sola vna species apostasiae inueniretur, cum tamen etiam tertia diuidatur in apostasiam ab ordine clericali, & in apostasiam à religione, vt prædicta glossa insinuat, & probant lex capp. posita in dicto tit. de apostatis, quorum aliqua de apostatis ab ordine clericali, & aliqua de apostatis à regula monachali agunt.

Secundo, quod ex consuetudinum personis, & quæstionum sequentium materia, videtur intelligenda prima tantum de apostasia à religione, & regula monachali: ideoque necessum est de illa tantum loqui.

4 Tertio, quod licet omnis apostasia ab obedientia, seu præceptis obediendi, dicatur apostasia, sumpta generaliter illa voce, vt prædicta glossa r. S. Thomas & communis declarat: quia generaliter sumpta significat omnem retrocessionem, & retractationem, siue desertionem muneris, vt Goffredo ^c latinius videtur dictum, per l. desertorem. ^d non tamen dicitur apostasia à religione, accipiendo verbum hoc strictè in ea significatione, in qua accipitur in titulo de apostatis, & in aliis iuribus punientibus apostatas. Requiritur enim primo, quod sit criminosa, & mortiferè mala, vt erudite dixit Caietanus, ^e inferens ex hoc, quod retrocessio à clericatu & minoribus ordinibus non est apostasia ab ordine, de qua in prædicto tit. agitur. Immo nec sufficit, quod sit criminosa, & mortifera mala, qualis est inobedientia, qua monachus intra monasterium existens continuè renuit obedire iusti prælati præceptis, etiam si violaret votum substantiale castitatis: licet enim tamquam inobediens & impudicus possit castigari, non tamen tamquam apostata, secundum omnium mentem, quam vbi supra Caietanus declarat. Immo nec sufficit, quod exeat monasterium sine licentia prælati, absque tamen animo deserendi religionem.

5 Vnde recessio ab aliquo monasterio alicuius religionis sine licentia prælati, cum animo tamen intrandi aliam religionem, etiam laxiorem, si intret illam, nõ dicitur apostasia: quia licet sit recessio ab illo aut illo monasterio, & ab illo ordine, non tamen est recessio à religione: & ita non incidit in pœnas apostatarum, iuxta determinationem Innocentij, ^f vbi clarius loquitur, & communiter recipitur, & etiam à præd. Caietano declaratur. Immo nec omnis retrocessio, per quam non solum peccatur mortaliter, sed etiam incurritur excommunicatio maior, sufficit ad constituendam illam apostasiam, de qua loquimur.

6 Per desertionem enim temerariam habitus religionis fit retrocessio mortifera, & excommunicatione ipso iure punita, non tamen illa omnis est apostasia, de qua loquimur: quia non illa, quæ fit cum animo eum cito resumendi, sine animo religionem deserendi, nec vquam id vllus eruditus dixit: etiam si dimissio habitus fieret ad liberius fornicandum, cum animo tamen statim resumendi eum. pro quo facit extrauagans Nicolai V. per quam vbi supra dixit Caieta. quod mendicantes transeuntes ad non mendicantes sunt excommunicati ob transitum, non tamen dicuntur apostatae. cuius extrauagantis initium est, Viam. & ponitur in titulo de regular. ^h

7 Addo, quod non sufficit exitus à monasterio inconsulto prælatò, etiam causa vagandi, & sine intentione intrandi aliam religionem modo non habeat intentionem deserendi eam, vt prædictus Caietanus singulariter determinat in hæc verba: Religiosum cum habitu sine licentia & alterius obedientia manere dupliciter contingit: Eo animo, & intentione, vt religiosus amplius non sit, & talis est verus apostata; nec excusatur ab apostasia, & censuris annexis, ex hoc, quod desert habitum, sed tenetur ad omnia, ad qua tenentur apostata sine habitu. Secundo contingit, quod non recedat, nec vagetur extra animo retrocedendi à religione, sed propter prælatorum forte rigorem, aut propter libidinem vagandi, aut aliquid huiusmodi; & talis non est apostata, sed fugitiuus, & vagus. Et quod hoc sit verum, patet ex hoc, quod apostata consistit in retrocessione à religione: ac per hoc, qui retrocessioni à religione numquam consensit, numquam apostasiam incurrit, quamuis incurrat peccatū inobedientia, & rebellionis contra præceptū prælati exeundo: sicut etiã stans in claustro, & nolens pertinaciter obedire prælati aliquid iuste præcipienti, rebellis est, non apostata. Hęc ille.

a Cap. 1. de apostata.
b In 2. 2. qu. 12. art. 1.

c In summa num. 1. d. ff. de re. mil.

e In d. art. 1.

f In c. fi. de re. nunciat. inc. intelleximus. de anat. & qualis.

g Ca. 2. no. cl. vel monach. lib. 6.

h Inter communes.

8- Quarto principaliter dico, ex predictis colligi, quod apostata a religione dicitur religiosus expresse, vel tacite professus, qui deserit religionem, quam professus est, sine transitu ad aliam, cum animo non revertendi ad suam, cui consequens est, non omnem religiosum fugitivum esse apostatam: omnis enim, qui exit monasterium sine licentia superioris, & siue omisso, siue retento habitu vagatur, vel se celat, ne inveniatur, est fugitivus, ut Ioannes Andreas quem Panormitanus & communis sequitur, determinat, & probatur per l. *quis sit fugitivus*. Attamen non omnis talis est apostata per predicta. Consequens item est, nullum religiosum, qui transit ad arctiorem religionem, petita, licet non obtenta licentia superioris, esse apostatam: quia eius transitio non est retrocessio criminalis, siue mortifera, per d. cap. *licet*. Consequitur item eadem ratione, nullum translatum ad aliam religionem, vel alium locum, mediante dispensatione legitima, esse apostatam, ut predicta extrava-gans, *viam*. sub finem probat, nec consequenter qui est translatus ad episcopatum, iuxta clem. 1. & cap. *statutum*. nec institutum perpetuo in aliqua Ecclesia, qui desinit esse claustralis, iuxta glossam singularem & memorabilem, & neque qui auctoritate sui Generalis, vel Provincialis exiit, & degit extra monasterium, subueniendo necessitati parentum, in quam post eius professionem inciderunt, iuxta doctrinam D. Thomae, h. relatum a nobis in comm. 3. de regular. & in Manu. confess. & minus si ante professionem eius erant tanta necessitate oppressi: quia tunc etiam nolente superiore tenetur exire, & subuenire, si potest, secundum eundem S. Doctorem, ut ibidem diximus. Neque illum, qui per aliquot paucos passus sine licentia praelati egreditur monasterium statim revertitur: quia non videtur egressus ille mortifer, cum exiguitas in omni materia excuset a mortali culpa, iuxta S. Thomam, & aliis locis, quem nos citamus in Man. confess. m

9 Quinto, quod ex predictis presuppositis inferitur solutio primae questionis adeo generaliter propositae, & etiam (salua saniori sententia) intellectus iuridicus bullae Pauli III. & Pij V. Inferitur enim, quod nullus sit apostata per aliquem actum, qui non sit peccatum mortiferum, neque per omnem, qui sit mortifer, sed solum per illum, per quem sit apostata a religione: & consequenter, quod poenae bullarum non fuerunt incurtae, saltem quo ad Deum, & forum conscientiae, nisi per eos, qui exierunt monasteria & religiones per exitum mortiferum, neque per omnes, qui per talem exitum mortiferum exierunt: quia predictae bullae non induxerunt poenas, nisi contra apostatas a religione, ut colligitur ex earum proemiiis, & verbis, *apostata, & apostasia*, decies repetitis in bulla Pauli, & aliquoties in bulla Pij V.

10 Quae solum est intelligenda de his, quos comprehendit bulla Pauli, quippe quae interpretatur illam; & lex interpretans aliam, intelligenda est de comprehensis in ea, & glossa singularis secundum Cardinalem.

Non obstat, quod Paulus includit in sua bulla omnes, & singulos, qui post professionem per eos in aetate legitima constitutos in aliquo approbato, etiam militari ordine, pure & liberè emissam, temeritate propria, aut quouis praetextu, aut causa, extra claustra suorum regularium locorum degunt, aut in posterum degent.

11 Tum quia debet intelligi de praetextu & causa illicitis: quoniam vna pars copulatiuae dubia declaratur per alteram partem, & ita cum verbum, *praetextu*, & verbum, *causa*, sint generalia, & dubia ad licita, & illicita; debent intelligi per illam aliam partem copulatiuae, *temeritate propria*, de iniustis, & temerariis. Tum quia per verba illa, *apostasia, & apostata*, decies repetita, intelligenda sunt predicta verba de illis, qui per apostasiam debebant extra claustra: repetitio enim eiusdem verbi in eadem lege vel canone grande mysterium indicat, iuxta glossam solemnem. Tum quia nisi illa verba restringerentur ad apostatas, dicenda esset illius bulla iniqua: quod non est dicendum de lege à Papa illo Paulo III. Sanctissimo lata; cum uti theologus doctissimus nosset, de legis essentiali qualitate esse iustitiam, & honestatem, iuxta illud Iudori in cap. *erit autem lex iusta, honesta, &c.* & pulchre declaratum à S. Thoma recepto.

12 Tum quia alioqui comprehenderet omnes religiosos de licentia superiorum visitantes infirmos in scholis, & sepelientes mortuos extra ciuitates suorum claustrorum, & de man-

dato eorum venientes ad Sedem Apostolicam euntes & proficiscentes pro negotiis suorum monasteriorum ad Reges, & Principes, & ad praetoria suprema, & alia multa loca, ubi degere aliquo tempore oportet, quae omnia sunt absurda, & ita non dicenda. Sequeretur item, quod omnes, qui per dispensationes legitimas Sedis Apostolicae & per statuta sacrorum canonum iuste ad episcopatus, & ad alia munera perpetua vel temporalia missi sunt, essent apostatae.

13 Non obstat etiam, quod praedictus Pius voluit illam reducere ad formam iuris. Tum quia illud intelligitur quo ad formam procedendi, & priuandi aliquos, vel declarandi eos esse priuatos: quod sine citatione fieri non debet, iuxta glossam solemnem & receptam. Non autem voluit significare, quod Paulus voluit reprobare translationes, & mansiones iuste factas, quas Sedes Apostolica semper in hunc diem approbavit, & approbat.

Non obstat etiam, quod Pius iussit, ut omnes extra claustra degentes intra certum tempus coram iudicibus à se nominatis ostenderent iustas causas manendi extra illa: quia id non fuit reprobare vllam iustam translationem, vel mansionem extra claustra, saltem quo ad forum conscientiae; sed prouidere, ne male translati maleque degentes extra claustra suum malum statum continuarent.

Non obstat etiam declaratio Cardinalis Alexandrini, qua declarauit, etiam monachos ordinis Camaldulensis includi sub predicta bulla Pauli III. quia non exprimit quod includuntur iuste & sanctè translatis: & ita etiam eius declaratio intelligenda est de iniuste translatis, sicut & bulla Pauli per eum declarata; quoniam, ut praedictum est, lex declarans intelligenda est iuxta terminos legis declaratae.

14 Ex praemissis potest facile deduci responsio ad quaestiones propositas. Ad primam quidem, quod illi soli de contentis in quaestionibus dicuntur apostatae a religione, quibus definitio apostatae posita supra in quarto dicto conuenit, & non alij.

Ad secundam, quod qui foris steterunt vigore breuium Papae, vel Poenitentariae, qui sciebant, vel scire debebant ea inualida esse, & subrepticia, fuerunt apostatae, non autem qui sciebant, vel iuste credebant ea esse legitima.

Ad tertiam, idem est dicendum de degentibus foris vigore licentiarum aliorum superiorum, quod dictum est de breuiibus Papae, & Poenitentariae.

Ad quartam, quod non sunt apostatae, qui cum dispensatione legitima obtinuerunt beneficia.

Ad quintam, quod non: quia iam desierunt esse apostatae per suas reuersiones legitimas. Quae omnes responsiones intelligendae sunt quo ad Deum, & conscientiae forum, in quibus sola veritas attenditur. In foro enim exteriori, quod saepe praesumptione veritati contraria deducitur, multi verè Apostatae iudicabuntur non esse tales; & contra multi, qui nullatenus sunt apostatae, iudicabuntur tales: quoniam Deus nunquam fallit, nec fallitur, Ecclesia verò sequendo opinionem saepe & fallitur, & fallit. Salua, &c.

DE HOMICIDIO VOLUNTARIO, VEL CASVALI. SUMMARIUM.

- 1 Mortem temporalem tunc demum ob extremam necessitatem vita spiritualis alterius subire tenemur, quando id possumus absque eo quod nos consentiamus proprio vel alieno peccato.
- 1 Grauidam non potest sine peccato permittere se scindere, ut sic puer possit baptizari.
- 1 Occidit se iniuste permittens tunc peccat, quando alter ipsum non consentientem non occideret; quia sic consentiens peccato alterius, secus si non resisto ei, qui iniuste me etiam nolentem vult occidere.

CONSILIVM.

AD dubium Respondeo, quod illud commune eloquium, quod tenetur quis subire mortem corporalem ob extremam necessitatem vitae spiritualis proximi, defendi potest ab argumento facto in oppositum, quod ex eo sequeretur teneri praegnantem instante periculo mortis conferre se occidi, ut baptizaretur infans, ne spiritualiter moreretur: respondendo, quod id intelligendum est, quando quis salua vita spirituali potest corporealem impedere; magis enim

a In ca. f. de regul. b ff. de adil. c De regul. d De regul. e De elect. f 18. q. 1. & r. cum olim. 2. de prim. & c. ne pro cuius. 10. q. 1. & ca. si quis illi vras latus. 21. q. 2. g Cle. 1. 5. ad hac. de statu monach. h 2. 2. q. 107. art. 4. i Super e. nul. l. 1. 18. q. 2. num. 4. k Cap. 14. m. 14. l In 2. 2. q. 39. art. 4. m Cap. 11. n. 4.

n Amb. hac. confutatio. 6. vnde. colla. 3. o lbi oppo. 3. in cle. statuti. verb. confue. da elati.

p Leg. 1. ff. de reb. dubijs.

q Cle. 1. de in re pto.

r 4. distict. 61. 2. q. 95. art. 3.

a Le. n. quod absurdum ff. de boni liber tor. ca. dud. de prob. lib. 6.

b Cle. 1. de et sb. & cle. pastorali. 5. ca. torum. de re. iud.

c Cap. sua. de sponsalib. d Cap. is qui fidem. eo. iis.

e Ca. a nobis. 2. de sent. ex. com.



tenetur suam vitam spiritualem, quam proximi seruare. At talis pragnans non potest consentire absque peccato mortali, & consequenter absque amissione vite spiritualis. Tum quia sicut nemo potest occidere se ipsum absque peccato mortali, ita nemo potest consentire absque simili peccato, ut alius occidat eum. ^b Tum quia nemo potest innocentem occidere absque peccato mortali, nec ipse absque simili consentire occidendi: quia peccaret mortaliter consentiendo peccato mortali proximi. Nec obstat dicere, quod exponens vitam corporalem pro vita spirituali proximi videtur se ipsum occidere: quia id palam falsum est exemplo Christi, qui suam pro nostra exponens vitam non videtur se occidisse. Nec obstat, quod etiam pragnans non se occidat, sed quod pro vita spirituali filij consentit se occidi: quia id non potest facere sine consensu in peccatum mortale alterius proximi, ut predictum est. Nec obest dicere, quod Christus consentit se occidentibus; quia non consentit eis, qui non occidissent ipsum, si non consentissent; & ita non consentit approbando eorum factum, sed solum permittendo, & non (ut poterat) resistendo. At predicta pragnans, si faceret quod dictum est, consentiret approbando factum cadentis, qui non caderet eam, nisi consentiret.

S Y M M A R I V M.

- 1 Deformans aliquem etiam graui vulnere in faciem etiam publice illato, si non occidat, vel membro mutilet, non est irregularis. & num. 2.
- 2 Irregularis non est omnis alium faciens irregularem.

C O N S I L I V M I I.

Q U I D A M percussit alium vulnere graui, & deformi, quo totam facie eius adeo deformauit, ut ob hoc adiuerit iudices, idque publice fecit. Quæsitum est, an sit irregularis, ita ut beneficia non possit habere absque dispensatione Papæ.

1 Respondeo, quod non. Tum quia nullo iure id cauetur: & nulla irregularitas contrahitur in aliquo casu, in quo id iure non exprimitur. ^c Tum quia licet mutilans alium membro fiat irregularis; debilitans tamen alterius membrum, etiam adeo, ut eo uti non possit, non est irregularis, ut nos contra quosdam alios probamus in nostro Manu. conf. ^d

2 Tum quia non est verum id, quod aliqui, quos ibidem refertimus, dixerunt, eum, qui alium efficit irregularem, fieri irregularem: quia id nullo iure cauetur: & qui generat filium extra matrimonium, qui est irregularis, non propterea ipse fit talis: & iudex damnans aliquem furti, facit eum irregularem, non tamen ob id ipse fit talis: & ob alia, quæ ibidem tradimus. Tum quia quo ad hoc non refert, quod percussio fuerit facta publice, an occultè, & an percussus, & percussus sint clerici, vel laici; quia differentia illa quo ad hoc nullo iure traditur. Tum denique, quod non obstat id quod supra diximus, eum, qui deformat alium, esse irregularem: quia, ut ibidem admonuimus, per verbum *deformare*, intelleximus occidere, vel aliquo membro principali mutilare, gratia breuitatis, ne frequenter cogereur dicere occidere, vel mutilare, quæ sunt verba clem. ^e quæ non habet, ut quidam imponunt ei, *mutilare, & truncare*, sed tantum *mutilare*: quod inultum facit ad dicendum, quod non quæcumque deformatio, etiam grauis, facit quem irregularem, sed solum illa, quæ tollit formam rationalem, qua tollitur vita humana, vel tollit formam accidentalem, qua inducitur dedecus humanæ vitæ, quod efficit membri principalis defectus, qualis non fuit factus per predictam percussionem, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Homicidium casuale sequutum ex ludo in foro ecclesiastico illicito, non ideo minus producit irregularitatem, eo quod sit licitum in foro seculari; secum fieri etiam esset licitum in foro ecclesiastico. & num. 2.
- 2 Consuetudo ludendi recepta in vno foro excusat quidem homicidium casuale in eo commissum a pena in dicto foro pro homicidio imposta, sed non a pena alterius fori, in quo dicta consuetudo non est licita.
- 3 Lapidum ludus si tanta cautela à pueris exerceatur, ut raro mors, & vulnera sequantur, etiam in foro ecclesiastico erit licitus, adeo ut ex homicidio casualiter in eo commissum non oriatur irregularitas. & num. 1.

a Cap. si non licet. 25. qu. 5.
b Arg. e. conuincis. de iure iur. & le. si per homo. ff. ad legem Aquilianam.

c Cap. si qui. cum gloss. recept. de sententia excommunicacionis lib. 6.
d Cap. 27. n. 207.

e De homic.

C O N S I L I V M I I I.

C E R T A B A N T aliquot pueri ludo lapidum, in quo alter alterum occidit. Quæsitum fuit, an sic occidens sit irregularis?

1 Dicendum videtur, quod huiusmodi puer non sit irregularis, si ludus, quo ludebat, erat licitus, ut est hastiludium, & aliqua progymnasmatia, vel præexercitamenta militaria; quia homicidium casuale non parit irregularitatem, quando prouenit ex ludo licito, ^a & tradimus late in Manu. ^b Nec obstat, quod iudex condemnans alium, & miles in bello iusto occidens manibus suis, est irregularis: quia id habet locum in homicidio ex proposito, nos loquimur de casuali. Quod si ludus, quo ludebat puer, erat illicitus quo ad Ecclesiam; puer est irregularis; quia homicidium etiam casuale ex opere illicito parit irregularitatem. ^c

2 Non obstat doctrina Ancharani, ^d quem sequuntur plures, quos refert Hippolytus, ^e quod occidens aliquem in ludo consueto non tenetur pena legis Corneliæ de sicariis, quia illa procedit quo ad penam temporalem impositam à lege temporalis: nos autem loquimur de pena ecclesiastica imposita à lege ecclesiastica. Volo dicere, quod consuetudo admittit à lege, extendit à pena imposita per legem, in cuius foro consuetudo ludendi est licita; non tamen excusat à pena legis, in cuius foro illa consuetudo ludendi non est licita, & ita licet ludus lapidum à pueris consuetus fuisset licitus secundum leges sæculares, & puer non incideret in penas legum sæcularium; incideret tamen in penas ecclesiasticas in foro ecclesiastico, in quo ludus ille esset illicitus. Et per consequens licet occidens casualiter in hastiludio, quod est licitum secundum leges ecclesiasticas, non fieret irregularis; occidens tamen in torneamentis, quæ sunt illicita secundum leges Ecclesiæ, licet sint licita secundum leges sæculi, incideret in irregularitatem inflictam per leges ecclesiasticas.

3 Puto tamen, quod si ludus ille puerorum, quo certant lapidibus, fieret tanta cautela scutorum, clypeorum, vel peltarum, quod raro contingerent homicidia, vel vulnera, esset ludus licitus etiam secundum leges ecclesiasticas, sicut hastiludia, per extrauag. ^f Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Bello iusto qui interest, etiam mittendo tela, & bombardarum glabulos in aduersarios, non tenetur nec credere, nec dubitare se esse irregularem, si nesciat, nec scire possit an quis ab ipso fuerit mutilatus, vel occisus. num. 2.
- 1 Bello iusto qui interest etiam percutiendo, hortando, & iuuando occidentes ad victoriam, immo etiam si generaliter iuuet ad occidendum, prout victoria requirit, non est irregularis, si ipse propriis manibus non occidit, nec mutilauit. num. 3. at si hortetur, vel iuuet ad hunc vel illum specialiter occidendum, secus esset: sicut etiam esset, si hunc vel illum particularem hortetur ut occidat. nu. 4.
- 1 Tutior pars est si in dubio eligenda; at tamen bello iusto qui interfuit, etiam percutiendo, si nec sciat, nec scire possit quod aliquem mutilauerit, vel occiderit, non tenetur nec credere, nec dubitare se irregularem. num. 2.
- 2 Filius natus in figura matrimonij, qui nescit an sit natus ex marito, vel adultero, non tenetur ad dictum matris dicentis eundem esse adulterinum credere, nec dubitare, & sufficit ei inherere præsumptioni iuris præsumens ipsum esse legitimum, ac potest etiam cum alio succedere.

C O N S I L I V M I I I I.

Q U Æ S I T V M est, an indigeant dispensatione ab irregularitate illi, qui interfuerunt bello iusto, in quo fuerunt occisi & mutilati multi ex parte occidentium, mittendo tela, & exonerando bombardulas.

1 Respondeo, quod non: quia pugnanter in bello iusto non incurunt irregularitatem propterea solum, quod hortantur, vel animant socios iuste bellantes ad vincendum, & ad habendum victoriam, nec etiam si adiuuent eos, & percutiant inimicos, nisi manibus suis occidant, per dicta in aliis consiliis. Non obstat, quod qui dubitat, an occiderit aliquem, nec ne, tenetur eligere partem tutiorem, ut post alios tradimus in Manu. conf. & quoniam illud non est verum de omni eo, qui nescit, sed tantum de illo, qui verè dubitat, vel iusta ratione tenetur dubitare.

a Cap. 10. de homic. b Cap. 27. n. 211.

c C. a. p. c. n. b. c. presbyterum. de homic. d In cons. 283. & in ca. cum venerabilis. de consuetu. e In l. 1. nu. 101. ff. ad leg. Cor. de sic.

f De torneamen.

g Cap. 27. n. 195.



2 Nam cui mater affirmat non esse genitum à patre putatio, sed ab adultero, & nescit utrum sit verus, & non dubitat, non tenetur credere matri, eo quod tutius sit suæ cōscientiæ id credere, quàm cōtrarium, ne la dat in succedendo alios fratres filios legitimos, vt ait Bartholus communiter receptus, quia licet ipse nesciat utrum illorum sit verum, tamen non tenetur dubitare de illo: quia sufficit ei sequi ius commune, quod præsumit eum esse filium genitum à marito coniuge legitimo suæ matris: sic etiam ei, qui in bello iusto partes iustitiæ fouet, sufficit quod nesciat, nec scire possit, an quempiam occiderit, vel mutilauerit per se.

3 Et quod credat, quod adiuuans occidendes ad iustam victoriam consequendum non est irregularis, & quod ipse non inuit ad occidendum illum, aut illum specialiter, sed generaliter ad occidendum, vel mutilandum eos, quos victoria exigebat. Quod si hortatus est, & inuit ad occidendum illum, aut illum specialiter, magis est videri eum esse irregularem, si ob eius dictum fuit occisus, saltem priusquam aliàs occideretur.

4 Tum quia licet nemo fiat irregularis ex eo quod in bello iusto adhortetur socios, & inuet ad vincendum, qui tamen adhortatur specialiter aliquem ad occidendum, præsertim specialiter hunc, aut illum, incurrit illam, per ea quæ nos soluimus in Man. confess. c.

Vide consil. 3. & consil. 5. hoc eod. tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Irregularis est in cuius verba, etiam ex compassione dicta, fuerant in causa, vt aliquis saltem citius occideretur.
- 2 Bello iusto, in quo multi occisi sunt, qui interfuit, etsi non efficiatur irregularis adhortando socios, tamen irregularis, si specialiter adhortetur aliquem ad occidendum.
- 3 Belli iusti conflictu finito, siquid fiat in mortem inimicorum id, in bello factum non dicitur.
- 4 Captus in bello, qui potest viuus seruari, & detineri, vsque quo bellum sit finitum, si occidatur, iniusta est occisio.
- 5 Dispensatio concessa narranti se bello iusto interfuisse, in quo multi occisi fuerant se iuuante occisores, non prodest eidem, si adhortatus est, vel inuit ad occidendum hunc, vel illum specialiter.

CONSILIVM V.

V N V S Lutheranus mortifere percussus venit ad exercitum Catholicum, dicens se esse Catholicum. Vnus ex Catholicis dixit compatiens ei, Melius esset, vt omnino occideretur, cum sanari nequeat: & cum dixisset, abiit: & quidam ex iisdem, qui audierant, occiderunt eum.

Dubitatur primo, si sit irregularis, qui dixit illa verba ex compassione.

Secundo, an dispensatus generaliter à Papa, eo quod interfuit illi bello iusto, in quo multi fuerunt occisi, se iuuante occisores, censetur dispensatus etiam in hac irregularitate, si qua est?

AD PRIMVM responderetur, videri esse irregularem, si ob eius dictum fuit in causa, quod fuit occisus, saltem priusquam aliàs occideretur. Tum quia licet nemo fiat irregularis, eo quod in bello iusto interfuerit, generaliter adhortando socios, qui tamen specialiter adhortatur aliquem ad occidendum, tunc incurrit irregularitatem, vt diximus in Manu. c. Tum quia dictum ipsius videtur fuisse illicitum, cum non liceat occidere in bello iam captum, si aliàs potest seruari, & detineri post prælium finitum, quia id non esset seruari, & detineri post illud finitum quo ad illum articulum.

AD SECVNDVM responderetur, quod non videtur sufficere prædicta dispensatio: quia in narratione petitionis non expressit aliquid, ex quo dici possit irregularis, vt ex prædictis colligitur: quia solum dicitur interfuisse armis, & inuisse, non tam inuisse ad occidendum hunc, vel illum specialiter, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Bello licito qui interest, etiam pugnando, & iuuando suos socios occidendes, modo non occidat suæ manibus, nõ est irregularis.
- 2 Bellum iniustum est ex parte satellitum missorum à Præfecto vigiliæ ad capiendum furantes fructus horrorum & vinearum, & iniustum ex parte delinquentium se armis defendentium, iuncto casu.

a 1 lo. filius ff. de his qui sumt.

b Cap. i. cum gloss. c. hortatu. 27. q. 2. c. p. de homicid. c. Cap. 27. an. 217. cum seq.

d Cap. i. cum glossa. c. hortatu. 28. q. 2. p. de homicid. c. Ca. 27. an. 217. cum seq. quomodo.

A 2 Pluribus simul suis bombardis contra vnum dispendentibus, qui reperitur occisus; si nescitur à quo; coram Deo omnes, at in foro exteriori nullus debet reputari irregularis.

3 Occidens iuste alium ad sui inuitabilem necessariamve defensionem non est irregularis.

4 Fugere qui potest sine dedecore, occidendo etiam ad sui defensionem necessariam, non euitat nec pœnam, nec irregularitatem: si ei erat dedecus, euitat peccatum, sed non irregularitatem, at si fugerit ei periculosa ne occideretur, euitat & peccatum, & irregularitatem. num. 5.

CONSILIVM VI.

P R Æ F E C T V S vigilum misit tres ex suis satellitibus ad detinendum & comprehendendum fures quosdam fructuum horrorum, & vinearum; & obuierunt quinque armati bombardis, qualibus etiam erant armati illi tres, & pugnauerunt omnes: appropinquante tamen Præfecto cum aliis suis, fugerunt latrones, vno tamen eorum manente mortuo. Quaritur, an N. qui erat vnus ex tribus præfatis, sit irregularis.

1 Præsuppono primò, quod qui pugnat in iusto bello, non efficitur irregularis, si non occidit suis manibus; quamuis iuet alios socios occidendes, per textum in cap. penul. quem ad hoc putat singulare Panormitanus, & nos cum ad hoc citauimus in rubr. de iudi. c. ex quo sequitur, quod N. non esset irregularis, si sciretur quod ille mortuus non fuit occisus ictu N. quia pugna erat iusta ex parte iudicis, & suorum sociorum.

2 Et consequenter non esset iudicandus in foro exteriori irregularis, quia non probatur quod eius ictu fuit mortuus; & nemo debet iudicari irregularis in dubio à iudice, secundum Innocentium receptum. d

Secundo præsuppono, quod licet iudex non debeat iudicare quem irregularem in dubio quo ad forum exterius: ipse tamen, de quo quaritur an sit irregularis, debet in dubio iudicare seipsum irregularem. e

3 Tertio, quod qui occidit alium pro defensione sua, & ad euitandam mortem aliàs inuitabilem, non est irregularis, f ex quo sequitur quod si præd. N. & alij socij eius pugnauerunt ad defendendas vitas suas, quas aliter probabiliter non potuerint defendere, non essent irregulares.

4 Quarto, quod ad excusandum occidentem à peccato, sufficeret, quod non teneretur fugere propter iniuriam, & dedecus, quæ inde sibi resularent; non autem ad liberandum ab irregularitate: quia irregularitas sine peccato potest contrahi, & contrahitur quotidie, vt prædictum est, quam resolutionem tradit Panormitanus, & quem nos citamus & sequimur in Manu. nostro confess. h

5 Quinto, quod licet potentia fugiendi mortem per fugam excuset à peccato eum qui non potest fugere sine iniuria & dedecore, non tamen ab irregularitate, vt prædictum est: videtur tamen hoc limitandum de fuga, per quam sine periculo mortis posset fugere: quia si fuga esset periculosa ob casum vel velocitatem insequentis hostis, vel ob viarum, & alia impedimenta, tunc excusabitur etiam ab irregularitate: quia censetur mors inuitabilis, cum sine periculo probabili mortis non possit vitari, vt ait pulchre Zenzelinus, quem sequitur Bonifacius. i

S V M M A R I V M.

- 1 Bannitum, qui impune occidi potest, occidens, iustum committit homicidium, ex quo ipse & eum iuuantes incurrunt irregularitatem, dispensabilem tamen. num. 3.
- 2 Comitantes executorem sententia mortis, etiamsi nihil aliud agant, irregulares sunt.

CONSILIVM VII.

H O R A T I V S an sit irregularis, qui ex facinoribus bannitorum commotus, cum armis comitatus est eos iuste insequentes, vt eorum fugam impediret, si postmodum ab eisdem occisi fuerint, licet ipse nullum percusserit, nec occiderit, immo eundem, antequam expiraret, ad pœnitentiam, vt potuit, induxit, ac vt confiteretur procurauit.

Videtur dicendum primo, præfatum Horatium oratorem esse laude dignum ob multa, quæ dixit, & fecit, & procurauit.

t Secun

a De homici.

b Ca. 2. de immu. Eccl. n. 7. c. Num. 107.

d In c. ad audientiam. de homicidio.

e Arg. c. iuueni. de sponsa. & etiam prædicti c. ad audientiam. i. Cle. 1. de homici.

g In c. olim. 2. de res. spolia. & ibi additio. h Ca. 27. an. 217. c. 15. n. 4.

i In d. cl. 1. n. 75. de homicidio. & c.

1 Secundo, quod occisio predicta potest dici iusta, saltem quo ad forum exterius, praesertim saeculare: quia occisus erat ita bannitus, ut liceret aliis impune occidere illum, ita quod non incurreret poenam aliquam occidentis aliquem, a qua iudex banniens posset occidentem liberare.

Tertio, quod predictus orator Horatius incidit in irregularitatem. Tum quia licet non occiderit, nec voluerit occidere, nec consuluerit, nec mandauerit, nec rogauerit occisionem; non potest tamen negare, quod non fuit cooperatus aliis tribus, qui voluerunt occidere illum, & occiderunt: Tum exiundo de domo cum illis ad occidendum eum: Tum ferendo arma cum illis ad id faciendum: Tum ad impediendam fugam banniti occisi.

2 Tum quod omnes, qui comitantur iudicem ducentem aliquem ad exequendam sententiam mortis, etiam si nihil aliud agant, efficiuntur irregulares secundum omnes, ergo a fortiori erit orator talis comirando & associando priuatos homines sententiam banni exequentes, & cooperantes mortem, & adiuuando eo modo, quo dictum est.

3 Tum quia non obstat dicere quod mors fuit iusta, quia omnis, qui mortem infert etiam iuste, sit irregularis, non quidem irregularitate tam malignantis naturae, quam est illa, quae nascitur ex homicidio iniusto, sed alia alterius speciei non tam mala, nec tam difficilis dispensationis: & ita S. D. N. de natura & more pius, & ad miserandum facili benignè dispensabit super ea cum oratore adeo pio, & pro iusta, qua esse debemus in huiusmodi impios bannitos, animaduersione. Ad gloriam Dei misericordissimi, eiusdemque iustissimi, qui nos tandem ad caelestia regna perducatur.

SUMMARIUM.

1 Irregulares non sunt illi iustitia ministri, qui bannitis insidias, ut eos caperent, tendentes, neminem occiderunt, licet a sociis aliqui occisi fuerint.

CONSILIVM VIII.

MULTI officiales regij se congregauerunt ad comprehendendum quosdam bannitos, & alij posuerunt se in vno loco ad insidiandum, & alij in alio: & contigit ut positi in vno loco occiderent duos bannitos, dum comprehenderent illos. Queritur, an consulens, qui insidiabatur cum aliis officialibus in alio loco, & non interfuit occisioni, nec comprehensioni, nec vidit eos comprehendi, nec occidi, fuerit factus irregularis.

1 Respondetur, quod praefatus dominus consulens non fuit effectus irregularis, nec fuisse effectus, etiam si fuisset inuentus cum occidentibus, & pugnasset cum illis, modo ipse non occidisset propriis manibus: quoniam praefati officiales regij gerebant bellum iustum: & qui pugnat in bello iusto, non incurrit irregularitatem, etiam si pugnet, & feriat, modo non occidat, ut est casus singularis in cap. penult.

SUMMARIUM.

1 Clericus praemissa protestatione potest sine metu irregularitatis contra delinquentem ciuilitate ad suorum bonorum recuperationem agere & omnia ad hunc finem necessaria, etiam si sit captura persona, instare. & num. 3. quod si captura non sit necessaria ad dictum finem consequendum, sequuta mutilatione incurrit irregularitatem. num. 1. & 2.

CONSILIVM IX.

IRREGVLARIS an sit praelatus monasterij, qui conuictus coram iudice laico de fure cum protestatione, de qua in cap. praelatus. postea indicauit locum, ubi comprehendi posset fur, qui fuit ibi comprehensus, & postea fuit suspensus?

1 Respondeo, facile videri posse alicui partem negatiuam esse veram. Tum quia videtur casus expressus pro illa in dict. cap. praelatus. quatenus habet, praelatos, & omnes alios clericos posse conqueri de malefactoribus suis coram iudicibus saecularibus, sine metu irregularitatis incurrendae, propterea quod illi eos occidant, vel membris mutilent, modo expresse protestentur nolle se ut aliqua poena sanguinis eos puniant, sed tantum cogant ad restituendum damnum illatum, & faciendum iniuriarum emendam. Tum quia predictis praela-

tis & clericis non solum licet conqueri, & petere predicta, sed etiam conuentionem prosequi, praesentare testes, & facere omnia illa quae pertinent ad obtinendam victoriam super sua conuentione, & petitione, secundum omnium mentem. At indicare locum, ubi malefactor est, & captura eius pertinere videntur ad predictam victoriam obrinendam, propter positiones, quae ipsi fieri possunt, & responsiones, quas cogitur facere, si capiatur. Tum quia secundum Petrum ab Ancharano quem satis sequitur Francus, possent predicti praelati post sententiam latam petere executionem eius, & ut malefactores condemnati capiantur, qui licet resistendo familiariter iudicis occidantur, non ob id predicti praelati erunt irregulares.

2 Pro parte autem affirmante, scilicet, quod predictus praelatus sit factus irregularis, urget fortiter primo, quod cap. praelatus, probat quidem quod ecclesiastici possunt agere contra suos malefactores ciuilitate cum protestatione predicta sine metu irregularitatis: & consequenter, ut argumentum primum pro parte negante factum probat, possunt prosequi litem, & facere articulos, positiones, probationes, & alia ad victoriam ciuilem necessaria. At captura malefactoris non est necessaria ad obtinendam ciuilem victoriam, iuxta notata in l. consentaneum.

Secundo, quod non videtur licere clerico sine metu irregularitatis, etiam praemissa protestatione, petere a iudice saeculari, ut capiat malefactorem suum, ad hoc ut cogat eum soluere sibi damnum, quod fecit, saltem antequam condemnentur: ergo nec inuare eum ad capiendum, nec consequenter indicare locum, ubi capi posset.

3 Per quae omnia coniuncta videtur haec quaestio difficultioris resolutionis esse, quam a principio apparebat: & videtur in praesentia resoluenda cum hac distinctione, quod, si fur erat fugitiua persona, ita quod probabiliter crederetur, quod sententia contra eum lata parum profuisset, nisi persona detineretur, licuisset praelato indicare locum, ubi erat, sicut capere, & petere ut caperetur; alioquin non: ea ratione diuersitatis, quod priore casu esset necessaria captura ad effectum sententiae etiam ciuilitate exequendae, in posteriore vero non. Pro qua distinctione facit, quod debitor fugitiuus capi potest auctoritate priuata, non autem qui non est fugitiuus.

SUMMARIUM.

1 Clericus in sacro bello alias de se iusto, iniuste, & cum peccato assistens, etiam vulnerando, modo non occidat, non efficitur irregularis, licet ibi aliqui occidantur.
2 Bellum iniustum quo ad effectum irregularitatis, & obligationis restituendi non facit qualitas, malitia, odiumve bellantis, sed defectus a iure, ad hoc ut bellum iniustum sit, requiritur.

CONSILIVM X.

AN Clericus pugnans in bello alioqui iusto incurrat irregularitatem, si socij eius occidant aliquos, licet ipse non occiderit, esto percussit?

1 Respondeo negatiue, per cap. penult. quod expresse loquitur de clerico. Nec obstat, quod non licet clerico pugnare etiam in bello iusto, & quod consulens forte erat clericus ordine sacro insignitus: & consequenter ex parte ipsius iniustum bellum erat. Tum quia predictum cap. penult. loquitur de clericis, quibus non licebat pugnare, ut expresse adnotat ibi Panormitanus, quos tamen non incurrere irregularitatem ex sola percussione, nisi occidissent, declaratur ibi. Tum quia non sufficit bellum esse iniustum iniustitia generali, eo quod sit contra leges caritatis, vel aliarum virtutum, qualia sunt bella iniusta malo animo, vel alia circumstantia personae bellantis, ad hoc ut incurrarur huiusmodi irregularitas; sed oportet ut sit iniustum iniustitia contraria iustitiae speciali, quae consistit in his, quae sunt ad alterum, & ponit aequalitatem in rebus exterioribus, iuxta Aristotelem, & S. Thomam. Unde nec miles, qui malo animo militando capiat spolia hostis, tenetur ad restitutionem, si bellum legibus iustitiae specialis alioqui est iustum: neque licetor malo animo occidens danunatum a iudice tenetur restituere vestes illius, quas lucratur occidendo, ut post Caietanum, tradimus in repet. cap. inter verba.

SUMMA

a In dict. cap. praelatus.

b Et auct. qui semel. C. quo modo & qua de iudex. c. si ut lit. no comest.

c Arg. auct. multo magis. Co. de sacros. eccl.

d Leg. auct. praetor. si debitor. ff. de iur. in fraudem creditorum.

e De homici.

f Cap. ex mult. de vo. c. conuictor. 23. qu. 8. g De homici.

h In 1. not.

i 5. Est. k 2. 1. q. 58. a. 2. 7. & 8. l. 2. q. 40. a. 1. m 11. q. 3. conclusio. coroll. 70. nu. 874. & c.

a De homici.

b De homici. 6.

c De homici. lib. 6.

S Y M M A R I U M.

- 1 Sacerdos inquirens cum fratribus communem inimicum à quo sibi timebant. hortansque socios in actu pugna imita, ut tunc fortiter dimicarent, fugientemque insequens, rogans satellites ne permitterent eundem ex domo, in quam se receperat, fugere, unde dictus inimicus se precipitem dedit, videtur illicitum quid fecisse. & causam principalem mortis dedisse, num. 2. re tamen vera nec illicitum quid fecit. num. 10. & 12. nec propinquam causam dedit illi mortis, quam ab alio non intentam mortuum sibi ipse intulit. num. 9.
- 2 Irregularem facit omnis actus illicitus sua natura. lege vel consuetudine in mortem. ex quo illa sequitur, dicitur.
- 3 Clericus aliorum iniuriam criminaliter prosequi non potest, immo nec suam sine protestatione.
- 4 Occidit cum quoniam se ipsam metu. ne à iudice occidatur, perinde videtur esse, ac si à iudice occisus fuisset; sicut & aliquem occidere. vel eundem cogere, ut se precipitem det. num. 4. re tamen vera ita non est, n. 11. & 12. saltem si praedicta illicite non sit occiso illata. num. 12.
- 4 Alimenta tam tenuia si iudex, vel custos carcerarii praebeant, quod inde moriantur, non evadunt irregularitatem. & num. 13.
- 5 Irregularis ex homicidio is solum videtur esse, qui occidit, consulis, mandat, opem ve in homicidio fert.
- 6 Insequens furem clericus. si ab alio occidatur, non efficitur ob id irregularis; nec insequens malefactorem, si ipse sibi mortem consciscat. num. 8.
- 7 Irregularitas nisi in casibus expressis non contrahitur.
- 8 Suspendio, qua proditor Christi seipsum suspendit, alii nocere non potuit.
- 8 Sanguis insidiantium occisorum nil indicanti nocet, qui ad hunc finem indicant, ne ab illis offenderetur.
- 9 Causa homicidii remota non parit irregularitatem.
- 10 Insidiantem tibi clerico malefactorem insequi possum, & curare ut capiat, à ministro iustitiae animo postea petendi contra ipsum iustitiam eo modo, quo tibi licet, sicut & possum iudici indicare tibi insidias parari, modo non petam tales occidi.

CONSILIVM XI.

P Sacerdos, cui, ac fratribus quidam O. post multa alia illata damna mortem inferre satagebat, cupiens à periculo se liberare simul cum fratribus, dictum O. quaerit, & fratres cum eodem inuento dimicantes, ut tum fortiter contra eundem dimicarent hortatus, ac fugientem insequutus est, & apparitores ad eum insequendum, & custodiendum, & ne eorum manus evaderet domo, in quam confugerat, hortatus est, & rogavit O. in iis angustiis constitutus, ne in apparitorum potestatem veniret, mortem ipse sibi conscivit. Queritur an, propterea P. effectus sit irregularis.

1 Quaestio haec satis nova, & difficilis resolutionis videtur: nam pro parte affirmatiua, scilicet, quod praedictus P. per praedicta factus sit irregularis, facit primo, quod ipse videtur fuisse causa totalis vel principalis mortis O. Tum quia perquisiuit eum cum suis fratribus. Tum quia exhortatus fuit eos contra ipsum O. iam inuentum. Tum quia insequutus fuit eum fugientem; donec se includeret domi, & etiam procuravit, ne exiret domo, ad quam fugerat, saluus. Tum quia rogavit apparitores, ut custodirent, & caperent eum, si possent; propter quod O. desperavit de fuga, & se precipitem dedit in apertam mortem.

2 Secundo videtur, quod omnis actus illicitus, & suapte natura, lege, vel consuetudine ordinatus in mortem, ex quo illa sequitur, efficit agentem irregularem, ut nos post alios probavimus in Manu. confess. ^a Er P. videtur illicite fecisse actus praedictos, eo quod erat presbyter, cui sicut non licet arma deferre, ^b ita non potest iuste iniuriam aliorum criminaliter prosequi, neque suam sine protestatione, de qua in cap. prelati. ^c & praedictus P. est presbyter, & persequutus est iniuriam aliorum, inuocando iudices, vel apparitores seculares, vel suam sine protestatione; ergo.

3 Tertio, quod proculdubio praedictus P. fuisset irregularis factus, si gubernatoris sententia fuisset mortuus O. iuxta cap. sententiam sanguinis, cum notatis in eo, ^d & latius à nobis dicto Man. ^e At paria videntur esse, quod iussu gubernatoris fuisset occisus, vel quod metu eius persequentis seipsum occiderit; ergo.

A toris fuisset occisus, vel quod metu eius persequentis seipsum occiderit; ergo.

Quarto facit cap. significasti. ^a quatenus probat, quod quidam presbyter, qui insequutus fuit latronem exportantem ab ecclesia eucharistiam, & alia ornamenta, fuisset irregularis, si alij superuenientes studio vel consilio dicti presbyteri occidissent eum; & in casu nostro praedicti apparitores studio & consilio P. adegerunt O. ad mortem; ergo.

4 Quinto, quod paria sunt effectu occidere, vel laedere corpore suo aliquem insequutione per exagitationem, inclusionem, vel alium modum, & perducere illum in aliquem locum angustum, aut periculosum, unde se precipitet; quia ita datur per hoc actio utilis legis Aquiliae, ac per illud datur directa. ^b

B Sexto, quod Panormitanus, ^c communiter receptus, & à nobis relatus, & dilatarus in commen. 4. de regul. ^d ait iudices & custodes reorum damnatorum ad carceres perpetuos incurrere irregularitatem, si eos tanta victus angustia presciserint, ut moriantur; quod videtur in casu proposito contigisse.

5 His tamen minimè obstantibus, tenenda est negatiua pars, videlicet, quod praedictus P. non sit factus irregularis. Tum quia ipse non occidit O. nec consuluit, nec mandauit, nec attulit opem alteri, qui occideret eum; & irregularitas propter homicidium non videtur contrahi, nisi ab eo, qui aliquid horum fecerit, ^e adeo quod non sufficit, ut placeat ei occisio illa, neque ratihabito, si non est suo nomine facta. ^f Et mors O. non est illata à praedicto P. nec consulta, nec mandata, nec suo nomine facta, sed ab ipso met O. sumpta.

6 Tum quia videtur casus pro eo in terminis in d. cap. significasti. ^g in quo quidam presbyter regularis insequutus fuit furem exportantem ornamenta, &c. Ecce, quod in illo casu erat presbyter, immo & religiosus, & insequutus fuit malefactorem, sicut in hoc; immo percussit eum ligone, & in illo superuenientes occiderunt illum; & in hoc nemo occidit malefactorem, & constat, quod non fuit occisus ex aliqua percussione P. ergo à fortiori non debet irregularis censeri. Tum quia in hoc casu nemo videtur incurrisse irregularitatem: quia nemo occidit O. neque consuluit, neque mandauit illi, ut sese occideret, nec opem tulit ei, immo nec potuit ratificari eius occisio: quia non fuit facta nomine alius, & non potest ratificari ab aliquo, quod non est nomine eius factum; ^h ergo nec P. illam incurrit.

7 Tum quia irregularitas non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis, ⁱ at nullus est canon, nec vlla lex, qua exprimitur ut quis incurrat irregularitatem, propterea quod alius sine suo consilio, mandato, vel ope, se sua malitia suspendat, vel aliàs sibi mortem consciscat, ergo in hoc casu P. non incurrit irregularitatem.

8 Tum quia videtur expressum in iure contrarium; nam ut significat cap. si non licet. ^k nihil potuisset nocere aliis iudaei traditoris Christi suspendio, & in cap. de occidendis. ead. causa & quaestione sic habetur. Nec reus est mortis aliena, qui cum sua possessionis murum ex lapidibus circumduxerit, aliquis ex ipsorum usu percussus intereat. Neque enim reus est Christianus, si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcem iacendo, aliquem occidat, & paulo inferius ait, quod Paulo, qui, ^l indicauit praesidi insidias sibi positas, nihil nocuisset sanguinis insidiantium effusio, quia à militibus suae custodiae facta fuisset, si incidissent in manus eorum; quod ipsum reperit in cap. Maximianus. ^m & in tit. de his qui sibi mortem conf. & ff. eodem, de his qui sibi mortem iudicantur quidem malefactores inferretes sibi mortem, non autem alij puniuntur pro eorum delicto, praesertim si antequam capiantur, & rei postulati fiant, eam sibi consciscant, ut in casu proposito.

9 Ad primum oppositorum respondetur, negando, quod P. fuerit causa mortis O. sufficiens ad incurrendam irregularitatem. Tum quia causa mortis remota non est ad id sufficiens, iuxta glossam singularem receptam, ⁿ & P. non fuit causa proxima, sed valde remota. Tum quia nullus alius fuit causa mortis O. quam ipse met O. nec vllus alius voluit eum occidere eo modo, quo fuit occisus, quam ipse met: & non sufficit ad incurrendam irregularitatem, ut quis sit qualis qualis occasio mortis, per Augustinum supra relatum.

10 Ad secundum respondeo primo, quod actus, quos fecit

P. fuerunt

a a. de homicid.

b Leg. si bonus alienus ff. ad l. Aquil. & clarus in §. ff. inst. de l. Aquilia. c In cap. cum non ab homine. n. 21. de iudicij. d Super e. statim n. 69.

e Cap. sententiam. ne cleri. vel monachi. f Ca. cum quis. de sen. excomm. mun. lib. 6. g 2. de homicid.

h Ca. rorum. de reg. iur. li. 6. & d. c. cum quis. de sententia excomm. munic. lib. 6. i Cap. in qui. de sententia excomm. lib. 6.

k 23. quest. 5.

l Actum 23.

m 23. quest. 3.

n In c. de cato. ro de homicid.

a Ca. 7. m. 11. b Cap. de vita. c De homicid. lib. 6.

d No clerici. vel monach. fac. nos. e Cap. 27. m. 109.

a De homici.

b 23. qu. 5. c 23. qu. 5. 3.

d No cleric. vel monach. lib. 6.

e 7. de homic.

f Leg. itaque fullo ff. de fur. & c. bona. il. 1. de postul. pralatorum. g Leg. necare ff. de lib. ag. nos. & c. pas. ce. 80. dist.

h In c. sententiam. n. 23. no cleric. vel monach. sacula. negot.

i Ibidem. k De homic.

l Cap. 27. nu. 217.

P. fuerunt liciti: quia non est illicitum presbytero insequi malefactorem suum, ut probat dict. cap. significasti. a nec procurare ut capiatur, ut idem cap. probat, immo nec indicare iudici esse sibi paratas insidias, per cap. de occidendis. b & cap. Maximianus. c quamvis illicitum sit petere, ut puniatur reus criminaliter, quod non fecit P. solum enim procuravit, ne fugeret, & detineretur, vel caperetur, petiturus postea iustitiam eo modo, quo liceret ei per dict. cap. praelatus. d Secundo respondetur, quod ex actibus eius non fuit sequuta mors O. quia non intulerunt illam ministri iustitiae, quos P. incitavit ad custodiendum, nec ipsi fuerunt illum iniuste insequuti, sed iustissime, & mors ex malitia eius sequuta fuit sine villo peccato insequentium, & quarentium.

II Ad tertium respondeo, negando paria esse, quod reus occidatur per sententiam iudicis, vel quod ipse occidat seipsum; quod satis colligitur partim per titulos praedictos, de his qui sibi mortem consciverunt: partim quod iudex sit irregularis, si occidat per suam sententiam etiam iustam, non autem si ipse reus sibi mortem consciscat: partim quod in altero casu iudex est causa mortis, in altero vero non, sed malitia consciscantis.

Ad quartum respondetur, concedendo, quod presbyter, de quo in dict. cap. significasti. e fuisset irregularis, si illi, qui superuenerunt, & occiderunt fugientem, consilio vel mandato eius eum occidissent: & consequenter quod etiam fuisset irregularis, si ministri iustitiae occidissent O. consilio, rogatu, vel mandato eius: sed nec ille consuluit, nec rogauit eos, ut id facerent, neque ipsi fecerunt: & ita casus noster differt a casu illo quo ad hoc, ut palam est, licet quo ad alia conueniat, ut dictum est.

12 Ad quintum respondetur primo, negando paria esse laedere alium corpore suo, & adigere illum ad aliquem locum, ita ut laedatur, cum ipsa met leges in argumento citatae in altero casu dent actionem directam, in altero vtilem. Secundo concedendo, quod paria sunt quo ad aliquid, quando vtrumque sit illicitum, secus tamen quando alterum sit licitum, ut in casu nostro, in quo licite facta fuit insequutio, & custodia, & malum non fuit sequutum ex illis, sed ex malitia grauissima insequuti, & custoditi: cuius diuersitatis ratio est, quod non debet quis reportare commodum ex sua malitia, neque incommodum ex probitate. f

13 Ad sextum respondetur, concedendo illam determinationem Panormitani sed negando, quod conueniat casui nostro: quia qui male denegat victum necessarium ad vitam, dat causam proximam illicitae mortis, & qui autem iuste insequitur, vel quaerit aliquem malefactorem, nihil mali facit, & non dat causam mortis fugienti, si se occidat, ut palam est. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Chirurgus licite exercens artem, si ob sanitatem corporis etiam sibi ipsi infirmo abscindat membrum, non fit irregularis, nec clericus illum iuuans: at si illicite eam exercet, ut si est clericus, secus esset. & num. 2. & 3.

CONSILIVM XII.

Q V A E R I T V R primo, vtrum monachus adiuuans chirurgum volentem abscindere brachium putridum alterius monachi, tenendo manum eius, abscisso brachio fiat irregularis.

1 Respondeo primo, quod non est irregularis ille, qui licite tale brachium ad salutem totius corporis absciderit, ut determinat Panormitanus, h & ideo laicus exercens illam artem non incurrit irregularitatem ob alicuius membri obrunctionem iustam.

2 Secundo, quod chirurgus exercens illicite illam artem incurrit irregularitatem, obruncando tale brachium, secundum eundem, i inferendo ex hoc, quod clericus, cui verita est illa ars, iuxta notata in cap. tua. k incurrit irregularitatem per talem obrunctionem.

Tertio, quod nemo (quod sciam) ante nos tangit in specie, quid sit dicendum de adiuuante chirurgum in abscissione talis membri, in Man. confess. l vbi noue resoluimus huiusmodi adiuuantem non fieri irregularem.

A SECUNDO, an clericus iuuans chirurgum ad scindendum aliquod membrum, quod arte chirurga scindi debet, fiat irregularis?

3 Respondetur, quod non. Tum quia nullo canone id exprimitur: & irregularitas non contrahitur, nisi in casibus expressis a iure. a Tum quia per mutilationem membri sanitatis causa factam non incurritur irregularitas, b etiam si a se metipso, si esset chirurgus, sibi amputasset membrum putridum, non incurreret irregularitatem, per praedictum cap. a contrario sensu, quatenus habet, eum, qui cum sanus esset se se absciderit, irregularem fieri. Tum per alia multa, quae ad hoc propositum noue adduximus in Man. confess. c

S V M M A R I V M.

- 1 Bannitos aggreiens, nisi id faciat ex auctoritate publica, tamquam generalis vel particularis iustitia exequutor, dicitur iniustum bellum bellare.
- 2 Irregularis beneficia quaerere nequit, at quaesita etiam post Concilium Tridentinum retinere potest.
- 3 Episcopus super irregularitate ex homicidio voluntario non dispensat.

CONSILIVM XIII.

Q V I D A M clericus in sacris constitutus, scienter, & vt dicitur, appensat associatus est quemdam occidere volentem bannitum, eo quod iste clericus vna cum caeteris aliis armatis cum scloppis contulit se in locum, vbi iste bannitus existeret, cum eum vidisset, his verbis exclamauit, Qua, qua, qua: ecce ego inueni eum. propter quod vna cum caeteris iste principalis intendens bannitum occidere contulit se illuc, & omnes simul cum eorum scloppis eum interfecerunt, inter quos clericus praedictus existeret eundem eodem modo feriendi. Mortuo bannito, amputarunt eius caput, & abierunt.

Quaeritur primo, an iste clericus sit irregularis. Secundo, an possit habere beneficia ecclesiastica. Tertio, an habita saltem simplicia licite possit retinere. Quarto, an possit ad caeteros ordines promoueri sine dispensatione.

D Quinto, an Episcopus possit dispensare cum eo in beneficio simplici.

1 AD PRIMAM QV A E S T I O N E M respondeo, quod is clericus proculdubio est irregularis, & no qualis qualis, sed ex homicidio voluntario; praesupposito quod absque auctoritate publica ipse & alij illum occiderunt tamquam priuati, non facti exequutores iustitiae particulariter, vel generaliter: quia inuasio iniusta fuit ex parte illorum: & adeo quidem, quod licet non fuisset occisus per ictum praedicti clerici, ipse tamen esset irregularis, tamquam cooperatores & auxiliatores, iuxta cap. sicut dignum. d & tradita a nobis in Manu. e

2 AD SECUNDAM, quod ante dispensationem non potest noue acquirere beneficia ecclesiastica, iuxta dictum Panormitani. f

AD TERTIAM respondeo, quod beneficia iam quaesita non vacant per irregularitatem, & potest ea retinere, donec illis per iudicem priuetur, iuxta Innocentium, g communiter receptum cuius dictum non arbitror corrigi per Concilium Tridentinum infra allegandum.

AD QVARTAM, quod nullatenus potest iuste promoueri ad superiores ordines, iuxta definitionem irregularitatis positam a nobis in Manu. h & ei addita, i & per Concilium Tridentinum infra citandum.

3 AD QVINTAM, quod non potest Episcopus dispensare cum eo, etiam ad hoc, vt beneficium simplex obtineat: quia hoc homicidium fuit voluntarium, in quo non potest dispensare Episcopus ad vllum ordinem, nec ad vllum beneficium etiam simplex; vt statuitur in k Concilio Tridentino transcripto a nobis in d. Manu. l Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Irregulares sunt omnes stantes a parte iniuste bellantium, seu rixantium, sequuto homicidio.

CONSILIVM XIII.

D V O Sacerdotes cum aliis laicis, & cum armis adierunt carcerem ad liberandum Philippum in eum coiectum;

a Cap. in cui. § si. de sententia excommunicationis. b Cap. si quis a medicis. ss. dist. c Dist. ca. 27. nu. 217.

d §. si. de homicid. e Cap. 27. nu. 224.

f In c. cum nostris. de concess. prob. g Ibidem.

h Cap. 27. i Num. 191.

k Cap. 7. de refor. sess. 24. l Cap. 27. nu. 240.

& cum

& cum extraxissent eum, superuenerunt apparitores iudicis, qui eum conabantur reducere in carcerem: in qua rixa occisus fuit vnus ex parte apparitorum.

Quæritur, an prædicti sacerdotes effecti fuerint irregulares, etiam si non occiderint, nec percussissent.

1. Respondetur primo, quod prædicti sacerdotes effecti sunt irregulares; quoniam ex parte volentium liberare Philippum fuit rixa, seu bellum iniustum: & quoties aliquis in bello iniusto occiditur, vel mutilatur, omnes, qui stant à parte iniuste bellante, fiunt irregulares, per eam quæ nos tradimus in Manual. nostro confess.

Secundo, quod non sufficit eis dispensatio, quæ à sacra Pœnitentiaria possit haberi: quia illa non prodest, nisi quo ad forum interius: & prædicti sacerdotes indigent dispensatione etiam quo ad exterius: & ideo oportet eam obtinere per officium Datarie quo ad vtrumque forum, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. Hortatoria generalibus verbis ad sumendam vindictam offensa scripta debent intelligi de vltione iuridice sine peccato sumenda. Vnde si offensus priuatam de offendente vindictam occidendo sumat, homicidium hoc non imputatur hortanti ad irregularitatem.
- 2. Consulens & hortans homicidium illi, qui ita animo delibato erat, quod illud etiam sine hortatione fecisset, etiam si illius animum auxerit, non est irregularis. & num. 4.
- 3. Religiosorum prælati licere cum suis dispensare super homicidio voluntario in vim privilegij Eugenij IIII. non facile credendum. & num. 4.
- 4. Credere se irregularem non tenetur is, qui ad homicidium hortatorius ad vindictam sumendam scripsit, donec sciat illas ad dictum homicidium peruenisse, fuisseque causam homicidij alias non sequuntur.

C O N S I L I V M X V.

AN regularis, qui intelletis quibusdam fascinatoris delictis à bannitis in patriam & amicum perpetratis, literas ad eundem amicum consolatorias, & ad vindictam hortatorias scripsit, ignorat tamen, an ad eundem peruenierint; si deinde dicti banniti ab illo amico occisi fuerint, debeat ipse regularis reputare se irregularem? Item an per extensionem privilegij Eugenij IIII. possit à suis superioribus secum dispensari.

1. Respondetur primo, quod D. consulens non incurrit vllam irregularitatem, si prædictæ literæ consolatoriæ, & hortatoriæ ad vindictam non comprehendebant specialiter vindictam iniuriosam auctoritate priuata faciendam, qualem præfata literæ non includebant, si generaliter tantum ad vltionem hortabantur: quia mandatum generale, vel alia dispositio generalis, quæ de natura verborum potest intelligi de re bona & licita, & de mala & illicita, seu delicto, debet intelligi de re bona & licita, & verbum vltio, siue vindicta, quod intelligi potest de vltione iusta, & vltione iniusta, intelligendum est in dubio de iusta: & quod qui hortatur alium ad vltionem, vel vindictam, intelligendus est hortatus ad vltionem iustam iuridicè faciendam.

2. Secundo, quod etiam non incurrit D. consulens irregularitatem, si literæ illæ non peruenierunt in manus eius, ad quem scribebantur, vel ipse, aut illi qui fecerunt eam iniuriose occidendo, animo ita delibato ad faciendam vindictam iniustam essent, quod fecissent eam, etiam si literæ ad eos non peruenissent, iuxta glossam singularem receptam.

3. Tertio, quod D. consulens potest credere id, quod notatur fecisse Eugenium ad extendendum privilegium supradictum dispensandi extensum, prout in nota continetur; sed quod in effectu extensio illa non extenditur ad irregularitatem, quæ nascitur ex homicidio voluntario. Tum quia verba ipsius extensionis significant non extendi illud ad homicidas voluntarios. Tum quia etiam Legatis à latere, nec summo Pœnitentiario Romæ datur potestas absolucendi ab illa. Tum quia in privilegijs religiosorum, quibus post Eugenium data sunt huiusmodi privilegia, restringuntur, vt non comprehendant irregularitatem ex homicidio voluntario contractam: & cum negari non possit homicidia præfata fuisse iniusta, & voluntaria, notumque sit æqualem irregularitatem contrahere consulentem, & mandantem, atque occidentem,

Cap. 27. nu. 221. & 222.

b Leg. si procurator ff. de conditio indebiti. & c. 1. de iuror. lib. 6. cum similib.

c In c. felici. §. illud. de pot. nu. lib. 6.

non posset D. consulens absolui à præfata irregularitate virtute sui privilegij, si contraxit illam propter illas literas; quia consilium tulit per illas ad homicidium voluntarium faciendum.

4. Quarto, arbitrari me non teneri D. consulentem ad credendum in casu proposito contraxisse talem irregularitatem propter duo priora dicta; & ideo debere deponere scrupulum, donec sciat literas peruenisse ad eum, cui describebantur, & fuisse causam, vt committerentur homicidia, quæ non fuissent commissa, si occisorum animos non auxissent illæ literæ ad ea faciendæ: & quod si noluerit deponere illum, debet petere dispensationem secretam à Papa, vel sua sacra Pœnitentiaria secreta. Salua, &c.

Aduertendum non videri ita certum, quod omnino facturo ita consulens, vt illius animum auxerit, sequuto homicidio euiet irregularitatem. vide Couar. clem. vnica de homicidio, par. 2. §. 2. nu. 1. vers. est.

S V M M A R I V M.

- 1. Iurisdictionem criminalem propriam habens clericus, etsi illam possit alteri generaliter delegare; non tamen potest illi, cui illam commisit, mandare, vt talem iam condemnatum tali die occidi faciat. nu. 2.
- 2. Iudicem in criminalibus eligere de mandato illius, cuius est iurisdictione, non potest clericus.
- 3. Milites prælatos hortari potest clericus ad victoriam, modo non hortetur aliquem, vel aliquos specialiter ad occidendum: & multo minus potest hortari, vt hic, vel ille occidatur.
- 4. Literas iudicis, in quibus mandatur illatio mortis, deferens clericus, vt faciunt aliquando secretarij habentium iurisdictionem, ea sequuta, efficitur irregularis.

C O N S I L I V M X V I.

VICELEGATVS iussit secretario suo, vt deferret quaedam literas, quas ipse scripserat ad quemdam commissarium, in quibus iubebatur ipsi commissario, vt sententiam mortis, quam contra quemdam tulerat, mane sequentis diei exequeretur, quod factum fuit. Quæritur, an tam Vicelegatus, quàm secretarius prædicti sint irregulares.

1. Quæstio hæc subtilis est: & pro parte negante videtur casus in cap. Episcopus. quatenus habet, habentem iurisdictionem criminalem posse illam committere alteri sine metu irregularitatis incurrendæ per iustitias ab illo faciendas. Est & pro eadem vrgens ratio, scilicet, quod præfatus Vicelegatus non habetur, vt fertur, pro irregulari: & non videtur plus licuisse illi mandare illud per familiarem suum, quàm familiari deferre mandatum.

2. Pro parte autem affirmante facit, quod Ioannes Andreas communiter receptus tenuit, quod incurteret irregularitatem is, qui ex commissione habentis iurisdictionem criminalem, eligeret aliquem, cui committeret potestatem illam criminalem. Facit & ratio vrgens, quod aliud est committere generaliter iurisdictionem criminalem, aliud dicere commissario, qui condemnauit iam reum malefactorem ad mortem, vt expediat mane illum: nam licet clerico hortari milites prælaturos generaliter ad victoriam consequendam, sed non licet hortari vnum, vel plures milites specialiter ad occidendum, & maxime illum, vel illum particularem, vt ait Innocentius communiter receptus quem etiam sequimur nos in Manu. confess.

Per hæc posteriora arbitror, quod non solum supradictus orator, sed etiam Vicelegatus, qui misit eum, indiget dispensatione. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. Ignorantia iuris nec à peccato, nec ab irregularitate excusat sacerdotem occisionem etiam iustam opitulantem.
- 2. Irregularitatem non indispensabilem, sed ab Episcopo, si sit occulta, dispensabilem incurrit sacerdos; qui cum peccato apud iudicem iuuat, vt quis merita plectatur morte: ad restitutionem autem damni non tenetur. nu. 3.

C O N S I L I V M X V I I.

CVM à Prætorc ignotus homo ob solam prohibitorum Cartorum delationem incarceratus esset, presbyter ruralis putans se bonum opus facere, & nullam inde posse

a Ne cler. vel monach. li. 6.

b Arg. ca. qui per alium. de reg. iur. lib. 6. c. In dulto. ca. Episcopus.

d Cap. iur. 3. quest. 8.

e Cap. 27. nu. 215.

pœnam incurrere, epistolam pro amico laico, & ipsius laici nomine scripsit, quia laicus dictum Prætozem certiore faciebat, incarceratum virum esse homicidam læsæ maiestatis reum: unde regie curiæ traditus, iusta damnatus sententia, mortis pœnam sustinuit.

Quæritur, an ignorantia iuris clericum ad iustam occisionem opitulantiem excuset à peccato, vel ab irregularitate, & quæ sit, & an ab Episcopo dispensabilis.

a Cap. 23. nu. 47.

Vidi quid dicat Dominatio tua, & ij quos ipsa citat in Manual. ubi tractat quæ ignorantia sit illa, quæ excusat à pœna legis: & placet mihi id quod dicit ibi, ex quo multos pios quis consolari potest, maximè in materia censurarum, & irregularitatum. Sed punctus difficultatis est, an hic ruralis sacerdos, qui se exposuit Episcopo examinandum, antequam ordinaretur, & numquam in iure studuit, & ordinatus est, an inquam habeat probabilem & iustam ignorantiam causam, qua consolatus possit dimitti in pace in hoc casu; an verò fuerit in illo ignorantia crassa, quia tenebatur scire; & perinde non excusetur, quod videtur durum; nam etiam docti aliquantulum in iure ignorant, & peccant in similibus, quæ in iure in terminis non inveniuntur.

b In 4. diff. 3. quæst. unica.

Vidi etiam qui dicat Sotus, b super irregularitate illius, qui ignorantem rebaptizat, vel rebaptizatur. & quod irregularitatis multiplex est genus, puta irregularitas ob significationem, & ob decentiam, & cum culpa. Argumentantur aliqui: Licet hic sacerdos haberet probabilem ignorantiam, est indecentia ut aliter altari; non dicimus quod incurrerit pœnam. sed hoc videtur falsum: nam priuari sacerdotio, maxima pœna est: & coram Deo in foro conscientiæ, cum hoc non sit publicum, nulla indecentia est. Videtur, quod si in dicto casu incurratur irregularitas, quod non sit illa, à qua non potest absolueri Episcopus, per Concilium Tridentinum, c & quæ vocatur homicidium voluntarium; quia hæc non incurratur nisi ratione delicti, & cum aliquo peccato, quod in hoc casu non videtur interuenire. Nam D. T. in suo Manual. confess. de quinta specie irregularitatis, d dicit, quod laici accusantes aliquem iuste super crimine, de quo moritur, sunt irregulares quartæ speciei, scilicet ex defectu lenitatis: verum quod clerici in sacris si accusant iustè, sine protestatione quod non procedatur ad sanguinem, sunt irregulares quintæ & deterioris speciei, &c. Hic est difficultas, an actus huius sacerdotis cum prædictis circumstantijs sit accusatio, vel denunciatio, aut quid aliud minus, quod non sufficiat ad hoc, ut hæc pessima irregularitas incurratur. Videtur etiam, quod non sit hoc casu irregularitas ex defectu lenitatis: quia qui declarant quæ sit causa propinqua deformationis, dicunt, esse dictum vel factum sufficienter directum in deformationem inde sequutam: sed scribere nomine alterius cum dictis circumstantijs, non videtur tale dictum, aut factum. Paucis ero contentus unico verbo Dominationis tuæ, quam Deus seruet incolumen.

c Cap. 6. sess. 24.

d Diffo 11. ca. 27. nu. 225.

QVIS QVIS SIT, & quocumque nomine D. hic consulens appelletur, ingenio, iudicio, & eruditione multis mihi præstare videtur: multa enim in hac scheda subtiliter & eruditè tangit, decidit, & quærit. Decisa laudo. Ad quæ sita, ut ipse petit, breuiter respondeo.

1. Primo dico, nullum presbyterum satis excusari posse in totum à peccato ob ignorantiam iuris infligentis irregularitatem in casu proposito: & ita dicendum, hunc, de quo quæritur, presbyterum peccasse scribendo præfatam epistolam, & consequenter incurrisse irregularitatem, si epistola illa fuit aliqua ex parte causa, sine qua non fuisset ille victus saltem tunc morti traditus.

2. Secundo, quod præfata irregularitas non est illa fere indispensable, per quamdam notam meam extra Manual. scriptam in hæc verba: An qui clericus denunciando, accusando, vel alio modo opitulando iudici ad damnandum iustè aliquem ultimo supplicio, sit irregularis, eo consequuto, sit censendus incurrisse irregularitatem illam descendentem ex homicidio voluntario, super qua non dispensatur?

Pro parte affirmante facit, quod opitulatus est iniustè, facienti, vel iubenti facere homicidium voluntarium.

Pro parte verò negante, quæ tenenda est, concludit, quod tum demum quis incurrat irregularitatem illam, quando facit homicidium iniustum, vel opitulatur ad illud: quod non fecit is, de quo quæritur: quia licet iniustè opitulatus fuerit

A ad homicidium, non tamen opitulatus fuit ad homicidium iniustum, sed iustum. Per quod soluitur argumentum in oppositum insinuat. Nam nec iudex, qui malo animo, sed aliàs iustè, hoc est rite & rectè, ad vindictam priuatam maleficum damnat ultimo supplicio, neque qui malo animo accusat, denunciat, vel aliàs opitulatur ad illud, talem irregularitatem, nec obligationem ad restituendum damnatum incurrunt: quia licet peccent contra legem caritatis, non tamen peccant contra legem iustitiæ, cuius transgressio requiritur, ut dicatur homicida iniustus, & voluntarius, & obligatus ad restituendum, & ut tam dura irregularitate notetur; sicut & miles, qui animo seu sine malo, sed in prælio alioquin iusto occidit vel spoliat hostem, peccat quidem contra caritatem, sed non contra legem iustitiæ, & ideo non tenetur restituere, ut diximus in dicto Man. confess. nec incurreret hanc, de qua loquimur, irregularitatem, licet aliam sic.

B Itaque is quidem, de quo quæritur, presbyter irregularis est, sed non irregularitate indispensable, quæ à potestate dispensandi data Episcopis à Concilio Tridentino in cap. 6. sess. 24. excipitur: & consequenter poterit Episcopus in illa dispensare, cum ex delicto latè occulto orta fuerit. Salua, &c.

C Aduertendum hoc vltimum dictum esse periculosum. Nam iste aut est irregularis ex delicto homicidij, & cum sit voluntarium homicidium, excipitur à d. c. b. aut est irregularis ex homicidio sine delicto, & facultas concessa episcopo per d. c. b. hunc casum non comprehendit, cum illa facultas restringatur ad irregularitates, quæ ex delicto contrahuntur.

a Ca. 15. n. 15.

S V M M A R I V M.

- 1 Irregularis non est testis post alias receptas probationes, cuius dictam non fuit causa sententia mortis, nec ut citius illa fuerit lata; aliàs secus: sed pœnitentiaria facile dispensat.
- 2 Dubitans an eius testimonium mouerit iudicem ad saltem citius condemnandum, potest acquiescere dicto iudicio, vel notarij.

CONSILIVM XVIII.

D POST QUAM R. qui percussit alium, fuit captus, & confessus percussorem, & postquam percussus fuit mortuus. Tarquinius præsentatus testis testatus fuit illum esse mortuum, & quod dicebatur R. percussisse illum: & postea fuit suspensus R. Quæritur, an Tarquinius sit irregularis.

- 1 Respondetur primò, quod non, si iudex non fuit motus ad ferendam pœnam suspensionis ex eius dictis, nec ad citius suspendendum, quam suspendisset sine suo dicto, per ea quæ nos tradimus in Manu. confess. b aliàs sic per ibidem tradita.
- 2 Secundo, consulo D. consulenti, ut adeat iudicem, vel notarium, & interroget eum, an ex sola confessione R. & aliis probationibus contra ipsum factis, fuisset R. tam cito suspensus, ac sine testimonio Tarquini; & si responderit quod sic, non curet amplius de eiusmodi irregularitate.

Terrio, quod si iudex, seu notarius certiore faciant eum, quod propter eius testimonium fuit suspensus, vel saltem citius, quam aliàs fuisset, debet se irregularem censere, & supplicare in sacra Pœnitentiaria, ut eum absoluat ab ea, & statim absoluetur sine vlla impena. Salua, &c.

b Cap. 27. nu. 221. & sequè.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus sine metu irregularitatis potest pro iniuria personali sibi illata conueniri, premissa tamen protestatione, ne procedatur ad pœnam sanguinis, immo & sine peccato accusare. num. 3.
- 2 Causa sine qua homicidium sequutum non fuisset, non sufficit ad irregularitatem, si fuit admodum remota; & hoc, etiam si causa ipsa esset illicita. num. 5. quia debet esse vel ex intentione, vel suapte natura ad homicidium sufficienter directa. num. 4. quod si actio sit licita, requiritur quod sit proxima. num. 2. & 5.
- 3 Diffamationis peccatum non incurrat clericus, qui iniuriam sibi occulte ab aliquo illatam manifestat, si talis iniuria illator sit de similibus & grauioribus antea diffamatus.
- 4 Bannitum aliquo in loco aliàs latuisse detegens eo tempore, quo probabiliter credebat iam inde recessisse, licet ob id re

aliter

existente dictu bannitus fuerit occisus, modo id ea intentione, ut occideretur, non dicitur irregularis non efficitur.

CONSILIVM XIX.

SACERDOS quidam reperit in sua possessione latronem quemdam bannitum, a quo fuit minis, terrore, & gladio gutturi applicato pessime affectus, & ob id cum in domum esset reuersus minutus sanguine, & a multis interrogatus noluit dicere causam, donec elapsis septem vel octo horis cuidam compatri suo id eum flagitanti dixit nomen eius, a quo passus fuit: addens, quasi per iocum, & tamquam non verisimile. Ite, & eius taudam apprehendite, significans eum iam non inuentum iri, quippe cui tantum temporis fuisset aufugiendi: cuius compatri indicio fuit inuentus latro a iudice prosequente, & occisus ab vno comite ipsius iudicis. Quæritur, an prædictus sacerdos sit irregularis.

1 Respondetur non esse. Primo quidem, quia ipse non occidit, non iussit, nec consuluit, immo multo tempore tacuit, cum conuerti posset apud iudicem iuste, protestatione facta, ne procederetur ad sanguinis effusionem, iuxta cap. pralati.

2 Secundo, quod etiam nullatenus fuit causa propinqua illius homicidij: quia esto eius dictum fuisset causa, sine qua non fuisset sequuta tam cito illa mors, non tamen fuit causa propinqua, sed longe remota: & ad irregularitatem incurrendam non sufficit quod quis sit causa homicidij remota, sed oportet quod sit propinqua, & iuxta glossam singularem & receptam.

3 Causa verò propinqua homicidij illiciti definitur a nobis in Manual. confess. esse dictum aut factum illicitum sufficienter in deformationem, id est homicidium, vel mutilationem, directum: quale non fuit dictum D. consulentis. Tum quod non fuit illicitum: nullo enim iure tenebatur, illud, quod dixit, tacere: cum tam naturali, diuino, quam humano, liceret ei ob illam iniuriosam actionem illum accusare, & etiam extra iudicium prodere, iuxta illud Pauli Iurisc. Eum qui nocentem infamat, non esse condemnandum: peccata enim nocentium inuita non esse, & oportere, & expedire. vbi glossa recepta in verbo infamat. addit esse verum id, siue faciat id in iudicio, siue extra, per multa iura, quæ ibi allegantur, & traduntur in Manual. confess. & is cuius violentiam amico detexit sacerdos, erat vit iniquus, & de similibus & maioribus violentijs infamatus, & damnatus, & exbannitus, vt ponitur in facto.

4 Tum quod illud dictum non erat sufficienter ordinatum ad mortem: quia illud dictum dicitur sufficienter directum in mortem alicuius, quod suapte natura, vel intentione dicentis dirigitur in illam, vt in d. Manual. & definitur: & prædictum dictum sacerdotis nec suapte natura, nec intentione proferentis, dirigebatur in mortem: alioquin quodcumque dictum alteri, crimen alterius morte dignum propalans, diceretur esse dictum sufficienter directum in illam: quod valde absurdum est, & ita non dicendum, nec potest dici directum in mortem citius inferendam, argum. a remotione generis ad remotiorem speciei, quod est validum, iuxta glossam iuncto textu, & Baldum, vt, Si non est animal, non est homo.

5 Tertio facit, quod tunc demum mors non intenta sequuta ex opere facit quem irregularem, quando opus illud illicitum eo respectu est tale, quod dirigitur in illam, vt in d. Manual. cap. 27. dicitur: Qui mittit aliquem aliquò intentione mala, puta furandi aliquid, & illo in via ictu fulminis occiso non est irregularis: quia licet missio illa in se esset illicita, & ex ea sit sequuta mors; quatenus tamen erat illicita, non dirigebatur sufficienter in illam. & ita esto dictum prædicti sacerdotis esset illicitum, quatenus illum diffamabat, quod tamen non est verum, vt dictum est; non tamen erat illicitum per directionem in mortem latronis, sed alio respectu, videlicet publicationis peccati secreti. Cum igitur eius dictum non fuerit illicitum, nec causa propinqua, licet forte fuerit causa remota sine qua non; consequens est, eum qui dixit illud, non esse irregularem. Salua.

SVMMARIVM.

1 Causa non omnis, sine qua non fuisset sequutum homicidium, inducit irregularitatem, sed requiritur vt sit sufficienter directum in mortem suapte natura ipsius actus, vel intentione

a De homici. lib. 6.

b Cap. de occidendo. 23. q. 1. c. In c. de castro. de homici. d. Cap. 27. m. 200.

c In l. qui. f. de iniurijs.

f Ca. 27. m. 211.

g Cap. 27. m. 211.

h Le. ubi quod absurdum ff. de homici. libr.

i In l. si causa cognita. C. de transact. k In l. consuetudo. C. de episc. & clari. l. Num. 220.

agentis. num. 3.

1 Indiciam remotam & obiter dans quis, vnde audientes sumunt occasionem vt contra aliquem inquiratur, & occidatur, non dicitur præbuisse causam sufficienter directam in mortem inducentem irregularitatem. & nu. seq. iuncto casu.

CONSILIVM XX.

QVIDAM religiosus dixit quibusdam colloquentibus de quadam muliere interfecta, sine vlla mala intentione. Est ne forte illa mulier vna, quam ego vidi nudius tertius euntem cum suo marito extra urbem? per quod dictum auditores detulerunt ad iudicem, qui per illud inquisiuit contra interfectorem. Quæritur, an præfatus religiosus sit irregularis.

1 Respondeo primo, quod opportunum fuisset declarare an præfatus interfectus fuit prætoris iussu occisus, nec ne: quoniam certum est præfatum religiosum non fuisse factum irregularem, nisi post mortem seu mutilationem membri consequutam, vt & nos post alios tradimus in Manu. confess.

2 Secundo, quod non videtur præfatus religiosus factus irregularis, etiam si prætoris iussu fuerit occisus interfectus. Tum quia non occidit eum, neque dedit consilium, nec auxilium, nec fauorem interfectori. Tum quod non obstat, quod dederit causam mortis per suum dictum, eo quod dixit illud sine intentione mouendi auditores, vel prætorum ad inquirendum contra interfectorem: & illud dictum nec suapte natura, neque intentione proferentis dirigebatur ad præfatum interfectionem.

3 Et non omnis causa, sine qua non sequeretur mors, nec mutilatio, sufficit ad irregularitatem incurrendam: quia oportet vt sit propinqua, iuxta glossam singularem & communiter receptam.

4 Causa vero propinqua, vt satis diligenter nos definiuimus in dicto Man. est dictum, vel factum sufficienter directum in mortem, vel mutilationem: dicitur autem sufficienter directum, quando ad illum finem dirigitur intentione dicentis, vel facientis, vel suapte natura, at præfatum dictum nec suapte natura, vt palam est, nec intentione dicentis ad mortem interfectoris directum fuit. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Irregularis est non solum qui occidit, vel mutilat, sed etiam qui aliquo modo iuuat ad occidendum, vel dat causam, vnde sequitur mors, modo sit causa proxima, secus de remota, nisi sit illicita, & simul saltem virtualiter sufficienter directum in mortem. num. 4.

2 Peccatum alterius occultum detegens peccat, nisi illud detegat ex causa, puta, vt alij caueant, ne ab eo inficiantur.

3 Illicitam actionem agens si vel ex intentione agentis, vel ex natura ipsius rei, vel lege, aut consuetudine loci, in quo ea fit, actualiter, vel virtualiter dirigitur in mortem, illa sequuta, efficitur irregularis, alias non. nu. 4.

4 Consuetudo, & lex specialis loci, in quo quid agitur, est etiam attendenda ad iudicandum, an actio sit sufficienter directum in mortem.

5 Peccatum aliorum publicans, ob quod reus fuit captus, & occisus, tunc demum efficitur irregularis, si dictam publicationem fecit cum peccato, vel ea intentione, vt reus puniretur, alias non.

CONSILIVM XXI.

BRIANTVS clericus & ordinibus sacris insignitus existens in quodam castro coram militibus custodibus eius dixit suis sociis, quod vnus trium fratrum, qui intrauerant illud, erat de societate quorundam, qui ob peccatum nefandum fuerunt combusti: & cum id peruenisset ad præfectum, interrogatus ab eo, an verum esset quod dixerat, respondit quod sic.

Quæritur, an fiat irregularis, si ille captus condemnetur ad mortem, & occidatur.

1 Respondeo, quod pro parte affirmante facit primo, quod non solum qui occidit, vel mutilat, sed etiam qui aliquo modo adiuuat ad occidendum, est irregularis.

2 Secundo, quod etiam est irregularis, qui dat causam, vnde sequatur homicidium. At consulens videbitur causam

a Cap. 27. nu. 617.

b Cap. de castro. de homici.

c Ca. 27. nu. 210. & nu. 219.

d Ca. sicut dignum. s. i. cum seq. de homici. e Cap. 27. de homici.

dedisse mortis, si ille occidatur: quia captus est propter illa verba, quibus ipse significauit illius fratris malitiam, & peccatum, ob quod est captus.

Tertio, quod testis, qui testificatur in causa sanguinis, si mors inde sequatur, ut Panormitanus post alios definit, ^a incurrit irregularitatem.

Quarto, quod D. consulens illicitè videtur publicasse peccatum illius, infamando eum, etiam si verum fuisset: quia non solum peccat contra octauum præceptum Decalogi, qui falsum crimen imponit proximo, sed etiam qui publicat peccatum eius secretum, ut nos latè probamus in Manual. confess. ^b

Quinto faciunt cap. presbyterum. ^c & alia iura, per quæ nos in præfato Manual. ^d concludimus, quod qui agit rem illicitam, unde sequatur mors, si res illa illicita intentione agentis, vel natura sua, vel lege, aut consuetudine terræ, in qua id fit, actualiter, vel virtute dirigitur in illam mortem, fit irregularis, illa sequuta. At consulens videtur illicitè publicasse illud delictum; & illa publicatiq; intentione infamantis, vel suapte natura, vel lege consueta obseruari, dirigitur in mortem accusati, vel accusandi, ergo.

4 Pro eontraria tamen parte facit primo, quod non est irregularis. Tum quia non dicitur ille à consulente occisus, nec iussus occidi. Tum quia causa remota homicidij non est sufficiens ad inducendam irregularitatem, iuxta glossam singularem, ^e saltem si non daretur dando operam rei illicitæ, quæ actu, siue actualiter, vel virtute, seu virtualiter dirigeretur in illud homicidium: & præfatus consulens non dixit præfata verba in finem, ut ille frater caperetur, & occideretur; & licite potuit ea dicere ad monendum socios, ut cauerent ab eo, iuxta l. eum qui nocentem. ^f & l. si non conuicti. ^g & quas ad hoc citamus in Manual. confess. ^h pro quo est textus in cap. exhibita. ⁱ

Secundo, quod non omnis datio causæ mortis est sufficiens, ut danti eam imputetur delicta, quæ sequuntur ex ea. ^k

Tertio, quod præfatus consulens non dixit præfatum fratrem peccasse peccatum nefandum, sed tantum consueuisse ambulare cum his, qui ob tale fuerunt combusti; quod longè aliud est: & à separatis non fit illatio. ^l

5 Quibus pro vtraque parte pensatis, videtur resoluendum primo, quod si consulens in publicando illud peccauit, & ob eius dictum fuit comprehensus, & occisus, fiet irregularis, non autem si non peccauit.

Secundo, quod si publicauit illud mala intentione, quæ quo ad forum exterius talis præsumetur, ^m & ille ob illud dictum fuerit captus, & occidatur, erit irregularis, sed facile dispensabitur cum eo secundum morem prætorij Pœnitentiariæ; donec autem occidatur, non erit irregularis. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Offensis, ne satisfactionem, qua eis extrajudicialiter offerebatur, ut indecoram reciperent, sed potius tractatum pacis rumpere, consulens clericus, tunc demum postea sequuto homicidio efficitur irregularis, si per prædicta verba offensis consulere intendebat, ut via armorum se vindicaret; secus, si intendebat eisdem consulere, ut id via iuris efficerent.

CONSILIVM XXII.

IN regno, in quo consueuerunt homines vnus cognationis suum honorem & bona vindicare, seu recuperare auctoritate propria, quidam presbyter consuluit suæ cognationis viris, ne susciperent satisfactionem alterius cognationis, quam offerebat, dicens. Non conuenit cognationi vestra talem satisfactionem acceptare: quare potius rumpite tractatum, quem habetis amicitia, quam vos sitis tali satisfactione contenti. & hoc dixit frequenter. Postea cognati sui, in scio presbytero, inuasertunt aduersarios, in quo conflictu mortui fuerunt aliqui.

Quæritur, an præfatus presbyter sit irregularis.

1 Respondeo, quod pro vtraque parte quæstionis facit glossa singularis, ⁿ communiter recepta, quatenus habet irregularitatem non contrahere illum, qui solum causam remotam homicidio iniusto præstat; sed sic eum, qui dat causam propinquam: & quod quibusdam videbitur præfatus D. consulens dedisse causam propinquam, & quibusdam non nisi

A tantum remotam: nobis autem videtur, quod, si præfatus consulens per verbum, rumpite, potius intellexit de ruptione vel fractione pacis per viam armorum, & violentiæ, censendus sit consuluisse causam propinquam homicidiorum: si autem intellexit ruptionem & fractionem per arma iustitiæ mouendo litem, & petendo iustitiam coram competenti iudice, censendus sit dedisse causam remotam, & quod non est irregularis, &c.

S V M M A R I V M.

1 Irregularitas non incurritur ex homicidio, nisi sequuta morte, vel mutilatione.
2 Irregularis non est, qui non impedit, cum possit, homicidium; immo nec qui desit impedire, etiamsi sibi illud placeret.
2 Percussionem clerici non suo nomine factam ratificans non excommunicatur, etiamsi dum percimeretur, id sibi placeret.

CONSILIVM XXIII.

N. Dixit aliquas iniurias contra L. & prosequatur eas: & quidam presbyter frater L. impediabat fratri suo exitum à domo, ne mala consequerentur, monendo N. ut cessaret ab iniuriis, & inde recederet: ille verò noluit recedere, nec cessare ab iniuriando: immo retaliando vnā iniuriam, quam ei L. dixit, clamando addidit illa verba apud homines valde iniuriosa, mentiris, mentiris, multis etiam nobilibus presentibus; cum tamen N. esset abiectus, & origine Saracenus. Prædictus presbyter turbatus magnitudine iniuriæ in fratrem suum illatæ, non detinuit fratrem, nec impediuit ei exitum, & ita exiit, & N. ense euaginato confodit. Quæritur, an dictus presbyter sit irregularis.

1 Respondetur primo, quod si ex illa percussione non fuit sequuta mors; non est irregularis: quia percussio, per quam non fit mutilatio, nec occisio, non efficit quem irregularem.

2 Secundo, quod magnæ quæstionis est, an sit factus irregularis, si ex præfata percussione sequuta fuit mors, vel mutilatio membri: & mihi videtur quod non, si prædictus presbyter non iuuuit fratrem aliquo modo cooperando, sed solum se habuit negatiuè non impediendo: sicut nec furti tenetur, qui videt alium furari, vel velle furari, sed non iuuat illum, nec admonet dominum rei, ut caueat sibi, argumento eorum, quæ dixit Hadrianus, ^a quem nos fuimus sequuti in Manu. confessariorum, ^b & quamuis etiam fortè consentiendo in peccatū peccauerit, non tamen incurrit pœnam excommunicationis, & irregularitatis, sicut nec onus restitutionis damni dati: pro quo est argumentum optimum in cap. cum quis. ^c quatenus probat, eum, cui placet, vel consentit simpliciter, ut alius percutiat iniuste clericum non suo proprio nomine, & sine mandato ipsius, etiam si postea ratificet, non esse excommunicatum; quia nemo potest ratificare, quod suo nomine non est gestum. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Rixa prius per fratrem capta, gladio quidem euaginato, sed bono animo astans, sequuto homicidio, non est irregularis, si ex hoc fratrem homicidam non iuuuit: at in foro exteriori iudicabitur faciliter talis, si probetur quod sic armatus festinanter accessit ad rixam, quia præsumetur fratrem ex actione istius factum audaciorē ad percutiendum.

CONSILIVM XXIII.

F AN sit irregularis, qui bono animo ensē tenebat in manu euaginatam sine læsione vlla alia, si alius in rixa percussus à fratre suo grauiter, postea ex percussione illa obierit mortem?

1 Respondeo primo, quod non est irregularis in foro conscientia; per ea quæ nos scribimus in Manu. nostro confess. ^d quia ipse non occidit illum, nec iuuuit fratrem percussorem, nec dedit occasionem propinquam occidendi eum, neque consuluit, neque mandauit, ut occideretur, vel percuteretur; quod requiritur ad hoc, ut irregularitas incuratur ex morte illicitè illata.

Secundo, quod non iudicabitur irregularis etiam in foro exteriori, nisi probaretur præsumptiuè, quod præfatus D. consulens iuuuit fratrem suum percussorem accedendo festi-

a In c. sententiam sanguinis. ne cler. vel menach.

b Cap. 18. n. 31.
c De homicid. d Ca. 27. nu. 219.

e In c. de caso. ro. de homicid.

f ff. de iniur. g Cod. eod. h Cap. 18. nu. 31.
i Eod. tit. k Cap. de occidendo. 23. quasi. 5.

l Leg. Papinia. nu. ff. de minoribus.

m Dist. 1. si non conuicti.

n Cap. de caso. ro. de homicid.

a In 4. sent. in titulo de restitutione. q. 1. col. 7. fo. 200. b In c. 24. nu. 7. c De sent. ex. com. lib. 6.

d Cap. 27. nu. 220.

nanter ad rixam, eo quod suo ad illam accessu auxit animum fratris ad percutiendum.

Tertio, quod expedit ad impediendas litas fori exterioris, quod dictus D. consulens impetraret dispensationem ad causam, &c.

SUMMARIUM.

- 1. Rixa iniusta causam praebens erit irregularis, si ex ea accessorie oriatur altera rixa, in qua aliquis occidatur; sed si secunda rixa orta fuit non accessorie, sed per se sedata prima.
- 2. Homicidium non dicitur voluntarium, si cum duo provocassent se ad singularem certamen, alter ipsorum a tertio accessorie ex rixa occidatur.

CONSILIVM XXV.

TITIVS audiuit Sempronium dixisse quaedam verba significantia odium graue in ipsum Titium, qui mox iur ad querendum Sempronium, & dicendum ei non esse odium fuisse sibi in ipsum Sempronium; sed quia dixit illa verba respondebat, quod si volebat, odium suum exequi, acciperet unum enssem sui familiaris, & ipse acciperet alium, cum quibus se possent occidere. Et cum N.amicus Sempronij segregasset paululum Titium, S. rixit cum amico T. & illum manu impulit, & seruus impulsus percussit S. ense vaginato in capite, qui mortuus est intra 28. dies.

Queritur, an Titius sit irregularis; & si absoluitur in foro exteriori, possit in interiori absolui secrete.

1. Responderetur primo, quod est distinguendum, an rixa secunda fuerit dependens, & accessoria rixae prioris, an non. Si enim fuit accessoria, videtur primo Titium in foro interiori esse irregularem: quia culpa tam Titij, quam Sempronij est iam illicita; orta fuit rixa accessoria inter ipsos S. & socium T. qui rixabantur, ex qua sequuta est mors; & consequenter ex illicito facto T. fuit sequuta mors, & durante rixa prioris cui consequens videtur, eum factum esse irregularem, per ea, quae diximus in Manual. confess. Si autem rixa secunda non fuit accessoria rixae prioris, sed separata, non est censendus irregularis per ibidem dicta.

2. Secundo, irregularitatem praedictam non esse ortam ex homicidio voluntario indispensabili, sed ex casuali dispensabili, & mixto, quod si T. absoluitur in foro exteriori, dispensabitur cum illo in interiori secrete a sacra Penitentiaria, ut saepe vidimus factum in ea, &c.

SUMMARIUM.

- 1. Percussam, qui postea sanus factus infra mensem obiit, non tenetur credere ex dicta percussione mortuum, cum nesciat ex qua sit mortuus infirmitate.
- 2. Rixante me cum aliquo pro materia pecuniaria, si tertius ob id aduersarium impulsit in parietem, unde suscepto vulnere postea obiit; talis mors mihi, qui causam propinquam non dedi, ad irregularitatem non est imputanda.

CONSILIVM XXVI.

QUODAM disceptante cum fabro de pretio iusto clavis solucendo, tertius arripuit fabrum, & eiecit in quadam scalas, & sanatus postea infra mensem obiit. Queritur, an qui disceptabat cum fabro sit iudicandus irregularis.

1. Responderetur videri non esse iudicandum irregularem; si nihil aliud, quam quod proponitur, peccauit, nec aliam causam, quam praedictam, tradidit tertio ad percutiendum fabrum. Tunc quia iam sanus effectus mortem obiit, & non tenetur credere obiisse ex casu, de cuius percussione sanus euaserat. Tum quia nescitur ex qua infirmitate mortuus fuerit. Tum quia nullam causam propinquam percutiendi dedit.

SUMMARIUM.

- 1. Mandans aliquem percuti baculo circa mortem, illa sequuta fuit irregularis, sed dispensabilis.

CONSILIVM XXVII.

QUI mandauit alicui, ut percutiat aliquem baculo circa mortem, ea sequuta, est quidem irregularis ex homicidio, non tamen illa irregularitate indispensabili, de qua loquitur Concilium Tridentinum, & probatur in nostro Manual. confess. d.

b Cap. 7. cum etiam in principio de resor. c. 14. d. Cap. 27. n. 340.

SUMMARIUM.

- 1. Baculo volens se de inimico vindicare, qui auxilium, si operetur, ferre promisit, sequuto incaute homicidio, incurrit irregularitatem ex homicidio casuali dispensabilem.

CONSILIVM XXVIII.

ANA. qui promisit adiuuare aliquem, si videret opem sua illum egentem, quando baculo vindicaret iniuriam acceptam a C. ob colaphi percussione, sit irregularis, mortuo per ictum pugionis B. in quem irruit incaute?

Responderetur, quod sic, non quidem illa irregularitate, quae nascitur ex homicidio voluntario indispensabili, sed alia minori, quae casualis dici potest, per ea quae nos diximus in Manual. confess. a.

a Cap. 27. n. 219. c. melius n. 230. c. 109.

SUMMARIUM.

- 1. Moderamen inculpatae tutelae attenditur secundum periculum illum, qui ab iniusta iniuria defenditur, siue defendat se, siue alium.

CONSILIVM XXIX.

HABET Dominatio tua in Manu. b quod qui iuste occidit propter iustam defensionem proximi, &c. non peccat, etiam si aliter propriam vitam defendere posset, hoc non videtur securum dictum; nam pro tanto quis ab homicidio excusatur, pro quanto defendit se cum moderamine inculpatae tutelae: at qui aliter se potest defendere, quam occidendo, non videtur seruare tale moderamen; ac per hoc dicimus eum non excusari ab homicidio, &c.

b Cap. 15. n. 4.

1. Respondeo, quod tam cum defendit proximum, quam cum defendit se ipsum, debet seruare moderamen inculpatae tutelae; sed cum defendit proximum, debet seruare moderamen inculpatae tutelae proximi; cum autem se ipsum, moderamen inculpatae tutelae sui, secundum omnium mentem. c

c Leg. 1. C. de vi. leg. vi. vlt. ff. de ini. c. 109.

Aduertendum autem non inde inferri quod si iuste occidam tertium ob defensionem proximi, seruato moderamine inculpatae tutelae, enitetur irregularitatem.

SUMMARIUM.

- 1. Iniuriantem etiam fugientem possum insequi, & in tantum percutere, quantum est necessarium ad hoc, ne magnam honori iacturam faciam.
- 2. Adulterum non possum occidere: quia nec hic modus est necessarius, nec lex id concedit, licet poenam condonet.

CONSILIVM XXX.

DOMINATIO tua in suo Man. d renet, quod si affectus iniuria vulneris, seu alapa, &c. magnam sui honoris iacturam faceret, si fugientem non persequeretur, posset eum persequi, & percutere tantum, quantum ad sui honoris defensionem opus esset, &c. Dubitatur: nam si pro iactura honoris licet etiam fugientem persequi, & vulnerare, liceret etiam occidere hominem inuentum turpiter cum vxore, sorore, matre operantem, vbi maximam honoris iacturam vir patitur, & non nisi per mortem violentam adulteri vindicari potest: tamen inferius oppositum huius affirmatur in eodem cap. 15.

d Cap. 15. n. 3.

1. Respondeo, quod negandum est, maritum non posse honorem suum seruare, nisi occidendo adulterum: nullo enim iure id probatur, iura enim Casarea, occidentem adulterum in casibus licitis, non fecerunt impunem, eo quod honorem ipsius laesit, sed quia difficile est tam iustum dolorem temperare, l. e.

e Leg. Gracchus, ad leg. Iul. de adul.

Aduertendum conclusionem Nauar. d. n. 3. non recipi a Soto, contrarium docens de iusti. & iure. lib. 5. q. 1. ar. 8. ante fin. vers. vnum autem immo idemet Nauar. in fin. conf. 32. in effectu videtur idem sentire quod Soto.

SUMMARIUM.

- 1. Aggressorem, ad mei necessariam defensionem, tunc praenire possum, quando is statim sine mora me est aggressurus; sed si ex intervallo: quia tunc aliquo modo possum mori effugere.

CONSILIVM XXXI.

IN Manuali, f sic habetur: Credimus autem dici posse quo ad hoc eum aggressorem, qui decreuit occidere alium, cui nullum est suffragium euadendi mortem, nisi praeniat eum, antequam aggrediar, &c. Dubitatur, an ex his verbis securum affirmari possit,

f Cap. 15. n. 2. in fin.

clericum, aut alium non peccare, vel irregularitatem incur-
rere, si praeueniat aggressorem, eum videlicet, quem pro cer-
to scit sibi parasse plures infidias, & in cuius manus omnino
vna die incidere oportet, & per eum occidi; quem si vitare
voluerit, oportebit eum patriam, & bona sua relinquare, vel
eum praeueniendo occidere. Videtur namque tutus in con-
scientia; quia aliter se tueri non potuit, nisi praeueniendo, oc-
cidendo; praesertim cum sciat, nullo modo se posse cum ag-
gressuro contendere, nec ei resistere.

1 Ad hoc respondeo negatiue. Tum quia nos loquimur
de illo, qui decreuit statim eum occidere, nulla mora inter-
posita, qua nullo modo possit effugere mortem: & in casu, ad
quem illud dictum inducitur, interponitur mora, qua multis
modis potest effugere mortem, puta absentem se faciendo,
non exeundo domo, recipiendo se in loco tuto, morbo item,
& aegritudine, & morte, vel poenitentia illius volentis eum
occidere.

S V M M A R I V M.

- 1. Occidens inuasorem, etiam cum moderamine, sit irregularis, si
sua culpa sit inuasus.
- 2. Iniuriam verbo illatam, alapa, vel aliter propria vindicans au-
thoritate, iniuste agit. vnde si etiam postea ob id sine alia sua
culpa sequatur digladiatio, & mors, erit irregularis.

CONSILIVM XXXII.

QVIDAM intulit iniuriam alteri, dicendo eum menti-
ri; quem affectus iniuria percussit alapa, & percussus
postea obiit factus voluit occidere percussorem, qui se
defendendo occidit percussorem, nulla intentione occidendi
concepta, cum fuit inuasus. Quæritur, an sit irregularis.

1 Respondeo, quod facile videri potest cuiuspiam D. consu-
lentem non fuisse factum ex tali homicidio irregularem:
quoniam illud commisit ad defensionem vitæ necessariam,
quo casu occidens non sit irregularis, si occidat eum cum
moderamine inculpatæ tutelæ, vt nos post alios diximus in
Manual. confess.^c

Sed contrarium videtur verius: quia, vt in additione qua-
dam, præfati Manual. confess. respondebimus in noua eius
editione, non sufficit ad vitandam irregularitatem, quod oc-
cidens seruet moderamen inculpatæ tutelæ eo tempore, quo
inuasus occidit; sed oportet, ne inuasio eius procedat ex actu
illicito ipsius præcedente. Cum igitur D. consulens illicite de-
didit alapam commilitoni suo vindicando iniuriam auctori-
tate propria, & illa fuerit causa cur inuaderetur; non sufficit
ad excusandum eum ab irregularitate, quod quando occidit,
seruauit tantum moderamen inculpatæ tutelæ, quantum suf-
fecisset ad excusandum eum ab illa, si absque suo actu illicito
præcedente fuisset inuasus: & proculdubio videtur nobis
fuisse factus irregularis. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. Irregularis est, qui domum ingressus ad adulterandum, se de-
fendendo, alium occidit.

CONSILIVM XXXIII.

DONATVS an sit irregularis, qui aggressus commit-
tere adulterium, de defendendo, maritum adulteræ oc-
cidit?

1 Respondeo, quod ratio Couarruuiæ est ipsa, qua nos
mouemur, & forte eam à nobis audiuit, & ita consentire no-
bis videtur. Cum ergo qui vadit ad adulterandum in domo
aliena, & adulteratur in ea, faciat actus illicitos ordinatos ad
occisionem suapte natura, lege, consuetudine, vel marito-
rum propensione consueta mala, vel bona, & repertus in ea
occidat maritum, peccat, & irregularis efficitur, etiam si cum
tanto moderamine se defendat, quod si alio in loco non præ-
missis similibus actibus illicitis inuasus occideret, à peccato
& irregularitate excusaretur. Vnde Siluester, ait, eum qui
dat causam aggressuræ, vt quia noctu visiter domicellas, te-
neri ad restitutionem, etiam si se defenderit ita, vt, si alibi sine
culpa sua præuia inuasus occideret, non teneretur, vt videre
est in nostro Manual. confess. f

S V M M A R I V M.

- 1. Irregularitas contrahitur ex omni homicidio illicito, quod se-
quitur ex actu illicito suapte natura, lege, vel consuetudine
expresse vel virtualiter ad illud directo.
- 1. Adulter, si deprehensus in adulterio ad sui necessariam defen-
sionem maritum occidat, immo & si ob adulterium antea com-
missum adultera occidatur à marito, efficitur irregularis;
quia secundum consuetudinem communem hominum, ma-
xime in Italia, adulterium est causa in homicidium suffi-
cienter directa.
- 2. Causa remota homicidij etsi non sufficiat ad causandam irre-
gularitatem, non tamen requiritur quod sit immediata, sed
sufficit quod sit propinqua, & satis sufficienter directa in
homicidium.

CONSILIVM XXXIII.

ANTONIVS sacerdos in crepusculo noctis post si-
gnum campanæ ad orationem vespertinam, quam ap-
pellant *Aue Maria*, vocauit ad Ecclesiam quamdam mulie-
rem ad alloquendum eam super quodam matrimonio, qua
ingressa clausit portam Ecclesiæ, cum qua sola mansit solus:
quidam autem consanguinei malè suspicati expectauerunt
egressum mulieris, cum qua rinxerunt, & eam pugionibus fe-
rierunt, & intra quadriduum obiit mortem. Quin & præfati
eius consanguinei, porta Ecclesiæ vi reclusa, extraxerunt sa-
cerdotem, vt foris eum occiderent; eo vociferante, & auxi-
lium petente, quidam eius cognati succurrerunt ei, & vnus
eorum percussit vnum ex cognatis mulieris, qui etiam ob il-
lud vulnus mortuus fuit: Quæritur, an præfatus sacerdos irre-
gularitatem incurrerit.

Coniicientibus nobis præfatum sacerdotem esse paro-
chum, vicarium, vel custodem præfate Ecclesiæ, & ipsum &
mulierem satis iuuenes ad inducendum suspicionem peccati
carnis, videtur primo dicendum, præfatum sacerdotem esse
irregularem propter occisionem præfate mulieris.

1 Tum quia irregularitas contrahitur ex omni homicidio
illicito, quod sequitur ex actu illicito suapte natura, lege, vel
consuetudine expresse, vel virtualiter ad illud directo, vt nos
tradimus post alios in Manual. confess. a adiunctis eis, quæ præ-
diximus vbi supra, b & in casu proposito homicidium præ-
fate mulieris fuit illicitum, & consequutum ex actu illo ma-
lo, & malam speciem habente, vocandi mulierem tali hora ad
Ecclesiam, & post eam ingressam claudendi portam, & ma-
nendi solitariè cum illa, cum essent ambo ætatis suspectæ: &
actus ille malæ speciei, & malus suapte natura, lege, vel con-
suetudine communi hominum, maxime Italiæ, dirigitur ex-
presse, vel tacite in homicidium, vel percussorem, vt palam
colligitur ex petitionibus, quæ in sacra Poenitentiarum offerun-
tur super vindicatione iniuriarum, quæ fiunt cognatis ex im-
pudicitia cognatarum. Tum quia fel. recor. Pius V. approba-
uit opinionem nostram, quam tenuimus in re controuersa,
quod irregularis est clericus, qui repertus in domo adulteræ,
& inuasus à marito, etiam se defendendo occidit maritum:
immo, & qui adulteratus est cum vxore alicuius, & postea ob
id occidit eam maritus: quia huiusmodi adulterium suapte
natura, lege, vel consuetudine dirigitur in homicidium. quam
approbationem etiam vbi supra, c referimus.

2 Secundo etiam videtur dicendum, quod licet non mou-
teat tanta ratio ad iudicandum præfatum sacerdotem esse
irregularem propter homicidium secundum cognati mulie-
ris, licet propter homicidium ipsiusmet mulieris; probabiliter
tamen dici posset esse irregularem propter vtrumque homi-
cidium: quia vtrumque fuit illicitum, & vtrumque processit
ex actu illicito malo, vel malæ speciei, licet alterum proprius
fuerit, quàm alterum, & neutrum immediatè natum fuerit ex
illo: quia licet requiratur ad irregularitatem contrahendam,
quod quis dederit causam homicidij propinquam, iuxta glos-
sam memorabilem, d non tamen requiritur quod dederit cau-
sam immediatam, sed sufficit quod sit propinqua, & satis dire-
cta in homicidium, vt colligitur ex multis corollariis, quæ nos
referimus in præfato Manual. e Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. Irregularis est clericus adulter, ob cuius suspicionem maritus ita
vxorem percussit, vt abortiuerit: & si postea obtinuit benefi-
cium, consulendus est Papa.

a Prædicto n.
2.

b Cl. x. de ho-
mic.
c Cap. 15. n. 3.

d Cap. 15. n. 7.

e Verbo. ressi-
tutio. 3. qm. 2.

f Cap. 15. n. 7.
g Cap. 17. n. 4.
238.

a Cap. 27. nu.
214.
b In eod. c. n.
210. & in ca.
15. num. 6. &
seq.

c Cap. 27. nu.
238.

d Cap. de ce-
tero. de homi.

e Cap. 27. nu.
121.

CONSILIVM XXXV.

AN GASPAR clericus adulter (quod suspicans maritus grauer percussit uxorem, quae ob id abortiuit) sit irregularis?

a Cap. 27. mo. 138.

1 Videtur irregularis: quia per ea quae tradimus in Manu. a si percussione illam consequuta fuisset mors uxoris, fuisset irregularis: & eadem fere est ratio, vt consequutio mortis f. r. tus animati effecerit eum irregularem: & quia agitur de retentione beneficii, videtur consulendus Sanctissimus.

Aduertendum hunc casum anno 175. propositum in sacro penitentiario, & quia collega D. Naxar. in hac eius sententiam non descendebant, res fuit remissa ad Pont. Greg. xii. qui & ipse respondit non videri irregularem, posse tamen cum oratore praesente, & sic petere dispensari ad cautelam, & ita quidam ex minoribus penitentiarijs fuit exequutus.

SVMMARIVM.

- 1 Occidens ad sui necessariam defensionem, si aliter euadere non poterat, nullam incurrit irregularitatem; sin autem aliter poterat, quae occidendo euadere, incurrit quidem irregularitatem, sed dispensabilem.
- 2 Modum inculcata tutela excedens, non quidem ordinaria, sed alia plebitur pena; sicut & qui iusto dolore motus occidit.

CONSILIVM XXXVI.

AN OCCIDENS alium pro sua defensione, sed non ob ineuitabilem necessitatem, & ob id incurrens irregularitatem, censetur irregularis ex homicidio voluntario indispensabili?

b Ca. 7. f. 10. 14.

1 Respondetur, quod non, per b Concilium Tridentinum, quatenus habet, quod cum homicida voluntario, qui occidit ex proposito, nullatenus est dispensandum; cum eo vero, qui non ex proposito, sed pro defensione occidit potest dispensari etiam ad ministrandum in sacris ordinibus. per quod apparet; quod Concilium agit de eo homicida, qui eget dispensatione: & per consequens de eo, qui non occidit ob ineuitabilem defendendi vitam necessitatem; quia talis nullatenus est irregularis. c

c Cl. 2. de homicid.

2 Et ita qui occidit hominem non ex proposito, sed pro defensione, excedendo tamen moderamen inculcatae tutelae, fit quidem irregularis, sed non ea irregularitate, quae descendit ex homicidio voluntario indispensabili. pro quo faciunt illa, quae dicit Abbas, d & optime in cap. significauit. e quatenus probat penam ordinariam non esse imponendam, ei qui se defendendo, iustum defendendi modum excedit; sicut nec illi, qui iusto dolore motus occidit, iuxta tradita in leg. si adulterium. f

d In ca. olim. de restit. spoliationum. 15. & seq. e De pen. & remission. f Imperator. ff. ad l. Iuliam de adulterijs. &c.

SVMMARIVM.

- 1 Homicida voluntarius in foro exteriori iudicabitur, qui animo deliberato magno gladio aliquo in capite vulnerauit, qui postea mortuus fuit: sed & vix aliter poterit iudicari in foro conscientiae.

CONSILIVM XXXVII.

DESIDERIO desideranti sic respondere D. consuleti, vt voluntati eius satisfacerem, propter eius penitentiam, eruditionem, & deuotionem inferuendi Deo, parenti, ac cognatis suis: sed quia interrogatus a me ultra narrata per ipsum, quo instrumento, & in quo loco percussit N. & vnde accepit illud, responderet percussisse illum gladio, quae stortam vocat, & in capite, & iuisse ad quarendum illum in sacristia manentem, & quod altero die fuit mortuus percussus, nequeo voluntati eius neque meae satisfacere: quia videtur mihi praedictum homicidium iudicandum esse voluntarium quo ad forum exterius: & vix posset iudicari non esse voluntarium etiam quo ad forum interius, per tradita a nobis in nostro Manu. confess. s

g Ca. 17. mo. 140.

SVMMARIVM.

- 1 Dispensandi facultas super irregularitate generaliter concessa Praemonstratensibus ad bigamiam & homicidium voluntarium non videtur extendenda.
- 2 Verisimilia quae non sunt credi non debent.
- 3 Insolita in generali concessione non veniunt.

- 3 Insolita negligentia, sicut & insolita diligentia, fraudis suspicionem inducit.
- 4 Clausula apponi solita pro appositis habentur.
- 5 Priuilegia, seu rescripta contra stylum possunt de falsitate argui.
- 6 Bulla contra stylum Curiae expedita ad Cancellarium instanti parte remittenda.
- 7 Facta ad vnum finem, contrarium operari non debent.

CONSILIVM XXXVIII.

AN PER bullam Pauli III. fiat facultas superioribus ordinis Praemonstratensis dispensandi cum suis subditis super homicidio voluntario?

1 Respondeo primo, negari non posse, quod verba praefatae Bullae multum urgeant ad dicendum praefatos Reuerendos Patres praedicti ordinis Illustrissimi Praemonstratensis posse dispensare super irregularitate ex homicidio voluntario contracto, & ideo disputando satis posse id defendi.

2 Secundo, quod non audeam ego consulendo id affirmare. Tum quia non sunt credenda, quae non sunt verisimilia, a & non est verisimile fel. recor. Paulum III. virum prudentissimum, voluisse concedere ordini praedicto facultatem praedictam, quae maxima est, quamque nulli alij ordini concessit, neque Illustrissimo summo Penitentiario Cardinali, neque toti sacrae Penitentiariae praetorio concedit: & ita non dispensat eius D. Illustrissima nisi consulto prius S. D. N. & de mandato ipsius speciali. Tum quia per eadem verba praefatae bullae probaretur posse praefatos Reuerendissimos praefatos dispensare super irregularitate bigamiae; quod tamen non est dicendum: quia nec ipse Papa solet dispensare in ea, nisi ob aliquam maximam causam.

a. Cap. quia non est verisimile, cum similibus, de praesumptio.

3 Tum quia insolita non veniunt in concessione generali. b Tum quia insolita diligentia fraudis suspicionem inducit, iuxta l. si quis sub conditione. adiuncta glossa quam Baldus ad hoc ibi notat quem cum alijs refert Decius, c & Felinus. d Et ita insolita negligentia excipiendi irregularitatem ex homicidio voluntario & bigamia videtur arguere voluntatem fraudandi legem. Tum quia clausula solita apponi habentur pro appositis, e & ita exceptio irregularitatis ex homicidio voluntario, & bigamia, solita interferi facultatibus ad dispensandum super irregularitatibus concessis, censenda videtur tacite inserta praefato priuilegio.

b Cap. fin. de off. vic. lib. 6.

c Consi. 448. num. 24. d In cap. 2. de rescript.

e Leg. ff. C. de fideiuss. cum M. de constit. cap. 2. de resc.

4 Tum quia rescripta & priuilegia contra stylum Curiae scripta possunt argui falsitatis, per innumera, quae congescit Felinus. f Tum quia bulla contra stylum Curiae expedita remitti potest ad instantiam eorum, quorum interest, ad Cancellarium, vt in ea suppleatur, vel restringatur secundum eius stylum, iuxta regulam 25. Cancel.

f In d. c. 2. de rescript. a. n. 10.

5 Tum quod praefatus Paulus III. excipiendo irregularitatem prouenientem ex iniusta fructuum perceptione a potestate dispensandi, visus fuit habuisse animum restringendi potestatem dispensandi concessam alijs religionibus, illa non excepta: ergo non videtur habuisse animum ampliandi eam, cum facta ad restringendum non operentur ampliationem, neque e contrario. g Tum denique, quod videtur absurdum dicere, Papam, qui voluit negare potestatem dispensandi super irregularitate nata ex iniusta fructuum perceptione, voluisse concessiones eiusmodi solitas dari ampliare ad irregularitatem ex homicidio & bigamia natam, cum fuerint qui dixerunt Papam non posse dispensare super eis, iuxta cap. miror. h & notata in cap. dobitum. i cumque non concedat Papa eam suis nuntijs, & Legatis etiam a latere, vt palam est his, qui viderunt facultates eis concessas: & ita nullatenus videtur consulendum. k Quamuis profecto in gratiam praefatorum Patrum Reuerendissimorum, quos ego multiplici ratione colo, contrarium libenter respondiissem, si per conscientiam licuisset. Salua, &c.

g Cap. final. de ver. sig. & l. rem legat. ff. de adimen. leg. h so. dist. i De bigam.

k Le. n. quod absurdum. ff. de bonis liber.

SVMMARIVM.

- 1 Episcopus non dispensat super irregularitate procedente ex homicidio voluntario iusto vigore sacri Concilij Trident. quod loquitur solum de procedente ex delicto, qualis non est hoc, sicut nec bigamia: sed nec alio iure hoc legitur nec ipsis, nec Legatis concessum. num. 2.



CONSILIVM XXXIX.

AN HABENS potestatem dispensandi super omni irregularitate, sicut Episcopi, possit dispensare super irregularitate contracta ex homicidio iusto voluntariè factò in bello iusto cum armis, & vel in pace condemnando iustè aliquem ad mortem, vel condemnationem iustam exequendo, vel defendendo proximum, vel quouis alio iusto modo.

1 Respondeo, quod nos docuimus in Man. confess. ^a quod Episcopus non potest; sed non probauimus id vlla ratione, remittentes ad numerum 240. pro quo tamen facit còsuetudo totius orbis petendi illà à Papa, & quod nullo canone illa potestas sit Episcopo, & quod nò sit illa etià, in ^b sess. Conc. Trid. quia per illud datur potestas dispensandi super irregularitate descendente ex delicto, hæc autem non descendit ex delicto. & quod non obstat, quod potest Episcopus dispensare super irregularitate illicitè contracta; ergo à fortiori in contracta licitè: quia irregularitas bigamiæ sine peccato contrahitur, & tamen certum est Episcopum nò posse super ea dispensare. Tum per stylum Curia. Tum quia nec Papa dispèsat, nisi rarissimè, & maxima cum difficultate, & dilatione.

2 Tum quia (quæ noua ponderatio est) cap. illud *liceat*. excipit irregularitatè ex homicidio voluntario, nulla facta mentione de irregularitate ex bigamia; & non alia ratione, quàm quia hæc non nascitur ex delicto; & consequenter habuit eà pro excepta; eo quod non nascitur ex delicto; & consequenter irregularitatem, quæ non nascitur ex delicto, Episcopus tollere nequit. Tum quia hoc tenet Speculator ^c & probatur irrefragabiliter in cap. *aliquant*. ^d quatenus punit eorum etiam ordinatores, quos non puniret, si dispensare possent; quoniam dispèfando poterant ordinare. Tum quia Legatus licet possit dispensare in omnibus, in quibus possunt ordinarij, non tamen potest in alijs, nisi specialem habeat ad id facultatem, vel aliquo canone ei specialiter concedatur, qualis non est cap. præfatum *liceat*. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium voluntarium quadruplex, quorum primum nec peccatum, nec irregularitatem inducit, secundum vero irregularitatem tantum, tertium vtrumque, dispensabile tamen, quartum vtrumque & indispensabile.*

CONSILIVM XL.

NCVM multis alijs auctoritate publica bannitos insequendo, aliquot ex eis occidit, postea volens ad ordines promoveri super hoc quosdam consuluit, à quibus respòsum accepit, quod stante decreto Concilij Tridentini ca. 7. de reform. sess. 14. nec ordinari, nec dispensari poterat. Quæritur quid iuris.

1 Respondeo primo, hunc D. consulentem esse irregularè, & consequenter sine dispensatione Apostolica non posse ascendere ad ordines. ^e

3 Secundo, quod qui responderunt non posse cum eo dispensari, videntur fuisse ad hoc moti ea ratione, quod visa sunt eis prædicta homicidia voluntaria; & quod Concilium Tridentinum, ^f negat dispensationem super homicidio voluntario.

Tertio dico, quod quicumque sint, si satis perpenderit, quadruplex est homicidium voluntarium. Primum, quod nullatenus est peccatum, nec vllam penitus irregularitatem infligit, quale est commissum ab eo, qui aliter mortem suam vitare non valet, iuxta clemen. 1. 8. Secundum, quod etiam non est peccatū sed inducit irregularitatè, quale est, quod iudex iustè iudicando, vel quis proximum iustè defendendo, vel miles iustè bellando committit. ^g Tertium est, quod est peccatū, & inducit irregularitatem, sed committitur sine volutate directa occidendi, excedendo moderamen inculpate tutelæ, vel aliàs illicitè, de quo loquitur ^h Concilium Tridentinum. Quartum, est, quod est peccatum, & fit per insidias voluntate directa occidendi, de quo loquitur idè Concil. ⁱ Itaq; dicèdū, quod primū horū nò indiget pœnitentia, nec dispensatione; quia neq; est peccatū, neq; inducit irregularitatè. Secundū non indiget pœnitentia, sed dispensatione; quia licet non sit peccatum, inducit irregularitatem, vt dictum est, sed facile

A dispensatur. Tertium indiget pœnitentia, & dispensatione; quia est peccatum, & inducit irregularitatem, & difficilius in eo dispèfatur, quàm in secundo, sed finis præfati canonis permittit dispensationem. Quartum est peccatum, & inducit irregularitatem, super qua negat dispensationem prædictus canon, quatenus ait, *Perpetuo careat*. & quatenus in fine permittit dispensationem super tertio, negando à contrario sensu illam super quarto, iuxta regulam, *Qui de vno dicit, de alio negare videtur*. ^a

Quarto, quod per prædicta est clarū, quod licet præfatus D. consulens sit irregularis, eius tamen irregularitas est facile dispensabilis, & quotidie in sacro Pœnitentiariæ prætorio super ea dispensatum est, me ipso præfente. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Irregularitas dispensabilis tamen incurritur etiam ex culpa sua leui, etiam admissa in sola omissione; qualis est illius, qui domum rediens archibusum rota non flexa super scamnum deposuit, vnde casu pueri mors fuit subsequuta.*
- 2 *Suspensus ab altaris ministerio non est ob id suspensus à beneficio, vel fructibus illius.*
- 3 *Irregularis ex homicidio, ac etiam à iudice ab altaris ministerio suspensus, beneficij etiam curati antea obtenti titulum retinet, & fructuum administrationem.*

CONSILIVM XLI.

IOANNES presbyter, & parochus ecclesiæ Sancti Iacobi loci de Natuga Vrgellensis diœcesis, ex eo, quod de anno 1583. Hugonottingressi fuerunt per montes Pyrenæos Comitatum Rosilionis, & Ceritania Vrgellensis diœcesis in numero octingentorum, vel mille, occidendo, captiuando ecclesias, seu templa diruendo, imagines Sanctorum abolendo, sacramentum Eucharistiæ euicendo, multaque alia facinora perpetrando, coactus fuit ipse, & alij sacerdotes, ceterique homines arma deferre ad patriæ defensionem; & inde euenit, quod quadam die, cum dictus Ioannes iret cõfessum, & domus illius per aliquod itineris spatium distaret, & segetes ante ostium permagna adessent, & redeundo secum tormentum manuale, siue archibusum attulit, & cum domum peruenisset, super quodam scamno posuit galitto non flexo; & quidam puer, nescitur quo spiritu ductus, fibulam, rotæ tetigit; vnde alius puer occisus fuit, in scio omnino & nolente dicto oratore. Super, quo sententiã reportauit à suo ordinario à quo, donec absolutionem à Sede Apostolica obtineret, ab altaris ministerio suspensus, & ad ecclesiam Beatæ Mariæ Virginis Montis Serrati pedester proficisci, ac ab officialatu Ceritania per annum exulare, elemosynas que largiri, & patri pueri de functi tringinta aureos dare iussus fuit, vt in sententia prædicti Officialis continetur. Quæ omnia prædictus orator adimpleuit, & per biennium & quatuor menses suspensus ab altaris ministerio extitit. Quibus præmissis, à D. V. R. quæritur.

Primum, vtrum orator sit irregularis, & in quas pœnas incurrit.

Secundum, casu quo sit irregularis, & in pœnas incurrit, quibus rationibus orator possit facilius à Sanctissimo absolutionem obtinere.

Tertium, vtrum suspensus ab altaris ministerio, nulla mentione de fructuum receptione facta in sententia à suo ordinario, possit fructus percipere ex præbenda.

Quartum, vtrum suscipiens suspensus de licentia sui ordinarij fructus præbendæ, indebitè percipiat, præcipuè cum aliud non habeat, vnde se alere possit.

AD PRIMAM QVÆSTIONEM videtur dicendum D. consulentem incurrisse irregularitatem, eo quod sequuta fuit mors hominis ex facto eius illicito propter culpam, quam videtur incurrisse ob negligentiam commissam in non flectendo rotam, quando deposuit super scamno bombardulam prædictam, per ea, quæ nostradimus post alios in Manu. confess. ^b sed non incurrit irregularitatem fluentem ex homicidio indispensabili, de quo in eodem Manu. ^c sed fluentem ex homicidio casuali, de quo ibidem, super quo passim dispensatur.

AD SECVNDAM respondetur, quod ratio, quæ

maximè

^a Cap. 27. nu. 217.

^b Cap. liceat. de refer. 24.

^c De dispensat. §. nũcbrũ uiser. nu. 3. d. 51. dist.

^e Cap. fin. de temp. ordm.

^f Sess. 14. c. 7.

^g De homici.

^h 1. dist. c. 1. e. sententiam sanguinis. ne clericus vel monachi.

ⁱ In fine capite 7. sess. 14.

^k In principio præfati cap. 7.

^a Cap. nonno. de præsumpt. & l. cum prætor. ff. de iud.

^b Cap. 27. nu. 210. ^c Eod. ca. nu. 239.

maxime mouere potest S.D.N. ad dispensandum, est, quod prefata irregularitas est orta ex homicidio valde casuali, & ex opere, quod non videtur illicitum ex commissione delicti admitti in committendo, sed in omitendo, quod est longe leuius, quam quod admittitur in committendo, iuxta glossam solennem receptam, non enim admisit dolum, sed culpam satis leuem, & quae alicui iudici videri potuisset non sufficere ad inducendam tantam irregularitatem, attentata necessitate, quae tunc erat, vtendi armis; de quo non disputo: quia sententia, si sit in rem iudicatam. Altera ratio, quae mouere potest ad dispensandum, est, quod D. consulens est rector Ecclesiae parochialis, & fuit valde obediens in adimplendo sententiam satis duram.

2 AD TERTIAM respondetur, quod sic: quia variae & diuersae sunt suspensiones ab altaris ministerio, & suspensio a beneficio, vel fructibus beneficii, iuxta glossam solennem quae magna est, quae probat, non esse extendendam suspensionem ad diuersa, qualia sunt ministerium altaris, & fructus beneficii: & a diuersis non fit illatio, praeterquam ad ampliandam poenam.

4 AD QUARTAM respondetur, quod sic, praesertim in casu proposito, in quo agitur de fructibus beneficii ante irregularitatem quaesiti, cuius nec titulum, nec administrationem fructuum tollit irregularitas superueniens, iuxta dictum Innocentij communiter recepti. Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Beneficium post irregularitatem obtentum vt suum retinere nemo vilo tempore potest: at quia restitutio est actus affirmatiuus, ideo illa arbitrio boni viri potest aliquantulum ex causa differri.
- 1 Praecepta negatiua obligant semper, & ad semper.
- 2 Praeceptum de restituendo, quae ex parte affirmatiuum est, obligat quidem semper, sed non ad semper.

C O N S I L I V M X L I I.

VTRVM homicida, vel alius irregularis retinere sine peccato possit beneficium quaesitum post irregularitatem ante dispensationem obtentam; & quid interea debet facere?

1 Respondeo, quod non potest retinere vilo tempore ante dispensationem illud beneficium tamquam suum, sicut nec fur potest vilo tempore retinere rem furto subtractam tamquam suam, quia praeccepta negatiua obligant semper, & ad semper, secundum Archidiaconum, & praecceptum de non furando quatenus continet praecceptum de non retinendo aduenum pro suo, est negatiuum, & ita obligat semper, & ad semper seruandum.

2 Posset autem retinere praedictum beneficium aliquo tempore boni viri arbitrio moderando, tamquam non suum, cum voluntate relinquendi quam cito commodè & honestè potest: quia praecceptum de restituendo, & relinquendo rem alienam, est saltem ex aliqua parte praecceptum affirmatiuum; & quatenus est tale, obligat quidem semper, sed non ad semper per praedictum dictum Archidiaconum, vbi supra desumptum ex S. Thoma, qui pulchram diuersitatis rationem inter praecceptum negatiuum & affirmatiuum reddit, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Homicida licet sine dispensatione non possit ordines suscipere, nec beneficia acquirere, nec actus peculiare & appropriatos aliquorum ordinum exercere, num. 5. potest tamen antea obtenta beneficia retinere, num. 2. illique etiam si sit canonicatus, deservire cum alijs in choro officium canendo, cum & laici id permittatur, num. 5.
- 2 Taciturnitas beneficii obtenti licet regulariter vitiet impetrationem secundum, ac dispensationem super pluralitate a Papa obtentam, non tamen vitiat illam gratiam, qua Papa ei concedit, vt vnum, vel plura vsque ad honestam sustentationem possit obtinere beneficia, num. 3.
- 4 Falsitatis omnis expressio, qua Principem ad facilius concedendum mouet, vitiat gratiam; at talis veri taciturnitas vitiat solum in illis casibus, in quibus ita iure cautum reperitur.

C O N S I L I V M X L I I I.

HENRICVS homicida, iam diaconatu legitime insignitus, habens & possidens vnam canonicam Ecclesiae cuiusdam collegiatae, impetrauit a Papa dispensationem obtinendi beneficia simplicia non requirentia ordinem, quae suo victui sufficerent, quae sine altaris ministerio posset tenere, non facta mentione quod haberet praefatam canonicam.

Quaeritur primo, an praefata dispensatio valuerit. Secundo, an esto valuerit, vel non valuerit, possit deseruire praefatae canonicae.

1 Pro parte affirmatiua primae quaestionis facit primo, quod praefatus consulens non perdidit ipso iure illum canonicatum, quem ante homicidium legitime quaesuit, vt scribit Innocentius & communis, Felinus, & alij alibi saepe: & ita non indigebat dispensatione ad retinendum, sed tantum sublatione irregularitatis ad se ordinandum, & ad alia beneficia obtinenda.

2 Secundo, quod non obstat, quod in impetratione beneficii quaerendi sit facienda mentio de beneficio iam quaesito, quia in casu proposito non loquimur de impetratione beneficii, sed de re habilitazione ad illud, vt palam est.

3 Tertio, quod etiam non obstat, quod in impetranda dispensatione ad beneficia debet fieri mentio de beneficio quaesito, quia illud cap. non agit de impetratione habitatis vel rehabilitatis ad beneficia, sed de impetranda dispensatione ad renendam pluralitatem beneficiorum, & ita de alio genere dispensationis, ex quo non potest inferri ad aliud.

4 Quarto quod non obstat dicere quod Papa difficiliter concessisset praefatam dispensationem, si expressisset quod haberet canonicam. Tum quia non videtur id esse verum: quonia verisimilius est, quod potius concessisset retentionem illius, quam obtentionem nouam aliorum. Nec obstat, quod non concessisset habitatem ad nouè quaerenda: quia id negari potest; nam eo quod concessit ad quaerenda non solum vnum, sed plura simplicia, quae sufficerent ei ad honeste viuendum, vtique hoc concessisset, etiam si expressisset quod haberet canonicam: quia si illa ei sufficiebat, nihil concedebat; & si illa non sufficiebat, tanto minus concedebat, quanto minus egebat habendo illam canonicam. Tum quia licet omnis expressio falsi, quae mouet principem ad facilius concedendam gratiam, efficiat eam ipso iure nullam, non tamen omnis taciturnitas veri, quod expressum redderet principem ad difficilius gratiam concedendam, reddit ipso iure nullam, sed tantum taciturnitas illius veri, de quo iure cautum est, vt non expresse illo gratia sit nulla, vt resoluit Rota, & Felinus, quos sequimur in Manual. confessi. & in commentar. de datis & promissis.

5 AD SECVNDAM, videtur pro parte affirmatiua facere, quod, vt praedictum est, per homicidium & irregularitatem superuenientem non vacauit canonicam, & quod irregularitas per sola separata ab excommunicatione, interdicto, & suspensione non videtur impedire actum canendi & psallendi, nec alios, qui non sunt peculiare & appropriati actus ordinum, secundum mentem Innocentij, nullo enim iure videtur probari, quod irregulari non liceat canere, & psallere in choro, & pronuciare per se, & cum alijs officia diuina, modo absteineat se ab actibus proprijs ipsorum ordinum. Tum quia per definitionem eius a nobis traditam in Man. confessi. constat irregularitatem esse quidem impedimentum ad accipiendum ordines, & ad vtendum acceptis, quatenus sunt ordines, non tamen ad vsum eorum officiorum, quo laici vt possunt: at laici licite possunt canere & psallere in choro & extra illum officia diuina; ergo & irregularis idem facere posset. Tum quod nemo dicit illegitimum, caecum, monoculum, manu, pede, aut aliquo alio membro mutilatum peccare canendo vel psallendo in choro vel extra illum, immo vsum communis vrbis & orbis contrarium seruat.

S Y M M A R I V M.

- 1 Paria sunt aduertere, & aduertere debere, sicut scire, & scire debere.
- 1 Inaduertentia causa actus excusat a peccato, si sit probabilis, sed

a In l. si mora. verb. facto. ff. soluto matr.

b Cl. suspensio. de poen. c. l. Papia. nu. ff. de minoribus. d. Cap. poen. de poen. dist. 1.

c In cap. cum nostris. de con. cas. prob.

f Arg. c. l. de reg. iur. li. 6. g. Ca. sape. de restit. spol. h. Cap. si peccauerit. 2. q. 1. c. in summa de poen. d. 5.

i 2. q. 39. ar. 2.

a Ca. clericus. verbo priuatur. me clericus vel monachus. b Ca. cum no. stris. de coes. prabens. c Cap. inquisitionis. da acc. quae. d Cap. si proponente. de rescrip. c. si motu. de pra. lib. 6. e Ca. non potest. de pra. lib. 6. f Le. Papia nu. ff. de minoribus.

g Arg. quae admodum. de inuentu.

h Leg. c. si legibus. c. si contra iur. vel util. c. super licentis. de rescrip. in nouis dec. 31. de rescrip. k Cap. postulationis. colu. 4. eod. tit.

l Cap. 22. nu. 80. m Num. 48.

n Cap. fin. de excess. b. pral.

o Ca. 27. nu. 191.



nō validat actum. n. 2. nec excusat à restitutione nulliter accepti. & num. 3.

- 2 Peccator non tenetur sub pœna noui peccati de peccato, quod nunc auertit à se commissum, conteri, nec confiteri ante tēpus confitendi à iure statutum.
- 2 Dispensationem querat in irregularitate tonsuratus, vt priuilegio gaudeat.
- 3 Irregularis tonsurā sumens, nullam censuram, nec irregularitatem incurrit.
- 3 Irregularis, sicut ad beneficia, ita & ad pensiones ecclesiasticas ex stylo Curie est inhabilis.
- 3 Pensionis nulliter obtenta reuvalidatio requirit, vt qui primo consensit, in primo adhuc daret consensu.

CONSILIVM XLIV.

DE IVDICE, qui postquam damnauit quemdam ad mortem, & post executionem sententiæ, non aduertens se esse irregularem, primam tonsuram accepit, & pensionem.

1 Respondeo primo, prædictum iudicem consulentem videri peccare; quia tenebatur aduertere, & paria videntur esse aduertere, vel debere aduertere, sicut scire, & debere scire.

a L. quod te, ff. de reb. sig.

Secundo, quod talis posset esse inaduertentia, vel incogitantia, quod excusaret à mortali: si enim certus est, quod non suscepisset tonsuram, si aduertisset, & si erat purus legista, & non audierat saltem valde serio, quod per iustum iudicium sanguinis incurritur irregularitas, vt fere communiter laici putant, non videretur peccasse mortaliter.

b Dist. 5. cap. 1. & 2.

2 Tertio, quod non erat obligatus sub pœna peccati noui petere dispensationem, immo neque ad habendam contritionem illius peccati, neque ad illud confitendum, vsque ad tempus, quo ea tenetur habere, & facere, per ea quæ nos in principio de pœnit. b & in manu. Confess. c tradimus.

d Cap. sententiam. ne clerici vel monac.

Quarto, quod tenetur impetrare dispensationem, si vult prædicti ordinis priuilegijs gaudere ascendendo ad alios ordines; quia est irregularis ob prædictam sententiam, & eius executionem. d

e Arg. e. vel non est compos. de temp. ordin.

Quinto, quod per prædictam ordinis assumptionem non videtur incurrisse, solo iure communi attento, excommunicationem, neque suspensionem, neque irregularitatem. e

Sexto, quod de stylo Curie non potest irregularis obtinere pensionem ecclesiasticam, plus quam beneficium simplex; & ita tenetur relinquere pensionem, vel obtinere à Papa dispensationem super irregularitate cum retentione pensionis ei constitutæ, narrata prædicta ignorantia, & inaduertentia, & quod qui cōsensit permanet in illo consensu: quam, vt puto, facile dabit S. D. N. pius, & magnificus: per quam dispensationem excusabitur etiam, vt puto, à restituendo quod percepit. Intellego hæc, si pensio fuit quæ sita post irregularitatem; quia quæ sita antea non perditur per illam, sicut neque beneficium, per dictum solemnem Innocentij in ca. cum nostris de concess. præb. Salua, &c.

Aduerte ne ex quarto dicto inferas hunc irregularem si nolit ascendere, posse gaudere priuilegio ordinis in irregularitate accepti.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispensat Episcopus cum homicida voluntario quo ad beneficiū saltem simplex, licet non quo ad ordines saltem sacros, nec curatum, nisi quo ad iam obtentum.
- 2 Dispensandi contra canones inferiori Papa concessa potestas, causa cognitionem, & iustam requirit causam.
- 3 Dispensandi potestas fauorabilis est, licet dispensatio sit odiosa.

CONSILIVM XLV.

AN EPISCOPVS possit dispensare cum canonico, qui commisit homicidium voluntarium vt possit stare in choro, & lucrari ea, quæ alij lucrantur in eo, & interesse Capitulo, & habere vocem actiuam, & passiuam in eo?

f De clerico. pugn. in duell. g Cap. 1. eiusdem tit. ad iud. de prædicta cap. 2.

1 Respondeo primo, nihil certum esse, quod Episcopus potest dispensare cum homicida, etiam voluntario, quo ad beneficium saltem simplex, iuxta cap. 2. f quod in hoc est iuris optimum, secundum Ananiam ibi: licet non posset dispensare quo ad ordines saltem sacros. g

Secundo, quod etiam potest dispensare quo ad beneficiū curatum iam antea habitum, licet non ad nõue habendum,

vt concordando opiniones cōtrarias dixit Philippus Decius, a quem sequuti fuimus in Man. b

a In cap. ut si clerici. §. 1. n. 10. de iudic. b Cap. 27. nu. 230.

2 Tertio, quod in casu proposito non agitur de dispensatione Episcopi, vel Archiepiscopi facta quo ad ordines, præsertim sacros, sed tantum de potestate Archiepiscopi dispensandi quo ad beneficium ante irregularitatem obtentum: & cōsequenter, quod Archiepiscopus poruit illam facere iusta de causa. Dico, iusta de causa: quia omnis dispensatio permessa inferiori Papæ contra canonem, est facienda cum causæ cognitione, & iusta de causa, iuxta glossam solemnem receptam, c & latius notata in cap. at si. d & ante omnes Innocentium, e & ex concordia duorum dictorum eiusdem Innocentij, quorū alterum dixit in cap. veniens. f & alterum in c. diuersis fallacijs. g quæ ibidem conciliat Panormitanus.

c In c. requisitis. §. nisi ri gor. l. 9. 7. d §. 1. de iudi. c In ca. dudū. 2. nu. 10. de elec. f De filijs presbyt. g De cler. con. sig. h De cle. pug. in duell. i De simon.

3 Quarto, quod potestas Episcoporum dispensandi cum homicida quo ad beneficium non est restringenda, quoad beneficium simplex: quia prædictum caput secundum, h generaliter loquitur de beneficio, vt Anannias & Decius præ alijs notauerunt, & non est restringendum, vt ibi voluerunt restringere Hostiensis, Cardinalis & Panormitanus, eo quod dispensatio sit odiosa: quia textus non agit de dispensatione, vt pulchre dixit ibi Anannias, sed de potestate dispensandi, quæ est fauorabilis, & amplianda, vt probatur in cap. fi. i vbi vtiliter de hoc scribit Felinus: & ita satis superque est restringere illud quo ad beneficium curatum habendum, vt restringit Decius. Salua, &c.

Aduertendum primum dictum non procedere modo in casu Cōc. Trid. sess. 14. c. 7. vt notat idem Nauar. citato cap. 27. nu. 240. vers. quarto.

S V M M A R I V M.

- 1 Abortum factus non animati procurans non incurrit irregularitatem, secus si animati, qualis secundum communem in Penitentiaria foro receptam est masculus 40. femina vero 80. dierum, in daboque præsumitur masculus. num. 2.
- 2 Dubitans an abortus ab ipso consultus, qui creditur sequutus, esset factus animati, & an mulier ob eius consilium abortiuerit, vel non, debet se in conscientia reputare irregularem, licet secus in foro exteriori.
- 3 Dispensatio irregularitatis ex abortu procedens est petenda à Papa.

CONSILIVM XLVI.

QVID AM sacerdos, postquam subolefecit quamdam mulierem ex se concepisse, eidem multoties consuluit, vt daret operam abortiendi; quilibet certo nesciat an d. mulier eius consilio abortiuerit, vt tamen putatur; cum sequutus ille fuerit, dubitat an sit irregularis, maxime quia nescit an factus esset animatus.

1 Respondetur primo, quod d. consulens presbyter peccauit mortiferè toties, quoties desiderauit, & rogauit prædictā mulierem, vt abortiret, & quoties placuit ei abortus iā factus, & magis quoties consuluit ei, vt abortiret.

Secundo, quod si factus nondum erat animatus anima rationali, quando fuit factus abortus; non incurrit irregularitatem.

2 Tertio quod communis opinio, quam sequitur sacra Penitentiaria, tenet id quod glossa dixit, k scilicet factum masculinum informari anima rationali lapsis 40. diebus, factum autē femineum 80. & si dubitatur an sit masculus, an femineus, præsumendum esse animatum post 40. dies; quia pars securior est eligenda, iuxta cap. iuuenis. l & sentit prædicta glossa pro quo videtur casus in cap. ad audientiam. m vbi communis resolutio habet, eum qui dubitat an contraxerit irregularitatem debere iudicare se irregularem; licet iudex, coram quo accusaretur, debeat in dubio eum absolueri, iuxta cap. cum sunt iurapartium obscura. n

k In princ. §. d.

l De sponsal.

m De homici.

n De reg. iur. lib. 6.

Quarto, quod ex prædictis sequitur id, quod dolenter respondeo, prædictum d. consulentem debere iudicare se irregularem. Tum quia certum est, eum, qui facit, vel iubet, vel mandat, vel rogat, vel consulit abortum, si sequatur ille, esse irregularem secundum omnes. Et prædictus consulens est certus, quod consuluit abortum; & satis certus quod fuit cōsequutus ille: & licet nõ sit certº omnino, quod ille fuit sequutus, neque quod prædicta mulier abortiuit propter consilium eius neque an factus esset animatus, quia nescit an esset masculus, vel femineus; probabiliter tamē dubitat, an prædicta

mulier

mulier abortiret ob consilium eius, an non, & an foetus fuerit animatus, an non. Ergo iudicare se debet irregularem.

3 Quinto, quod etiam ex praedictis sequitur, dictum consulentem consulere sibi debere per dispensationem Papae, ad quem solum pertinet huiusmodi irregularitatis dispensatio, & petere illam in sacra Penitentiaria, &c.

Aduerte, quia modo in materia abortus seruanda est constitutio Sixti V. qua capis ligare die 2. Decemb. 1588. cum modificatione facta per S.D.N. Greg. XIII. pridie Kal. Iunij 1591.

S V M M A R I V M.

1 Credere se non irregularem potest, qui suspicanti se gravidam ad abortum faciendum iamdum consuluit sanguinis minutionem: qui tamen nescit, nec audivit, an ex dicta emissione sanguinis abortus fuerit.

2 Consulentes suis amissis abortum, eo sequuto, solent ab eis deinde de effectu sequuto cerciores fieri; quo cessante, signum est illum non subsequutum.

CONSILIVM XLVII.

AN QVI consuluit ei, cum quare habuit, & quae dixit post quadraginta dies putare se pregnantem factam, ut minueret se sanguine, quo abortiret, quam sciuit se minuisse sanguine, sed nihil penitus de effectu talis minutionis, nec de abortu sciuit, & post multos annos ordines suscepit, an inquam irregularitatem contraxerit?

1 Respondetur, quod D. consulens potest probabiliter credere se non incurrisse irregularitatem; attento quod nesciuit an praedicta N. fuisset praegnans, sed tantum suspicatus fuit, eo quod illa se suspicari dixit. Tum quia licet periculosum sit gravidam minuire sanguine, non tamen est certum eas minutas sanguine abortire, nec mori. Tum quod, quando aliquis huiusmodi effectus sequitur, solet amico sic consulenti aliquo modo significari; & nullus rumor de his ad se in tanto tempore aduenit. Tum quod filius natus in adulterio potest credere probabiliter se non esse filium adulteri, sed mariti; licet mater dixerit ei illum fuisse ex adultero conceptum, secundum etiam omnes. & sic D. consulens (sua qua iustior fuerit sententia) potest scrupulum suum deponere, & credere se non fuisse irregularem. &c.

Vide consil. 48. sequens.

S V M M A R I V M.

1 Credere quis non tenetur cuilibet asserenti aliquam mulierem abortum fecisse, ad effectum credendi se irregularem.

2 Saltans clericus, vel cursitans licite & honeste cum muliere pregnantem, qua postea abortiuit, si saltatio fuit adeo leuis, ut verisimiliter non deberet praesumi ex ea sequi abortum, non tenetur se reputare irregularem; secus, si saltatio fuit illicita.

CONSILIVM XLVIII.

CLERICVS primae coenae in choreis cum muliere quadam pregnante saltauit, quae postea etiam cum alijs hominibus saltauit, qua audiuit postea abortum fecisse. Praeterea cum ipse quadam die nescio quid in manibus haberet, vxor sui fratris, quae paucis antea diebus marito erat tradita, voluit illud in manibus eius surripere; quod ut faceret, mensam quamdam illius cubiculi, eum insequendo, circuiuit aliquoties; ex quo mota, ut credit, defessa facta abortiuit; licet non sit ita certum, cum paulo ante esset matrimonio coniuncta. Dubitat, an ex praedictis sit irregularis.

1 Respondeo primo, quod praedictus, qui saltauit cum praedicta muliere pregnantem, non debet se iudicare irregularem propter praedictum abortum, si nescit: nec obligatur credere, quod abortiuit, eo quod a quouis dicatur, iuxta illud, *Quis cito credit, leuis est corde.* & cap. non solum. *b* nec etiam si nouerit foetus erat animatus anima rationali, hoc est, si abortiuit ante quadraginta dies a conceptione, *c* neque si adeo modestè saltauit, quod non est verisimile, quod saltatio fecerit abortire, *d* neque si saltatio fuit licita, & honesta, per ea quae in nostro Manu. tradimus. *e*

Secundo respondeo, quod si credit, vel debet credere eam abortisse post quadraginta dies a conceptione, & quod saltatio illa non fuit ita leuis, quod non potuerit esse causa illius abortionis, vel saltatio fuit illicita, debet se iudicare irregularem,

a Eccl. 19.
b Primo. 11. q.
3.
c Arg. cap. ad omnia s. dist.
d Arg. s. quia non est verisimile. de praesumpt.
e Cap. 27. n. 210. & 220.

A per ea quae tradimus in duobus locis supra citatis, concludendo, quod omnis, qui facit aliquem actum illicitum ordinatum & directum suapte natura, vel intentione agentis ad mortem, fit irregularis, consequuta illa: & saltatio praedicta cum muliere pregnantem est actus suapte natura ordinatus & directus aliquo modo ad abortum, & mortem, ut palam est. Idemque dicendum arbitror de secundo abortu.

S V M M A R I V M.

1 Dans consilium & remedia ad abortum pregnantem, qua postea puerum bene natum occidit, tunc demum efficitur irregularis, si illa ex dicto consilio fuit ad occidendum mota: quia dictum consilium malum aliquo modo dirigebatur in dictam occisionem, num. 4. alias non num. 5. & primo adberendum certum, num. 4. in dubio autem adberendum est affirmatiue, n. 3. nec consulens, si mulier ex ipso erat gruidam, potest tunc credere eidem asserenti se non ex dicto consilio motam; cui posset alius extraneus credere. nam. 2. & 6.

6 Credere mulieri asserenti se non ex consilio consulenti abortum motam ad puerum natum occidendum, potest exterus, cuius occultatio prolis non intererat, sed non pater.

CONSILIVM XLIX.

RELIGIOSVS quidam & sacerdos consuluit cuidam pregnantem ut abortiret, & tradidit, vel docuit media, quibus id faceret; quae licet adhibuisset, non tamen abortiuit; sed postquam bene peperit, occidit puerum natum. Quaeritur, an sit irregularis.

1 Respondeo, non videri eum irregularem, si mulier non erat facta praegnans ab ipso consulente, saltem quo ad forum exterius: quia illa non fecit quod ipse consuluit, nec praesumeretur in illo foro, quod ex consilio abortiendi fuit consequuta occisio, quoniam a se paratis non fit illatio, *a* & valde separata sunt abortio, & occisio filij iam bene nati, tum ratione grauitatis delicti, tum ratione modi delinquendi, tum ratione finis delinquendi: quia abortio est aptior occultationi delicti, quam praetendebat consulens, quam occisio iam nati, ut palam est.

2 Maius dubium videtur esse, si mulier fuit facta praegnans ab ipso religioso; quoniam eo casu magis attinebat ad ipsum religiosum occultatio, quam in alio; & ita praesumi posset, quod mulier magis fuisset mota ad occidendum propter consilium consulentis, quam alias; quia magis expediebat ei occultatio.

Ad quod respondeo primo, distinguendum esse, an sciatur quod mulier illa fuit ad occidendum mota aliquo modo per praefatum consilium, aut scitur quod nullatenus fuit mota per illud, aut dubitatur.

3 Secundo, quod in dubio censendus est praefatus N. irregularis. Tum quia irregularitas contrahitur ex homicidio secreto ex actu illicito procedente, qui aliquo modo erat directus in illud homicidium; ut nos serio resoluimus in Manu. conf. *b* & constat consilium in praesenti casu datum fuisse illicitum, & aliquo modo ordinatum in illam occisionem: quia etsi non fuit ordinatum in specie ad occisionem hoc modo faciendam, fuit tamen ordinatum ad occisionem in genere eiusdem pueri. Tum quod iubens percutere alium cum protestatione ne occideret, si iustus percutere occiderit, efficitur iubens irregularis, *c* & tamen iubens noluit ut iustus occideret; sed quia iussit percutere illicitè, quod erat aliquo modo directum ad occidendum, censetur irregularis; ergo a fortiori videbitur is religiosus talis, cum consuluerit illicitè aliquid directum ad occidendum praefatum puerum.

4 Tertio, quod a fortiori censendus est irregularis, si scitur quod praefata mulier fuit mota ad occidendum aliquo modo per consilium praefatum.

5 Quarto, quod si scitur praefatam mulierem nullatenus motam fuisse ad occidendum partum per consilium praefatum, non est censendus irregularis in foro conscientiae: quia non occidit puerum, nec fuit causa propinqua, nec remota, ut ipsa occideret illum: & ita cessant omnia iura, quae possunt induci ad hoc, ut ipse dicatur contraxisse irregularitatem: & cessante causa cessat effectus. *d*

6 Quinto, quod si mulier non fuit facta praegnans ab ipso

a Leg. Papi-
mianus. ff. de
memoriis.

b Cap. 27. n.
218.

c Ca. si. de ho-
micid. lib. 6.

d Ca. si. ref.
sacro. de ap-
pella.

religioso,

religioso, facile posset credi ei dicenti nullatenus fuisse mota per eius consilium, non autem si fuit facta pragnans ab ipso; quia occultatio partus multum pertinebat ab ipso; & ita difficile est credere, quod occidit filium vtriusque, nullo habito respectu ad consilium patris, & desiderium eius, ut occultaretur.

a Arg. c. quia verisimile de prajump.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus, qui voluntarie opem fert homicidio aliis de se iusto, est quidem irregularis, sed non indispensabilis. & num. 3.
- 2 Homicidium voluntarium tunc demum contrafacientem & opitulanti inducit irregularitatem indispensabilem, si sit iniustum contra legem iustitiae, at si sit iustum, inducit quidem irregularitatem, sed dispensabilem, etiam si fiat cum peccato, puta quia fit cum odio, vel a clerico. & num. 3.
- 3 Homicida iniustus & voluntarius ut quis sit requiritur transgressio legis iustitiae, non tantum charitatis.
- 3 Miles cum peccato occidens, seu spolians hostem in bello alioquin iusto non tenetur ad restitutionem, nec incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario.

C O N S I L I V M L.

TH E O D. clericus, qui reum denunciat, accusat, seu ad damnandum ultimo supplicio adiuvat, an sequuta morte, seu deformatione, incurrat irregularitatem indispensabilem ex homicidio voluntario procedentem, & an teneatur ad aliquam restitutionem?

1 Pro affirmativa facit, quod opitulatus est iniuste facienti, vel iubenti facere homicidium voluntarium.

Pro negativa, quae tenenda est, facit, quod tunc demum incurrit illam irregularitatem, quando voluntarie facit homicidium iniustum, vel opitulatur ad illud: quia licet hic iniuste opitulatus fuerit ad homicidium, non tamen ad homicidium iniustum, sed iustum. & sic respondeo ad argumentum positum.

3 Nam nec iudex, qui malo animo aliis iuste, hoc est rite & recte ad vindictam priuatam damnat maleficum ultimo supplicio, neque qui malo animo accusat, denunciat, vel aliis opitulatur ad illud, talem irregularitatem, nec obligationem ad restituendum damnum incurrit: quia licet peccet contra legem caritatis, non tamen contra legem iustitiae, cuius transgressio requiritur, ut dicatur homicida iniustus, & voluntarius, & obligatus ad restitutionem, & ut tam dura irregularitate notetur; sicut & miles, qui animo & sine malo, sed in prelio alioqui iusto occidit, vel spoliat hostem, peccat quidem contra caritatem, sed non contra legem iustitiae, & ideo non tenetur restituere, ut in nostro Manu. diximus, nec incurrit hanc, de qua loquimur, irregularitatem, ut in dict. Man. licet aliam sic, quae habetur in d. Manu. d

b Cap. 15. nu. 12. & seq. c Cap. 27. nu. 210. d Cap. 600. n. 219. & seq.

D E T O R N E A M E N T I S.

S V M M A R I V M.

- 1 Torneamenta periculosa etiam prouocatus ingrediens, si etiam se defendendo occidit, adeo iudicatur peccator, ut si moriatur in eo, careat ecclesiastica sepultura: at si hoc quod ingrediatur sit duellum, ex decreto Conc. Trid. est excommunicatus, irregularis, & alias meretur penas.

C O N S I L I V M I.

PR O V O C A T V S N. ad torneamenta iuit, & in eis se defendendo aduersarium occidit. Quiritur, an penas incurrat.

1 Respondeo, quod qui prouocauit, seu iuit ad actum illicitum, & ad illam occisionem, ordinatum, ut est duellum, peccator est, & excommunicationis, & bonorum presumptionis, ac perpetuae infamiae poenam incurrit, & dignus est qui condemnatur, ut homicida, & suspendatur, & careat ecclesiastica sepultura, si ibi occidatur, iuxta Concilium Tridentinum, sic & qui in torneamentis periculosis & illicitis occidit alium, defendendo se cum tanto moderamine inculpatae tutelae, quod sufficeret ad excusandum eum ab homicidio, si extra illa inuasus occideret: qui tamen prouocauit ad illa, vel prouocatione acceptauit, & iuit ad illicitum torneandum, adeo iudicatur peccator, ut careat ecclesiastica sepultura, licet confessus & communicatus moriatur. f

e Cap. 1. p. sess. 25 f Ca. 1. de torneament.

D E A D V L T E R I I S, E T S T V P R O.

S V M M A R I V M.

- 1 Adulter ad recipiendam coniugem adulteram cogi potest.
- 1 Iudex ex officio ob salutem animarum cogere potest coniuges adulteros, ut ad euitandum periculum fornicationis simul cohabitent.
- 2 Iudex ex officio maritum religionem ingressum potest, ad euitandum incontinentia peccatum vxoris, qua licet dicto ingressui consenserit, tamen erat iuris ignara, nec continentia voto se obligauit, a monasterio reuocare.

C O N S I L I V M I.



V I R & vxor adulterabant; tandem vxor sponte recessit, & adhaesit adultero; vir admittit concubinam, qua eiceta petit absolui: & quia non potest induci, ut vxorem repetat, vel ut ei indicet se paratum eandem reuertentem recipere; licet dicat confessario, quod eandem reuertentem recipiet; Dubitatur, an debeat absolui, & quid agendum.

1 Respondeo primo, certum esse, quod tam ille, quam illa potest cogi ad recipiendum coniugem, non obstante adulterio: quia cum vterque admiserit illud, mutua compensatione sublata est exceptio inde nata.

Secundo, quod iudex ex officio potest ipsos compellere fauore animarum suarum, ut vitent periculum fornicationis, vel adulterij, quo iam fuerunt maculati. Tum quia iudex potest uti officio suo nobili in utilitatem publicam, & in utilitatem miserabilium personarum, & alia pia; qualis est salus animarum, iuxta doctrinam Bartholi ab omnibus receptam. b

2 Tum per ea, quae in specie citat Panormitanus. c Tum per id quod ipsemet ait, d scilicet, quod iudex potest ex officio suo reuocare maritum religionem ingressum de consensu quidem vxoris, sed quae erat iuris ignara, neque emisit votum continentiae, & hoc ad vitandum incontinentiae mulieris peccatum.

Tertio, remedium huic proposito casui aptissimum esse videtur, impetrare ab ordinario, ut ex officio faciat eos, ut iure tenentur cohabitare.

a Cap. intell. ximus. de adulter.

b In l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de ad. no. in se. c In c. consanguinei. nu. 7. de sen. & re iud. d In c. 1. de co. uers. coniug. num. 8.

D E R A P T O R I B V S.

S V M M A R I V M.

- 1 Raptor non est, quem virgo vltro sequitur, licet eam stupret.
- 1 Virginem etiam per vim stuprans, si illam ad alium locum non adduxit, poenam raptus non incurrit.
- 2 Raptus non admittitur sine violentia, nec sine eo quod mulier de loco ad locum transferatur, num. 1. sufficit tamen, si exitus persuadeatur muneribus datis, vel promissis.
- 3 Inuita dicitur, quae in stuprum, adulterium, vel egressum de loco ad locum consensit, si ad id fuit persuasa muneribus datis, vel promissis.

C O N S I L I V M I.



Q V A E D A M virgo capta amore cuiusdam iuuenis, cum illum transeuntem per callem & viam de fenestra vidisset, exiuit de domo, & abiit post eum ad domum ipsius, vbi voluntarie etiam ab eo carnaliter est cognita; & abiit. Dubitatur, an iuuenis inciderit in penas. e Concilij Tridentini. f

1 Responderetur, quod praefatus iuuenis non incidit in penas d. Concilium, & eo quod non potest dici raptor: quia rapina, vel raptus, ut capitur in illo loco, h significat ablationem violentam, qua femina ab vno loco ad alium trahitur, ut sentit D. Thomas, i Tum quia per illam legem dixit Paulus Castrensis, k quod statutum puniens morte rapietam virginem, non habet locum in eo, qui etiam per vim stuprauit virginem in aliquo loco, si eam non transferret ad alium locum; quem refert, & sequitur allegas in hoc multos Hippolyt. l quorum vterque citat Gandinum attestantem ita fuisse iudicatum Bononiae. Tu quia aliud est stuprum, aliud raptus ex D. Thoma, m & efficacius §. item eadem lege Iulia. n per quae receptum est ab omnibus, quod qui virginem consentientem solum stuprat, non adducendo eam ad alium locum, non censentur committere raptum, nec debet puniri poena raptus, sed poena stupri, quae longe alia est, & minor, ut colligitur ex d. l. vnica, & ex dicto §. item eadem lege. Cum ergo iste iuuenis eam non abstraxerit,

e Cap. 6. f Sess. 24. g Cap. 6. h Cap. 6. i 2. 2. q. 86. a. 9. & clarus qu. 154. ar. 7. in corpore, & ca. de raptoribus. 36. q. 1. l. sed eximendi. ff. no. quis eum qui in ius vo. k In l. raptus. C. de epif. & cler. l In l. vnica. C. de rap. vir. num. 12. m Dico a. 7. n Et §. in autem. l. 1. de publ. iur.

& in actu copulae consenserit ipsa virgo, potest quidem dici stuprum commississe, non autem raptum. & ideo poena d. Concilij non est extendenda ad istum iuuenem stuprum, cum poena non debeat extendi, & secundum D. Thomam & Theologos, & Iuristas, stuprum est species luxuriae, diuersa ab alia specie luxuriae, quae dicitur raptus, & suo genere minus peccatum, quam raptus.

2 Nota, quod raptus non admittitur sine violentia, quia verbum, rapere, sonat violentiam, vt sentit l. si eximendi. vbi Angelus id expresse notat, quem refert & sequitur Ioannes ab Anania, dicens eum, qui vult probare raptum, debere ita articulare, vt violentiam factam concludat: quamuis videatur sufficere persuasio exeundi a domo patris, ipsa volente, per munera data, seu promissa, ex mente Angeli quatenus ait, eum, qui allexit uxorem alterius ad adulterandum muneribus, vel promissis, dici posse adulteratum fuisse illam inuita.

SVMMARIVM.

- 1 Raptus dicitur, qui contra voluntatem patris de eius domo abstrahitur, licet ipsa consentiat.
- 2 Raptor non potest raptam ducere, nisi postquam fuerit ab illo separata, & in tuto loco posita.

CONSILIVM II.

IOANNE S rapuit Brancalonam patri, ipsa tamen volente, & consentiente, cum qua sine ulla solemnitate Concilium Tridentinum contraxit matrimonium. Postmodum mota lite a patre, fuit lata sententia contra praedictos Ioannem, & Brancalonam. Queritur quid iuris.

1 Respondeo primo, matrimonium praefatum inter praedictum Ioannem & praedictam Brancalonam fuisse nullum. Tum quia raptus non potest raptam ducere in uxorem, nisi postquam separata fuerit ab illo, & in tuto loco posita libere & voluntarie consenserit in raptorem, iuxta & Concilium Tridentinum. Tum quia non fuit seruata forma necessario seruanda, quam praefatum Concilium induxit: b quia non affuit praesens parochus legitimus, nec presbyter de licentia eius, & quia consensus puellae, vt raperetur, non sufficit vt non dicatur rapta: quia vt dicitur talis, sufficit vt contra voluntatem patris de domo eius sit abstracta, siue id fiat de voluntate puellae, siue contra voluntatem eius, vt tradit S. Thomas receptus, i ex quibus sequitur, sententiam latam contra Ioannem & Brancalonam fuisse iustissimam.

SVMMARIVM.

- 1 Raptus sine violentia committi non potest; quam tamen intulisse censetur, qui per munera data, vel promissa, puella persuadet, vt nolente patre de domo exeat, & ad ipsum veniat: incurritque iuris infamiam ex sacro Concilio, ipso iure sine alia iudicis declaratoria; quae licet sit mater irregularitatis, nu. 4. non tamen tenetur qui eam irregularitatem contra se exequi, antequam per iudicem precipiatur: vnde videtur quod possit beneficia recipere ecclesiastica. num. 8.
- 2 Intellectus Concil. Trident. sess. 24. de reform. matrimon. cap. 6. num. 4. & 6.
- 3 Infamia facti tollitur quidam per solam vitam emendationem, secus de infamia iuris, quae non est irregularitas, sed illius mater.
- 4 Excommunicationis poenam tenetur qui contra se exequi, nec sufficit emendatio, nec appellatio, sed requiritur expressa absolutio, ad hoc vt liberetur.
- 5 Poenam incursum ipso iure contra se regulariter nemo tenetur exequi, donec a iudice iubeatur solvere. fallit in censuris, ac quibusdam irregularitatibus, & inhabilitatibus.
- 6 Infamia illius poena, de qua in extranag. Greg. XIII. qua incipit, Ab ipso, non videtur talis, vt contra se ipsum, antequam a iudice iubeatur, exequi teneatur.
- 7 Dispensationem petens super irregularitate incursum, quia ligatus ministravit, vel quia rapuit mulierem, non tenetur exprimere quoties rapuerit, vel ministraverit; nec eam petens super defectu natalium, aut pro homicidio, quod in dicta irregularitate ministraverit.
- 8 Dispensationem petens super infamia incursum propter raptum, non tenetur mentionem facere de incestu commisso cum rapta.
- 9 Falsi expressio mouens principem ad facilius concedendum viuat gratiam, & taciturnitas non nisi in casibus, in quibus iura dictam requirunt expressionem.

A 8 Infamis infamia iuris an sit capax beneficiorum remissive, videtur que quod non impediatur, antequam per iudicis sententiam infligatur haec poena.

CONSILIVM III.

RESPONSVRVS non nihil ad praefatas quaestiones ingenue fateor has quaestiones inuolutiores esse, quam quibus ego in praesentia satisfacere possum, nec vsquequo absoluiam commentarium iam pridem promissum, ceptum, & deductum vsque ad vltimam partem super cap. fraternitas. dicam autem aliqua ad eas facientia.

1 Primum quidem, quod videri potest alicui nullum raptum fuisse admissum in casu proposito: quia non praesupponitur in eo violentiam vllam fuisse adhibitam. Solum enim dicitur Mariam bis exisse domum amore Petri, quod non concludit factam fuisse illi violentiam, & non potest esse raptus, sine violentia, & quod verbum, rapere, significat violentiam, vt sentit l. si eximendi. vbi Angelus id expresse notat, quem refert & sequitur Ioannes ab Anania, dicens, eum qui vult probare rapinam, ita debere articulare, vt concludat violentiam factam; quamuis videatur sufficere persuasio exeundi a domo patris, nolente patre, per munera data, vel promissa, secundum mentem Angeli, quatenus ait, eum qui allexit uxorem alterius ad adulterandum muneribus, vel promissis, dici posse adulteratum esse illam inuitam. at in casu nihil etiam de tali persuasione narratur.

2 Secundo, quod infamia iuris non videtur tolli per solam emendationem vitae: nec nos in loco, vbi citamur, dicimus hoc de infamia iuris, sed solum de infamia facti; & infamia, quae nascitur ex raptu, saltem hodie post Concilium Tridentinum supra citatum, infamia iuris est, cum ipso iure absque iudicis ministerio incuratur, vt habet praefatum Concilium, & ideo infamia raptus, de qua loquimur, non videtur tolli per solam emendationem vitae.

3 Tertio, quod dominus doctor non responderet expresse ad primam quaestionem in responsione ad ipsam, sed ad accessoriam illi, scilicet an raptor teneatur exequi contra se poenam infamiae; quae longe grauior quaestio est: & videtur in sua responsione significare non teneri eum exequi poenam excommunicationis contra se, si fuerit emendatus; quod in aduertenter videtur dictum: nam excommunicationem quilibet excommunicatus tenetur seruare, quia affert secum executionem, quae etiam per appellationem non potest impedi, & neque vlla emendatione vitae, nec satisfactione tolli vel suspendi potest, donec a superiore tollatur per absolutionem expressam, iuxta glossam celebrem & receptam, h quae hanc differentiam ponit inter excommunicationem & alias censuras: nec nos, vbi citamur, dicimus tale quidquam de excommunicatione, sed de sola infamia facti.

4 Quarto, quod dominus doctor praesupponit infamiam esse irregularitatem, cum tamen defendi possit potius esse causam illius; sicuti homicidium non est irregularitas, sed causa illius secundum omnes. vnde nec Concilium praefatum diffiniuit raptorem esse irregularem, sed infamem, & excommunicatum.

5 Quinto, quod verum est nos semper fuisse in ea sententia, quae habet neminem teneri regulariter ad soluendam poenam ipso iure incursum in foro conscientiae, donec iubeatur solvere; sed fallere illam in sententijs censurarum, quia secum trahunt executionem; & etiam in illis; quae secundum mentem expressam vel tacitam auctoris afferunt illam, sicut censuram, vt diximus in cap. non liceat. i qualis mihi videtur poena cap. licet canon. & alioquot inhabilitates, & irregularitates, de quibus tracto in d. com. cap. fraternitas. An autem omnis infamia ipso iure incursum sit huiusmodi non dixi in extranagante ab ipso, vbi citor a domino doctore, sed tantum, quod illa infamia per S. D. N. inducta non videbatur huiusmodi.

6 Sexto, quod pro responso domini doctoris dato ad secundam quaestionem facit illa determinatio Innocentij, scilicet, quod in dispensatione irregularitatis incursum ab excommunicato, qui frequenter celebravit in excommunicatione, non oportet exprimere multas illas vices, quibus sic male celebravit: neque illegitimus tenetur exprimere celebrationes, quas fecit manens illegitimus, in impetratione irregularitatis, quam patitur ob illegitimitatem, neque alij irregulares, qui celebraverunt in irregularitate, sed satis est exprimere irre-

a Cap. 6. b Leg. si praes. ff. de pona. cap. poena. de pona. dist. 1. c Arg. cap. de raptoribus. 36 qua. 1. & l. Cod. de rapto vir. diff. qui est qui in ius vocat. e In rubr. de raptorib. f In auth. de leuonib. §. fin. col. 9.

h Ca. 6. de re for. matrimon. ff. 24. b In c. 1. eiusdem tituli.

i 2. q. 154. ar. 7.

a 21. q. 2.

b Ar. c. de raptorib. 36. q. 1. & l. unica C. de rapto vir. gium. c ff. ne quis est qui in ius vocatus est. d In rubr. de rapto. e In auth. de leuonib. §. fin.

f Cap. 6. de re for. matrimon. ff. 24.

g Cap. pastoralis. §. veru. de appellat. & c. 10. qui de sententia excomm. lib. 6. h In clem. 1. verbo. donec. de decimis.

i 2. q. 154. ar. 7.

k De elect. li. 6.

l 12. q. 2.

m Notab. 31.

n In ca. si celebrat. de clerico excommunicato nisi.

a Cap. 27. nu. 194.

b 32. de res. in nom.

c In c. quare lam. de iur. iur. a nu. 4.

d ff. de spons. eibi & in l. 2. ff. de iurisd. omni. iud.

gularitatem illam solam. cuius dicti nouam rationem vsque ad nos à nemine redditam reddidimus in Manual. conf. fl. a & ita sufficeret ad valorem dispensationis super irregularitate ob raptum contracta exprimere, quod fecit, raptum, non exprimendo vices, quibus rapuit, quando saltem circa vnam solam frequenter raptum commisit.

7 Septimo, quod apparet mihi verius raptorem in impetratione dispensationis infamiae ex raptu contractae non teneri ad faciendam mentionem de incestu cum rapta commisso: quoniam licet omnis expressio falsi, quae faciliorem reddit principem ad reddendam gratiam, reddat illam subreptitiam; non tamen omnis taciturnitas veri, quae idem facit, reddit illam subreptitiam, sed solum illa, qua tacetur verum, quod iura iubent exprimi in talis gratiae impetratione, iuxta decisionem Rotae, b & nullo iure cauetur vt in impetratione dispensationis super infamia raptus fiat mentio criminum raptoris.

8 Octauo dico, tangendo responsum domini doctoris ad quartum, quod licet res grauius contouertatur, an collatio beneficii infami facta valeat, nos tamen sumus in sententia Cardinalis quam late refert, & defendit Felinus, c cui fortè potest adici illa noua ratio, quod crimina inducentia infamiam ipso iure non inducunt immediatè irregularitatem, sed infamiam matrem eius, quae parit illam: & ita, vt superius insinuauimus, quo ad forum conscientiae non ligat illa irregularitas, donec à iudice infligatur, per praefatam glossam singularem praefat. cap. fraternitas. quamuis arbitret, vt supra insinuauimus, quod infamia iuris non tollitur per solam emendationem vitae.

Quae omnia praefati doctoris domini mei, & cuiusuis melius sentientis censuræ submittimus, sperantes fore, vt in praefato commentario cap. fraternitas. hæc cum aliquot alijs eis affinis altius expendamus.

S V M M A R I V M.

- 1 Prohibito vno, & id censetur prohibitum, per quod ad illud peruenitur, modo prohibitio sit perpetua, & in vitroque militet eadem ratio. nu. 2.
- 1 Prohibito matrimonio, prohibentur etiam sponsalia: & hoc, quando prohibitio, seu impedimentum est perpetuum, seu subest eadem ratio; aliàs non nu. 2. Vnde, cum secundum ius civile quod tamen non habet locum de iure canonico, nu. 3. in fine) senatoribus, & eorum filijs perpetuo prohiberetur, nec cum quibusdam personis matrimonia contraherent, etiam sponsalia censebantur prohibita. nu. 3. & hoc saltem ex mente legis, nu. 5. Et cum Concil. Trid. limitando ius antiquum, ideo statuerit, ne inter raptorem, & raptam existentem in potestate raptoris, possit contrahi matrimonium, quia non videtur adesse liber consensus ad matrimonium contrahendum necessarius; hacque ratio militet etiam in sponsalibus requirentibus pariter consensum liberum; sequitur vt pari modo & sponsalia censentur prohibita. nu. 4. E contra autem, licet idem Concil. prohibeat volentibus matrimonium contrahere, ne sine paracho contrahant; non tamen censetur prohibuisse similiter sponsalia sic contrahi: quandoquidem nec eadem ratio militat in vtriusque, nec prohibitio matrimonij est perpetua; cum, qui clandestine contraxerunt, possint iterum coram paracho contrahere. nu. 1. & 3. Item licet iure civili praesidi sit prohibitum, ne in sua prouincia contrahat matrimonium, non tamen prohibetur contrahere sponsalia. nu. 1. quia prohibitio erat ad tempus, scilicet durante officio, & non perpetua. nu. 2.
- 6 Lex exorbitans, seu limitans ius commune, ex similitudine rationis, immo etsi sit etiam pœnalis, ex indentitate rationis extenditur.

CONSILIVM IV.

AN quemadmodum non valet matrimonium inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa manserit in potestate raptoris, vt habetur in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. ita etiam non valeant sponsalia?

Ad hanc quaestionem respondeo, quod pro parte affirmatiua, quod scilicet etiam sponsalia sint nulla, videtur primo casus in l. oratio. a quatenus probat, prohibito matrimonio, etiam prohiberi sponsalia.

Secundo id, quod Bartholus notat ex ea, c quod prohibito vno, censetur prohibitum id, per quod peruenitur ad illud.

A Tertio, quod prohibitus alienare, prohibetur facere actum, ex quo sequitur alienatio, vt constat ex glossa recepta. a Vnde prohibitus alienare, prohibetur compromittere, per quod potest peruenire ad alienationem. b

Quarto, quod statutum prohibens alicui vendere, videtur prohibere promissionem de vendendo facere, vt post alios consulit Decius. c

Pro contraria tamen parte facit primo l. si quis officium. d quatenus habet rectorum prouinciae, qui prohibetur ducere uxorem in ea, non prohiberi contrahere sponsalia.

Secundo facit e Concilium Tridentinum, f quatenus annihilat matrimonium contractum aliter, quam praesente paracho, & duobus vel tribus testibus: & quod communiter dicitur, & nos diximus in Manual. g quod sponsalia contracta publicè, siue clandestinè in absentia parochi valent etiam hodie post Concilium Tridentinum & ita probat matrimonio prohibito non prohiberi sponsalia.

Tertio, quod pœna imposita contrahenti matrimonium non censetur imposita contrahenti sponsalia, iuxta glossam receptam iuncto textu. h

2 His pro vtraque parte consideratis, pro resolutione constituendum videtur primo, quod praedicta l. oratio. quatenus probat matrimonio prohibito prohiberi sponsalia, & prohibito vno prohiberi praambulium ad illud, non habet locum, nisi quando eadem ratio militat in matrimonio, & sponsalibus, & in prohibito, & praambulio eius, & tunc sic, vt determinat Cynus, quem Salicetus & omnes sequuntur, i & Alexander, k in fine, quem sequitur Decius, l & probatur per l. si quis officium. m & per d. l. i. n adiuncta praedicta l. oratio.

Secundo constituendum est, quod praedicta l. oratio. quatenus habet, matrimonio prohibito, prohiberi sponsalia, non habet locum, nisi quando matrimonium perpetuo prohibetur, siue quando impedimentum est perpetuum, & non quando impeditur ad tempus, siue quando impedimentum est temporale, secundum Dinum, o quem inter alios sequitur Decius. p

Tertio indaganda est ratio; qua praedictum Concilium Tridentinum limitauit ius commune antiquum ca. fin. q per quod ea ratione licebat raptæ, si vellet, nubere raptori, quia secundum canones antiquos, quos Gratianus citat, r post pœnitentiam, purgationem, & satisfactionem, raptis id licebat, vt pulchrè Gratianus ipse, s determinauit.

3 Quarto constituendum, quod ratio limitandi illud non fuit, quod perpetuo prohiberetur contractio matrimonij inter raptorem, & raptam, iuxta l. iniuriam. t Tum quia lex illa quo ad hoc non est seruanda iure Pontificio, per iura praedicta. Tum quia ipsummet Concilium permittit contractionem, posteaquam rapta exierit domum raptoris; & fuerit assequuta plenam libertatem contrahendi, vel renuendi; & ita inducit impedimentum temporale, & non perpetuum.

5 Quinto, quod ex hoc sequitur, quod per d. l. oratio. v non potest concludi, sponsalia, de quibus quaeritur, esse nulla: quia lex illa, quatenus habet non posse contrahi sponsalia ab his, qui non possunt contrahere matrimonium, nõ habet locum, quando impedimentum est temporale, sed solum quando est perpetuum, vt dictum est qua eadem ratione defenditur, quod x Concilium Tridentinum annullans matrimonium contractum in absentia parochi, non annullat sponsalia; quia matrimonij non prohibetur perpetuo inter aliquos, eo quod prohiberetur fieri in absentia parochi, cum fieri possit in eius praesentia.

6 Sexto, quod non videtur etiam ratio limitandi ius antiquum fuisse illa, qua nititur prohibitio matrimonij inter senatores, & liberos eorum, cum quibusdam personis. Tum quia illud impedimentum est perpetuum: vt enim tradit Cynus, quam Salicetus & alij sequuntur, y id fuit statutum, ne senatorum, & liberorum eorum dignitas vilesceret, iuxta l. semper. z nec est receptum iure Pontificio. Tum quia raptor & rapta frequenter sunt æqualis dignitatis.

7 Septimo, quod ratio limitandi videtur fuisse, quod consensus raptæ praestitus in domo raptoris, vel extra eam, donec assequatur plenam libertatem, non est satis liber ad contrahendum matrimonium, quod plenam libertatem requirit, a quae ratio ita militat in sponsalibus, ac in matrimonio; quia sponsalia etiam plenam requirunt libertatem secundum omnes.

a In leg. si is a quis. §. ea lege. ff. de verb. obligat.

b Cap. cum rē poro. de arbis. c Com. 502. n. 2.

d ff. de rit. nu. 2.

e Cap. 1. f Sess. 24.

g Cap. 25. nu. 144.

h In cle. 1. de consang.

i In dicta l. i. Co. si rector prouinc.

k Conf. 194. lib. 2.

l Dicta l. 2. sub finem.

m ff. de rit. nupt.

n C. si rector prouinc.

o In c. cū quid vna via. de reg. iur. lib. 6.

p Leg. 2. ff. de iur. omni. iud. sub finem.

q De rap. r 30. quest. 2.

s In §. prohibetur. sub ca. apud omnino sentem.

t C. de ra. vir.

v ff. de spons.

x Cap. 1.

y Dict. l. i. C. si rector prouinc.

z ff. de rit. nu. 2.

a Ca. cum locum. de spons.

Octauo,

Octavo, ex hoc sequitur, quod licet l. oratio. quatenus habet, matrimonio prohibito propter impedimentum perpetuum, videri sponsalia prohibita, non concludat, vt dictum est, per prohibitionem Concilij temporariam videri prohibita sponsalia: tamen quatenus probat, prohibito vno videri prohibitum praeambulum, in quo est eadem ratio; concludit; prohibito matrimonio inter raptorem & raptam, donec raptam fuerit in domo raptoris, & donec assequatur plenam libertatem, censeri prohibita sponsalia, donec maneret intra domum, vel extra, & non assequatur plenam libertatem: quia, vt dictum est, defectus liberi consensus ita impedit sponsalia, ac matrimonium.

5 Per quod patet responsio formalis ad quaestionem propositam, & etiam concordia pro vtraque parte allegatorum. Nec obstat, quod aliqui dixerunt, quod prohibitio matrimonij, de qua in dicta l. oratio. per nouam extensionem Iuriconsulti extenditur ad sponsalia, ad quae antea non extendebatur, ob illa verba, Vt suppleatur quod orationi deest, quia ex mente Decij, a qui huic obstaculo responderet, clarius responderi potest, contextum eius non loqui de supplementatione quo ad mentem & sententiam, sed solum quo ad supplementationem verborum, hoc est, quod Iuriconsultus declarari ibi mentem & propositum Imperatorum prohibentium matrimonium inter senatores, & liberos eorum, cum quibusdam personis, fuisse etiam prohibere sponsalia, licet verbis id non expressissent.

6 Non obstat etiam, quod praedictum b Concilium Tridentinum est ius exorbitans a iure communi, & limitans illud, vt supra dictum & probatum est; & quod iura exorbitantia non sunt extendenda de vno casu ad alium, c & consequenter, quod cap. illud loquens de matrimonio non debet extendi ad sponsalia: non inquam hoc obstat. Tum quia ius limitans aliquid extenditur ex similitudine rationis ad casum similem, vt efficaciter & singulariter probatur per cap. cum delicta. d & alia multa, quibus ibi Decius illud confirmat: & in proposito nostro non solum inuenitur ratio similis, sed etiam eadem, vt supra probatum est: & ex identitate rationis non solum iura exorbitantia, & limitatoria, sed etiam poenalia extenduntur, iuxta glossam singularem, e & late tradita ibi per Dominicum, & Francum post Antonium. f Salua, &c.

DE FURTIS. SVMMARIUM.

1 Surripientes aliqua ab ijs, de quibus probabiliter credunt quod rogati darent, non peccant mortaliter, licet credant quod nolent clam accipi: vnde possunt absolui, etiam si non habeant propositum abstinendi.

CONSILIVM I.

QVAERES mulieres debiles, sibi ipsis victum quaerere non valentes, & mendicare erubescerent, cum sint honestae conditionis, visitant propinquas suas etiam pauperes, sed non aequae, vt ipsae sunt, & alternis diebus auferunt eis bucellam panis, vel aliquid simile. Queritur, an id eis liceat.

1 Respondeo id non licere, nisi credenti probabiliter, quod amica, vel propinqua illa, cui subtrahit, esset contenta, si subtractionem nosset, iuxta l. inter omnes. b & qui crederet eum, cui surripit, contentum iri, vt acciperet, non peccaret mortaliter accipiendo, etiam si crederet, quod nollet quod acciperetur ei clam, vt post Adrianum, & Caietanum diximus in Manual. confess. h Quod sequitur, mulierem, quae acciperet illa panis frustula, credens quod domina eorum gratis daret, si peterentur ab ea, posse absolui sine proposito omnino abstinendi; quia non oportet poenitentem habere propositum omnino abstinendi a venialibus, sicut a mortalibus, vt diximus in d. Manual. Confess. i post S. Thomam. k

SVMMARIUM.

1 Restituere tenentur ancilla, quae diem modicum in pauperes bona fide erogant clam dominis; nisi domini talis essent conditionis, quod probabiliter rogati vel pauperibus, vel ancillis ipsis id concessissent, vel nisi omnia simul iuncta non essent notabilis quantitas; immo secundum auctorem, etiam si facerent notabilem quantitatem, modo eo non essent animo, vt per modicum ad vnum notabilem peruenirent.

a In d. conf. 502. & dicta l. 2. & in c. 24. concupiscit. de consis.

b Cap. 6.

c Cap. qua. a iure. de reg. iur. lib. 6.

d De confir. v. sil. vel ius.

e Cap. 1. ver. bo Italia. de temp. ord. in 6.

f In ca. fin. de consuetud.

g 5. re. ff. de furtis.

h Cap. 17. nu. 139.

i Cap. 11. nu. 24. k 3. par. 4. 87. art. 1. & 4.

2 Furtum subtrahere; grauius est peccatum, quam furtum subtraham retinere.

CONSILIVM II.

ANCILLAE per multos annos inuitis dominis clam singulis diebus modica quaedam dederunt pauperibus, credentes hoc minime prohibitum: quorum omnium minimorum summa simul collecta ascendit ad notabilem quantitatem. Dubitatur, an teneantur restituere de suo.

1 Respondeo primo, quod non tenentur restituere, si domini earum essent talis conditionis, & habitus, vt probabiliter credere possent, quod ipsi consensissent eis, si petissent licentiam dandi parua illa pauperibus, vel dedissent ea, si fuissent petita ab eis, etiam si nolissent, vt clam eis illa darentur, per responsum ad praecedentem quaestionem.

2 Secundo, quod teneantur restituere, si domini essent talis conditionis, quod non dedissent licentiam praedictam, neque illa per se dedissent pauperibus petentibus ea, secundum communem opinionem, quam nos quoque sequuti fuimus in Manual. confess. a cum quadam limitatione notabili, quae ibi videri potest.

3 Tertio, quod secundum nostram particularem opinionem putamus probabile, quod numquam teneantur restituere illa parua sub poena peccati mortalis, etiam postquam peruenerint ad notabilem quantitatem, si numquam, percipiendo illa parua, intendunt peruenire ad illam; ratione illa firma, quod magis peccat, caeteris paribus, qui capit, quam qui retinet, b & quod qui capit illa parua sine intentione perueniendi ad illam quantitatem notabilem, non peccat plusquam venialiter.

SVMMARIUM.

1 Pueri coquina de mandato illius praefecti eius amicis deferentes ea, quae si sciret dominus prohiberet, nisi desistant, non sunt absoluedi, etiam si ob id cum damno essent de domo euicendi.

CONSILIVM III.

PRAEFECTVS coquinae habet sub se pueros, quibus dat aliqua comestibilia, alicuius tamen valoris, clam deferenda aliquibus amicis suis; crediturque, quod, si dominus sciret, prohiberet. Pueri obiurgati a confessorijs respondent, Noshuic praefecto cogimur parere, & nisi pareamus, vel si hoc reuelabimus, malo nostro de domo euicemur. Dubitatur quid agendum cum dictis pueris.

1 Respondeo, quod praedicti pueri, qui credunt, vel credere debent peccare suum praefectum mortifere mittendo praedicta donaria suis amicis, peccant etiam ipsi deferendo illa: & ita debet eis praecipere, ne deferant, propter obedientiam, quam Dei legi debent, sperantes ab eo, qui diues est in omnibus, compensationem tam in bonis animae, quam in caeteris arguorum, quae de ministris peccatorum diximus in nostro Manual. confess. c

SVMMARIUM.

1 Furtum subtraham bona fide de loco ad locum portans mulio, & in via illa furtiua cognoscens, ne de suo cogatur satisfacere, non furi, si ab eo ad dominum probabiliter creduntur non peruentura, sed domino consignet, modo id sine suo possit detrimento.

CONSILIVM IIII.

MVLIO bona fide portabat quaedam res de loco ad locum; in via cognouit dictas res furto sublatas, & tamen perfecit iter. Dubitatur, an teneatur de suo restituere.

1 Respondeo, quod praefatus mulio tenetur res illas restituere illi, qui eas sibi commendauit, vt nos tradimus in Manual. d Et ita si ipse portauit illas ad locum, ad quem portare promisit, & reddidit personae, cui reddere promiserat, satisfacit, saltem quo ad forum conscientiae, e nisi probabiliter crederet, quod qui eas ei commendauit, numquam restitueret domino: nam tunc, si absque magno detrimento suo id facere posset, debet restituere domino: & si restituerit ipsi, qui eas ei commendauit, debet monere dominum, locum, & personam, vbi, & penes quam sunt: & si restituerit domino, debet monere eum, qui eas sibi tradidit, quod restituit domino: & si reddiderit furi, cum deberet reddere domino, vel detinere penes se sine detrimento suo, tenebitur restituere de suo

a Cap. 17. nu. 139.

b Ca. f. de restitu. spoli.

c Cap. 17. nu. 19 & c. 24. n. 23.

d Cap. 17. nu. 29. e Arg. l. bona fide. ff. de possit.

2 Lib. 4. q. 7. art. 1. de iust. & iur.

domino; sed ad precipiendum hoc ei, diligenter sunt circumstantia rei & personarum perpendenda, vt ex predicto loco Manual. & ex Dominico Soto. a

S V M M A R I V M.

- 1 Furtum committens in finem seminandi discordias, duo committit peccata mortalia, alterum materialis furti, alterum formalis discordia notabilis.
- 2 Monitorio promulgato contra detinentes & scientes non satisfi, nisi qui habent domino restituant, & qui sciunt ita reuelant, vt ad quos spectat, eorum possint se iuuare testimonio. & num. 5.
- 3 Restitutio rei subtracta ita facienda est, vt veniat ad manum domini, a quo fuit subtracta; nec sufficit, si clam in eius domum proiciatur, nisi etiam ad ipsum perueniat: alioquin furtum etiam in vtroque foro tenetur restituere. num. 4.
- 4 Furtiuam rem a fure acceptam furi tenetur restituere, nisi sit presumendum quod ab ipso ad dominum minime perueniet, quia tunc melius est restituere domino.

CONSILIVM V.

QVIDAM, animo seminandi discordiam inter maritum, & uxorem, & socrum, bona quaedam furati sunt, quae postea archipresbytero dederunt, vt ea restitueret; is vero intra domum praedictorum secreto posuit, nescitur tamen, an ad manus dominorum peruenierint. Dominus excommunicationem a Papa contra bonorum detentores, & scientes, & non detegentes obtinuit; archipresbyter occulte praemissa manifestauit Episcopo, Episcopus autem manifestauit socru.

Quaeritur primo, quod peccatum commiserint dicti fures. Secundo, an in excommunicationem inciderint.

Tertio, an, depositione praedicta facta in manibus archipresbyteri sic postea reponentis occulte in domo non obstante, teneantur restituere.

Quarto, an fures conditione furtiva teneantur ad restitutionem.

Quinto, an furibus, seu parti archipresbyter teneatur restituere.

Sexto, an scientes, reuelando Episcopo, satisfecerint.

Quaestiones praefatae iustum libellum, ad iustam eorum resolutionem, requirere videntur: quod ipse occupatissimus praestare nequeo, sed breuiter & simpliciter absque ampliori disputatione respondebo.

1 AD PRIMAM quidem, proculdubio eos mortaliter bis peccasse: Primum materialiter peccatum furti; quia contredauerunt rem alienam inuito domino. Secundo peccauerunt formaliter peccatum discordiae notabilis ex circumstantia finis: quia in finem seminandi grandem discordiam inter maritum, & uxorem, & socrum, inter quos magna concordia procuranda erat, furari curauerunt.

2 AD SECUNDAM, imitando Scaeuolam, qui secundum ea sola, quae proponebantur, respondere solebat, respondeo, eos incidisse in excommunicationem Papalem, si ante lapsum terminum monitioni praefixum, nihil ultra id, quod in casu proponitur, fecerunt: quoniam excommunicatio Papalis, quam appellant significauit, habet Papam iubere, vel committere iussionem ordinario, vt infra certum terminum restituant, qui rem detinent, & qui non detinent, sed sciunt, id manifestent coram iudice, vel persona in literis Papae vel commissarij expressa, vel nominata; ita vt per eius dictum iuuari possit, qui excommunicationem impetravit: & praefati fures nec restituerunt, nec confessi fuerunt se habere, nec accepisse furto subtracta intra terminum praefixum.

3 AD TERTIAM responderetur, eo modo esse illa restituenda, ac si non fuissent in domum praefatam proiecta; nisi probetur ea peruenisse ad dominum rerum subtractarum: quia restitutio requirit, vt res in pristinum statum reponantur; & furtum non censetur repositum in quo erat statum, donec perueniat ad suum dominum: & per praefatam projectionem non constat res proiectas in potestatem earum domini venisse, vt palam est.

6 AD QVARTAM responderetur, fures teneri ad restituendum domino in vtroque foro: in foro quidem exteriori actione furti; & conditione furtiua: in interiori autem, quia non remittitur peccatum, nisi restituarur ablatum.

AD QUINTAM responderetur, quod archipresbyter

A tenetur restituere furibus iure stricto actione depositi; quia deposuerunt illa apud eum, & praefati fures non erant tales, & suspecti de fuga, vel de voluntate non restituendi verisimili; quo casu interdum satisfaceret, immo melius faceret restituendo domino, quam furi.

5 AD SEXTAM responderetur, quod aut sacerdos, qui manifestauit Episcopo, satisfecit excommunicationi Papali, & Episcopus sancte potuit reuelare illud focri, cuius intererat illud scire: quia Papa, vt supra insinuauit, iubet, aut committit iussionem reuelandi huiusmodi furta male ablata, ad hoc, vt hi, quorum interest, eiusmodi reuelatione uti possint: & ita poterat optimo iure, immo tenebatur Episcopus reuelare, quod si sacerdos ille non reuelauit Episcopo eo modo, quo posset ille reuelare his, quorum intererat, non satisfecit excommunicationi Papali.

S V M M A R I V M.

- 1 Restituere viator, qui ad mendicitatem, & alia viarum incommoda vitanda, aliquid furto subtraxit, quod adhuc, vel illius pretium habet, cogendus est.

CONSILIVM VI.

REGVLARIS quidam peregrinus, cum nihil haberet, in via nactus occasionem furto quaedam sustulit, ad hoc, vt in patriam sibi redcunti prouideret, vitaretque erubescientiam mendicandi, ac alia incommoda, quae patiuntur facientes iter. Quaeritur, an sit cogendus restituere, & quid si rem vendidit, sed habet pretium; & quid, si sit laicus.

1 Respondeo, quod proculdubio tenetur restituere, siue sit laicus, siue ecclesiasticus, & est cogendus, per tradita a nobis in nostro Manual. confess. a quae facile videri possunt.

DE VSVRIS.

S V M M A R I V M.

- 1 Vidua & orphani vt certum lucrum ex pecunijs accipere valeant statui non potest, nisi societas per tres contractus fiat, vt & caetera permittitur.

CONSILIVM I.

VÉRITVR, quomodo possit statui, vt viduis & orphanis dentur quatuor, vel quinque pro centum ab eis acceptis.

1 Ad hanc quaestionem respondeo, quod modus licitus, quo viduis, & orphanis, immo & quibuslibet alijs dentur quatuor pro centum quotannis, est ille, quem nos pingimus & declaramus in Manual. confess. b & in comm. super cap. si fuerit aucto. c qui fit per viam contractus societatis, cum assignatione fortis principalis & capitalis pro pretio iusto, & cum assignatione certi lucri pro incerto facta etiam pro pretio iusto; quod non fundo hic latius, quia ibi potest videri satis late supradatum, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Mons pietatis, qui deponentibus soluit quatuor pro 100. & a pauperibus mutuatarijs exigit eadem quatuor, & alia duo pro expensis, non peccat, nec ratione illorum duorum, quae iuste exiguntur pro dictis expensis, num. 6. neque ratione aliorum quatuor, quae ideo accipiuntur, vt ea soluantur deponentibus, a quibus mons in gratiam ipsorum pauperum sub dicto interesse dictam pecuniam accipit. num. 7.

1 Deponens pecuniam numeratam a depositario, etiam si sit mons pietatis, nihil potest exigere, immo ei potius deberet mercedem dare; adeo vt si pro ea illi concedat usum pecuniae, committat usuram: nam hoc depositum resoluitur in mutuum: & multo magis si accipit quodcumque aliud lucrum. num. 2. & 4. & sic peccat. num. 7. nisi forte dictum lucrum capiatur ratione lucri cessantis, quod amittit, dum vt pauperibus subueniatur, per dictum depositum definit ex suo pecunijs verisimile lucrum acquirere. num. 3.

3 Mons pietatis, qui a mutuatarijs exigit interesse, vt ex illo satisfaciatur deponentibus pecunias cum lucro & expensis ministrorum, non potest iustificari per vnum societatis contractum, & duos assicuratijs: quia mons non exercet aliquam iustam lucrosam negotiationem. & num. 5.

CONSILIVM II.

LICITVM an sit, vt mons pietatis det quatuor pro centenario deponentibus pecuniam apud ipsum, cum

circum

a Cap. 17. num. 61.

b Cap. 17. num. 254. & seq. c 14. q. 3. de vsuris. num. 32. & seq.

circumstantijs, de quibus in bulla Iulij III. presupposito quod hoc est vtile ipsi monti:

1 Respondetur primo, quod, si inter montem pietatis, & deponentem pecunias apud eundem, verus & solus contractus depositi fieret, non posset deponens iuste quidquam lucri à monte depositario accipere. Tum quia verus contractus depositi est gratuitus, sicut & contractus commodati, iuxta glossam: b nam si quid daretur pro custodia, esset contractus locati, vel conductionis, vt per prædicta iura probatur. Tum quia potius deberet accipere depositarius à deponente, propter onus custodiendi, quod subit, quam è contrario, vt palam est: adeo quod nos in *Manu. confess.* probamus vere deponentem cum pacto, vt pro custodia nihil depositario daretur, sed vsus pecuniæ esset pro salario, committere vsuram.

2 Secundo, quod huiusmodi deponentes apud montes non dicuntur vere deponentes, sed mutuantes: quoniam qui deponit pecuniam numeratam apud alium, ea lege, vt depositarius ea vti possit cum obligatione reddendi eam quando cumque repetatur, censetur mutuare, d & huiusmodi deponentes hac lege deponunt suas pecunias apud montes.

Tertio, quod ex hoc sequitur, huiusmodi deponentes non possit iuste capere quatuor, nec quidquam aliud pro centum, sola ratione eiusmodi depositi; quia id esset capere vi & ratione mutui, & consequenter vsuram committere, iuxta cap. 1. e & vtram definitionem vsuræ, quam nos post alios tradimus in *d. Manual.* f nec possent excusari ratione vtilitatis & pietatis montis, cum neque pro redemptione captiuorum possit vsura exerceri, iuxta cap. *super eo.* g quod habet etiam super hoc non posse per Papam dispensari.

3 Quarto, quod prædicti deponentes iuste possunt percipere prædicta quatuor pro centum, modo concurrant illa, quæ fel. rec. Iulius III. voluit vt concurrerent in depositionibus faciendis apud montem ciuitatis Vicentiæ, videlicet, quod intentio & finis principalis sit iuuare montem, & pauperes ab eo mutuantes, & non fornerandi, & quod ad finem deponendi siue mutuandi monti desinant emere merces paratas venditioni, quas alioqui emissent, & sic huiusmodi deponentes non recipiunt illa quatuor vi & ratione talis depositi, seu mutui, sed ratione lucri cessantis, quandoquidem ex dicta emptione verisimiliter lucrarentur tantumdem, vel amplius: & constat mutuante ratione veri interesse posse capere aliquid mediocre ultra sortem, iuxta glossam ab omnibus receptam. h

EX HOC responso potest desumi resolutio illius dubij, quod à Verona nobis in hanc formam missum est, vbi correctus fuit quidam mons pietatis in subuentionem pauperum, ne impijs Hebræorum vsuris plane exhaustirentur, in hunc, qui sequitur, modum. Multi pecunias habentes, eas deponebant in montem pietatis ad erogandum pauperibus indigentibus, eo pacto, quod dictus mons daret quatuor pro centenario ijs, qui suas pecunias ibi deposuerant in fauorem dictorum pauperum, & quod accipientes easdem tenerentur soluere sex pro centum, quorum quatuor dabantur ijs, qui suas pecunias, vt prædictum est, tribuerant, & reliqua duo sustinendis oneribus ministrorum d. montis; & si quid ex illis duobus supererat non expensum, applicabatur ad pios vsus. Iam quæritur, an tam deponens, vt prædictum est, suas pecunias in monte, quam etiam ij, qui ibidem depositas, captis pignoribus, ex officio indigentibus & petentibus erogant, accipiendo sex pro centum, committant vsuram?

4 Circa quod dico primo, quod respondendum est affirmatiue per supra dicta, nisi seruent ea, quæ prædictus Iulius III. seruanda esse respondit, & declarauit.

Secundo, quod non prodest eis non seruantibus illa modus ille contrahendi societatem per tres contractus, quo capitale, siue fors principalis remaneat salua, iuxta tradita à nobis in *Manual.* i quia nos loquimur de vero contractu societatis expressè vel tacitè facti; factum autem propositum agit de mutuo, vel deposito cuius facultate, vt depositarius eo vti possit, quod effectu est mutuum, per dicta in supradicto responso.

5 Tertio, quod difficile fuerit inducere in illo monte Veronæ per prædictos tres contractus modum, quo, qui poneret pecuniam, posset lucrari quatuor, capitali saluo: quia non satis intelligo, quomodo mons deputatus solum ad mutuandum,

A possit contrahere iustam societatem ad lucrandum tantum, quod vna pars lucri relinquatur socio pro affecuatione sortis, & pars pro lucro incerto certificando, & pars sibi seruanda; cum modus lucrandi per mutuum, acceptis pignoribus, non sit iustus, nec modus negotiandi ad lucrandum tantum; quamuis sit iustus ad lucrandum aliquid paruum pro sustentando onere ministrorum.

Quarto, quod aptissime posset induci modus, quo ciues Veronenses seruarent capitale, siue sortem principalem saluam, contrahendo societatem cum mercatoribus Veronensibus per prædictos tres contractus, qui cum illis licitè fieri possent: sed hoc nihil prodesset monti, neque pauperibus, ad quos iuuandos is est institutus.

6 Quinto, quod ministri montis, & depositarij, qui pecunias prædicto modo depositas mutuauit pauperibus ad rationem sex pro centum, etiam videri possunt vsurarij primo aspectu, licet ad pia opera mutuent; quia non licet etiam pro redimendis captiuis fornerari, vt in prædicto responso habetur; sed saluari possunt quo ad illa duo, quæ sibi lucrantur, per illam conclusionem nostram in dicto *Manual.* a quæ habet posse à Repub. institui officium ad mutuandum pauperibus, salario ministris de publico constituto, vel aliquo paruo à pauperibus mutuantijs eis soluendo.

7 Quo autem ad alia quatuor pro centum, deponentibus, siue mutuantibus eis pecuniam danda: non peccant, siue deponentes deponunt seruatis seruandis per bullam Iulij III. siue non: quia accipiunt pro necessitate, non quidem suarum personarum, sed proximorum, & etiam pro necessitate sui officij mutuandi pauperibus: quod licet eo modo, quo docet S. Thomas. b

Sexto, quod ex his inferitur, quod si deponentes licitè deponant seruatis seruandis per prædictam bullam Iulij III. nec deponentes, nec depositarij peccant: si autem deponentes malè deponant, ipsi soli peccant, & tenentur ad restitutionem; depositarij autem, siue ministri montis, nec peccant, nec tenentur restituere.

S Y M M A R I V M.

- 1 Vsuras exercere ad facienda opera pia non licet.
- 2 Mutuare potest quis nummos alienos, volente domino, vt suos.
- 3 Mutuare nulli licet, vt aliquid det tali vel tali operi pio.
- 4 Mutuans sponte, licet ex eo patiatur damnum, non querit actionem, nisi ea mutuet lege, vt se seruet indemnem à damno emergente, & lucro cessante. num. 7.
- 5 Censum annuum super bonis suis potest constituere communitas, vt pretium mutuae pauperibus seruandis illam à damno dicta annue præstationis.
- 5 Interesse lucri cessantis, vel damni emergenti peti potest.
- 6 Fideiussor licitè recipit vsuras, quas creditori soluit.
- 6 Creditori qui statuto die non soluit, restituat vsuras, quas creditor ob id alteri soluere coactus fuit.

C O N S I L I V M I I I.

Q VÆ D A M Respubl. vt egenis subueniret, constituit censum mille ducatorum super bonis suis; ex hoc accepit viginti millia ad rationem quinque annuorum pro centum, quæ mutuando illa indigentibus stipulari à mutuantijs indemnitatem, vt scilicet ipsi soluerent illos quinque annuos pro centum. Quæritur, an hoc sit licitum.

1 Respondetur, quod pro parte negante facit primò, quod non licet vsuram exercere, nec per ea quærere aliquid ad opera pia exercenda, etiam pro redemptione captiuorum, e & quod in casu proposito videretur exerceri vsura ad opera pietatis facienda: quia ipsa Respub. constituit per venditionem bonorum suorum censum mille florenorum annuorum ad mutuandum egenis, ita vt soluerent mutuantijs ad rationem quinque pro centum.

2 Secundo, quod paria videntur esse mutuare mille florenos suos egenis ea lege, vt reddantur ei quinque annui pro centum, aut mutuare mille florenos alienos acceptos ab alio ad mutuandum egenis eadem lege reddendi quinque annuos pro centum: quandoquidem sic mutuare potest quis alienos nummos de voluntate domini eorum, ac suos. d

3 Tertio, quod approbans huiusmodi contractum, videretur approbare viam, qua quilibet habes bona iunmobilia impune

a Leg. 1. §. ff. de iustitia. & §. ff. de poss. l. cap. 1. de commod. c. Cap. 17. num. 189.

d Leg. certi cõ dictio. §. ff. cum l. §. ff. de reb. cre.

c & per totã l. 4. quæst. 3. ff. Cap. 17. num. 206. g De vsur.

h In c. cõque- sum. de vsur.

i Cap. 17. num. 214.

a Cap. 17. num. 188.

b 2. 2. q. 78. a. 4.

c Cap. super eo. de vsur.

d Leg. certi cõ dictio §. ff. mō- mos ff. de reb. cred.

possit exercere vsuram: quilibet enim habens talia bona, potest vendere censum super illis; & pecuniam numeratam, quam pro pretio census accepit, mutuare alteri ea lege, vt censum, quem ipse solvere debet, soluat mutuarius; quod tamen non videtur iuste fieri posse: illicitum enim est mutuare alteri ea lege, vt ultra fortè sibi reddendam detur aliquid illi aut illi pauperi, aut illi vel illi operi pio, iuxta dict. cap. super eo. & tradimus clarè in Manual. confess. & probatur per ea quæ scripsimus ibidem, b & in com. de vsuris. c

a Cap. 17. nu. 217.
b Num. 211.
c Not. 15. per sciam. & pra. tertium nu. 52.

d §. consilium. ff. de positio. hered. c. ff. de iust. & iure.

f Cap. 17. nu. 212.
g Notab. nu. 42.
h In c. conquis. sua.

i In c. 2. de vsur. h In l. m. m. m. m. ff. de in litam iuran. l. vbi supra. m Arg. c. per monit. & cap. consilium. de fiduciis.

n Num. 58.

4 Quarto, quod licet mutuans pecuniam sponte sine vlla vi & coactione patiat aliquid damnnum, vel cesset quærere aliquid lucrum amore Dei, vel proximi, ex eo tamen non quærit aliquam actionem, vel exceptionem, vel aliquod ius agendi contra illum, cuius gratia & amore id patitur, sed solum quærit debitum quoddam antidorale, quod non parit actionem, nec ius agendi, vt l. sed est. d & traditur in l. ex hoc iure. e Ergo cum ipsa Respon. sponte mutuet, & sine vlla vi suis mutuarijs, & sponte & sine vi relinquat ius exigendi, & lucrandi prædictos census, non videtur quærere sibi per debitum legale, vel iustitiz exactionem, & ius stipulandi à suis mutuarijs indemnitate ab aliquo damno, & interesse damni emergentis, vel lucris cessantis.

5 Pro parte autem affirmante facit primò, quod, qui mutuat aliquid licitè potest capere à mutuatio, vltra id quod mutuat, tam interesse lucris cessantis, quam damni emergentis, vt nos late probamus in d. Manual. confess. f & latius in dict. com. de vsutis, g & tenet glossa singularis recepta, h de vsuris. pro qua est text. irrefragabilis in l. 3. ff. de eo quod certo loco. At præfata Respubl. in casu proposito nihil vltra fortem recipit, aut non nisi interesse lucris cessantis, & damni emergentis: solum enim recipit à suis mutuarijs indemnitate, qua se indemnem seruat à damno, quod passura esset, si non stipularetur ab eis, vt soluant ea, quæ ipsa teneretur soluere illis, quibus vendit suos census, vel à damno cessationis lucris, quod non faceret, si mutuarij ea non soluerent, quæ ipsa soluere debet; quod vno respectu potest dici damnum emergens Reip. & alio damnum lucris cessantis: eo enim respectu; quo teneretur soluere pretia censuum, si non stipularetur indemnitate, posset dici damnum emergens; eo vero, quo de finit suos facere fructus, quos dat censualistis, potest dici damnum cessationis lucris.

6 Secundo facit, quod licet fideiussori accipere vltra fortem vsuram, quam soluit creditori; quia non est ibi lucrum, sed interesse, secundum Innocentiũ receptum, i quem commendat Iason, k & addit Innocentius, l quod debitor, qui non soluit certo die, quo tenebatur suo creditori, si ob hoc creditor accepit ad vsuras, vt solueret suo creditori, cui etiam certa die tenebatur soluere, debet restituere illud damnnum: m ar prædicta Resp. est debitor censuum, quos vendidit super bonis suis, & mutuarij eius debent ipsi soluere interesse quotannis, vel pro tempore, quo fruuntur pecunia sibi mutuata.

Ad oppositã pro parte negante responderi potest. Ad primum quidem primo, concedendo, quod prædicta Respub. verè mutuat, sed negando, quod accipit aliquid vltra fortem mutuo datam, & vltra interesse damni emergentis, & lucris cessantis, quod licet, vt probat primum argumentum pro parte affirmante formatum, in quo probatur id esse licitum. Secundo, concedendo, quod prædicta Resp. accipit quidem aliquid vltra fortem mutuo datam, sed non vi mutui, sed ratione interesse damni emergentis, vel lucris cessantis, quod licet, vt prædictum est.

Ad secundum concedimus paria esse mutuare pecunias proprias, vel alienas de consensu domini; sed negamus, quod non possit mutuans accipere ratione interesse, siue mutuet proprias, siue mutuet alienas, per prædicta.

Ad tertium negamus per partem hanc affirmantem aperiri viam exercendi vsuras veras, & illicitas, sed sic viam mutuandi eo modo, vt mutuarius soluat aliquid vltra rem mutuata pro interesse damni emergentis, vel lucris cessantis.

Ad quartum respondeo, quod licet habeat quamdam similitudinem cum vera & illicita vsura, quia non mutuatur vi, sed sponte; non est tamen talis, per ea, quæ tradimus in d. comment. de vsuris, n scilicet quod dupliciter potest quis mutuare sponte: vno modo simpliciter sine vlla expectatione recompensationis iustæ, vel iniustæ; alio modo cum expectatione iustæ recompensationis interesse damni emergen-

tis, vel lucris cessantis. & concedimus, quod qui primo modo sponte mutuat, nihil potest exigere vltra rem mutuo datam; negando tamen, quod qui secundo modo mutuat, non possit exigere interesse damni emergentis, vel lucris cessantis, vt, a declaramus, concludendo, quod qui sponte caritate fraterna & Christiana motus mutuat proximo egentis aliquid ad leuandam indigentiam eius, cum damno suorum bonorum quæ sitorum, vel cessando lucrari, opus salutare animæ exercet, & gratiam rem Deo facit, etiam si ea lege mutuet, vt mutuarius soluat ei id, quod ipse amore eius perdit, vel cessat lucrari.

a In dicto nu. 52.

SUMMARIUM.

- B 1 Ignorantia iuris, nisi sit obscuri dubij, non frequentati, vel innoxia sententia doctoru, cui merito credi debeat, non excusat. num. 8.
- 2 Ignorantia etiam in vni natura & diuini excusat. num. 9.
- 2 Consuetudo, licet suo natura, vel diuinum non tollat, minuit tamen, auget, & distinguit. num. 6 Item præbere potest causam credendi aliquid non esse contra illud. num. 9.
- 3 Contractus aliquot ab aliquibus liciti & ab alijs illiciti censentur.
- 4 Auctoritas viri valde pij & eruditi à fractione legu excusatur.
- 5 Consuetudo excusat à pœna imposta.
- 5 Licitum quod publice putatur, faciens, non censetur male facere.
- 6 Iudex errans in apicibus & subtilitatibus iuris non peccat.
- 7 Ignorantia iuris non frequentati dicitur probabilis.
- 7 Sententia lata contra ius non valet, si sit clarum, alius tenet.
- 8 Contractus, qui communiter liciti reputantur, bona fide faciens non peccat; etiam si quæra essent vsurarij: obligatur tamen cognita veritate ad restituendum sic accepta. num. 10. potest tamen retinere tantam partem lucris, quantum verisimiliter per aliquos contractus licitos sibi quasuisset: at si ignorantia non fuit probabilis, totum tenetur restituere. nu. 12.
- 9 Vsuram esse peccatum, ignorare etsi non sit probabile, probabiliter tamen potest ignorari hunc vel illum contractum esse vsurarium.
- 10 Restituere obligatur quis etiam ob actum sine sua culpa gestum.
- 10 Emens rem à non domino bona fide, non peccat, sed restituere debet, cum primum scit.
- D 11 Restitutionis causa si sit peccatum, eo cessante, cessat illa.

CONSILIVM IIII.

PRIMO queritur, an qui bona fide facit aliquem contractum, quem credit esse iustum, licet verè sit vsurarius, consuetus tamen impune fieri ea in regione, in qua factus est, peccet.

Secundo, an, esto non peccet, teneatur tamen restituere quæ sita per illum.

AD PRIMAM quæstionem respondeo sequentia. Primum, quod pro parte affirmante, scilicet quod peccet, facit primò, quod ignorantia iuris non excusat, cap. ignorantia facti, non iuris excusat. b

Secundo, quod licet ignorantia iuris humani plerumque excuset; ignorantia tamen iuris naturalis & diuini neminem videtur excusare. c At vsura iure diuino est prohibita, vt est in clem. 1. d ibi, Contra iura diuina, & humana: iure item naturali, vt de se malum; quod probat S. Thomas post Aristotelem, e adeo quod, qui eam licere dixerit, censendus est hæreticus. f

2 Tertio, quod consuetudo non potest tollere ius naturale, vel diuinum. g

Pro parte negante, quod non peccet, facit primò, quod licet regulariter iuris ignorantia non excuset per citata pro parte affirmante, fallit tamen in ignorantia probabilis, vt notat glossa recepta. h

3 Secundo, quod multi sunt contractus, qui licet verè sint vsurarij, multis tamen doctoribus etiam eruditissimis videntur esse iusti; & contra multi, qui sunt verè liciti, putantur ab aliquibus doctis illiciti; quales sunt contractus, quibus emuntur census redimibiles, qui licent, seruatis seruandis per extrauagantem Pij V. i relatam à nobis ad literam in Manual. confess. k licet ab aliquibus fuerint improbi, vt habetur in extrauagantem 1. & 2. l

4 Tertio, quod auctoritas vnus viri valde pij & eruditi excusat à peccato transgressionis legis, vt est in cap. capellanus. m adiuncta glossa ex quibus hoc colligunt ibi Panormitanus, Alexander & Imolensis, & tradit S. Antoninus. n At consuetudo tantæ vel maioris auctoritatis videtur, quam vnus

b De reg. iur. lib. 6.

c l. 9. q. 4. notandum ad iij. Et glossa. qua hoc explicat. d De vsuris. e l. politic. 2. 2. q. 78. art. 1. f Prædicta. cle. 1. §. ff. de hereticis. g Cap. quæ eò tra. 8. dist. ca. fin. de consue. h In d. §. notandum.

i Quæ incipit in eam. k Cap. 17. nu. 300. l De emptione inter communes. m De ferijs. n 1. par. tu. c. 10. §. 1. col. 6.

vel alter

a Arg. l. 2. C. qua fit longa consue.
b De consue. c. 4. dist. 11.
d h. apud Laborem. ff. de edili. edict.

c Cap. cum cessante. de appellat. cum suis concordat. r. 1.
g. i. c. firmior. no. 7. de summa Trinitate.
h. in c. si. de co. suat. d.

i in c. 1. de p. s. ulat. pral. li. 6.
k in c. 1. §. su. oppos. 3. de usuris.
l in d. c. ignorantia. de re. iur. lib. 6. m. §. quada. f. mandati. n. in c. 1. de ro. iudic.

o in d. d. ca. firmior. de summa Trinitate. p. De su. Tri. c. ca. 1. co. d. si. li. 6. G. clo. l. co. q. §. por. re. ibi. de re. cap. c. c.

q Leg. mater. c. l. si mancipia. C. de rei vend. l. Ca. 17. n. 7.

vel alter doctor, unde & consuetudo excusat à pœna secundum duas glossas à multis reputatas singulares, quarum altera est in cap. cum venerabilis. altera in cap. denique.

Quarto, quod textus in l. quis sit fugitivus. ait, cum, qui facit aliquid, quod publicè putatur licitum, non censeri malè facere, ex quo dicto Bartholus receptus ab his, quos post illa eius citat, & à multis aliis alibi, determinat non esse dicendum usurarium illum, qui facit actum, qui communiter æstimatur licitus, quatenus in veritate usurariam pravitatem continet.

Quinto, quod qui facit aliquid, eo quod malè intelligit iura canonica, non peccat mortaliter secundum Innocentium, ob quod dixit Baldus, quod etiam iudex errans in subtilitatibus iuris non peccat, & idem Innocentius ait, quod qui ratione naturali ductus credit Patrem maiorem esse filio in diuinis personis, non peccat, modo habeat fidem implicitam, qua firmiter credat omnia, quæ Catholica credit Ecclesia, & idem Innocentius, receptus à Panormitano & Rocho, & aliis, ait, quod consuetudo, licet non possit abrogare ius naturale, vel diuinum, potest tamen illud minuere, augere, & distinguere, nec errans circa ius dubium peccat, secundum Ioannem Andream communiter receptum, quod ipsum sensit Cardinalis de errante circa contractum, de quo inter doctores dubitatur an sit usurarius.

Et Ioannes Monachus dixit, quod ignorantia iuris non frequentari est probabilis, & denique textus in l. si fiduissor. ait, errantem bona fide in apicibus iuris excusari, ex quo id colligit Bartholus ibi receptus à multis citatis in eius addicione, & communis opinio habet, quod illud cap. quatenus habet sententiam latam contra ius non valere, est restringendum ad sententias lras contra ius clarum, ita vt non comprehendat lras contra ius obscurum, vel dubium. At cum aliquis contractus in aliqua regione visitatur, & habetur pro licito, necessarium est dicere, quod ius, quo ille probatur esse illicitus, est obscurum, vel infrequentatum, vel subtile, vel de apicibus iuris: ergo faciens illum non peccat, nec ob id pœnam meretur.

Quare omnibus præfatis pro vtraque parte perpensis, videtur resoluendum, quod qui hæctenus fecerunt aliquos contractus, qui communiter putabantur liciti, & consueverunt impune fieri, credentes eos bona fide iustos esse, non sunt arguendi peccati, saltem mortalis.

Ad opposita facile responderi potest per adducta pro parte negante. Ad primum quidem, concedendo, quod ignorantia iuris non excuset regulariter; sed fallit in ignorantia iuris obscuri, vel dubij, vel infrequentati, vel quæ fouetur auctoritate alicuius doctoris digni, cui credatur.

Ad secundum respondetur, negando, quod nulla ignorantia iuris naturalis vel diuini excuset: nam præfatum dictum Innocentij, de ignorantia iuris diuinissimi loquitur, & ait etiam excusare à peccato: & multi sancti dubitarunt de aliquibus articulis, quos postea declarauit Ecclesia esse de fide; immo & tenuerunt ante declarationem Ecclesie contrarium; non tamen ob id peccauerunt, vt colligitur ex notatis cap. damnamus. Concedendo item usuram iure naturali & diuino esse prohibitam, & consequenter eius ignorantia paucos excusari posse, sed negando, quod cum hac scientia iuris non possit concurrere ignorantia an ille aut ille contractus sit usurarius: quia scientia in genere, quod usura non licet, comparatur ignorantiam an hic vel ille contractus sit usurarius.

Ad tertium respondetur, concedendo, quod consuetudo non potest abrogare vllum ius naturale, vel diuinum; sed negando, quod non possit dare causam probabilem credendi hoc vel illud non esse contra ius naturale, vel diuinum, per quod excusetur à peccato, per supra adducta.

AD SECUNDAM respondeo, quod pro parte affirmante, quod teneatur restituere, facit, quod quis potest esse obligatus ad restituendum aliquid propter aliquem actum sine vlla culpa sua gestum. Tum quia qui rem aliquam bona fide ab eo, cuius non erat, emit, is non peccat emendo, sed teneatur restituere illam domino, etiam non soluto pretio, simulac sciuerit eam esse illius, vt diximus in Manu. Tum quia qui aliquid alicui commodauit, & postea recipit aliquid in pretium vsus, bona fide credens id ei locasse, non quidem peccat, sed restituere debet id quod accepit, tam-

quam acceptum & retentum sine iusta causa. Tum quia qui capit indebitum, bona fide putans sibi esse debitum, ab eo, qui errore putabat debere, non peccat accipiendo; & tamen restituere tenetur, simulac sciuerit fuisse indebitum. Ergo & qui accepit per contractum, quem putabat iustum, sed erat verè usurarius, aliquid ultra sortem, tenebitur restituere illud tamquam indebitum; licet non peccasset accipiendo illud, quod bona fide credebat esse debitum.

Pro parte autem negante, quod non teneatur restituere, facit primò, quod cessante causa cessat effectus. At causa, quare lucrans per contractum usuræ, tenetur restituere lucrum, videtur esse, quod peccat id faciendo: ergo cessante peccato, cessabit etiam obligatio restituendi lucrum.

Secundo, quod qui per ignorantiam iustam fecit contractum usurarium, potuit per pecuniam, quam ob illum dedit, emere aliqua frugifera, vel aliquem censum, vel aliquas merces, ita quod plus fortassis lucri fecisset, quam per præfatum contractum; & res, quæ culpa caret, non debet in damnum vocari.

Tertio, quod etiam mutuans pecuniam, licet non possit accipere aliquid ultra sortem pro usura, siue vsu ipsius, vel alterius rei mutuata, potest tamen accipere pro interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, vt & nos post alios tradimus in Manu. confessi.

Vide supra consil. 1. de constitu. quest. 34. num. 72. & sequentibus ubi agens de contractibus usurariis quo ad obligationem restituendi, nullam videtur habere rationem, quod contractus illi lege & consuetudine admittantur.

Quibus omnibus pro vtraque parte pensatis, videtur dicendum, quod licet qui lucratur aliquid ultra sortem per contractum, quem scit, vel debet scire esse usurarium, peccet, & teneatur restituere totum lucrum; qui tamen lucratur per contractum, quem licet esset verè usurarius) bona fide probabiliter credit esse licitum, nec tenetur scire, neque credere contrarium, sicut non peccat, ita non tenetur restituere totum lucrum, sed potest retinere illud, vel tantam partem ex eo, quantam verisimiliter per aliquos contractus licitos sibi quaesiuisset.

Aduertendum, potissimam rationem, qua hic excusatur ab hac restitutione, fundari super ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, unde videtur Auctor supponere in hoc casu deberi verificari ea, per qua damnum emergens, & lucrum cessans potest peti, seu retineri: alia etenim ratio, qua fundatur super cessatione peccati, non videtur excusare, nisi quo ad ea, qua accipiens ita impendisset, quod non sit factus locupletior, ne damnum patiatu restituendo de suo.

S V M M A R I V M.

- 1 Multiplices contractus, quos alius quis gessit, de quibus modo in genere dubitat an sint liciti, tenetur adhibita mediocri diligentia meminisse de quibus dubitat, & acquiescere sententia docti confessarij.
- 2 Rationum libros multorum annorum qui ob scrupulos ex parte reuideri curant, ex antecedentibus potest de consilio confessarij diiudicare an sit sistendum, vel vterius progrediendum.
- 2 Dubitans, an in multiplici negotiatione exercita interuenit læso tertij, à Pontifice nihil plus impetrabit, quam ei à iure concedatur; videlicet vt adhibita mediocri diligentia, secundum quod reperiet, damna data restituat, certa certis, & incerta pauperibus.

C O N S I L I V M V.

BERT A vidua remanens tutrix suorum filiorum, vt bona paterna non deteriorarentur, sed potius auerentur, eisdem negotijs, quibus suus vir utebatur, quæ putabat licita, de consilio suorum doctorum confessariorum, exercuit. Demum filiis ad ætatem peruenientibus bona diuisit, sua sibi dote retenta. Animaduertens interim, difficile esse talia negotia sine peccato exerceri, cæpit scrupulis conscientie agitari; maxime quia recordatur sæpe sæpius in solutionem à suis debitoribus recepisse, & ab aliis emisse diuersarum specierum animalia, granum, hordeum, legumina, domos, vineas, res, quæ dainde aliis vendebat maioris, quam reciperet, credens tamen, cum contineret se intra latitudinem iusti pretij, id licere, vt sibi prædicti consultores consulebant: pro securitate autem conscientie suæ statuit libros suos reuisioni alicuius Theologi submittere, vnà cum aliquo mercatore in negotijs

a Arg. l. 1. ff. de cond. sine causa.

b Toto titulo de additione indobit.

c Cap. cum cessante. de appellat. cum suis concordat. r. 1.

d Capis. a. de constitut.

e Leg. c. glof. & si aucto. C. de sententia, r. 1. pro eo quod interof. l. Cap. 17. n. 211. & sequentibus.

& computis perito, ut si ipsi in aliquo iudicarent eam aliquem grauisse, grauatim satisfacere ex suis dotibus; quod & fecit, data sibi talium copia: qui librorum partem videre incipientes, aliqua inuenerunt restitutioni obnoxia, quæ hilari animo restituit. At quia tales non ibi ita de facili inueniuntur, qui sciant & velint talem subire laborem, licet diuersi reuisionem inceperint, nullus tamen compleuit, & sic non sperat amplius ad completam dictorum librorum reuisionem posse deuenire. Pro quiete autem suæ conscientia: recurrit ad sanctam Sedem Apost. pro remedio, ut possit eligere confessorum, qui eam absoluat, iniuncta aliqua elemosyna pauperibus vel operibus piis eroganda.

Rogatus à viro admodum Reuerendo, & erudito, an expediret hanc petitionem offerre S. D. N. aut Pœnitentiario maiori, & qua via id esset faciendum, respondi sequentia. Primo, quod prædicta consulens gratus agere debet Deo, quod eius mentem adeo suæ salutis memoria admoneat, adcoque propensam in eam quærendam faciat.

1 Secundo, quod S. D. N. pro sua eruditione, & iustitia, nihil aliud huic piæ consulenti concedet, quàm quod ei, & confessorio eius docto iure communi conceditur, nempe, quod mediocrem diligentiam adhibeat in rememorando causam, & causas, in quibus se offendisse diuinam maiestatem suspicatur; & eas manifestet confessorio docto, qui per semeriptum, si adeo est doctus, alioquin per alios, quos satis in id iudicauerit doctos, respondeat ei, an, & quando, & cui, & quomodo restituere teneatur, vel non; & ipsa consilium eius sequuta poterit manere secuta.

Tertio, quod non est ei necesse scrupulis angere, & inquietare se, eo quod receperit aliqua in solutionem debitorum vno pretio, quæ postea maiori distaxerit, modo neutrum extra latitudinem iusti pretij curreris, quando accepit, vel quando dedit, id fecerit, ut in casu factum esse proponitur, secundum omnium sententiam.

2 Quarto, quod Papa non potest in hac re aliud ei concedere, quàm quod sit secuta, restituendo pauperibus ea, quæ sibi probabiliter videntur restituenda; & non potest scire cui sint restituenda; & hoc ipsamet per se ipsam, vel saltem cum consilio docti confessoris potest facere, per illa, quæ habentur in cap. cum tu. & latius traduntur in nostro Manu. b

Quinto, quod confessorius doctus & prudens debet iudicare, an prædicta consulens teneatur facere expleri reuisionem suorum librorum iam inceptam, an non, intellectis prius causis, & casibus, in quibus, & ob quas reuisiones eam ad restituendum damnarunt, & interrogata consulente, an multa alia similia fecerit, & quot verisimiliter, nam si inueniret non debuisset iure damnari in illis casibus, & ob eas causas, posset merito iudicare non esse continuandam reuisionem; si autem inueniret eam optimo iure damnatam, deberet iubere, ut reuisionem completeretur, nisi ea verisimiliter omnia meminisset. Nam papa non concedet prædicta consulenti, ut omittat facere diligentiam iustam informandi se per rationes librorum suorum, & per alia, secundum quod viro bono & prudenti videbitur, & faciendo hoc, satisfaciet sine Papæ auctoritate, per facultatem ab ipso Christo concessam, secundum omnes. Saha, &c.

SUMMARYM.

1 Mutuus à mutuario potest etiam ante moram stipulari lucrum verisimile cessans, & damnum emergens: nec enim accipit pro dilatione temporis, sed pro dicto interesse. num. 4. potestque vsque à principio taxari. num. 3. nec est necesse, quod mutuus, si sit mercator, moneat mutuarium, se ob dictam dilationem pati interesse, quia status ipse mercatoris satis monet. num. 2.

CONSILIVM VI.

MERCATOR quidam M. argentarius, siue campfor credidit, vel mutuauit cuidam P. pecuniam soluendam certo die, quo non soluit, sed obligauit se per instrumentum alio die, addito interesse, quod verisimiliter intra illud sparium lucratus fuisset M. Quæritur, an contractus sit usurarius.

1 Responderetur quod non. Tum quia quidquid dicat Innocentius, & Sotus, & recepta sententia est, vtrumque interesse, tam lucris cessantis, quam damni emergentis, posse sine vilo peccato usura etiam ante moram stipulari à mutuantem, per l. 3. & per alia multa: quia contrariam opinionem efficaciter & late refutauimus in comment. de usuris, f vbi

a De usur.
b Ca. 17. q. 98.

c In c. f. de v
suris.
d Lib. 6. q. 1.
ar. 1. de iust.
iur.
e v. ff. quod
certo loco,
f Superca. 1.
14 q. 3. num. 31.

monstrauimus nec S. Thomam, nec Scotum, nec S. Antonium tenere contrarium, nec ipsum Sotum ausum fuisse damnare prædictam sententiam, quæ communis cum nostra est, quam tenuit Conradus, a Hostiensis & Antonius, b Silvester, c Caietanus, d ad quem se refert, e & Adrianus, f Gabriel item, & Maior, g & Panormitanus, h vbi glossa singularis & ita præfatus M. potuit pacisci & stipulari prædicto mense Maij prædicto P. interesse verisimile lucris cessantis, & damni emergentis, quod cessaret, vel emergeret tempore datæ dilationis. Tum quia constat de interesse verisimile lucris cessantis, & damni emergentis, cum notoriè constet eum esse mercatorem, qui quotidie emit, & vendit, cambit, & recambit exercendo cambia realia, & licita. Tum quia præsupponeretur in dubio eum fuisse debitorem aliorum mercatorum, quibus soluebat & solutus erat interesse conuentum damni emergentis & lucris cessantis ad ratione 12. pro centenario.

Non obstat primo dicere, quod non constat prædictum M. solutum fuisse suis creditoribus pecunias, quas credidit præfato P. si illas ipse reddidisset, vel non accepisset creditas: quia in vtroque casu, siue soluisset, siue non soluisset, intererat M. In casu enim, in quo soluisset, euitasset damnum emergens, quod sibi euenturum erat non soluendo suis creditoribus 12. pro centenario: in casu vero, quo non soluisset, eueniebat ei interesse lucris cessantis ex illis pecuniis verisimiliter quærendum. Et licet probatio dubia non reuellet communiter, i fallit tamen, quando in vtroque intellectu concludit, ut post alios multos affirmat Decius. k

2 Non obstat secundo dicere, quod præfatus M. non mouit præfatum P. de vilo interesse, quod euenturum erat ei propter creditam pecuniam: non enim dixit ei se debere quidquam aliis, soluereque illis tantum 12. pro centenario quotannis, nec quod esset cum illa pecunia tractaturus, & verisimiliter per artem suam mercandi & cambiendi licitum tantum vel plus lucraturus, quàm quod ab eo stipularetur: & quod prædicta monitio requirebatur secundum communem. Non inquam hoc obstat. Tum quia eo ipso, quod præfatus P. sciebat eum esse mercatorem, & quotidie exercere mercaturam, & cambia, ac recambia, ut ex instrumento datæ dilationis constat, satis certus erat de interesse lucris cessantis, vel damni emergentis ex inuitis ab aliis mercatoribus de more acceptis, cum numquam non contingant eis, ut palam est omnibus, qui dilata solutione mercantur ab eis, ut præfatus P. mercari solitus erat à prædicto M. quod ex aliis contractibus summam computationum continentibus constat. At is qui certus est, certiorari amplius non debet. l Tum quia ex contractibus antea inter ipsos initis constabat ipsi P. non esse solum M. credere siue mutuate sine interesse aliquo lucris cessantis, vel damni emergentis: & doctores, qui præfatum monitionem requirunt, loquuntur de illo, qui nescit, an credens ei pecunias soleat mercari ac tractare ad licitè lucrandum; & si sciret illud, quod oporteret eum teneri ad interesse, fortè non acciperet pecunias creditas, ut colligitur ex Soto vbi supra: ar nos agimus de P. sciente M. mercari, & cambire, continuèque tractare; & quod sciens se oportere soluere interesse, accipiebat creditum ab eo, cui antea pluries illud soluit: & ita cum causa monendi cessasset, cessauit quoque necessitas id faciendi. m Confirmantur hæc ea ratione, quod contractus, & alia dispositiones humanæ intelliguntur factæ secundum consuetudinem regionis, in qua fiunt, n ar consuetudo Romana habet, quod similes contractus, qui fiunt inter principes viros & mercatores, habeant respectum ad interesse, quod mercatori verisimiliter euenturum est: & cum non debeat vllus locupletari cum alterius iactura, o & principum sit proprium donare, p & nullatenus incommodare, iuxta illos versus, quos ponit Cardinalis, q consequens est huiusmodi monitionem non fuisse necessariam, ut M. stipulari potuisset interesse verisimile lucris cessantis, vel damni emergentis secundum suam artem ei euenturum.

3 Non obstat tertio, quod aliqui dicunt interesse non posse à principio certificari, quod ex euentu est certificandum, ut sentire visus est Sanctus Thomas, r quoniam nulla iusta ratione probari potest, quod interesse illud verisimile incertum non posset certificari; ut etiam ipse Sotus, qui aliis in hac materia strictius loquitur, affirmat. s

Non obstat quarto illa regula, quæ est fundamentum in hac materia: Quidquid ultra sortem mutuo datam accipitur,

a In tit. de cõ
tract. qu. 30.
b Ca. salubri-
ter. de vjur.
c In sum. vjur.
d Sup. 5. Tho.
e 2. 2. q. 78. a. 1.
f Quæst. 62.
art. 4.
g In 4. de ref.
vjur.
h In 4. dist. 15.
i In ca. con-
quellus. de v
jur.

j Ar. c. in pra
sentia. de pro
bat. c. l. ne-
q. natales. C.
eod.
k In dist. c. in
praesentia. nu.
35.

l Cap. cum
qui. de reg. iur.
lib. 6. in p. l. 1.
ff. de act. emp.
c. vend.

m Ar. l. adige
re. 5. quæst. 1.
ff. de iure pa-
tronatus. c. cõ
cessante. de ap
pellat.
n Leg. fin. Co.
de fideiuss. ca.
cum m. de
conf. vbi la-
te Fel. nos. 4.
o Cap. locuple
tari. de regul.
iur. lib. 6.
p Cap. 1. de do
natio.
q In ca. vnu-
uabili. de pra.
r 2. 2. q. 75. a.
2. ad 1.
s In prædicto
lib. 6. q. 1. a. 3.
sub fin. verba
quinta cõclu-
sio.

usura

Ca. si p...
v. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

De v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Cap. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Cap. de bito...
h. Cap. qua in...
i. Cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

vsura est. quia id verum est, cu aliquid principaliter accipitur ratione mutationis; at in nostro casu accipitur ratione interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, quae longe alia est, vt glossa & omnes sentiunt. b

4 Nec obstat quinto cap. consuluit. adiuncta expositione Ioannis Andrea Panormitani & aliorum, quae probat vsurarium esse qui accipit aliquid a debitore pro dilatione termini ad soluendum praestitum: quia praefatus M. non est stipulatus aliquid ob dilationem, sed ob interesse, vt praedictum est.

Non denique obstat sexto etiam opinio eorum, qui dicunt non licere aliquid stipulari pro interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, ante moram, et qui sponte mutuat, secundum Innocentium cap. fin. de vsuris, quem sequitur Sorus vbi supra: quia contraria est communis, & longe verior, per ea quae nos late scripsimus in praedicto comment. d Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Cambiorum futurarum interesse non potest post bullam Pij V. certificari, nec super eis pacisci vt finis primo incipiat currere secundum, nec vt pecunia restituatur in loco, in quo accipitur pecunia cambio.
- 1 Creditor a suo debitore saltem in foro exteriori non potest stipulari, quod soluet interesse cambiorum & recambiorum ad eos pro centum.

CONSILIVM VII.

VSURARIVS an sit contractus, per quem qui mutuo, vel alia ratione debet pecunias alteri, obligat se ad soluendas illas in certis terminis cum cambiis, & recambiis, & interesse duodecim pro centum.

1 Respondetur, quod praefatus contractus non est licitus, & est iudicandus saltem in foro exteriori vsurarius per extravagantem Pij V. relatum a nobis ad verbum in Manu. confess. e & relatum in summa in tract. de vsur. f in qua statuitur non licere certificare interesse futurum probabile in cambiis, nec accipere cambia in eodem loco, vbi pecuniae dantur, neque (si res satis perpendatur) vt cambio vno finito aliud recambium incipiat currere.

Vide inferius consil. 31. vbi diffusius tractatur de cambiis.

SUMMARIUM.

- 1 Mutuatarius vsuras ultra sortem promissas soluere non tenetur, nisi iurasset; potest tamen petere etiam ab Episcopo iuramenti relaxationem. num. 3.
- 2 Interesse non debetur, nisi ab interpellato moroso, vel si creditor sit mercator, quo casu non videtur necessaria interpellatio.

CONSILIVM VIII.

QVIDAM miles S. Ioannis Hierosolymitani, nullam commendam, nec aliam administrationem bonorum ordinis habens, accepit mutuo ab alio 700. scuta, & obligauit se ad soluendum ei mille per quoddam instrumentum publicum, confitendo se illa debere, nulla mentione facta, quod 700. realiter mutuo accepit, & 300. promittebat pro interesse creditori, & dilatauit solutionem, & restitutionem 15. annis: quia non fuit interpellatus a creditore, eo quod esset amicus eius, & aliqua bona opera accipiebat a mutuatario. Mortuo creditore, haeres petiit a praefato milite habente iam commendam, non solum omnia illa mille, sed etiam interesse lucri cessantis, quod ex illis potuit facere creditor.

Quaritur, an ultra 700. mutuatarius teneatur ad illa 300. & ad aliquod interesse ratione praefatorum 700.

Respondeo, quod non. Primo quidem, quod mutuatarius non tenetur soluere vsuras pro mutuo promissas, s iure naturali, diuino, neque canonico, quod in vsuratum materia necessario seruandum est, h & quicquid accedit: sorti, vsura est. i At 300. praedicta sunt ultra sortem principalem promissa: ergo praedictus consulens mutuatarius non tenetur illa soluere.

2 Secundo; quod non possunt ab eo illa peti ratione interesse lucri cessantis. Tum quia non debetur illud ab eo, qui non est in mora soluendi, secundum Innocentium, k & debitor non fuit in mora soluendi, quia non fuit interpellatus, nisi creditor esset mercator, qui a mercando cessaret, propterea quod non esset sibi solutum tempore debito, arg. l. 3. l & corru quae latius aliis nos notauimus in com. de vsur. m At praefatus D. consulens non fuit in mora soluendi, quia non fuit

A interpellatus, quod requiritur ad moram, iuxta glossam solemnem, n neque creditor erat mercator, qui a mercando cessasset propter illud mutuum, ergo non tenetur ad soluendum interesse.

3 Animaduertat autem D. consulens, quod si promissio de soluendo mille fuit iurata in instrumento, tenetur soluere praefata 300. quia licet promissio simplex de soluendo vsuras non valeat iure diuino, & canonico; iurata tamen obligat ad soluendum, & reddendum Deo iuramentum suum. b Sed habet remedium contra hoc: quia potest petere ab Episcopo suo, vel a Pontifice Maximo vt relaxet sibi iuramentum illud, ex eo, quod contractus, per quem se obligauit ad soluendum, est vsurarius, vt habet cap. 1. vbi late de hoc tractatur, c &c.

SUMMARIUM.

- 1 Contractus pro ea parte, pro qua est vsurarius, & contra naturam legem, nullus est, & nullam parit actionem, secus quo ad partem non vsurariam.
- 2 Mutuans sub vsuris nulla lege mittit capitale; immo illius est verus creditor, & potest exigere, & agere. num. 3.
- 4 Usurarius etiam manifestus contrahere potest, licet non possit testari, nisi praestita cautione de restituendo.
- 5 Cessio contractus vsurarij tenet vsque ad quantitatem capitalis mutuo dati, immo forte nec quo ad illud, si cedens intendat non cadere, nisi totum cederet.

CONSILIVM IX.

FRANCISCVS mutuauit mille Paulo cum pacto, vt infra biennium teneretur restituere mille & ducenta; deinde cessit hanc actionem, pretio conuento, procuratori Pauli, qui eam admisit.

Quaritur primo, an procurator ist hoc peccauerit.

Secundo, an praedicta cessio fuerit nulla.

1 Pro harum questionum resolutione praesuppono primo, certum esse, quod contractus supradictus fuit vsurarius, si vt narratur, fuit factus; & consequenter fuit nullus contra legem naturalem, diuinam, & humanam, d quibus consequens est non fuisse nam ex eo actionem; nec posse ex eo agi, quia parte est vsurarius, & contrinet vt aliquid ultra sortem soluat. e

2 Secundo praesuppono, nulla lege, neque canone, saltem in corpore iuris clauso, caueri, quod mutuans ad vsuram perdat ipso iure pecuniam, quam mutuo dat. Quinimmo contrarium sentit Federicus, f & expresse determinat, g quod vsurarius, qui extorsit vsuras a mutuatario, est creditor, & debitor eius: creditor quidem in eo, quod mutuauit ei: debitor autem in eo, quod pro vsuris recepit ab illo: & si non recepit pro vsuris tantum, quantum mutuauit, potest recipere a mutuatario illud plus, quod mutuauit; si vero recepit plus, debet restituere mutuatario illud plus, quod recepit.

3 Tertio praesuppono, quod ex his videtur sequi vnum nouissimum, quod non memini vquam ab alio notatum, scilicet, quod licet praefatus Franciscus peccasset in mutuando sub vsuris praedicto modo, & non possit agere ex illo contractu, quatenus erat vsurarius, ad exigendam vsuram: potest tamen petere a Paulo, vel haeredibus eius illud, quod mutuauerat, quatenus continebat mutuum, reiecto onere soluendi vsuras, & exigere illud per certi conditionem, vel conditionem sine causa: quia res eius peruenerat ad Paulum, & aequum erat vt illa rediret ad eum. h

4 Quarto, quod vsurarius non perdit potestatem contrahendi cum aliis, nec potestatem testandi, si non est manifestus; neque si est manifestus, si dederit cautionem ad id requisitam, per cap. quamquam, i quia nullo iure id ei vetatur, & regulariter quilibet liber homo contrahere & testari potest. k

His praesuppositis, respondeo ad primam questionem, quod praefatus procurator peccauit acceptando illam cessionem: quia approbauit illum contractum, & proposuit exigere virtute illius 1200.

5 AD SECVNDAM videtur respondendum, quod praedicta cessio non fuit nulla, eo quod Franciscus non haberet potestatem cedendi, contrahendi, & testandi, per quartum praesuppositum: neque ideo, quod non competeret ei contra Paulum ius petendi aliquid, per tertium praesuppositum: potuit tamen esse nulla propter defectum animi cedendi

a In c. mora. de reg. iur. l. 6.

b Dist. ca. de bitores. de iur. iur.

c De iur. iur.

d Leg. iuris g. iurum s. patia qua surp. ff. de pacis. & l. generaliter. ff. de verb. ob. c. ca. 1. 1. 4. 9. 3. cum v. vlt. si multum. f. in cons. 67. g. In c. 221.

h Leg. s. ma & Titul. ff. de rob. cred.

i De vsuris l. 6.

k Leg. 1. C. de sacros. ecclies.

ius petendi mille tantum, quod habebat, per præfatum tertium præsuppositum, super quo magna disputatio texi posset, quod nobis in præsentia propter multa facere non licet, nec decet: quia valde sæculare est, & esset impedimento spiritualibus, quibus obruimur.

S V M M A R I V M.

- 2 Interesse probabile usque à principio potest taxari, & à mutuario promitti mutuanti, licet hoc sit in cambiis prohibitorie constare de usura. num. 1. & 5 successus creditorem petentem illius executionem non potest iudex, parte non opponente de usuraria prauitate, repellere. num. 1. etiam si putet reum ex causa id omittente. num. 6.
- 3 Iudex iudicare tenetur secundum acta publica, & publicas probationes, & non ex priuata scientia, itemque secundum leges, & non secundum propriam voluntatem. nu. 4. & 7.
- 5 Inquirere in genere potest iudex ex officio, an in suo territorio sint delinquentes; at contra certam personam non potest, nisi præcedente fama iudiciali, adeo ut extraiudicialis non sufficiat. & num. 7.
- 6 Iudex officium suum non requisitus non potest impartiri ad utilitatem, saltem propter interesse alicuius priuati, neque ob publicam utilitatem contra particularem procedere, diffamatione iudiciali non præcedente; sicque abstinendo non grauat conscientiam suam. nu. 7.
- 6 Iudex ignorare dicitur omnia, de quibus ei ut iudici iudicialiter non constat.

CONSILIVM X.

S Y L V I V S petiit à iudice executionem instrumenti, quo se quidam B. obligauit ad restituendum præfato Syluio 100. mutuo accepta, & quinque pro interesse pro tempore, in quod illa accepit.

Quæritur, quæ sunt partes iudicis in admittendo, vel repellendo præfatum Syluium à iudicio.

Respondeo primo, non vacare mihi, nec fortè licere hanc quæstionem pro eius dignitate tractare.

Secundo, quod si debitor opponit contractum esse usurarium, audiendus est, iuxta formam legum & statutorum circa hoc disponentium.

Tertio, quod si debitor nihil opponit, & iudex nihil nouit tamquam iudex, & tamquam publica persona contra illud instrumentum, neque contra contenta in illo, quia nec per confessionem actoris, nec per sententiam contra eum latam, neque aliàs notoriè, neque per probationes coram ipso factas constat ei contractum illum esse usurarium, debet exequi instrumentum,

2 Primo, quod iudex non debet in dubio præsumere actorem delinquere, maleque agere. ^a At non est certum, actorem præfatum male petere, præsupposita opinione, quæ habet posse mutuantem & mutuatarium conuenire super interesse probabile, ut nobis visum fuit in loco ubi citamur: quandoquidem licet partibus à principio conuenire de illo interesse probabili, ut prædictum est, præterquam de interesse cambiorum propter nouam Pij V. prohibitionem, de qua nos in nostro Manu. confess. bis fecimus mentionem.

3 Secundo, quod iudex debet iudicare secundum allegata & probata, & non secundum suam priuatam suspicionem, immo neque secundum suam scientiam priuatam, ^b & est determinatio D. Thomæ à plerisque omnibus Theologis & Iurisperitis recepta. ^c At præfatus iudex vt iudex nescit quicquam contra præfatum instrumentum, neque præfatum actorem: quia præfatum instrumentum in sua forma nihil continet usurarium, neque reus quicquam tale obiicit coram ipso: ergo male faceret, si per suam suspicionem priuatam negaret ei iustitiam, contra illud Ambrosij, *Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito domestica voluntatis, sed iuxta leges & iura pronunciat, statutus iuris obtemperat, non indulget propriae voluntati, &c.* ^d

4 Quarto, quod licet iudex possit ex officio inquirere generaliter de criminosis sui territorij, nulla expressa persona, iuxta l. congruis. ^e non tamen potest inquirere contra aliquem particularem, vt nos late probamus in rubrica de iudic. ^f & est casus in cap. qualiter & quando. ^g suntque ad id multæ rationes iuris naturalis ibidem à nobis adductæ: nec sufficit fama extraiudicialis, de qua profundius aliis tractamus nos in eadè rub. ^h Ergo iudex nec debet, nec potest inquirere contra

^a Leg. merito. ff. pro socio. c. ff. de præsum.

^b Leg. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præf. c. pastoralis. §. quia vero. de offic. deleg. c. in 2. 2. quæ. 67. art. 2.

^d Ca. iudices 3. quæst. 7.

^e ff. de offic. præf. ca. 1. de offic. ordin. f. à num. 53. g. 2. de accus.

^h Num. 52.

A actorem de usura in contractu commissæ ex officio, ob id solum, quod petat pecuniam à se mutuatam cum interesse à principio conuenio; cum per præsentationem præfati instrumenti non constet ei notoriè, neque per famam de tali usura; nisi per talem generalem inquisitionem fuerit notatus, vel nisi præcedente saltem fama iudicialiter contra illum probata coram ipso.

5 Quinto, quod nihil obstat cap. cum in diaccesi. ^a quia solum probat iudicem posse, vel debere declarare ex officio, esse usurarios eos, qui sunt notoriè tales, vel saltem sunt contra eos fama, & alia argumenta, quæ iudex tamquam iudex & publica persona nouit, secundum mentem omnium doctorum ibidem; cum (vt prædiximus) informatio iudicialis de fama in id requiratur.

6 Sexto, quod nõ sufficit ad hoc, vt iudex repellat actorem à sua petitione, quæ secundum suam formam est iusta, quod putet, quod propterea reus ob aliquos respectus in mente retentos non audeat opponere exceptiones sibi conuenientes. Tum quia non constat illud iudici iudicialiter: & iudex ignorat vt iudex omnia, quæ vt talis non cognoscit, per supradicta. Tum quia iudex non tenetur, nec iuste potest impartiri officium suum ad utilitatem priuatam, saltem ad interesse, ^b neque ad utilitatem publicam, inquirendo particulariter contra aliquem, non præcedente fama iudicialiter probata, vel saltem semiplena probatione iudicialiter facta, per ea quæ in d. Rubr. ^c dicimus.

7 Septimo, quod iudex satisfacit suæ conscientiæ, quam debet habere vt iudex, inquirendo ex officio generaliter in suo territorio, si quod habet, an sint aliquot usurarij, nulla particulari persona nominata; & si per illam generalem inquisitionem inuenerit esse aliquem, vel aliquos particulares, postea procedere contra illos particulariter, texendo nouam telam iudicij, secundum mentem omnium rectè loquentium, & leges naturales, diuinas, & canonicas rectè intelligentium, omiſſa pessima praxi quorundam iudicium infamantium multos, procedendo contra eos ex suspicionibus leuiter & extraiudicialiter cõceptis, qui ducentes se per scientiam priuatam, quam habent aliunde, quam ex actis coram se, & aliquando nimis audentes, & aliquando nimis timentes omittunt viam regiam, quam iura naturalia, diuina, & humana strauerunt, & eunt per semitas nouas ex suo capite & sensu inuentas, contra præfatum Ambrosij dictum, & alia multa, quæ non expedit referre apud virum & iudicem doctissimum: cuius, & alius cuiusuis melius quam nos sentientis censuræ omnia prædicta subiicimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Interesse illud lucris cessantis potest per creditorem à moroso solummodo accipi, quod verisimiliter lucratus fuisset. si mora ei facta non fuisset: & hoc arbitrio boni viri, omnibus circumstantiis pensatis, venit taxandum. nu. 3. nec sententia iudicis ad plus condemnans iustificat in conscientia. nu. 2.

CONSILIVM XI.

S E M P R O N I V S Titio adolescenti literis in quadam Academia incumbenti, propter amicitiam, quam gerebat erga eius patrem, legauit verbo coram hærede & testibus trecentas libras in adiutorium studij; quod legatū, mortuo Sempromio, frater eius hæres promisit soluere intra tres annos, singulis annis centum libras: sed effluerunt anni decem, & ipse nihil soluit. Rediit Titius ab exteris Academicis in patriam factus vir, & creatus Doctor; petiit debitam pecuniam ab hærede simul cum interesse: quam cum ipse nollet soluere, post agitatum aliquot annos litem per sententiam iudicis tandem condemnatus est hæres ad soluendum trecentas libras simul cum interesse, computando à die promissæ solutionis vsque ad realem seu veram solutionem.

Vertitur nunc in dubium, an Titius possit tuta conscientia recipere totū interesse, quod solet in hac patria solui ad rationem octo pro centum, vt etiam solent emi census annui.

Pro vtraque parte se offerunt rationes, quæ rem dubiam faciunt. Pro altera quidem, quod ex Theologorum sententia interesse recipi non potest, nisi verum, aut verisimile, siue lucris cessantis, siue damni emergentis. In hoc autem casu Titius dubius est, an si pecunia accepta esset per eius patrem, sub cuius potestate erat tempore solutionis, consumpta fuisset in expensis pro studio, an verò conuersa in emptionem census: probabiliter tamen credit, quod si ab initio singulas

^a De usuris.

^b Le. 4. §. hoc autem. iudicium. cum ei adnot. ff. de dam. infect. c. Num. 53. & seq.

centum libras accepisset pater, eas in expensas pro studio filij consumpsisset; si verò post tres aut quatuor aut plures annos omnes simul trecentas libras accepisset, eas in emptionem huiusmodi redditus pro filio conuertisset. Atque hoc pacto interesse ab initio non est in dubium.

Pro altera verò parte est, quod iudices in litibus iudicant, legata facta minoribus, esse soluenda simul cum interesse: & à litigantibus victores interesse accipiunt ad rationem octo pro centum, nec curant an interesse sit verum, aut verisimile, nec ne, ac tuti sibi videntur, quia id faciunt iudicis auctoritate.

1 Respondeo primo, prædictum dubium cessare quo ad quantitatem & summam eorum, que impendit litigando tanto tempore: quia illa est interesse damni emergentis ob non factam solutionem, quod accipi potest ultra principale debitum, vt traditur per gloss. Ancharanum, Panormitanum, Ananiam & omnes, & nos quoque diximus in Man. confess.

Secundo, quod certum est, dubium esse affirmatiuè resoluendum quo ad omnia contenta in sententijs in foro exteriori, argumento l. res iudicata pro veritate habetur.

2 Tertio, quod etiam est resoluendum affirmatiuè quo ad vtrumque forum quo ad interesse lucri cessantis, quod verisimiliter lucrificasset Titius, vel pater, vel tutor, vel curator eius, iuxta doctrinam Innocentij, & communiter receptam, quicquid Domin. Sotus contradicere voluit, vt nos tradimus vbi supra, & latius in alio loco ibi citato.

3 Quarto, quod resoluendum est negatiuè quo ad illam quantitatem, quam continet sententia ultra interesse probabile & verisimile: ita quod prædictus Titius poterit accipere virtute prædictæ sententiæ creditum tantum principale, & interesse damni, quod passus est in litigando, & lucrum, quod probabiliter credit facturum fuisse patrem suum, si principale tempore debito fuisset solutum, nam nunquam iure diuino, neque humano canonico peti vel accipi potest interesse lucri cessantis, etiam post moram, nisi cum probabiliter & verisimiliter coram Deo creditur illud lucrum faciendum fuisse, si conuenta præstita fuissent, secundum omnes tam Iuristas, quam Theologos.

Quinto, quod prudentis viri arbitrio iudicandum est, quantum & quanto tempore lucrifacere fuisset verisimiliter coram Deo, perpenlis circumstantiis personarum, loci, temporis, & opportunitatum lucrandi, quæ sese obtulerunt, si summa principalis opportuno tempore fuisset soluta.

S V M M A R I V M.

1 Solutio debiti communis vim mutui habet pro ea parte, qua respicit alios correos debendi; & pro ea vltra sortem quid capere, nisi ratione interesse, vsura est.

C O N S I L I V M X I I.

A. B. C. fratres habebant omnia bona sua communia, & A. duxit uxorem cum dote decem milliun scutorum, quorum sex mille impendit in solutionem debitorum communium trium, & alias utilitates eorundem: & postea, diuisis bonis, pacti fuerunt, vt B. & C. singuli soluerent duo mille, & sex annua pro centenatio pro fructibus, donec persoluerent præfata miliaria. Quæritur, an pacti sit vsurarium.

1 Respondeo primo, præfata solutionem sex milliun scutorum quo ad quatuor, quæ debebant B. & C. non fuisse quidem formaliter mutuum, seu mutuacionem, fuisse tamen æquipollenter: sicut depositio pecuniæ numeratæ cum facultate, vt depositarius possit ea vri, formaliter quidem non est mutuum, sed æquipollenter sic.

Secundo, quod ex hoc sequitur, A. nihil posse accipere à B. & C. vltra sortes principales, quas acceperunt pro partibus debitorum suorum, & aliarum utilitatum ex vi & ratione prædictæ solutionis, quæ habuit vim mutuacionis, siue mutui.

Tertio, capere illa sex annua pro centenatio, non computando illa in solutione partis sortis principalis, esset vsura, non quidem clara, sed sic palliata, ratione societatis, donationis, vel dationis ob causam.

Quarto, quod prædictus A. posset accipere absque vsura prædicta sex annua pro centenatio vltra sortem principalem, ratione interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, si quod illi contigerit, iuxta glossam singularem, & illa multa, quæ nos post alios tradimus in com. de vsuris. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Contractus mutui esse non desinit, licet apponatur pactum, quod nisi species mutuo data tempore conuenit restituatur, liceat mutuantis exigere pro ea certum pretium; secus si hoc pactum fuisset positum in voluntate solius mutuatarij.

2 Contractus mutui non vitatur, licet in eo apponatur pena per mutuatarium, si moram commiserit, incurrenda.

C O N S I L I V M X I I I.

Q V I D A M vir recepit in solutum à quodam suo debitore certam summam frumenti ad rationem trium scutorum pro quolibet rubio; postea vero cum illud vellet vendere, non inuenit emptores, qui pro tanto pretio illud emerent, cum iam esset pretium diminutum. Quare ne in damno remaneret, noluit illud minori pretio vendere, quam ipse recepit à suo debitore; & sic mutuo dedit quibusdam Marinensibus (vt vulgo dicitur) à renouare, qui Marinenses promiserunt illud restituere per totum festum Sanctæ Mariæ de mense Augusti proximi futuri 1553. conductum in Urbem, vbi ipsi mutuanti placuerit, sumptibus dictorum Marinensium, bonum, nitidum, & mercantile; & in euentum, quod aliter esset, quod posset refutari, & id facere soluere ad rationem trium scutorum pro quolibet rubio, prout homines de Marino promiserunt, & se obligarunt in forma Camera. Adueniente tempore, cum dicti Marinenses defecissent in restitutione grani, prout obligati erant, conueni fuerunt in iudicio, & condemnati ad rationem quanti plurimi granum tunc creuerat in æstimatione, videlicet ad scuta quinque pro quolibet rubio, prout tunc granum valebat.

Quæritur primo, vtrum supradictus contractus sit licitus in foro conscientie, nec ne, an sit vsurarius: & si sit vsurarius, ad quid teneatur dictus mutuans.

Secundo quæritur, posito quod sit licitus, an dictus mutuans potuerit recipere scuta quinque pro quolibet rubio in foro conscientie, prout recepit, an solum potuerit recipere scuta tria pro quolibet rubio grani, prout conuentum fuit in supradicto contractu, modo, & forma supradicta. Super quibus petitur consilium.

1 Ad hæc dubia responsurus dico primo, quod contractus hic difficilis est iudicatu, qualis sit. Nam ab vna parte videtur esse emptio, & venditio, eo quod videtur interuenisse pretium trium scutorum pro rubio, si pro tempore præstituto non redderetur; & quod obligatio soluendi esset alternatiua, scilicet, soluendi triticum, vel pretium trium scutorum pro rubio. Ab alia parte videtur potest contractus mutui penalis, eo quod erat reddendum, quod accipiebatur, in genere suo a quæ bonum sub pena soluendi tria scuta pro rubio: quæ pena poni potest in mutuo, iuxta glossam. Ab alia verò parte videtur iudicandus esse mutui absoluti, eo quod sic appellatur in instrumento, & quod per eos tradita fuit res mutabilis reddenda in genere suo a quæ bona. Nec obstant præfata: quia re vera non dabatur mutuatariis optio soluendi triticum, vel tria scuta: immo mutuatarij obligabantur simpliciter ad soluendum triticum bonum, & mercantile; & casu quo soluerent aliud, quod non esset tale, dabatur optio mutuantis, vt posset illud refutare, & petere scuta tria pro rubio; quæ conditio & facultas non mutat naturam contractus mutui, vt palam est. Nec, si res subtiliter perpendatur, fuit imposita pena trium scutorum pro rubio, casu quo non solueretur triticum, sed solum casu quo solueretur illud, sed non esset tale, quale soluendum erat. Vnde de rigore iuris non poterant cogi mutuatarij ad soluendum tria scuta pro rubio, cum non euenisset casus, quo ipsi poterant cogi ad ea soluenda. Nec poterant cogi consulentes, vt essent contenti tribus scutis. Tum quia non euenit casus, quo ipsi exigere possunt. Tum quia, esto quod euenisset casus, non habet contractus, vt illi essent contenti illis tribus scutis, sed possent, si vellent, facere, vt mutuatarij soluerent illa; ita quod ipsi poterant petere triticum nullatenus, nec bonum, nec malum, illis solutum.

2 Secundo dico, quod per præfata videtur iudicandus præfatus contractus mutui absolutus, cum quadam clausula posita in fauorem mutuantis propter moram mutuatarij in soluendo, casu quo solueret triticum minus bonum, quam quod accepit, videlicet, quod posset petere tria scuta pro sua-

a In ca. conque
stus. de vsur.
b Cap. 17. n.
c. 11.
cf. de reg. iur.

d In ca. sacro
de sens. excõ.

e Arg. l. i. ff.
de iur. delib.
cap. de causis
de offi. deleg.
c.

f Leg. certi cõ
ditio. ff. de
dõ. cred.

g Cap. conju
tus. de vsur.

h Ca. conque
stus. de vsur.
i Super ca. 1.
l. 4. q. 3. nos.
j. m. m. 40.

a Ca. conque
stus. de vsur.
per c. contra
remutatu. 21.
quæst. 2.



a *L. c. cū quid ff. de re. cred.*
b *Leg. vimum eod. tit.*

c *De reg. iur. lib. 6.*

gulis rubiis; quæ clausula fundata in mora, vt supra, mutuatorum, potuit apponi, perinde ac alia pœna; & consequenter mutuantes poterant petere triticum æquè bonum, quale iure erat soluendum, etiam si expressè non fuisset promissum, cum interesse maioris valoris eius. ^b Qua ratione iustificatur sententia iudicis lata, & exequuta in fauorem consulentis.

Nec obstant ea, quæ possent scrupulum ingerere; quoniam tolluntur per præfatam considerationem veram prædicti contractus: & quod damnum, quod euenit mutuatori, prouenit ex eorum culpa, & mora, quæ moroso debet esse nociua, iuxta cap. *mora*. cum ibi adnotatis. ^c Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Vendens triticum pro pretio, quo valebit tali mense, pretium medium illius mensis eligat, quod si suo arbitrio reseruet cuiusvis diei dicti mensis electionem, erit vsurarius, etiam si triticum illo mense vendendum seruare decreuisset.*

CONSILIVM XIII.

QUID AM vendidit hordeum pretio, quo valebit Romæ mense Februarij, ad suam electionem, super quo accepit apocham, in qua emptor promittit illud sic soluendum. Quæritur, an censenda sit vsuraria.

Respondetur primo, quod conueniebat exprimere in facto, an præfata venditio fuisset facta Romæ, vel extra illam, quod non exprimitur; & an venditor seruasset præfatum hordeum vsque ad Februarium, an non; & si venditurus fuisset tempore, quo vendidit, vel ante Februarium, quod etiam taceretur.

1 Secundo, quod apocha præfata est vsuraria, etiam si mutuans fuisset seruaturus hordeum vsque ad mensem Februarij; ea firma ratione, quod qui vendit in vno mense hordeum, vel aliquid aliud vendibile soluendum in alio mense, pretio quo in illo valebit, non potest iustè accipere pretium summum, quo valebit aliquo die illius mensis; nec tenetur accipere minimum, quo valebit aliquo die eiusdem, sed debet esse contentus pretio medio, quo valebit illo mense: ita quod, si pretium summum, quo valuerit aliquo die illius mensis, fuerit 20. & minimum, quo valuerit alio die, decem, venditor debet esse contentus solutione quindecim, vt post Alexandrum & alios nos tradimus in Manu. confess. ^d & per hanc apocham, per quam datur electio diei creditori, debentur illi viginti, & potest recipere multo plus, quam iure debetur ei, & consequenter lucrari aliquid ratione mutui comprehensi in contractu venditionis dilata solutione, quod est admittere vsuram.

S V M M A R I V M.

1 *Actio ad centum post annum vel biennium soluenda minoris emi potest præsentis pecunia.*
2 *Fideiussor præcipue rogatus obligationes sui principalis post aliquod tempus dissoluendas potest minoris præsentis pecunia emere.*
3 *Remissio actionis seu obligationis recepta ob anticipatam solutionem minori summa vsuram sapit; secus si alio respectu fiat dicta deductio.*

CONSILIVM XV.

CVM quidam eques Iulius Cæsar Cærdi à diuersis personis multas pecuniarum summas ad societatem cepit, soluendo fructus ad rationem 12. pro centenarij, vt moris est, non habens modum, vidente domino Hieronymo eius patre, cum interuentu Illustrissimi Cardinalis Sfortia, cui hoc onus à Sanctissimo fuit demandatum, fuit facta conuentio cum dictis creditoribus, vt eis intra annum solueretur fors principalis, & fructus decursi ad rationem sex scutorum pro centenarij tantum, & per spatium dicti anni pecunia creditoribus nihil lucrarentur, prout omnes contenti remanserunt.

Pro effectuanda dicta concordia, D. Mutius Cærdi frater dicti equitis obligauit se in forma Camerae de soluendo creditoribus infra annum modo supradicto, ita tamen, quod omnes actiones ipsi D. Mutio cedant pro summis ab ipso soluendis. Nunc vero aliquibus ex creditoribus, & forsitan omnibus esset proficuum & commodum, si ad præsentem eorum credita soluantur; & pro remissione temporis contenti essent, quod aliquid aliud ad rationem 5. vel 6. scutorum pro centenarij

A etiam ex fructibus, vel ex sorte principali retineretur eis in solutione, quod gratiose & titulo donationis ipsi equiti remittunt, & remittere vellent.

Et stante commodo & vtilitate creditorum, & gratiosa eorum donatione, quæritur an licitè & impunè fieri possit ex parte equitis Cærdi, & absque aliquo scrupulo conscientia.

1 Respondeo primo, quod resolutio huius dubij pendere videtur à resolutione illius, quo quæritur, an actio ad centum soluenda post annum, vel biennium, vel triennium, iustè possit emi minoris, quam centum, quod ipse affirmatiuè resoluit in Manu. confess. ^a tum auctoritate Innocentij cui nemo ibi contradicit. ^b Tum quia minus valet actio ad rem aliquam, quam ipsa res præfata. Tum quia minoris valet id, quod non est futurum vtile intra vnum annum, alio eiusdem qualitatis, quod est futurum statim vtile, vt palam est.

2 Secundo respondeo, quod prædictus frater prædicti Iulij potest iustè emere præsentem pecuniam à singulis creditoribus singulas actiones, quas ipsi habent contra Iulium aliquanto minore pretio, quam sit illud, quod per eas peti & recipi potest, per resolutionem prædictam.

Tertio, quod hoc facere potest etiam non rogantibus creditoribus, sed iustius rogantibus illis, vt eas ipse ab eis sic emat; & iustius, si ob earum emptionem oporteret eum pecuniam aliis negotiationibus destinatam in hanc emptionem vertere.

C 3 Quarto non obstat dicere, quod remissio actionis ob anticipatam solutionem videtur vsuraria, vt nos vbi supra post alios ibi citatos insinuauimus. Tum quia illud est verum, quando remissio illa fieret ob solam solutionis anticipationem, non autem cum fieret ob alium iustum respectum, puta quia minus valet, quam ipsa res præfata, vt ibidem insinuauimus. Tum quia aliud est donare, seu remittere obligationem seu actionem ob minus pretium anticipatum, & aliud emere actionem, quæ minoris valet, quam res ipsa præfata, ad quam illa datur: & ita inferitur ex vno ad aliud. ^c

S V M M A R I V M.

D 2 *Vendere carius, vel vilius emere, quam res valeat, ob dilatam vel anticipatam solutionem nec mercatoribus maritimis, nec pastoribus, nec mercatoribus lanarum (contra Sotum) licet, num. 1. nisi hic excessus iustificetur ex capite lucris cessantis, vel damni emergentis, nu. 3. 4. vel includatur intra latitudinem iusti pretij, nu. 6.*
4 *Interesse futuri lucris cessantis, & damni emergentis ratio haberi potest in initio contractus, qui dilata vel anticipata sit solutione.*
5 *Pretij latitudo maior est in re maioris valoris, exceditque pretium, quo communiter præsentis pecunia vendi potest, num. 6.*

CONSILIVM XVI.

CONTRAHERE an liceat pastoribus regionis Segobienensis modo solito cum mercatoribus ementibus lanas ad pannos conficiendos, & tingendos, ita scilicet, quod mercator emat carius propter solutionem dilatam ad tres terminos intra duos annos, & pastor vendat carius propter eandem solutionem dilatam.

1 Respondeo primo, dixisse me in Manu. confess. ^d Dominicum Sotum tenere, ^e licere mercatori huiusmodi lanarum emere vilius illas propter solutionem anticipatam per annum; per quod satis sentit licere pastori vendere carius lanas prædictas ob dilatam solutionem per annum. ^f

2 Secundo, contrariam opinionem me tenuisse ibidem, sicut & contra Medinam, ^g tenui non licere mercatoribus nauticis vendere carius merces propter dilatam solutionem.

3 Tertio, quod hæc duo dicta intelligenda erant de pastore & mercatoribus vendentibus, & ementibus carius vel vilius sola ratione dilationis vel anticipationis solutionis, nulla ratione habita interesse damni emergentis, vel lucris cessantis.

4 Quarto, quod in ea sum opinione contra Sotum, quod propter verum interesse lucris cessantis potest, qui contrahit, carius, quam præsentis pecunia res valet, vendere, vel etiam vilius emere, vt efficaciter probaui in com. de vsuris; ^h & quod secundum omnes potest capi interesse damni emergentis, vt ibidem probatur.

5 Quinto, quod potest capere vendens pro merce sua aliquid amplius, quam illa valet pecunia præsentis; dummodo

a *Cap. 17. nu. 230. C. seq.*
b *In c. in ciuitate de vsur.*

c *Arg. l. Papiannus. ff. de minor. cap. ad audientiam. de decimis. C.*

d *Cap. 17. nu. 241.*

d *Cap. 23. nu. 82.*
e *Lib. 6. q. 4. art. 1. de iust. & iure.*
f *Arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. g. In c. de re. restituens. qu. 39.*

h *Superior. ff. feneratoris. l. 4. qua. i. nos. l. 15. nu. 40.*

illud

a Cap. 23. n. 79.

b Num. 79.

illud non excedat latitudinem iusti pretij, quod non est indiuisibile, sed habet latitudinem maiorem quidem in re maioris pretij, & minorem in re minoris pretij, vt in dicto Manu. 6 Sexto, quod in casu quaestionis praesentis adduntur duae causae, propter quas pastores vendunt carius, quam res praesenti pecunia valet, non habita ratione dilationis. Altera est, quod quantitas illa duorum nummorum argenteorum, quae additur pretio, quo arroba lanae pretio communi, pecunia praesenti vendi potest, videtur includi intra latitudinem iusti pretij, per ea quae in dicto Manual. b diximus. Altera, quod pastor paritur interesse lucri cessantis propter praedictam dilationem; cuius, si verum est interesse, ratio haberi potest, vt praedictum est.

Septimo, quod per haec omnia responderi potest categorice, contractus praedictos esse licitos quo ad forum conscientiae. Salua, &c.

S P M M A R I V M.

- 1 Vendens ob dilatam solutionem carius, quam pretio rigoroso, vsuram committit; nec iustificatur ex periculo, labore, & impensis, quae ob conditionem debitoris subit venditor post tempus exacturus pretium. num. 2. 3. & 5. nec secundum magis communem, a qua recedit Sotus, si agatur de venditione magna quantitate mercium de longe abatarum, quae breui tempore, vt expedit etiam Reipublica, praesenti pretio non possunt distrahi. num. 4.
- 2 Emens vel conducent minoris infimo pretio ob anticipatam solutionem est vsurarius.
- 3 Periculum perdendi pretium ob malam debitoris fortunam non facit quod merx carius vendi possit, nec ex mutuo plus recipi.
- 4 Lucri cessantis ratio tunc habetur, quando a debitore rogatur creditor, vt in ipsum gratiam desinat aliquam actionem, quam cum lucro erat facturum, exercere.

CONSILIVM XVII.

N. MERCATOR lanarum exercebat mercimonia colligendo setam, & laram omnis prouinciae, & eam lauam & curam vendebat per suum institorem, cum facultate vendendi eam certo pretio volentibus emere pecunia praesenti, & volentibus emere cum dilatione vnus anni, cum auctario nouem pro centum. Nunc D. vult toram illam lanam collectam emere pecunia praesenti, & postea vendere illam eo modo, quo mercator vendit. Queritur, an id ei liceat.

Respondeo primo, quod in hac quaestione vnum explicite quaeritur; & aliud implicite praesupponitur. Quaeritur enim expresse, an praedicto D. liceat id, quod quaeritur, facere; & praesupponitur tacite, quod praedicto N. id quod facere dicitur, liceat.

Secundo, quod non recte praesupponitur venditionem praefatam licere praedicto N. Tum per textum in hoc satis exprellum in cap. in ciuitate. c quatenus probat, eum, qui vendit pipem, vel cinnamomum carius propter dilationem ad soluendum datam, peccare. ergo eadem ratione, qui lanam vendit carius propter dilationem solutionis, dicitur peccare. d Tum quia expresse hoc definitur in cap. consuluit. c quatenus dicit, peccare negotiatorem, qui vendit rem pluris, quam valet, ob dilationem solutionis pretij.

Tertio, quod id ipsum probat praefatum ca. consuluit. quatenus habet, peccare creditorem, qui, vt terminum solutionis faciendae differat, accipit aliquid.

Quarto, quod haec est doctrina communiter recepta ab Innocentio, Hostiensis, Ioanne Andrea, Panormitano & alijs plerisque omnibus in praefatis capp. f & nos ante 35. annos tradidimus in comm. de vsuris, & in Manual. confess. h in haec fere verba: Peccatum vsura velatum siue palliatum committit, quicumque minoris iusto pretio infimo siue pio querit aliquid propter anticipatam solutionem, & contra quando quis vendit alij maiore pretio iusto supremo propter dilatam solutionem, i qui enim emit 10. rem ad minus pretio infimo valentem 12. ob anticipatam solutionem, in effectu videtur mutuae pretium, accipiendo illud plus iusto pretio, quo res vendita valet, pro vsuris, vt in praedictis iuribus probatur. Hec ibi, & paulo inferius, h in haec verba: Qui vendit, permutat, aut conducit minoris iusto pretio ob anticipatam solutionem, est vsurarius: & e contrario omnis, qui vendit, permutat, aut locat maioris iusto pretio maximo siue rigoroso ob dilationem solutionis, per rationem supra positam, &c.

c De vsuris.

d Arg. illud. ff. ad l. Aquil. c. Eiusdem tit. de vsur.

f Et in c. si. a. iusdem tit. g. Sup. c. 1. 3. q. 3. n. 26. cum sequens.

h Cap. 17. num. 206.

i Cap. in ciuitate. de vsur. & ead. audientia. de emptio. & c. illo vos de pigno. cu. eis adnot. k Num. 210.

3 Quinto, quod contra conclusionem hanc communiter receptam tenuit Medina, a quod res carius vendi potest credita, quam praesenti pecunia, & vilis emi ea anticipata; quia modus vendendi videtur augere, vel minuere pretium propter periculum, quod contingere potest, eo quod debitor fieri potest inops, & impotens ad soluendum pretium, vel tradendam mercem, vel ingratus & malignus, qui nolit id facere: cuius sententiam neruose confutat Sotus, b & neruolius confutat potest, eo quod est noua, & contra omnes alios Theologos & Canonistas, & quod Ecclesia declarauit id esse illicitum, per cap. in ciuitate. de vsur.

a In cod. de rebus restitued. q. 39.

b Lib. 6. q. 4. a. 1. de iust. & iur.

4 Sexto, quod licet praefatus Sotus, reprobata opinione praefati Medina, tenuerit, quod communis opinio limitari potest, quando utilitas reipub. exigit, vt magna copia mercium simul vendatur, vel ematur, & non inueniuntur qui tantam copiam praesenti pecunia emant, vel vendant: vt cum magna copia mercium defertur e longinquo per mare a nautis, quas qui praesenti pecunia emant, non inueniuntur, & nautae non possunt expectare tempus, in quo illa iusto pretio praesenti pecunia vendi possunt, & interest reipub. vt copia illa mercium veniat e longinquo. Sed illa limitatio opinionis communis, licet vtcumque possit recipi, nihil tamen prodest praefato mercatori. Tum quia non tradit lanam ex aliqua prouincia longinqua. Tum quia non vendit credito pro pretio, quo valebit tempore solutionis, sed pro dilatione vnus anni capit lucrum ad rationem nouem pro centum. Tum quia ipsemet Sotus expresse ait, illam suam limitationem non esse trahendam ad mercatores, qui in ciuitatibus vendunt suas res credito, &c. vt in eo videri potest.

5 Septimo, quod difficultas recipiendi pecuniam ab emente in termino faciendae solutionis, & periculum perdendi eam, si emptor fiat pauper, vel decoquat, siue fallat, vel fiat fraudulentus, non possunt eum ab vsurae peccato excusare. Tum quia, vt supra tactum est referendo verba Manu. c etiam qui mutuat pecuniam, subit eadem difficultates, attamen non potest capere quidquam ob eas, prohibente id non solum iure canonico, sed etiam naturali, & diuino.

c Ex c. 17. num. 206. & 210.

6 Octauo, quod sicut per praedicta efficaciter probatur falsum esse id, quod in quaestione proposita praesupponitur esse verum, nempe, praefatum N. peccatum vsurae admittere in exercitio vendendi lanas praedictas modo in quaestione proposita, ita fortiori ratione probatur praefatum D. peccatum, si emerit lanas pecunia praesenti a praefato N. & postea venderet illas eo modo, quo N. vendit. Tum quod D. longe longius abest a conditione mercatoris. Tum quia labores, & impensas, quae suscipit, & impendit, maiorem aliquem colorem possent tribuere venditioni N. quam venditioni D. qui nihil aliud faceret, quam emere lanas praesenti pecunia, & postea vendere illas sine vlla mutatione, dilata solutione: quamuis, vt praedixi, nulli labores, nullaeque impensa possint iustificare venditiones praefati N. quippe quae sunt contra ius naturale diuinum, & canonicum in praefatis capp. contentum.

6 Nec etiam ratio lucri cessantis, eo quod possit pecunia, qua emit lanam, emere praedia, & census, potest eum excusare; quia non rogatur ab emptoribus lana, vt cesset ab emptione praediorum, & census, vt eis parer lanam, & quod ei refarcient lucrum cessans; sed neque ille libenter id faceret. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Venditor, qui praesenti pecunia emere volentem non reperit, potest secundum aliquorum sententiam dilata solutione plaris vendere, quam valeat, quorum tamen sententia non probatur, nec in casu, in quo emptores pro eorum utilitate nolunt nisi dilata solutione emere; nisi quando venditor erat rem seruaturus in diem, in quo probabiliter dubitabatur an esset plus vel minus valitura; ita vt alterum sine altero non sufficiat.
- 2 Emere viliori pretio rem ad hoc, vt illam mutata forma, loco, vel alio tempore pluris, prout tunc valebit, vendere possit, licere non dubitatur.
- 3 Vendere ob dilatam solutionem possum rigoroso pretio rem, quam praesenti pecunia miti venderem.
- 4 Vendere dilata solutione ad annum potest artifex suas merces cum augmento 12. pro 100. si ex illis singulis trimestri praesenti



pecunia vendita etiam plus lucratus fuisset: & hoc, in eundo
saltem virtualiter duos contractus, quorum primus sit ven-
ditio presentis iusto pretio, secundus mutuum ad annum cum
receptione iusti lucri cessantis.

CONSILIVM XVIII.

a In conf. 111.

AN sit tenenda determinatio illa Decij, scilicet quod
quidam operarius, qui solebat de stamine serico, quod
constabat centum, in tribus mensibus reducere in fila valen-
tia centum & quatuor, possit iuste vendere alteri volenti dif-
ferre solutionem vsque ad annum pro centum & duodecim?

b Authen. ad
ad hoc q. 9. C.
de usuris.

c De usuris:

d Num. 14.

e In m. q. 9.

1 Ad quam respondeo, quod Decius de more suo subtilis-
sime eruditissimeque videtur adducere omnia, quae pro illa
possent adduci: & quod nullum eorum, praeter forte vnum,
videtur satis firmum fulcrum illius, propter ea quae in prin-
cipio consilij in contrarium nervosissime adducit.
Primum enim, quo illam fundat, est determinatio illa
Saliceti, scilicet, quod mercator, quando non inuenit
qui mercem suam praesenti pecunia emat, potest illam
vendere maioris, quam valet, dilato ad soluendum ter-
mino; quae tamen nullo iuro Pontificio probatur: immo
expressè reprobatur per cap. in civitate. & capit. ult. e
que probant debere duo concurrere ad hoc, vt quis
suam mercem carius vendere possit, quam valeat praesenti
pecunia: Alterum est, quod sit certum, vel saltem dubium,
quod metx sit pluris valitura tempore solutionis: Alterum,
quod venditor vellet illam seruire inuenditam vsque ad il-
lud tempus. At in casu Decij, ille operarius volebat vendere
sua fila in fine trimestris, & non seruire in finem anni. Nec
obstat responsio, quam ad hoc dat Decius, quoniam ipsemet
ob frigiditatem eius ab ea discedit.

Secundum desumptum ex eodem Saliceto, non est firmum:
nullo enim iure Salicetus probare potest, quod quan-
do emptores nolunt emere praesenti pecunia, & pro utilitate
sua volunt sibi differri solutionem, quod tunc possit merca-
tor suas merces vendere illis maiori pretio propter solutio-
nem dilatam. Tum quod hoc est contra praedicta duo capp.
Tum quod illorum decisiones, & prohibitiones essent vanae,
si pro voluntate emptoris dicentis sibi esse id utile, posset
vendi eis maiore pretio, vt palam est.

Tertium est ratione dubij, quanti valitura erant praefata
fila tempore solutionis: quod omnino confutatur, vt pri-
mum; quia non sufficit illud dubium, nisi quando dominus
mercis vult seruire illam inuenditam vsque ad illud tem-
pus: & in casu Decij volebat vendere illa fila tempore quo
vendidit. Nec obstant eius replicae, quae sunt verbales, & non
reales.

2 Quartum, in quo prodegit multa superuacanea Decius,
nihil prodest suo proposito: quia omnia tendunt ad proban-
dum frustra, quod licet emere rem vilius ad vendendum ca-
rius, mutatione ipsius facta in forma, vel de illa in alium lo-
cum vel tempus disponere; quod nemo negat: omnes enim
sarentur, eum, qui animalia recens nata vili emit, posse nutri-
ta & aucta carius vendere: & qui emit merces in loco vel
tempore, quo utili pretio valent, posse easdem seruatas in
aliud tempus vel in alium locum, quo pluris valuerint, carius
vendere. At in casu sibi proposito, qui vendidit fila, nolebat
formam illorum mutare, nec in aliud tempus seruire, nec in
aliud locum transferre, sed vbi ea erant vendere.

3 Quintum, quo fundat, est, quod licet mercatori vendere
rem carius ob dilationem, quam praesenti pecunia, dummo-
do non excedat iustum pretium: in quod allegat Theologos
in genere: quod tamen secundum omnes illos intelligendum
est, quando vendit carius, intra tamen latitudinem iusti pre-
tij. Cum enim pretium iustum non sit in puncto indivisibili
situm, sed habeat latitudinem, cuius vnum extremum dicitur
summum, siue rigorosum, aliud infimum, siue piium, & aliud
medium, potest mercator iuste vendere mercem summo
pretio, scilicet 12. dilata solutione, quam praesenti pecunia
venderet infimo, scilicet 10. vel medio, scilicet 11. vel circiter,
vt nos post alios dicimus in Manual. confess. f quod non ser-
uit suo proposito: quoniam ille vendebat fila longè carius ob
dilationem iusto pretio summo.

4 Sextum autem, scilicet, propter interesse lucri cessantis
eius, qui vendit, satis potest congruere suo proposito; intelli-
gendo tamen, & limitando ad regulas interpretandi iuridice

f Cap. 17. num.
228. & c. 13.
num. 78.

A interesse, ita scilicet, faciendo duos contractus formaliter, vel
virtualiter: alterum, quo qui vendidit illa fila, vendidisset ius-
to pretio infimo, medio, vel summo praesenti pecunia: alter-
rum, quo ad preces & utilitatem ementis dedisset dilationem
vnus anni ad soluendum illud pretium pro iusto & vero inter-
esse, quod probabilius lucratus fuisset venditor intra illum
annum: ita quod vendens solùm, vel saltem principaliter ac-
cepisset illud auctarium pro illo interesse, & nullatenus, sal-
tem principaliter, pro dilatione; ita quod cessaret omnis fraus
palliandi vsuras. Videtur enim posse defendi, quod venditor
mercis potest iuste vendere mercem emptori iusto pretio,
etiam summo, soluendo praesenti pecunia, & mox, vel ex in-
teruallo ad preces emptoris, & principaliter ad eius utilitatem

B dare illi dilationem ad soluendum illud, promisso interesse,
quod probabiliter lucraretur intra illud tempus. Tum quia
id in effectu esset capere pretium iustum pro merce vendita,
& mutuae illud, promisso vero & iusto interesse lucri ces-
santis; quorum vtrumque licet, per ea, quae nos latius dixi-
mus in com. resolut. de vsuris, a & in Man. confess. b Tum
quia recepta sententia glossa, Panormitani & communis ha-
bet, posse haberi rationem lucri cessantis, per l. 3. c Tum quia
Hostiensis receptus asserit, d quod mercator volens ire ad
nundinas ad mercandas merces, quas postea portatas vende-
ret in terra sua, rogatus ab amico posset mutuare illas pecu-
nias, quibus mercaturus erat, promisso sibi vero & probabili
interesse lucri cessantis: quamuis Innocentius, e contrarium
tenet, quando quis sponte inmutat. Caueat tamen diligenter
huiusmodi venditor, vt hanc rem gerat candidè, ita quod ve-
rè coram Deo, quia corda videt, non accipiat illud auctarium
principaliter pro dilatione, sed pro interesse vero & probabili,
quod probabiliter lucraretur emendo alias merces, si pretium
solueretur ei tempore venditionis.

C **S Y M M A R I U M.**
2 Vendens dilata solutione rem fructiferam cum translatione do-
minij non potest ob dilationem praedictam etiam in compen-
sationem fructuum aliquid exigere; & hoc, nisi venditor in
mora constitutur. nu. 2.
2 Vendens dilata solutione rem cum translatione dominij, si illam
sibi in pignus, donec pretium solvatur, retineat, fructus ex illa
perceptos non potest nec ex pacto sibi lucrari.

D **CONSILIVM XIX.**
AN ille, qui pro suis tantum negotiis, & non ad instan-
tiam alicuius amici, vendit domum, aut fundum mille
aureis, aut huiusmodi, & non valens recipere in praesenti nisi
quingentos, data dilatione ad triennium, aut eo amplius, con-
uentionem faciat cum emptore, vt interim ratione fructuum
det sibi tot pro centenario, committat vsuram in foto con-
scientiae, si tamen verè transeat dominium dictae domus aut
fundi in emptorem, ita vt illis interim pereuntibus, pereant
tantummodo & corruant emptori, non autem venditori?
Item, quod idem est cum superiori quaestione, an opinio
tantummodo vera in foto tantum conscientiae ea sit, quam
contra Angelum, f fuerit Siluester, g Gabriel Biel, h S. Ber-
nardinus, i Antoninus, k Plorus, l Abba, m & alij Theologi,
ac doctores, quos refert ac sequitur Siluester vbi supra.

E 1 AD PRIMAM respondeo, in casu proposito vsu-
ram committi: quia ratione dilationis solutionis accipit aliquid,
quod est peccatum vsurae. n
AD SECUNDAM respondeo primo, quod, vt res-
ponso ad primam quaestionem sit vera, non oportet quod
opinio Angeli sit falsa: quoniam ille loquitur in casu, quo em-
ptor à principio constituitur in mora, & consequenter quan-
do non datur dilatio ad soluendum; in casu autem proposito
palam est emptorem non esse in mora à principio, quia datur
ei dilatio ad soluendum.

2 Secundo, quod illae duae opiniones possunt conciliari, vt
opinio Angeli procedat in casu, quo res vendetur praesen-
te pecunia, nulla dilatione data, & translatis dominio & pos-
sessione per clausulam constituti; quo casu emptor à princi-
pio incipit esse in mora soluendi, vt ait Angelus: opinio autem
contraria, quando expressè faciendo pactum, vt res detinea-
tur à venditore, donec solvatur pretium, tacitè datur ei dilatio

F **ad soluen**

a Super ca. 1.
14. q. 3. no. 23.
b Cap. 17. nu.
210.
c §. ff. de eo
quod certo lo-
co.
d In c. salubr-
ter. de usur.
e In ca. final.
de usur.

f Verbo optio
nu. 5. & ver-
bo vsura l. 1.
18.
g Verbo vsu-
ra l. 1. §. 11. &
in Aurea ro-
sa in q. imper.
casu 27.
h In 4. sem. di.
13. q. 11. conclus.
sione 4. casu
3.
i In suis ser-
de contract.
serm. 22. c. 1.
casu 4. sub f.
k 2. par. ri. 1.
cap. 7. §. 20.
l In repet. l.
si quando. C.
undo vi. nu.
45.
m Conf. s.
n Cap. in cini-
tate. cum con-
cord. de vsur.

ad soluendum, data in pignus vendita re, & fructibus pro solutione dilata. Salua, &c.

Hoc responsum datum fuit auctori Catechesis Neapolitanae ut ibi potest videri post tractatum de excommunicatione, ubi multorum aliorum annectit responiones, ad quas potest haberi recursus. Vide etiam infra conf. 20. & 21. num. 4.

S V M M A R I V M.

- 1. *Vendi non potest etiam dilata solutione res plura quam valet, nisi vendens illam esse seruaturus alio tempore, quo dubitatur an esset plus vel minus valitura, vel illud plus capiat ratione iusti lucri cessantis. num. 2.*
- 3. *Interesse lucri cessantis non habet locum, nisi emptor sit in mora soluendi pretium, vel venditor esset ex pretio exercitatus mercaturam, vel empturus aliquid frugiferum.*
- 4. *Venditor potest iustum pretium receptum per alium contractum statim mutuare emptori, & ex mutuo recipere conuentum verisimile lucrum cessans: immo & vnico contractu potest vendi res pro iusto pretio, & dicto iusto augmento cessantis lucri, num. 7. secus si augetur pretium, & non subesset iusta ratio. num. 8.*
- 5. *Onus impositum emptori, ut durante dilutione soluat interesse lucri cessantis, tamquam grauenam quoddam praeter naturam emptionis illi impositum, minuit de iusto pretio. num. 6. sed hoc, si non posset antea soluendo, ab hoc onere se eximere. num. 8.*

CONSILIVM XX.

NVENDIDIT villam valoris quindecim millium M. & quia ipse M. non soluit nisi tria millia praesenti pecunia, dilata solutione aliorum duodecim millium in decennium, conuenerunt, ut ipse M. teneatur soluere decem & octo mille. Quiritur, an huiusmodi contractus sit iustus, & possit recipi illud plus ratione lucri cessantis.

1. Ad hanc quaestionem respondeo primo, praefatam venditionem, & emptionem factam simpliciter eo modo, quo narratur, esse iniustam, ea ratione firma, quod omnis venditio cuiuslibet mercis facta maiore pretio iusto soluendo dilata solutione, est iniusta; nisi venditor volebat illam seruare sibi in tempus, in quod solutio differret, & dubium esset an tunc plus vel minoris esset valitura, iuxta cap. in ciuitate. a & latius tradimus in commen. de vsuris, b & breuius in Manual. confess. c Non obstat, quod non videtur habere formam contractus vsurarij; cum ille fiat in contractu mutui, cum pacto, vel intentione principali, ut aliquid amplius, quam acceptum est reddatur.

2. Tum quia licet non esset vsuraria, esset tamen iniusta; quia merx plura venditur, quam valet, quod est iniustum secundum Aristotelem, d & S. Thomam receptum. e Tum quia licet non interueniat mutuū formaliter, siue expressum, interuenit tamen tacitum, & aequipollens, ratione illa clara, quam post alios tradimus in d. com. f & in d. Manual. g Non obstat etiam, quod videtur praefatus venditor accipere illud plus ratione lucri cessantis, quod iuste potest accipi secundum communem sententiam. h Tum quia non proponitur illud in casu narratione, licet tangatur in quaestionis propositione.

3. Tum quia interesse lucri cessantis non habet locum antequam emptor sit in mora soluendi, nisi venditor esset exercitatus mercaturam, & empturus census annuos, vel aliqua praedia frugifera ex iusto pretio statim sibi soluendo. Ar non narratur in casu, quod praefatus venditor volebat mercari, vel emere frugifera pretio iusto sibi statim soluendo.

4. Secundo responderetur, quod per duos contractus diuersos, vnum emptionis, & alterum mutui, potuisset peruenire ad bonam partem finis, ad quem per praefatum vnum contractum peruenire volebat; puta quod primo praefatus venditor dedisset villam pretio 15. millium statim soluendorum; secundo, quod conuenisset cum eo, ut daret ei decennalem dilutionem, & quod ipse solueret ei interesse lucri cessantis, quod verisimiliter faceret mercando, vel emendo, ut praedictum est: nam potest venditor accipere illud, si res coram Deo ita se haberet. Tum quia illo casu pretium non excessisset iustum propter dilata solutionem, nec quidquam reciperetur ultra iustum pretium ratione primi contractus venditionis, sed ratione secundi contractus mutui ob inter-

esse lucri cessantis, quod verè conatus fuisset facere, & verisimiliter fecisset, si fuisset statim ei facta solutio. Tum quia liceret venditori, si ei soluerentur statim omnia 15. millia, retinere sibi tria millia, & reliqua 12. millia mutuare emptori egenti eis, & toganti ut mutuaret illa ei soluendo interesse lucri cessantis, quod verè intendebat facere venditor exercendo mercaturam, vel emendo census annuos, vel praedia frugifera, si ea illi non mutuaasset; quia in hoc casu concurrunt omnia, quae sunt necessaria ad quaerendum iuste interesse lucri cessantis, iuxta ea quae latius tradimus in d. Manual. confess. a

5. AD HÆC succedit illa magna difficultas, An quemadmodum per duos contractus supradictos potuit praefatus venditor peruenire ad bonam partem finis per cum praesenti, ita potuisset peruenire per vnum, qui aequipolleret duobus; puta quod vendidisset villam pretio 15. millium, cum pacto, quod statim soluerentur ei tria millia, & reliqua soluerentur ei in fine decennij, & interim solueretur ei interesse lucri cessantis, quod verè intendebat facere, & verisimiliter fecisset, si statim solutio illorum facta fuisset.

Pro parte quidem negante facit primo, quod non est danda occasio peccandi, & vsuras exercendi, b & videtur per hoc dari occasio peccandi, & palliandi vsuras.

Secundo, quod in primo responso reprobatum est contractus propositus, & quod is videtur per omnia similis illi.

6. Tertio, quod pactum illud, de soluendo interesse praefatum intra decennium, videtur diminueri de pretio iusto: quia onus impositum emptori praeter naturam contractus dimiuit de pretio, c & consequenter venditor recepisset pretium maius iusto, quod est peccatum, ut praedictum est.

7. Pro parte autem affirmante facit primo, quod nihil refert quid ex aequipollentibus fiat. d At is vnus contractus, & duo, de quibus in praecedenti dicto, videntur aequipollere; ergo ita approbandus est is, ac illi.

Secundo, quod in Manual. confess. e tenuimus, quod si per tres contractus, scilicet, societatis, & assicuratiouis capitalis, & certi lucri; cum tribus temporibus diuersis initos, potest quis accipere aliquod certum lucrum, saluo capitali, ita potest quis idem facere ineundo illos tres contractus cum vno eodem tempore propter identitatem rationis.

Tertio, quod nulla occurrit ratio, qua non possit fieri hoc vno contractu, perinde ac duobus.

Quarto, quod per illud pactum visa fuissent 12. millia venditori soluta, & ab eo mutuata emptori breui manu, ut in l. licet. f & l. singularia. g Sicut enim ibi is, cui debentur decem ex mandato, volendo ut debeantur ex mutuo, videtur accipere illa, & breui manu credere; ita is venditor, volendo ut illa duodecim millia, quae debentur ei ex venditione, debeantur ex mutuo, siue credito, videtur accipere illa, & breui manu credere, & consequenter videtur duos contractus praefatos sine vilius iniuria efficere.

8. Non obstant opposita. Ad primum enim responderetur, negando, quod per hoc detur occasio peccandi; quia immo sterneretur via illud euitandi.

Ad secundum, negando, quod is contractus sit similis proposito; cum in proposito augeatur pretium ob dilata solutionem, & sine vlla ratione iusta; in hoc autem nihil tale inuenitur, ut palam est.

Ad tertium, concedendo quidem diminui pretium rei ob vnus impositum emptori praeter naturam emptionis, negando tamen hic poni tale onus; quia immo additur leuamen, cum tollatur ei obligatio soluendi statim, & non tollatur facultas liberandi se, si voluerit; quia liberabitur ab onere soluendi interesse, simulac soluerit pretium, cum per id cesset interesse. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. *Vendens praedium certo pretio soluendo pro vna dimidia tunc, & pro alia post annum, praestante venditore fideiussorem de euictione, qua non fuit praestita nisi post multos annos, ratione fructuum per emptorem dicto primo anno perceptorum nihil potest habere: quia cum dilatio censetur qualitas diminutiva pretij, nihil ei interim perit. num. 7. & 8. at ratio fructuum postea perceptorum eidem portio illorum pro rata pretij non recepti restitui debet. n. 4. & hoc ex equitate illa dicente neminem debere locupletari cum altera iactura. num. 5. & 9.*

a Cap. consuetudinis. & c. si de vsuris.

b Super ca. 1. 14. q. 3. not. 3. & 12.

c Cap. 17. num. 110.

d 5. Ethic. c. 2. q. 77. a. 1.

e Notab. 3. g Cap. 17. num. 106.

h Leg. 3. ff. de eo quod certo loco.

a Vbi supra. 211. & seq.

b Leg. conueniri. ff. de pign. dot. & c. ex parte. de consuet.

c Cap. cum Ioannes. de si de iust. & l. si de part. ff. de contrah. empt.

d Le si ff. ma. de e. licet ex quadam. de restitum.

e Cap. 17. num. 110.

f 5. quoties. ff. de iure dot. g. ff. de rebu. cred.



- 2. Dilatio data emptori in ipso contractu ad soluendum pretium, non facit ut ob id aliquid possit recipi: quia dilatio est pars modificatiua pretij, & sic iniuste non datur. num. 8. potest tamen percipere aliquid non propter dilationem, sed propter fructus, quos percipere poterat ex pradio non tradendo, donec ei totum pretium solueretur. num. 4.
- 3. Lucrum cessans non potest accipi secundum aliquos, nisi post moram: contrarium autem est verum. num. 4. in fin.
- 3. Mora non contrahitur per emptorem in solutione pretij, donec durat dilatio ei data in ipso contractu emptoris.
- 5. Locupletari non debet quis cum aliena iactura: & ideo venditor, qui recepta parte pretij pradium, prout potest de iure, retinet, donec ei integrum solvatur pretium, tenetur emptori fructus pro rata pretij soluti restituere, & na. 9. illaque usura, qua propter pradiam aquitatem debentur per ius civile, debentur etiam iure canonico. num. 5.
- 5. Venditori, qui re tradita non potest recipere pretium, eo quod conuentam fideiussorem prestare non potest, tenetur emptor, ne cum damno venditoris locupletetur, restituere fructus pro rata pretij non soluti. & 9.
- 6. Mora regulari sine interpellatione non contrahitur, secus tamen in irregulari, qua re ipsa contrahitur.
- 6. Moram etsi non committat debitor: in diem, si adueniente die ideo non soluit, quia fideiussor promissus ei non datur; astamen si venditori det dilationem ad dandum fideiussorem, tunc per lapsum diei efficitur morosus.
- 8. Dilatio, quam venditor pradij dat emptori ad soluendum, est duplex: altera, qua datur in ipsa conuentione pretij tamquam illius alienatiua; & ob hanc nihil capere potest: altera, qua datur ad hoc, ut pretium sit loco pignori, donec det fideiussorem de euictione; & hac non impedit, quin possit interim recipere fructus sibi debitos pro rata pretij non recepti.
- 10. Donationem non inducit insensio non petendi quod ad ipsum spectat, ex ignorantia iuris proueniens.
- 10. Solutum indebite per iuris ignorantiam repeti potest.
- 11. Insensio generalis, qua multipliciter potest intelligi, ad donationem non trahenda.
- 11. Donatio non presumitur, ubi alia etiam lenis cadit coniectura.

CONSILIVM XXI.

VENDIDIT D.N. quoddam casale pro pretio scutorum 6000. de quibus tempore vditionis emptor soluit scuta 3000. reliqua vero 3000. soluere promissit illinc ad vnum annum, cum pacto, quod tempore solutionis dicti residui venditor teneatur prestare vnum certum fideiussorem de euictione casalis vltra alios tunc prestitos; & vterius in euentum non solutionis dicti residui, vt supra, emptor dedit potestatem dicto venditori dictum casale capiendi propria auctoritate, & illud retinendi, & fructus in suos vsus conuertendi, absque eo, quod in sortem compensentur pro concurrenti quantitate, vsque ad effectualem solutionem dicti residui. & sic celebratum fuit instrumentum, & tradita possessio casalis emptori. Deinde, adueniente tempore, & termino anni, quo debebat solui residuum pretij, quia venditor non poterat prestare fideiussorem de euictione, fuit per dictas partes prorogatum tempus soluendi ad alium annum, cum hoc, quod interim emptor teneatur prestare fructus venditori pro rata dicti residui, prout latius in apocha inter eos confecta apparet, cuius copia datur. & ita emptor, tam in dicto anno temporis prorogati, quam successiuè per plures annos, dictos fructus pretij ad rationem 8. pro 100. pro rata residui soluit venditori; qui demum prestavit fideiussorem de euictione.

Queritur primo, an venditor dictos fructus licitè & salua conscientia perceperit, & retinere possit.

Secundo, an licitè & salua conscientia possit petere fructus non solutos ab emptore, ante prastitum, & post fideiussorem prastitum.

Quod prastatus venditor non potuerit salua conscientia percipere fructus, aut valorem eorum verisimilem, nec retinere, nec nondum solutos ab emptore petere, facit primo, quod usura palliata est, accipere aliquid vltra sortem ratione dilationis debitori datæ ad soluendum debitum, secundum receptam sententiam, quam nos quoque in nostro Manual. confess. a & in comm. de vsuris, b probamus, & est casus in cap. consulsit. c

a Cap. 17. nu. 227. & seq. & 243.
 b Sup. cap. si fuerit auerit.
 l. 14. q. 3. nu. 20.
 c De vsur.

A 3. Secundo facit, quod hic non interuenit interesse damni emergentis, & quod recipere aliquid vltra sortem ratione interesse lucri cessantis, sine mora interueniente ante illud, non licet, secundum multos, de quibus est Innocentius, a quem late defendit Dominicus Sotus. b Et in casu nostro non interuenit mora, saltem vsque ad finem secundi anni ab emptione contracta, cum primi anni dilatio fuerit data in ipso contractu, secundi vero per pactum expressum in apocha mense Februarii secundi anni: immo etiam per ipsum contractum videtur data dilatio, quatenus non cogebatur emptrix ad soluendum, donec daretur fideiussor de euictione, & ita videtur non potuisse hoc casu accipi prastata octo pro centum ratione interesse lucri cessantis.

B Tertio, quod emptrix videtur compensasse fructus per alleuamentum oneris fideiussorem dandi, quod venditori prastabat, cum pro fideiussione possit recipi pecunia.

4. Sed his non obstantibus, qua verè non obstant, potuit venditor licitè prastatos fructus, vel valorem eorum verisimilem, salua conscientia, accipere, & retinere; immo & petere eos, qui nondum ei fuerunt soluti. Tum quia is contractus non fuit mutui, in quo solo contrahitur usura, vt satis colligitur ex cap. in ciuitate. c & ex cap. 1. d in cuius com. 2. nos id adnotauimus. Nec obstat, si dicatur, quod conuentio contenta in apocha continet mutuum inuolutum, siue palliatum,

C licet non contineat expressum & clarum; & quod ita committitur usura palliata in contractibus mutui palliati, sicut usura clara in contractibus mutui clari, vt in Manu. e & latius in dicto com. f nos ipsi tradidimus: & quod contractus contentus in illa apocha equipollet contractui, per quem prastatus veuditor dedisset prastata emptrici duo mille scuta, ea lege, vt vltra sortem soluere ei octo pro centum. Non inquam hoc obstat: quoniam non est verum, interuenisse in illa apocha vllum contractum mutui palliati, nec contractum in ea factum equipolluisse prastato contractui mutui in arg. allegato, quia illa octo pro centum non accipiuntur principaliter propter dilationem, sed propter fructus, quos percipere poterat venditor non soluto pretio toto rei venditæ, quos iuste percipi posse probat optime l. curabit. g Nec obstat illa opinio Innocentij & Dominici Soti, & quorundam aliorum dicentium non posse capi licitè interesse lucri cessantis. Tum quia, licet primo aspectu videatur aliquid ad hoc facere, verè tamen non facit: quia prastatus venditor non recipit illa octo pro centum ratione alicuius interesse lucri cessantis, sed alia ratione, quam mox annexam. Tum quia falsa est ea opinio, vt probamus efficaciter contra eos pro communi per multa argumenta. h

E Non obstant citata pro contraria parte: pro quorum resolutione, & clara nostræ sententiæ confirmatione, dico, quod illa octo pro centum non accepit venditor principaliter propter dilationem, neque propter aliquod interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, nec propter pœnam, vel vllam moram, saltem regularem, sed tantum ob illam æquitatem, qua habet, vt nemo cum aliena iactura locupletetur, i per quam æquitatem, quando venditor rei, accepta parte pretij, retinet illam cum suis fructibus, donec totum pretium solvatur, iuxta l. Iulianus. k emptor debet habere partem fructuum pro rata partis pretij soluti, iuxta l. memorabilem, qua vltima est, l cuius §. fin. habet, maritum, qui tenetur restituere pradium, accepta eius æstimatione, & retinet illud accepta æstimationis parte, donec tota solvatur, debere restituere fructus pro portione partis æstimationis acceptæ. in quo illum §. commendauit Bartholus, m & Baldus, n & Salicetus, o & cum in hoc æquentur emptor & venditor, pari ratione, si pradium venditum traditum est emptori, soluta solum parte pretij, & recipit omnes fructus, tenebitur soluere venditori partem fructuum oro portione pretij non soluti.

F Pro his duabus decisionibus pondero prastatum §. offerri. quatenus habet, quod venditor rei, accepta parte pretij, retinet eam quasi pignus, donec totum solvatur, significans, quod non tenet eam tamquam dominus perfectus quo ad partem solutam, sed tamquam creditor, qui fructus, quos percipit, quo ad illam debet restituere, & ita prastata emptrix retinebat pradium, & partem pretij, quasi pignus eorum, qua tenebatur venditor facere, antequam ei solueretur totum; & per consequentem fructus illius partis debebat

a In c. si de vsur.
 b In lib. 6. q. 1. ar. 3. de iust. & iur.

c De vsur. d l. 4. quaest. 3.

e Dist. nu. 3. f Num. 29.

g C. de actio. emp.

h In com. pradij. c. 1. 14. q. 3. nu. 50. & seq.

i Leg. inae natura. ff. de re. iur. & c. locupletari. eo. tit. lib. 8.
 k §. offerri. ff. de actio. emp. l. Tit. de fund. dot.
 m In d. §. offerri.
 n In l. si traditio. q. 11. Co. de actio. emp. o In d. l. cura. l. i. eo. tit.

restituere,

a Ca. conque
finc. de vfar.
& l. i. C. de pi
guarant. ubi.

b Ind l. cura
bis.

c Intra l. fin.
C. de compen
sa.

d ff. De vfar.
& De reg. iur.
lib. d.

f Leg. illud ff.
ad l. Aquil.

g Ca. conque
finc. de vfar.

restituere. * Vnde notanter Baldus & Salicetus vbi supra dixerunt, vsuras, quæ iure civili debentur ex illa æquitate, ne quis locupletetur cum aliena iactura, debent etiam iure canonico; quia verè non sunt vsuræ, sed recompensatio æquissima iacturæ.

6 Et ad id, quod allegatur, quod mora non interuenit, respondetur, verum esse de mora regulari, non autem de irregulari, quæ re ipsa sine vlla interpellatione committitur, vt notauit Baldus communiter receptus. b Ad id autem, quod allegatur de compensatione fructuum cum alleuamento non dandi fideiussorem, responderetur, quod nihil obstat. Tum quia longè disparioris vtilitatis sunt alleuamentum illud, & perceptio fructuum, quàm quod vlla compensatio eorum intelligi debeat. c Tum quia satis cõpensationis illius alleuamenti præstabat venditor emptrici, dando dilationem. Tum quia per præstationem illius alleuamenti se constituebat emptrix in mora soluendi regulari, quæ ex interpellatione lapsus diei solutioni præfixi oriebatur, iuxta l. mora. d cum adnotatis ibi per glossam & in cap. mora. e & ita hoc fundamentum plus facit contra illam, quam pro illa, si satis ponderetur.

7 Ex quibus inferitur, idem dicendum esse de parte fructuum receptorum post præfatam apocham intra annum, intra quem durabat præfata prorogatio; & de perceptis post illum annum vsque ad expletionem eorum, quæ venditor promissit; immo & post expletionem: quia in his omnibus temporibus habet locum ratio supradicta, ne quis cum aliena iactura locupletetur; & vbi eadem ratio, &c. f non tamen quo ad fructus perceptos intra primum annum præstitutum in contractu ad soluendam reliquam medietatem: quia intra illum annum nulla locupletatio cum aliena iactura considerari potest, cum partium conuentionem rei pretium fuerint sex mille soluenda intra vnum annum, dimidium statim, & dimidium in fine anni.

8 Neque obstat, si dicatur, quod pari ratione idem dicendum sit de perceptis post primum annum, cum emptor nec tunc ex conditione venditoris posset cogi soluere pretium, nisi venditor prius præstiuisset fideiussorem. Non inquam id obstat. nam dilatio illa prior vsque ad annum fuit apposta tamquam pars pretij, & tamquam alleuamentum eius, & diminuens illud; alia verò dilatio solum ad impediendam coactionem ad soluendum, & dandam securitatem per modum cuiusdam pignoris, iuxta prædictum §. offerri. per quod ius pignoris non lucrifunt fructus, & vt supra est dictum.

SECUNDA QVÆSTIO. D. Petrus vendidit d. Ioanni certum prædium pro pretio scutorum mille, de quibus tempore venditionis emptor soluit medietatem pretij, reliquam verò medietatem soluere promissit infra tres menses proximos, cum pacto tamen, quod ante solutionem dicti residui dictum prædium mensurari debeat per duos peritos communiter eligendos.

Item, quod prædium liberari debeat per venditorem à certo onere census super eo imposito.

Item, quod venditor teneatur dare certum fideiussorem ad omnem ipsius emptoris requisitionem.

Item, quod venditor debeat facere expedire motum proprium S. D. N. super confirmatione venditionis, & quod alias interim ipse emptor residuum pretij soluere non teneatur, nisi prædictis omnibus adimpletis. & ita fuit celebratum instrumentum inter ipsas partes, & tradita fuit possessio ipsius prædij emptori, de quo semper ipse emptor fructus percepit. Venditor autem per aliquos annos non potuit prædicta omnia adimplere.

Quæritur nunc, cum omnia sint adimpleta, an emptor teneatur soluere interusurium, seu fructus pro rata pretij non soluti, etiam pro tempore, quo venditor non potuit adimplere pro parte sua, & etiam pro tempore decurso post adimplerionem, quousque dicta reliqua medietas pretij fuit per emptorem soluta; attento quòd ipse emptor percepit omnes fructus dicti casalis, & sic gauisus fuit re, & pretio; & an venditor dictos fructus, seu interusurium licitè in foro conscientie percipere possit; & si percipit, an licitè illud retinere possit; attento quod partes ipse remisit dictam differentiam in duos viros legisperites, qui iudicauerunt, quod de iure emptor teneatur ad soluendos fructus prædictos, & ita soluti fuerunt. Nunc igitur quæritur in foro conscientie, an venditor illos licitè retinere possit, cum tempore celebrationis

A instrumenti venditionis ipse intellexerit, quod emptor retineret rem, & pretium, quousque ipse venditor non adimpleret supradicta omnia pacta.

9 Ad secundam quæstionem, quæ ex hoc facto secundo resultat, respondeo, quod emptor teneatur soluere partem fructuum receptorum post tres menses ante solutionem totius pretij, etiam pro tempore, quo venditor non potuit adimplere quæ promissit, & à fortiori pro tempore decurso post adimplerionem eorum, quousque dicta reliqua medietas pretij fuit per emptorem soluta, per eadem fundamenta, quibus fundata est responsio data ad dubium resultans ex priore facto. Nam sicut ibi nullus fuit contractus mutui clari, siue formalis, nec velati, siue palliati, ita neque hic. Et sicut ibi non percepit venditor principaliter propter dilationem solutionis, sed propter fructuum perceptionem, non soluto pretio toto, ita neque hic. Et sicut in illo casu interuenit æquitas illa, ne quis locupletetur cum aliena iactura, ita & hic. Et sicut irrefragabiliter probatum est ibi per l. fin. * quod præfata æquitas habet locum, cum venditor, soluta parte pretij prædij, retinet totum, omnes eius fructus percipiendos; quod Bartholus, Baldus, & Salicetus ibi citati commendant: sic eadem ratio habet locum in emptore, qui, parte pretij prædij soluta, possidet totum cum fructibus, vt in hoc casu. Et ita sine vilo scrupulo conscientie potest venditor accipere partem fructuum pro rata pretij non soluti.

C 10 Nec obstat, quod venditoris intentio tempore contractus fuit, vt emptor retineret prædium, & fructus eius, donec ipse solueret reliquum pretij, & impleteret quædam alia, quæ promissit. Tum quia id potuit intendere per ignorantiam iuris, & æquitatis præfata, quæ non ab omnibus etiam doctis scitur; & ita non induxit donationem, arg. l. si non fortem. b & l. sub conditione. & l. i. ibi, Si sciens se non debere. c & per resolutionem glossæ receptæ, d quæ habet, soluentem per ignorantiam iuris id quod est indebitum vtroque iure, naturali videlicet, & civili, sicut in nostro casu erat, repetere posse.

D 11 Tum quia fortè is venditor intendens vt emptor haberet prædium & fructus, donec totum pretium solueretur, intendebar, quod dominium omnium illorum illi quæreretur, quod iure quærendum erat ei, non tamen quod emptor non solueret ex eis aliquid, si quid iure deberetur. Tum quia emptor peccasset, volendo priuare proximum, nolentem id scienzer donare, magna & notabili parte fructuum pretij, & volendo percipere veluti quædam vsuras soluti pretij, quousque complerentur ei quædam promissa, quod non intendit venditor, & ita præfata intentio generalis, quæ multipliciter intelligi potest, ita vt non comprehendat animum donandi, non debet trahi ad donationem. e Nunquam enim præsumitur donatio, vbi alia coniectura etiam leuis cadit, secundum Baldum, f quem sequuntur plerique omnes, & in his Decius. & Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Vsuræ vera tantum in mutuo, palliata in omni contractu vim mutui habente committi potest.
- 2 Depositum cum facultate vtendi eo fit mutuum.

CONSILIVM XXII.

EMPTOR cuiusdam fundi sibi iam traditi, & eo fruens, dedit fideiussorem ad soluendum venditori pretium post certum tempus, & dedit fideiussori 1500. scuta pro parte pretij, eo pacto, vt solueret partem pensionis fundi empti, quæ responderet parti prædicti pretij 1500. id est pro fructibus, quos percipiebat venditor ante venditionem; & adueniente termino soluendi pretium, teneatur soluere præfata 1500. scuta eidem venditori. Quæritur, an is contractus sit vsurarius.

1 Respondeo, facile videri posse cuiuspiam nullam in hoc casu proposito vsuram committi, ea ratione fortè, quod non potest interuenire vsura nisi in contractu mutui, vt nos post alios tradimus in com. de vsuris, b & quod in hoc casu nulla mentio sit de contractu mutui. Sed cuiuslibet attentius casum perpendenti videbitur contrarium. Tum quia, licet vsura aperta non inueniatur nisi in contractu mutui; vsura tamen, quam vocant palliatam, inueniri potest in omni contractu tam nominato, quam innominato, qui expressè, vel æquipollenter continet contractum mutui, vt nos vbi supra

a §. fin. ff. de fund. dot.

b §. indebitum. ff. de cond. in deb. bini cū que. Co. de iur. & fact. ignoran.

c Leg. cum de indebitum ff. de probat. & ca. super hoc. de renunciat. f in l. i. C. ad Trebell. g In leg. cuius per errorem. ff. de reg. iur.

h Super ea. ff. de renunciat. 1. 4. quæst. 3.



declaramus. Et in casu proposito inuenitur contractus mutui palliatus nomine fideiussoris, & alijs circumstantijs, quæ contractum mutui æquiualeuter efficiunt.

2 Tum quia contractus depositi, in quo deponens facit facultatem depositario utendi pecunia deposita, videtur mutuatio, vt est textus solemnis in l. certi conditio. a quod ibi omnes asserunt. & in casu proposito emptor in effectu deponit pecuniam penes fideiussorem cum facultate, vt illa possit vti; & consequenter efficit contractum mutui. Tum quia præfatus emptor accipit aliquid, immo multum ultra sortem principalem; accipit enim quotannis id, quod fideiussor soluit, vel soluturus est pro parte pensionis fundi empti, quæ responder parti pretij 1500. scutorum; & ita fideiussor obligatur ad soluenda prædicta 1500. scuta, quæ sunt fors principalis, venditori, & ultra hanc principalem sortem debet soluere partem pensionis illis respondentem: & sic emptor recipit aliquid, immo multum ultra sortem principalem ratione mutui, siue depositi, quod habet vim mutui: & consequenter est vsura clara, vel palliata, per dicta in præfatis locis. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Argumentum à contractu mutui, quod debet esse gratuitum, ad innominatum, quod tale non est, non procedit.
- 2 Periculi, quod subeo, pretium possum iuste accipere, & sic tibi nauigatio donare 100. recepturus 125. si saluare redierit.
- 3 Egenti pecunia possum iuste nolle tradere per illum contractum, qui sibi magis placet, puta, mutui, sed offerre possum ei alterum mihi magis placitum.
- 4 Fideiussor aliquid pro sua fideiussione capere potest.

CONSILIVM XXIII.

RESPONDIMVS cuidam, non admisisse vsuram Reo quod dedit centum volenti ducere nauem mercibus onustam in Syriam, ea lege, quod perderet illa, si nauis periret, & si rediret salua, redderentur ei centum & viginti quinque. Contra quod nunc replicatur, me sentire contrarium in Manual. confess. b

1 Ad hanc replicationem respondetur, eam nihil obstat. Tum quia arguit à disposito super contractu mutui, qui debet esse omnino gratuitus, sicut commodatum, iuxta glossam, c per omnes receptam, ad dispositum super contractu, per quem datur aliquid alteri per contractum innominatum ob periculum subeundum, vt expressè dicimus in d. Manu. d

2 Tum quia dans aliquid alteri, & accipiens aliquid ultra id, quod dat ad periculum subeundum, non contrahit vsuram, vt post alios respondit Decius, e quem nos quoque sequuti fuimus in comment. de vsur. f super extrauagantem Pij V. de censibus, illa firma ratione, quod nihil accipit is vi mutui expressi, nec taciti, sed vi alterius contractus innominati donantis sub modo, vel recipientis aliquid ob periculum subeundum: quod licitè potest capi, per l. 1. & 2. & per tradita à nobis latius in cap. nauiganti, h & in Manual. i

3 Tum quia nihil obstat illud friuolum, scilicet, quod mercator, qui accepit centum sub conditione, vt redderet centum viginti quinque, si nauis rediret ex Syria salua, maluisset sine dicto onere mutuo accipere: quia etiam omnes fere alij contrahentes mallent accipere ab his, cum quibus contrahunt, pecuniam, vel valorem sue rei, quam tradunt, gratis per viam donationis simplicis, commodati, vel mutui, quam pretium etiam iustum soluendo, sed non coguntur alij gratis tradere, vel dare sua eis donando, commodando, vel mutuando; sed possunt iuste accipere pretium iustum eorum, vel vfus eorum, quæ dant, vel cedunt per contractus non gratuitos iustos; qualis est datio pecuniæ ad aliquem vfum sub periculo perdendi eam in aliquo casu periculi dubij, si contingat illud, & accipiendi aliquid amplius, eo quod dedit in casu, quo periculum non contingat.

4 Tum quia mallent debitores, vt aliqui fideiuberent pro eis gratis, vt communiter fideiubetur: atamen is, qui fideiubet, potest, si vult, accipere aliquid pro sua fideiussione, k & tradimus nos post alios in d. Manual. l & ita D. consulens liber alius quidem fecisset, si gratis & simpliciter mutuasset illa centum, & gratius, si donasset; sed non tenebatur id facere, sed potuit iuste per alium contractum non gratuitum donationis sub modo, vel contractus innominati iusti dare illa, vt

a 5. ff. de re. cred.

b Cap. 17. nu. 284.

h l. 1. de com. mod.

d Cap. 17. nu. 222.

e In conf. 123. f Num. 128. quast. 45.

g Co. de nau. nec sum. h De vsur. i Cap. 17. nu. 285.

k L. de iure ff. de donat. l Cap. 17. nu. 285.

A dedit, sine vlla culpa & peccato.

Aduertendum, supposito quod mercator mutuo petierit disfidam 100. vt videtur insinuari, difficile esse soluere prædictum contractum, & iustificare hunc contractum, nisi dicamus inuita virtualiter societatem illam de qua in Manu. c. 17. n. 253. conf. sequ. 24. Sed tunc restat scrupulus an contineat iniustitiam, vt infra conf. 25. prout forte etiam contineret, si dicamus disfidam 25. dari pro pretio periculi, quod inde dignosci posset, quia mercator ei non solueret alia 25. pro alijs 100. mutuo non ab eodem, sed aliunde habitis

S V M M A R I V M.

- 1 Societas inita cum pacto, vt ponens operas teneatur assurecurare ponentem pecuniam de certo lucro, & capitali, non est iusta: esset autem talis, si post initam societatem libere dicta assurecuraciones separasim fierent.

CONSILIVM XXIII.

QVIDAM contulit mille in societatem mercaturæ pannorum, quam inuit cum N. cum pacto, vt ipse assurecuraret principale, & insuper det illi pro sua parte lucri ad rationem quinque pro centum. Quæritur, an huiusmodi contractus sit iustus, & quomodo possit talis fieri.

1 E T S I forte defendi posset contractus prædictus societatis factus in forma supra posita cum assurecuracione capitalis & certi lucri ei adiecta: mihi tamen videtur confusionem quamdam & palliationem præferre: quia licet possit contrahi societas cum capitali & lucro saluis, per tres contractus, vt nos dicimus in Manu. confess. a non tamen potest contrahi societas iusta, ita vt socius obligetur ad prædictas assurecuraciones, quod satis inuitur fieri in prædicta forma contractus.

Vt ergo palam sit iustus, fiat ad formam contractus societatis simpliciter ad damnum & luctum sic vel sic iuste diuidendum; & perfecto super illo instrumento, fiat in eadem, vel alia charta, vel alio capitulo contractus alius separatus, quo accipiens pecuniam assurecurat conferenti capitale pro pretio expresso & iusto, ac si esset tertia persona, quæ assurecuraret: & perfecto instrumento super assurecuracione capitalis, fiat in eadem, vel alia charta, vel alio capitulo aliud instrumentum, in quo dicatur, quod tantum luctum verisimiliter iuste posset dari conferenti pecuniam in tali terra, & tali mercatura, & tali tempore: & quod accipiens pecuniam, ad euitandas molestias computationum, &c. assurecurat tantam partem lucri verisimilis pro remissione iusta cetæ partis lucri sibi remittendi.

Quoniam autem ipse non sum mercator, nec scio quantum verisimiliter lucri fiat in illa terra per mille exercita in tali mercatura, non possum respondere an satis pretij derur, vel remittatur pro assurecuracione capitalis, vel lucri; nec consequenter an seruetur iustitia in supra posita forma contractus. &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo vim legi habet, nec mutanda qua certam semper habuerunt interpretationem.
- 2 Societas iusta vinculum pacis & Reipublica vtilis, iniusta vero mala, & leonina.
- 3 Societas, in qua alter capit lucrum, damnum non sentiens, leonina est: nam lege naturali, qui sentis onm, debet sentire & commodum.
- 4 Societas licita vt sit, tria requirit, scilicet quod negotiatio sit licita; quod si pecunia tota pereat, periat illam conferentis; & vt aequalitas arbitrio boni viri seruetur in diuidendo lucrum.
- 5 Societas per tres contractus cum lucro certo fieri potest.
- 6 Consuetudo legitime præscripta derogat iuri humano, sed non diuino, seu naturali: quia talis corruptela dicitur nullatenus præscriptibilis.

CONSILIVM XXV.

HORATIUS, & Dominicus inierunt societatem, iuxta consuetudinem Vrbs, sic, vt Horatius conferens pecuniam accipiat octo pro centum, saluo manente capitali. Quæritur, an sit iusta.

1 Respondeo primo ad quæstionem super facto prædicto propositam, contractus esse, vt fertur, frequentes & consuetos in Vrbe, & ob id multis videri licitos & iustos: quia consuetudo vim legis habet. b Ita quod Isidorus relatus in ca. eris autem lex. c dixit, Eris autè lex secundum patrie consuetudinem. &

a Cap. 17. nu. 254.

b Cap. consue. rudo. l. d. & c. ff. de consuet. c 4. dist. 1.



a In l. minimo ff. de legib. b Cap. fundo mentis de elo cho. lib. 6. c Miscol. 68. d Ad Col. 3. e In l. si non fuerint ff. pro socio. f De reg. iur. lib. 6.

g Ca. 17. n. 251 & sequenti- bus

h Capis. qua contra mores. s. dist. cum ei concord.

Iurisconsultus a minime esse mutanda ea, quae interpretatio- nem certam semper habuerunt; praesertim quando id con- tingit in omnium vrbium sanctissima, quae est Roma, b de cuius civium admiranda deuotione iam inde a tempore B. Hieronymi in hunc diem continuata nos quoque aliquid dixi- mus in lib. centum Miscel. c

2 Secundo, quod vt societas licita est laudabilis plurimum, & Reip. utilis, & vinculum quoddam caritatis, & perfectionis vt innuit Apostolus, d ita illicita est mala, & vocatur leonina a Iurisconsulto, e illa, ex qua alter socius capit lucrum non senti- ens damnatum: quia lege naturali, qui sentit onus, debet senti- re commodum, & contra, cap. qui sentit, f cum concordantibus ibi per glossam & alios adductis.

3 Tertio, quod omnes doctores coueniunt in eo, quod nos scripsimus in Man. confess. s scilicet, quod ad hoc, vt societas iusta sit, tria requiruntur scilicet, vt negotiatio sit licita; secun- do, vt pecunia subiaceat periculo eam conferentis, hoc est, vt si tota pereat, illi pereat; tertio, vt in omnibus iudicio pru- dentis aequalitas seruetur, & pro quantitate partium colla- tarum lucrum diuidatur. Et in proposita societate Horatius nil damni sentit; immo vt ex ea colligitur, Dominicus, qui pecuniam accepit, debet reddere totam sortem principalem dissoluta societate; quod omnes damnat, dicentes societates non posse fieri iustas, manente salua tota pecunia ea conferenti.

4 Quarto, quod nos praesertim, & post alios, quos ibi referi- mus, cum magna cura succurrendo, asseruimus per tres cotra- ctus formaliter vel virtualiter factos posse fieri licitas so- cietates, in quibus saluum manet capitale, seu fors; siue pec- unia collata in societatem: quae ibi falsus possunt videri, & ob hoc non transcribuntur hic.

Quinto, quod proposita societas non potest dici iusta: eo quod licet in ea interueniat duo illorum, scilicet negotiatio licita, & reductio lucri incerti ad certum moderatum; deest tamen tertium, scilicet datio, vel remissio rati pretij, quantum oporteret eum dare tertio pro simili assecuratione.

Sexto, ex praedictis inferri reformandam esse huiusmodi societatem, ad hoc, quod sit licita, per supplementum illius tertij, quod deest, non obitante consuetudine quamlibet longa in contrarium seruata: eo quod ea, quae in contrarium in primo dicto adducuntur, habent locum in consuetudine cotra legem humanam inducta, quae legitime praescripta vim legis habet; non tamen in consuetudine contra legem natura- lem vel diuinam inducta; quia illa corruptela vocatur, & nul- latenus vsucapibilis, aut praescripibilis, had laudem Sanctissimae Trinitatis, cuius festa hodie celebrat Ecclesia Christia- na, quae infinita sua benignitate nos saluet.

SVMMARIVM.

1 Societas, in qua ponens industriam subit periculum capitalis pro dimidia, est pro eadem dimidia vsuraria: & sic lucrum, quod pro illa dimidia ad ponentem pecuniam perueniret, est resti- tuendum socio; & hoc, nisi socius ex post facto condonet, nu. 5. vel vsque a principio fuerit ei assignatum aliquid in compen- sationem suscepti periculi. num. 6. nec ad excusandam resti- tutionem sufficit quod in illa negotiatione capitale fere num- quam perdit soleat, num. 6. nec quod socius ex ea fuerit lucra- tus. num. 4.

1 Societas, in qua ponens laborem subit periculum pro aliqua parte capitalis, pro illa parte resoluitur in mutuum, pro alia vero retinet naturam societatis.

2 Consuetudo legi diuina vsurarios contractus damnanti contra- ria non excusat a peccato, nec ab obligatione restituendi, licet excuset a poena exteriori & vt talis non possit dici vsurarius.

3 Circumstantia boni finis ad alium bonum requiritur, sed non sufficit.

4 Lucrum mutuo accipientis mutuantem vltra sortem capien- tem non excusat.

6 Periculum capitalis debet totum spectare ad illud ponentem, si- cut perditio totius laboris & industria ad illa ponentem.

CONSILIVM XXVI.

CONTVLIT quidam mille in societatem ei, qui con- ferret industriam & laborem in exercenda mercatura la- na, eo pacto, quod dimidium lucri cederet huic, & dimidium alteri; & quod, si eueniret, vt nihil lucrificeret, immo perderentur praedicta milia, dimidium eorum redderet qui ea suscepit.

A finita societate, nil perit de capitali, & lucrum diuisum est iuxta formam contractus.

Quartum primo, an qui contulit pecuniam teneatur ad resti- tutionem illius partis lucri, quae sibi cessit, in foro conscientiae.

Secundo, an, esto teneatur restituere, liberaretur per remissionem partis.

Tertio, quomodo hic contractus iustificari possit.

AD PRIMAM QVAESTIONEM respondeo, quod pro parte negativa facit primo, quod in illa regione ha- betur pro licito is contrahendi modus.

Secundo, quod intentio conferentis fuit contrahendi iuste adeo quod nullatenus contulisset, nec sic contraxisset, si pu- tasset talem modum contrahendi fuisse cuiquam legi diuinae vel canonicae vel in minimo contrarium.

Tertio, quod qui recipit, nihil perdit.

Quarto, quod in illo genere mercandi capitale nunquam fere perditur.

Quinto, quod lucra sunt parua.

Pro parte autem affirmatiua faciunt illa, quae nos firma ac solida ratione & auctoritate fundata scripsimus in Man. confess. a quibus inferitur, contractum, de quo in casu proposito quaeritur, esse illicitum, & iudicandum vsurarium, saltem quo ad dimidium pecuniae collatae, quod manet saluum eam con- ferenti, & contrahentem teneri ad restituendum lucrum illi dimidio respondens: cum enim non possit iustificari, nisi re- ducendo eum ad contractum societatis; cumque contractus societatis nequeat esse licitus, si ita inearur, vt conferenti pecu- niae saluum sit capitale, siue fors principalis, vel aliqua pars eius notabilis; consequitur eum esse illicitum quo ad illam partem: & cu ratio sua iniustitiae consistat in hoc, quod collatio illa pecuniae censeatur esse mutuum, & ratione mutui nihil vltra sortem iuste capi possit, & per hunc contractum vltra sortem capi- tur lucrum, necessario iudicandus est vsurarius quo ad praedictum dimidium: cui rursus consequens, vt lucrum acceptum restitui debeat, iuxta cap. quoniam. b & per totum titulum de vsuris. & ita haec pars affirmatiua videtur tenenda, quod is contractus est partim licitus, & partim illicitus: licitus quidem quo ad dimidium pecuniae manens periculo eam conferentis illicitus autem quo ad alterum dimidium: & quod lucrum receptum pro dimidio pecuniae non manentis periculo con- ferentis est restituendum.

Ad primum oppositorum respondeo, quod consuetudo non potest praesudicare legi diuinae, c nec consequenter vsu- rarium contractum approbare, cum lege diuina in vtraque pagina veretur, iuxta c. quia in omnibus. d per quod etiam dam- natur generalis vsus eius, & qui dixerit eum licere, censendus est haereticus. e Nec obstat dictum solemne Bartholi, f cum allegatis ab eius additione: quia Bartholus noluit dicere, quod consuetudo liberet a peccato vsurae, sed quod qui secundum eam contrahit, non est censendus vsurarius in foro exteriori, ad hoc vt poena vsurarium puniatur: eo quod consuetudo excusat a poena temporali, sed non ab aeterna, secundum glossam, g immo nec videtur excusare a restitutione per talem contractum quaeritur; quia restitutio non est poena, & ideo de- betur in foro conscientiae, licet poena non debeatur in eo, iuxta glossam solemnem, h & S. Thomam. i

3 Ad secundum, quod licet bonitas intentionis, siue circums- tantia boni finis requiratur ad actum bonum, non tamen sufficit illa: nam (vt late declaramus in c. cum minister. k) licet semper, cuius finis malus est, ipsum quoque est malum; non tamen semper, cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est: nam & ludaei in bonum finem Dominum nostrum cruci- figi curarunt.

4 Ad tertium, quod nec indemnitas, nec lucrum etiam mag- num accipientis mutuum excusat acceptionem etiam paruam rei vltra sortem mutuantis, cap. l. vbi late scripsimus, l. 4. qu. 3.

Ad quartum responderetur, quod etiam in mutuo regulari- ter non perditur ab accipiente illud; sed id non iustificat dan- tem, si vltra illud aliquid accipiat.

Ad quintum respondent omnia quatuor capitula 14. q. 3. clamantia, etiam parua munera, etiam in poculentis & escu- lentis consentientia, vsuram inducere.

AD SECVNDAM respondeo affirmatiue, quod remissio, siue donatio sponte facta ab eo, cui restituenda sunt lucra praeterita, perinde liberabit conscientiam, ac si restitueret. per glossam celeberrimam, l. quae verbo restituatur, addit, vel

a Ca. 17. n. 251.

b Cap. confu- luit. c. in civi- tate. c. post nisi ierabilem.

c Cap. quoin re. d. dist. sub finem. d De vsur.

e Cle. 1. eod. tit. f In l. quia sit fugitiuus. g. a. p. d. Labonem. ff. de ad. eusc.

g In c. deniq. 4. dist. c. cum venerabilis. de conjuet. h Cap. frater nunt. 12. q. 2. i 12. q. 2. ar. 4. k 13. quast. 5.

l Cap. peora- tum. de reg. ur. li. 6.



remittatur. per quam regula generalis ab vtriusq; iuris inter-

6 Ad tertiam respondeo, propositum contrahendi modum non posse saluari, nisi aliquid addatur, vel dematur: posse autem saluari diminuendo lucrum, quod pecuniam conferens sibi referat, per tres contractus, vt diximus in dicto Manu. nempe relinquendo tantum de lucro accipienti pecuniam pro alsecuratione dimidij sortis principalis, quanto tertius alsecuraret illorum capitale. sed si raro vel nunquam perdatur capitale, vel pars eius notabilis, quæ stuosior contrahendi modus esset conferre simpliciter pecuniam, ita vt perditio tota pertineat ad conferentem eam, sicut tota perditio laboris & industriæ accipientis, & eam mercaturam excentis pertine re debet ad eum, iuxta superius citata ex Manu. &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Societas centum ouium datarum ad biennium contracta, vt ex em danti datur annua scuta 18. iniusta.
- 2 Certificatio lucris incerti illud dimittit.
- 3 Pecudibus in societatem pro parte mortuis, fructus etiam domino debitis est pro parte minuendus. Idem, si ex agnis numerus demortuorum supplendus.

CONSILIVM XXVII.

P. DEDIT Q. 100. pecudes in societatem duraturam ad biennium, & postea ad vtriusque partis voluntatem, ea lege, vt Q. redderet pro fructu & lucro tantum lanæ, & casei, quod valeret 18. scutis, & dimidiato. Quæritur, an id facere licuerit.

- 1 Respondeo, quod non: quia centum pecudes vix valent 100. scutis, & consequenter lucraretur ad rationem fere decæ & nouem: Tum quia certificatio promissi lucris certi pro incerto diminuere debet lucrum soluendum.
- 2 Tum quia non dicitur in contractu, quod diminuatur lucrum, si aliquot pecudes inoriantur intra illud biennium. Tū quia si reficiendus est numerus pecudum ex agnis nascituris, ex eis etiam diminuendum est lucrum. Saluo saniori iudicio.

S V M M A R I V M.

- Locatio iniusta est, si pensio est notabiliter maior aqua.
- Onus soluendi pensionem in initio anni, antequam ex re conducta fructus percipiantur, minuit aliquid de illius pretio, sicut & faciunt alia onera. num. 2. in fin.
- 1 Pensio rei conducta non debet solui in initio anni, antequam ex re conducta incipiat conductor fructus percipere.
- 2 Dominium rei plenum tanti valet, quanti pensio in 20. annis.
- 3 Periculum rei locata regulariter ad locatorem spectat.
- 4 Pecudes aliquot tradens post certam tempus in eodem numero & bonitate restituendas, cum pacto, vt interim certum quid annum proficiatur, et si non formalem, palliatam tamē committit iuram.

CONSILIVM XXVIII.

Q. VIDAM tradidit 25. pecudes C. ad quinquennium, cum pacto, vt pro usufructu singularum teneatur C. illi soluere in principio anni 20. libras casei, & finito quinquennio restituere eidem totidem pecudes, & eiusdem bonitatis. Quæritur, an contractus sit licitus.

Respondetur primo, contractum hunc videri esse principaliter contractum locationis & conductionis usufructus pecudum prædictarum ad quinque annos, adiecto pacto de restituendo totidem pecudes eiusdem bonitatis post quinquennium.

- 1 Secundo, quod videtur iniustus: quoniã, vt nos post alios tradimus in Manu. nostro confess. b ad hoc, vt huiusmodi animalium locatio & conductio sit iusta, est necessarium, vt pensio annua à conductore soluenda non sit notabiliter iniusta; & pensio, quæ iuxta hunc contractum erat soluenda, erat scutorum 25. & quatuor circiter iuliorum. Tum quia soluenda erat pensio in principio anni, antequam quidquam fructus ex eis perciperetur à conductore; quod minuit aliquid

a Cap. 17. nu. 254.

b Cap. 17. nu. 260.

A de pretio pensionis, nam etiam irerelle non debet solui in principio anni, vt post alios tradimus in comment. de vsuris. b

2 Tum quia usufructus illarum pecudum annuus longe maioris valebat, quam proprietas & dominium plenum ipsarum pecudum: quandoquidem plenum dominium rei quo ad proprietatem & usufructum tanti valet, quanti pensio collata in 20. annis, iuxta textum, adiuncta glossa recepta, c Tum quia in custodiendis illis pecudibus, pascendis, conseruandis, & regendis, multus labor, & sumptus, & magna cura erant assumenda, quæ omnia minuunt pensionem iustam soluendam.

B 3 Tum quia, secundum iustam naturam locationis & conductionis, periculū rei locatæ nō pertinet ad conductore, sed ad locatore, qui est dominus rei locatæ & conductæ, vt traditur in d. Ma. d & probatur per locum à speciali in l. sed & si. e & in cap. 1. f & cap. propter sterilitatem. e & onus impositum conductori, quod non est de natura conductionis, diminuit de pretio pensionis, iuxta cap. cum iohannes. h & traditur in dicto Manual. i

4 Tertio, quod licet is contractus secundum suam formā formaliter non sit vsurarius, potest tamen dici palliatus; & peior quàm formalis, iuxta tradita per nos post alios in comment. de vsuris. h Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- C 1 Societas officiorum Romana Curia vt instituat, cum suis conditionibus requisitis, & resolutionibus multorum circa illam dubiorum. num. 2. & seqq.
- 2 Societas super officijs Ro. Curia iustificatur, nō quia sit emptio, nec vera societas, sed ob periculum perdendi capitale videtur posse iustificari. & nu. 3. & 4.
- 3 Periculum perdendi facit aliquem contractum, alioquin iniustum, iustum censeri, sicut & incertitudo quanti res sit valitura.
- 4 Sponsio soluendi pretium rei accepta duplicatum: vel matuum cum augmento, si hoc vel illud euenerit, & illud lucrandi, si non euenerit, valet.
- D 5 Pactum, vt disiecta societate, officialis, donec capitale non restituit, soluat totidem fructus, vt soluebat durante societate, non valet, tenetur tamen morosus restituere verum damnum lucris cessantis, & damni emergentis & nu. 6. & 7.
- 6 Interesse damni emergentis soluitur integre, at lucrum cessans cum aliqua diminutione; quia minus est habere aliquid in spe, quam actu.

CONSILIVM XXIX.

E EXCELLENTISSIME Domine. In hac Curia Romana sunt verè multa officia fructificantia, & sanctè à Romanis Pontificibus instituta, ad sufficiens ministerium Curia Romanæ, & iustè vendibilia eo pretio, quod est determinatum à Pontificibus: & ista officia sunt varia, tum ratione fructuum, tum ratione operarum, tum ratione modi designationis, tum quod diuerso tempore plus alia faciunt, quā alia, tum ratione aliarum circumstantiarum. nec enim dubitandum est, quod in istis officijs iustissimè fundari possit contractus societatis, quod vulgo dicitur, dare à compagnia d' officio. & super hoc editæ iam sunt tres bullæ; scilicet Leonis X. Pauli III. Pij IV. & ideo quæ ordinant Pontifices circa hæc officia sunt habenda pro legibus, quæ obligant: & sit communiter, nec reprehenditur à Pontifice, nec à confessarijs doctis, etiam si accipiatur lucrum 12. pro 100. Nec ideo est iniustitia: Primo propter periculum illud, quod si post resignationem officij non superuixerit 40. diebus, perdat officium. Secūdo, quia habent communiter aliquod officium, & ministerium. Tercio, quia Pontifices hoc voluerunt, vt haberent honorabiles personas ad ministeria Romana Curia: si enim sic emerentur, vt res alia, non essent tot viri graues.

F Fundamentum autem harum societatum est, quia Pontifices viderunt officia à quibusdam non posse emi tota; ideo admiserunt socios. & sic dupliciter fieri possunt hæ societates: primo in ipsa emptione: secundo postquam emit, & soluit, admittit deinde socium, quia eget pecunia: quod vtrumque licitum videtur. & licet sint plures socij, vnus tamē est verè officialis, quo viuente durat tantum officium: at eo moriente cessat, nisi resignet.

Fundamentum societatis, vt seruetur æqualitas, est, vt qualis est proportio officialis erga proprium officium, talis sit suo

a Arg. cap. de p' pensio. b Num. 54.

c In ver. infra in aush. per. petua. Co. de sacros. eccl. f.

d Cap. 17. nu. 179. e. g. quasitum. ff. si quis conu. sio. f. De commo. & c. 1. de de. post. g. De locat. h. De fide inf. i. Cap. 17. nu. 200. & c. 23. nu. 78. k. Num. 4.



modo socij erga officialem, scilicet, si moriatur socius, officialis lucretur id, quod illi socius dedit; & contra, si officialis moriatur, reddatur socio sua pecunia. Adhibita tamen sunt duae cautelae: Prima, ne moriatur socius morte violenta: Secunda, ut officialis det fideiussionem pro pecunia socio, quae omnia videntur iusta.

Fit autem societas ista communiter per semestre: unde ad hoc ut duret amplius, debet ratificari; sin autem debet rescindi, opus est, ut admoneretur alter xv. diebus ante ratificationem autem est, si accipit fructus.

Societas haec fundatur super vitam alterius. Socius nominat personam, quam vult, vel praesentem, vel absentem, in quo fundatur contractus iste: esset tamen abusus, si nominaret personam, de qua non potest sciri vix per duos annos, &c.

In prima bulla Leonis X. nihil est ad nostrum propositum: nondum enim erant abusus. In secunda enumerantur duo abusus. Primus, quod quis admittebat socios supra officium quod vel non habebat, vel non habebat in Romana Curia. Secundus, quod verè erat officialis, sed aggravabat officium plus quam valebat. His occurrit Paulus III. & haec determinavit: Primo, ne quis accipiat in societatem supra officium, quod non habet in Romana Curia; & si facit, sit contractus irritus. Secundo, ne quis sumat super officium ultra medietatem pretij. Tertio, ne quis admitat socium ad officium, nisi praecedat signatura authentica. In tertia bulla Pij III. annullatur, & irritatur, & cassatur ista bulla Pauli IV. & permittit fieri ut ante bullam Pauli IV. duobus additis: Primo, ne grauetur officium ultra suam valorem: Secundo, ut officialis teneatur requisitus à socio narrare veritatem, quantum habet super hoc officium: & si non facit hoc, dicit priuari eum à tali officio, & insuper debere satisfacere socio pro data pecunia, & teneri refarcire damna. Quare videtur Pius IV. relinquere haec officia in iure naturae, addita illa secunda conditione contra officiales. Unde videtur colligere quatuor condiciones substantiales esse observandas. Prima est, quod talis societas sit supra officium, quod habeat in Romana Curia; quod requiritur ex parte utriusque, tam ementis, quam vendentis; aliàs ex parte vendentis esset iniustitia vendere quod non habet: & quia Pius IV. videtur hoc confirmare. Si enim non potest gravare ultra sortem, minus potest vendere, quod non habet. Secunda conditio, ne officialis admitat societatem ultra valorem officij: quae est conditio necessaria; nam & vendens venderet quod non est, & emens emeret quod non est, & sic committeret usuram. Unde inferitur, societates esse licitas, quoad usque veniant ad valorem summæ officij, post bullam Pij IV. & quae sunt ultra, sunt usurariae. Tertia conditio, aequalitas pretij ex utraque parte. Cognoscitur tamen ex tribus. Primo, si contingat tale officium esse taxatum à bulla, ut tempore Pauli IV. erat 12. pro 100. quamvis illud non taxet vere sed tantum referat, & quasi admittat. Secundo, quod communiter ab omnibus fit, & circumfertur. Tertio est aspicienda natura rei, ad quod requiritur, ne socius plus accipiat, quam principalis. Quarta conditio, si hoc officium requirit aliquem laborem in officiali, tum socius non possit tantum accipere, quantum ille. Quinta conditio ex lege posita bullae Pij IV. ut officialis requisitus à socio sincere respondeat, quantum habeat gravatum officium: quod si non facit, & priuatur officio, & debet socio satisfacere.

Si verò duae primae conditiones non serventur, scilicet, quod non sit Romae, vel habeat ultra officium: quod dupliciter accidere potest; primo, si is qui emit hoc scit, vel non scit; secundo, si uterque scit, quia si uterque scit, uterque peccat mortaliter, & socius non potest accipere quadrantem ex toto contractu, quia est usura, si verò socius bona fide fecit, & est deceptus, tunc potest accipere totum suum pretium, ut colligitur ex bulla & natura rei.

At si non servatur aequalitas pretij, ut in tertia conditione dicitur, non est contractus usurarius, sed iniustus ex inaequalitate pretij, & manet obligatio ad restitutionem, sicut in alia mala emptione.

Admittitur etiam aliquando ad societatem, non ad utilitatem officialis, sed alterius tertiae personae, & hoc dupliciter fit. Primo, cum v.g. Paulus officialis dat Petro 12. pro 100. & Ioannes refundit eos officiali. Secundo indirectè, cum Ioannes indiget pecunia, & Petrus habet pecuniam, & vult dare, sed

A Ioannes non habet officium, petit tamen à Paulo officiali accipere in societate officium (scilicet accommodare suum officium ad hoc) ita ut Ioannes det Petro 12. pro 100. immediate non dando illos prius ipsi Paulo officiali: quomodo cumque enim istorum duorum modorum fiat, licitum videtur: quia officialis alteri responderet, & Ioannes v.g. servat eum indemnem, & fundatur iustitia in duobus contractibus: primus est societatis Petri cum officiali: secundus officialis cum Ioanne, ut Ioannes illum servet indemnem.

Si socius moriatur, tunc illa pecunia manet pro tertia persona, id est Ioanne; quia intercesserunt duo illi contractus; & contractus inter officialem & Ioannem est, ut Ioannes servet eum indemnem, hac tamen conditione, ut si moriatur Petrus, pecunia maneat pro illo, scilicet Ioanne: in quo nulla videtur iniustitia, sed legitimus contractus.

Dubitari tamen potest, cum contractus iste per sex menses tantum duret, quid si per disiectam illam, ut vocant, discedatur societas, & officialis non solvat summam, an possit socius accipere partem lucri, quam accipiebat. Hoc enim dupliciter fieri solet. Primo, animo fraudulento, sciens quod officialis illi non reddet pecuniam: sed ita vult servare suum capitale, & gaudere de redditibus. Secundo, quod bona fide vult discedere societatem. Videtur enim, simpliciter loquendo praetextu societatis socium istum non posse quidquam accipere, cum iam non sit socius: at si id fecerit malo animo, tunc nihil potest accipere ullo modo: si verò fecerit bono & sincero animo, & culpa est officialis, qui non vult dare, tunc ratione damni emergentis, vel lucri cessantis potest aliquid accipere. Quod si acciderit, ut officialis vendat officium, & non velit reddere capitale, tunc etiam videtur posse accipere aliquid ratione trium titulorum, scilicet damni emergentis, & lucri cessantis, vel morae, & poenae.

Solet etiam accidere, ut quis ponat pecuniam ad periculum vitae absentis cuiusdam; quod aliquando fit fraudulenter, sciens non posse sciri ante annum de eius morte. tunc autem videtur peccare mortaliter; si verò scit eum quomodocumque mortuum esse, non potest quidquam accipere: at si nescit, vel negatiue se habet, potest accipere: cum tamen cognoscit illum esse mortuum, tenetur restituere ab eo tempore, quo alter est mortuus.

Est etiam in usu, ut pensio, quae alioquin ex societate officij est solvenda in fine semestris, solvatur initio semestris, anticipata solutione. hoc enim fit ad requisitionem solventis, non autem accipientis ut plurimum: nam soluta antea, duret & est secuta societas per sex menses. haec enim si solvatur ex vi societatis, in fine solvenda est; quia fructus nondum percepti ex societate solvantur; aliàs esset iniustitia, licet non usura. si verò solvatur ex vi asecurationis admittitur, videtur posse solvi initio semestris: quia asecuratio non exigit, ut ea finita pretium solvatur; & sic communiter fit.

E Suppositis superioribus probationibus, & rationibus, desideratur ut D. T. dignetur respondere ad torum: & si D. T. ob suas occupationes & indispositiones corporis ad torum non vacat, saltem ad tria vel quatuor ista capita respondeat.

Primo, An iuste iustificentur contractus isti ad rationem 12. pro 100. ea lege, ut pecunia maneat salva & extra periculum confertenti eam, nulla habita ratione quantitatis reddituum officij, dum vivit; & quod possit discedere ab illo contractu, & repetere pecuniam singulis semestribus, dum vivit; & quod si moriatur antequam discedat, tota pecunia collata quæratur officiali.

F Secundo, An valeat pactum, quod in huiusmodi societatibus solet apponi, ut conferens pecuniam possit desistere quando vult à societate, & quod socius teneatur statim, vel infra quindecim dies reddere pecuniam, & quod tantum lucri solvat eam deponenti, donec eam reddat quantum solvatur durante societate.

Tertio, An praefatus officarius, qui est in mora reddendi pecuniam, & fortassis litigat, nolendo reddere illam, esto non teneatur ad solvendum tantum lucrum post solutam societatem, quantum durante illa, an tamè teneatur solvere aliquod lucrum pro interesse.

ETSI PROPTER OCCUPATIONES & infirmitates meas me excusare possem, cum à medicis mihi interdictum sit studere, & cum in his officijs sum parum

verfatus; tamen ob preces tanti viri petentis ad ista tria capita respondeo.

2 AD PRIMAM QUESTIONEM respondeo primo, quod non possunt iustificari ratione emptionis, vel venditionis; quia nulla talis fit: nec ratione mutui; quia mutuans nihil ultra fortem capere potest, neque sola ratione societatis, quia ut post alios diximus in nostro Manu. conf. il. b ad iustitiam societatis requiritur, ut omnes socij participant de lucro & damno; quod in predictis contractibus non videtur fieri neque ratione census, quia pecunia data pro censu non potest repeti, nisi saltem volente censuario, secundum omnes.

Secundo, quod videtur iustificari posse propter periculum perdendi totam sortem, si moriatur, antequam discedat ab illo contractu. Tum quod incertitudo, vel dubium perdendi facit aliquem contractum censeri iustum, qui alijs non esset talis censendus: ut dubium, an merx sit valitura pluris tempore solutionis, facit, ut illa vendi possit pluris, quam nunc valeat, & incertitudo, an pensio domus maior vel minor sit futura, facit, ut creditor possit accipere fructus pignoris pro usuris, & emptio alicuius redditus annui, vel mensurari ad vitam emittis, efficit, ut emptor, si multum vivat, iuste percipere possit multo plus, quam sit pretium, quod dedit: quia dubium est quanto tempore vivet, ut tradit Oldradus, quem sequuntur Cornelius & Decius conf. 123.

4 Tertio, quod recepta est pro iusta in Gallia Belgica, ubi est magna copia doctorum, & piorum, consuetudo accipiendi centum ab vno cum pactione reddendi 200. si post duos annos, visa Roma, redierit in patriam: & in Gallia dat quis alteri certum quid, cum pacto ut solvat ei duplum, cum duxerit uxorem, vel fieri presbyter, propter incertitudinem matrimonij, & presbyterij. Tum quia non obstat consilium Decij, quatenus significat non esse iustum mutuum mille reddendum post sex annos, ea conditione, ut singulis annis dentur ei centum. Tum quia ipse loquitur de contractu mutui: consuetudo autem prefata Romana procedit in contractu societatis. Tum quia Decius tandem illa potissima ratione definit illum contractum fuisse iniustum: quia non erat apposta conditio, ut perirent illa mutuant, si intra sex annos moreretur: & ita nullum habuit periculum perdendi ea, immo vi mutui capiebat illa centena annua. Tum quia mutuum datum alicui ea lege, ut si moreretur intra sex annos, nihil ei redderetur, & si viveret sex annos redderetur ei illa, & centum pro millario, videtur esse iustum: quia nihil recipit ultra sortem vi mutui, sed tantum ob periculum perdendi sortem: & ita poterit licite ratione periculi accipere id quod videbitur iustum, habita ratione ad periculum, quod subit. Cum ergo qui dat pecuniam in societatem secundum prefatam consuetudinem, subeat periculum perdendi totam sortem, si moriatur, antequam discedat a societate; merito poterit lucrari quod iuste respondeat illi periculo, non quidem ratione societatis, sed ratione periculi, quod subit in utilitatem sui socij.

5 AD SECUNDAM respondeo primo, quod valet quo ad duo capita priora, videlicet, ut possit discedere, seu discedere, quando voluerit; & quod teneatur statim pecuniam restituere: quoniam nihil videtur ob stare, quo minus valeat; & regulariter contractus ex conventionione partium legem accipiunt.

Secundo, quod non valet quo ad tertium caput, videlicet ut tantum lucri solvatur pecuniam conferenti, durante mora solutionis, quantum soluebatur ante discessionem & discessionem societatis. Tum quia cessavit societas, & periculum perdendi totam sortem, ratione cuius tantum lucrum dabatur, ut supra dictum est, & causa cessante, debet effectus cessare. Nec obstat, quod debitor propter moram solvendi tenetur ad solvendum usuras, & interesse in contractibus bonae fidei, & contractus prefatus dicitur societatis, qui est bonae fidei, quia id non procedit, nisi cum ab initio contractus promitteretur, vel esset in via ad lucrandum, & propter amicitiam vel preces ab illo lucro abstraheretur, secundum communem, quam post alios tradimus in com. de usuris, & brevius in Ma. confess. quod raro contingit in his, qui modo pacto conferunt pecunias in societatem officiorum.

6 AD TERTIAM respondeo, quod de huiusmodi debitore, & alijs, qui sunt vel fuerunt in mora solvendi, idem regulariter iudicandum est in foro conscientiae, nempe quod

A tenetur reddere ultra sortem damnum, quod dedit, eo modo, quo singulariter ait S. Tho. recep. in hac verba. Homo tenetur ad restitutionem eius, in quo aliquem damificavit, sed aliqui damificatur dupliciter: vno modo, quia auferitur ei quod actu habebat & tale damnus est semper restituendum secundum re compensationem equalis: puta si aliquis damificet aliquem, diruens domum eius tenetur ad tantum, quantum valet domus. Alio modo, si damificet aliquem, impediendo, ne adipiscatur quod erat in via habendi; & tale damnus non oportet recompensare ex aequo; quia minus est habere aliquid virtute, quam habere actu. Qui autem est in via adipiscendi aliquid, habet illud solum secundum virtutem, vel potentiam; & ideo si redderetur ei, ut haberet hoc in actu, restitueretur ei quod est ablatum, non simpliciter, sed multiplicatum, quod non est de necessitate restitutionis, ut dictum est. Tenetur tamen aliquam re compensationem facere, secundum conditionem personarum, & negotiorum.

B Per quae sunt intelligenda, & ad quae sunt reducenda, quo ad forum conscientiae, omnia, quae de interesse damni emergentis & lucri cessantis traduntur in P. 3. b

2 AD ULTIMAM, quo queritur, an responsio cuiusdam excellentissimi viri, quae monstratur, placeat nobis, respondeo primo, quod vera est eius decisio quo ad primam partem, qua respondet non valere pactum solvendi 12. pro centenario post solutam siue discessionem societatem, donec solvatur principale.

C Secundo, quod ad ostentationem potius, quam ad veritatis confirmationem, videtur allegasse ratam doctorum multitudinem. Tum quia non loquuntur de hoc casu in specie. Tum quia quamvis ex eorum dictis possit elici aliquod fundamentum, quo sua decisio fundaretur, non tamen exprimit illud, & expressum esset adeo clarum, quod pro eo inveniretur textus, qui firmiter fundasset illud, quam auctoritas omnium doctorum, quos citat, cum eorum auctoritas non obliget necessario, ut textus authenticus.

D Quo ad secundam autem partem suae decisionis respondetur primo, illam esse veram, quatenus habet, eum, qui contulit pecuniam in prefatam societatem, non posse quidquam capere praeter sortem principalem post solutam seu discessionem societatem ratione societatis, quia iam desit esse; neque ratione pacti, quia illud fuit illicitum, ut praedictum est.

E Secundo, quod non est vera, quatenus sequutus Paulum Castrensem, & S. Thomam male intellectos, negare videtur verum & probabile interesse lucri cessantis posse peti, quod etiam Innocentius, & Sorus quos ipse non citat, voluerunt; licet Sorus contrariam & communem opinionem non reprober, quam nos contra ipsos late confirmavimus in dict. comment. resolut. ubi declaramus intellectum D. Thomae, quem praefatus D. Doctor, de cuius responsione queritur, citat ad litteram, qui non videtur legisse Caietanum, verum & pulchre declarantem illud in loco proprio: quem si legisset, aliter, ut arbitrator, loquutus fuisset, per rationes per eum ibi traditas, quibus nos alijs ubi supra annuimus.

F Tertio, quod licet qui contulit pecunias in prefatam societatem cum pacto pacto, non possit petere aliquid ultra sortem ratione societatis, neque pacti pro tempore, quod intercedit inter discessionem, & redditionem sortis, potest tamen petere interesse verum & probabile lucri cessantis: ita quod si verum coram Deo ipse usus fuisset illa pecunia sibi reddita, emendo merces, vel census annuos, vel aliqua praedia urbana, vel rustica frugifera, & desinit emere illa, quia non fuit sibi reddita, certe poterit petere interesse illud, quod ob moram debitoris passus est per supradicta. Salva, &c.

Aduertendum, quia si ei, quod hic dicitur num. 3. vers. 2. & nu. 4. ad fin. addatur id, quod dicitur conf. 26. num. 6. namque iustificabuntur isti contractus; quia officialis nunquam daret discessionem 12. alteri tertio non numeranti discessionem 100. nolenti subire simile periculum. In iustissimum enim iudicatur tale pretium huius periculi. Unde sequitur ne periculosa videatur hac assertio iustificantis hos contractus ex solo capite periculi, quod subitur.

S V M M A R I V M.

1 Cambia fieri possunt pro secundis mandatis, &c. dummodo non maiori lucro, quam pro primis.

a Ca. 1. 14. q. 3. c. consularis. de usuris. b Cap. 17. an. 251.

c Cap. in civil. 1. 1. c. p. de usuris. d Leg. si ea lege. c. l. si ex pactione. Co. de usuris. e Conf. 207. in conf. 308. c. 423.

B 123.

h Leg. 1. §. si commoverit. ff. de pignori. c. c. p. contractus. de reg. iur. lib. 6.

i Leg. bona fidei. ff. de usuris. k §. actionum. Inst. de act.

l Super c. si fuerit. n. 14. q. 3. notab. 15. c. 107. m Ca. 17. a. p. 211.

2 In 2. 2. qua. 02. art. 4.

b §. si de eod. quod certo lo. c. in d. §. per uerborum. c. l. 1. Co. de sent. qua pro eo; quod interest.

c In c. si de v. sur.

d Notab. 15. a. num. 42. c. in 2. 2. q. 78. a. 2. ad 1.

- 2. *Cambia si non solvantur in primis nundinis cum debito lucro, & forte principali potest fieri recambium pro secundis, &c. donec omnia solvantur.*
- 3. *Fideiussores recipientium nomine suo vel aliorum cambia, si principales non solvant loco & tempore praestituti, recambiant, donec solvantur.*

CONSILIVM XXX.

CAMBIA an fieri liceat pro secundis, tertijs, & quartis nundinis?

1. Ad hanc questionem, quatenus mea dicta tangit, respondeo primo, palam esse, quod praefata verba mea non significant, quod campfor potest cambire à principio pro certo lucro pro primis nundinis, & pro alio lucro vel maiori pro secundis, & alio vel maiori pro tertijs, &c. sed solum quod potest cambire ad soluendum secundis, tertijs, vel quartis nundinis, modo non cambiat pro maiori lucro cambiando pro illis, quam posset capere cambiando pro primis.

2. Secundo, quod hoc praefatum nostrum dictum nihil facit ad aliam questionem, qua queritur, utrum campfor cambiens, & accipiens pecuniam ad cambium possint licite convenire, ut campfori solvatur certum lucrum in primis nundinis cum sorte principali, & quod si non solvatur illa, possit recambire sic, ut accipiat sortem principalem cum lucro debito pro primis nundinis ab alio mercatore soluendam in secundis nundinis, & postea si non solvantur in secundis nundinis, iterum accipere alia 100. pro simili lucro soluenda in tertijs nundinis, & sic continuare cambium & recambium, donec omnia solvantur.

Supposito, quod primum pactum, quod fit cum campfore, ita fiat, ut sit licitum, ad reliquam partem dubij dico primo, quod haec conventio non reprobat, nec approbat in praefata extrauagante.

3. Secundo, quod consuetudo mercatorum videtur habere, quod si non fiat solutio sortis principalis, & cambij, ubi, & quando debet fieri, recambiant; immo & fideiussores recipientium cambium nomine suo, vel aliorum, si principales non solvant loco & tempore praestituti, recambiant iterum; & si non solvatur loco & tempore in recambio praestituti, recambiant tertio, ne contra eos fiat executio. Tertio, quod campfor, vel alius sic cambiando, & recambiando, nullam iniustitiam videtur committere. Salua, &c.

De hac materia vide fufius in sequenti consilio.

SVMMARIVM.

- 1. *Cambium, quod vocatur (al recapitare) super dantem videtur vsurarium & siccum, cum attento effectu videatur pecunia in eodem loco dari, & recipi cum auctario, & eadem persona cum se ipsa contrahit obligationem & liberationem, quod repugnat; re tamen vera non est tale. num. 4. nec siccum, cum reuera alibi solvitur cambium, quam ubi est receptum. nu. 5. & 6. nec inconueniens est quod eadem persona plures representet, & sic respectu diuersa representationis secum contrahat, simul & distrahatur. num. 7.*
- 2. *Sibi ipsi nemo potest imperare, nec sibi obligari, nec suimet esse creditor, vel debitor, nec à se ipso emere: & hoc, nisi representet diuersas personas. num. 7.*
- 3. *Vsura etiam per solam spem lucrandi ex mutuo, si sit principalis, committitur. nu. 8.*
- 4. *Cambium per literas licitum est, quatuor concurrentibus: Primo, quod sit equalitas inter pecuniam, qua datur, & accipiendam: Secundo, ne campfor accipiat à campfario plus in sorte mercede debita pro cambio: Tertio, quod credatur campfariū velle & posse saltem per alterum satisfacere literis cambij in loco, pro quo sunt datae: Quarto, quod locus, pro quo datur, multum distet à loco, in quo fit cambium.*
- 7. *Plures representare, seu referre potest vna & eadem persona, & sic ex persona vnus potest dici actor, & ex persona alterius esse reus, & similia, qua videntur repugnantia. & nu. 8.*

CONSILIVM XXXI.

REVERENDIS S. Domine, Campfores Romae, seu Florentiae dant pecunias Lugduni soluendas illis, qui Lugduni non habent agentem, nec numismata, sed rogant

A campforem, ut ipsemet ad suum correspondentem scribat, ut nomine campfarij cambium soluat, & traiciat: atque ita fit, ut correspondens, praeter propriam personam; gerens duarum personarum vicem, dantis, & accipientis cambium respectu accipientis pecunias soluat Lugduni, & traiciat, respectu campforis dantis pecunias mittat, & pro maiore parte in eodem loco campfarius soluat. Queritur, an huiusmodi cambia sint licita, & sit licitus cambiendi modus?

At ut magis mihi satisfaciam, mitto Dominationi tuae, quae mihi super hac materia de cambijs à viro graui & doctissimo tradita fuerunt.

De iustitia illius cambij, quo campfores dant pecuniam illis campfarijs, qui actu non habent numismata in illo foro, ad quod cambium dirigitur.

C **I**NTER omnia cambiorum genera, quae ubique terrarum apud omnes mercatores sunt vsu recepta, hoc est vltimum, ut qui accepit aliquam summam pecuniarum à campfore titulo cambij pro aliquo foro, in quo ipse nullum habet creditum, roget eundem campforem, ut ipsemet campfor nomine campfarij traiciat ad suum correspondentem, ad quem debeat remittere illam summam exigendam; atque ita fit, ut correspondens praeter propriam personam gerat adhuc vicem duarum personarum, dantis nimirum, & accipientis cambium: nam respectu dantis remittit, & respectu accipientis traicit. Et quidem sub hoc genere cambij tres continentur species inter se valde affines, quae vulgo dicuntur, *il cambio con recapitare le lettere sopra il datore, il cambio con le contazioni, & il cambio con la ricorsa.* Quae omnia ut clarius à me explicentur, prius lingua materna proponam exempla & praxim singulorum cambiorum, ut didici à primoribus mercatoribus huius ciuitatis. Tum videbimus rationes, quibus impugnantur. Deinde proponemus aliquot fundamenta, quae cum aduersarijs nobis debent esse communia. Ad extremum ostendemus iustitiam horum cambiorum, reiectis argumentis contrarijs. Hoc autem munus mihi iniunctum ideo libenter suscepi, quod intelligam non paucos esse, qui in eadem sunt sententia, in qua ego fueram, damnantes huiusmodi cambia: ut qui tandem meo periculo & non modico experimento ex D. Augustino, elegi mutare sententiam, ipsi in propria pertinaciter non conuiescant, aut certe non impugnent, quod theoreticè & practicè ex omni parte non penetrauerunt.

Exemplum illius cambij, quod dicitur recapitare le lettere sopra il datore.

E *Antonio dà à cambio, Pietro piglia, & Francesco è il corrispondente: chi dà, si dice rimettere, chi piglia trarre: & il corrispondente, si dice volgarmente il committente, d vero la ragione.*

Il caso dunque si figura in questo modo: Pietro in Fiorenza tratta, cioè piglia à cambio da Antonio per Lione cinquecento scudi d'oro, per se pagare in Lione cinquecento scudi di sole. perche si cambia al pari: & perche occorre che Pietro non ha corrispondente in Lione, ricerca Antonio che gli faccia credito in Lione, accio sia recapitata detta tratta: & il detto Antonio ordina in Lione à Francesco, quale è il medesimo che ha da riceuer il pagamento delli cinquecento scudi di sole, che riceuti, e paghi dett tratta di Pietro sopra di lui, & che se ne paglia secondo l'ordine di Pietro, il qual ordine sarà, che se ne torrà à valere qui da lui, d' altri, d' veramente i altre piazze di Spagna, di Francia, d'Italia, & da qual si voglia persona: & così Francesco paga per Pietro à se medesimo, & riceue per Antonio, & se ne torna à valere secondo detto ordine.

F *Forma dunque Pietro la lettera di cambio à Francesco in questa maniera: Pagato per questa prima di cambio in fiera prossima di tutti i santi à voi medesimo cinquecento scudi di sole per la valuta qui d' Antonio, & ponete come per la d' auiso. Di più Pietro per la sua d' auiso ordina à Francesco, che recapiti la tratta, & che se ne paglia qui da lui, quantunque (come s'è detto di sopra) può ordinar che se ne paglia per altro luogo, & così Francesco accioncia la scrittura, facendo in vn luogo creditor Antonio, & in vn altro debitor Pietro sopra d' Antonio, & qui finisce il primo contratto.*

23. 2. 9. 4. ca. magna.

Dapoi

Dapoi Francesco per vna sua di cambio ordina à Pietro, che paghi ad Antonio scudi cinquecento vno, & due terzi di sole, per valersi di detti cinquecento scudi con le prouisioni, facendo vna lettera di cambio à Pietro, & tal lettera va in mano d' Antonio, la quale rappresenta à Pietro in questa forma.

Pagate per questa prima di cambio à quindici di Decembre scudi 501. & due terzi di sole, à scudi 102 & mezzo d'oro per cento ad Antonio, per la valuta cotatami, & ponete à vostro cōio sopra detto Antonio, & qui finisce il secondo cōtrato. A tal che Pietro in virtù di detta lettera harà à pagare scudi 514. sol. 4. den. 2. d'oro: & così la perdita di detti 500. scudi d'oro di questa fiera, qual dura tre mesi, sono scudi 14. sol. 4. & den. 2. doro. & Antonio, qual ha dato à cambio, guadagna scudi 10. sol. 15. den. 10. d'oro, & il resto guadagna Francesco nella prouisione che lieuasi al debito di Pietro, com' al credito d' Antonio d' vn terzo di scudo per cento. Auuertendo, che questi prezzi della fiera variano più & meno, & possono esser anco con danno di chi rimette.

Il cambio delle cōtationi sarà nel essemplio sopradetto per conto di Francesco, qual rimette il credito d' Antonio, & trabe il debito di Pietro sopra d' Antonio: & di questa maniera sono hoggi la maggior parte de' negotij di mercanti, cioè l' hauer denari di questo & di quello da cambiarli, & allincontro debiti di diuersi da tenerli su li cambi per le fiere, pigliando le prouisioni dall' vna, & dall' altra parte il che importa assai doue sono molti negotij: & in questo è differente il cambio presente dal precedente: perche nel precedente essemplio Antonio pagaua le prouisioni à Francesco, ma in questo Pietro paga ad ambedue, cioè à Francesco, & ad Antonio. Vi è vn' altra sorte de cōtationi, quale è vsitata assai. Verbi gratia, Antonio trabe per Pietro cinquecento scudi, & li rimette per suo conto: in tal caso detto Antonio fa la lettera del cambio da pagar à Francesco, & dice, la valuta cotatami, & ponete come per la d' auuiso. Et nella lettera d' auuiso dice à Francesco, io vi traggo per conto di Pietro, d' vero se Pietro non volesse esser nominato, dirà, per mio cōto à parte Pietro, & in tal caso non appariscono più che due persone, cioè Antonio, & Francesco, se bene Antonio rappresenta anco due persone, cioè la sua, & quella di Pietro, quale per non hauer brighe, non vuol far altrimenti lettere.

Il cābio cō la ricorsa differisce dal primo cābio detto di sopra in vna sola cosa, che doue in quel di sopra Pietro prega Antonio che ricuperi le lettere sopra di se, in questo l'istesso Antonio non vuole dar à cambio à Pietro, s' egli nō s' obliiga à trarre à Francesco suo corrispondente; & Pietro consente, perche nō troua chi gli dia à cābio, d' vero perche nel prezzo del cambio è auantaggiato. & questa ricorsa tal' hora auuiene alla rouersa, che chi piglia à cambio non vuole pigliare, se il datore nō si contenta del corrispondente del pigliatore. Hor questo è in sostanza quanto si ha potuto cauar da peritissimi mercanti intorno alla pratica di questo modo di cambiare, presupponendo che il tutto si faccia con verità & sinceramente.

Secundo loco offerenda sunt argumēta, quibus tale cambium tamquam iniustum posset impugnari.

Iniustitia huius cābij ex varijs argumentis ostenditur. Primo, quia hoc cambium vel reducitur ad cōtractum permutationis, vel emptionis, vel mutui: Non ad cōtractum permutationis: nam re vera permutatio, vt inquit Paulus Iurifconsultus, a non fit solo consensu contrahentium, sed rei propria traditione; at Petrus nihil tradit in presenti; ergo. Neque potest reduci ad cōtractum emptionis: quicquid enim cōtractatur in hoc cambio, est contra naturam emptionis: nemo enim potest emere proprium, nec v'edere alienum, vt patet, b sed in presenti Antonius emit quod suum erat, & Petrus vendit alienum. Quod si dicas, per mutuum, quod erat alienum, factum esse Petri, tunc sequitur quod tota ratio huius cābij petatur à mutuo: at omne lucrum proueniens ex mutuo est vsura vt habetur cap. consului. c ergo hoc cambium est vsurarium.

Secundo, quia ipsemet campfor emens pecunias, eadē numero tradit, & vendit per suum correspondentem, & respectu eiusdem est v'editor & emptor, dator & acceptor; sed repugnāt duo correlatiua esse in eodem subiecto respectu eiusdem, d vbi habetur quod nemo sibi debitor esse potest: iniustitia enim est ad alterum, vt ait D. Thomas. e

Tertio, Esto hoc genus cābij vocetur cambium, est tamen nomine tenus, cum sit siccum sine humore, videlicet veritatis, & iustitiæ. Nā qui accipiunt pecunias Florentiæ, nul-

las habent pecunias Lugduni, quas fingūt se vendere, quod etiam constat campforibus: hoc autem est damnatum in bulla Pij V. de cambis; vt patet legentibus.

Quarto, hic cōtractus apud Siluestrum, a videtur similis illi, quo quis fingit se emere ab agricola boues, quos non habet, neque potest habere, & eidem certa pensione locat; quod vtique est vsurarium, vt notat etiam D. Nauarrus in suo Manu. b nam campfor fingit emere pecuniam Lugdunensem à Petro, quam ipse nō habet; ergo.

Omnia cambia (vt notat Medina, c) ad tria capita reducuntur secundum tres diuersitates, videlicet numismatum, loci, & tēporis, vbi vero nulla apparet diuersitas nisi solius tēporis: nō cābia, sed mutua appellada sūt. At in presenti modo cambiendi omnia sunt integra, & immutata, & locus, quia in eodem loco fiunt solutiones, in quo cambium celebratum est; numisma seu forma pecunia est eadem penitus cum quodā auctario; tantum est tēporis diuersitas seu dilatio: at qui ex sola temporis dilatione accipit lucrum; damnatur tamquam vsurarius, vt patet in cap. quicumque & cap. si quis oblitus d Confirmatur, quia per extrauagantem Pij V. expresse damnantur cambia, quorum solutiones fiunt in eodem loco.

Præter iniustitiā, quæ in hoc genere cābij ratione cābij ficti videtur esse, apparet alia iniquior, quod ille miser homo qui accipit, cogitur soluere prouisiones ipsi campfori, quasi multum laborasset in traiectione pecuniarum: & ita duplex lucrum campfor accipit, vnum incertum ex auctario cābij, alterum certum ipsarum prouisionum: vnde fatius esset, si ratione lucri cessantis, vel damni emergētis absque literarum missione mercator lucraretur.

Deinde ipsum cambiū, quod vulgo dicitur, con la recorsa, videtur habere manifestam iniustitiā, & vsuram, quando campfor non vult commodare suas pecunias Petro, nisi ipse traiciat ad Franciscum suum correspondentem. Hoc autem videtur esse damnatum à Gregorio ix. e & ab Urbano iij. f nam mutuare pecuniam cum aliquo onere est vsura, etiam si alias mutuarius sit lucraturus; ergo.

Et postremo illud cambium, quod dicitur, con le cōtationi, videtur merum figmentum, vt vnus sibi ipsi numeret, & velut alter Euripus varias facies, nunc creditoris, nunc debitoris representet, quod totum adinuenit esse videret ad turpem quæstum, & ad palliandas vsuras, vt ex proprijs & alienis pecunijs mutuatis valde laudentur. Propter aliquam præcedentium rationū Dominicus Sotus vehemēter damnat hoc genus cambiendi tamquam illudorium Dei, & hominum, vt ipse ait. g & ex antiquioribus vidi neminem, qui descenderet ad hoc particulare genus cābij, quod fortassis non esset in vsu. ex neotericis quidam Marcus Antonius nomine, natione Apulius, in quodam opusculo de cambijs subscribit Soto. Ceterum viri doctrina, opinione, & experientia grauiores, nō modo non improbant, sed non possunt excusare à temeritate eos qui proprio sensu ducti, vel apparentibus rationibus suffulti nulla habita ratione bullarum Pontificiarum, damnant huiusmodi cōtractus ab Ecclesia approbatos, & communi Christianorum voce in toto orbe terrarum receptos: nā ex eorum turbatione, nō nisi conscientiarum perplexitas, & populorum tumultus, & quod peius est, religiosorum virorum conflictus oriri solent. Huius ergo sententiæ fuit Siluester, h D. Nauarrus in suo cōmentario super cap fin. i & in suo Man. k dicit enim satis esse, quod qui accipit ad cambium, habeat pecuniam virtualiter seu credito in loco solutionis. Abbas Fabianus Genuesis in tractatu de cambijs, circa finem in solutione secundæ difficultatis. Thomas Boninsegna in simili tractatu de cābij in solutione tertie difficultatis. omittō innumeros Canonistas, qui à prædictis auctoribus allegantur, & alios, qui nondum excefferunt.

Primum pro solutione quatuor notabilia præmittam, quæ nobis ad hanc veritatem inuestigandam aditum aperiuūt. Primum est. Quotiescumque in actibus nostris moralibus occurrit dubium, liciti sint, necne, statim ad Ecclesiæ iudicium tamquam ad columnam & firmamentum veritatis confugiendum est; ita vt quod Ecclesiæ per canones approbavit, approbemus & nos; & quod illa reprobauit, & nos reprobemus: vnde Gratianus l docet non esse reprehendendas actiones quas Ecclesiæ sancta non reprobauit, & damnauit. Et Gregorius ix. in Concilio Meldensi, m Nemo, inquit, in actionibus, vel iudicijs ecclesiasticis suo sensu, sed canonum auctoritate ducatur.

Quare

a In l. 1. ff. de rerum permutacione.

b In l. 2. ff. de contrahenda emptione.

c De vsur. c. 14. q. 3. per 12 tam.

d Leg. c. qui dem. ff. de legatis primo. c. 2. q. 58. a. 2.

a Verb. vsuram 4. §. 9.

b Cap. 17. num. 230.

c In co. de rebus per vsuram acquisitis. quæst. 5.

d l. 4. q. 4. c. dist. 88. cap. eiusciens.

e In c. nauigati. de vsuris. f In c. consului. ibidem.

g In l. 6. de iur. & iure. q. 10. ar. 1. & q. 13. ar. 1.

h Verb. vsuram. 4. §. 9. circa fi.

i De vsuris. n. 68. c. seq. k Cap. 17. num. 299.

l Per totam dist. 12. m De cons. c. 1.

Quare

Quare si nullus canon aperte reprober hunc modum contractandi, quinimo ex secunda bulla Pij V. videatur approbari potius, quam reprobati, vt inferius dicemus; non video, quare nos sine temeritatis nota hanc mercatorum consuetudinem tamquam corruptelam damnare quoquo modo possimus.

Secundum notabile. In priori bulla Pij V. quæ incipit, *In cam pro nostro passorali*, &c. duo traduntur à Pontifice: vnum quod pertinet ad substantiam seu naturam cambij, quando scilicet verum, & quando fictum, quando reale, & quando fictum: alterum verò, quod pertinet ad moderationem lucri. & in primo quidem ponit tres proprietates veri & realis cambij. Prima, quod mittantur literæ. Secunda, quod non redeant inanes. Tertia, ne fiant in eodem loco solutiones. In secundo verò tres alias enumerat conditiones tamquam moderamina lucri. Prima, ne differant præscriptum solutionis tempus, lucro ex tacita vel expressa conditione recepto: Secundo, ne à principio sit taxatum interesse in casu non solutionis, quamuis exactio communis licuisset. D. Nauarrus in sua summ. 2 Tertio, vt non aliter quàm pro prius nundinis, vel proprijs terminis, ad effectum scilicet carius cambiendi. In posteriori vero bulla facta in gratiam Bononiensium descendit ad aliqua specialia, de quibus dubitatio oriri potuisset: & vt omnem auferat scrupulum, dicit campsores posse super se ipsos recapitare literas eius, qui cambium accipit sine aliquo discrimine proprii vel alterius correspondentis; quia hoc fuisset per accidens, & impertinens ad iustitiam cambij: & quod liceat alijs tradere pecunias cambiendas campforibus, & è conuerso possint campsores alios cambijs continere. quare si suspicio occurrat, sit necne licita aliqua species cambij, ad has bullas tamquam ad oracula confugere necesse est.

Tertium notabile. Quotiescumque in aliquo contractu permutationis vel emptionis dubitatur de eius iustitia, tunc licet nulla esset lex, quæ modum præscriberet, recurrendum esset ad dati & accepti æqualitatem, vt docet Medina, nisi enim esset æqua compensatio, mox nobis occurreret iniustitiæ suspicio, quare cum in cambijs appareat aliquis excessus, videndum est vnde hic oriatur, & quæ sit vera & iusta ratio cambij, vt proposito exemplo applicetur. Pro quo animaduertendum est aliud esse disquirere, vbi sita sit iustitia cambij, & aliud vnde augeri & diminui possit: illud enim est inuariatum, certum, & stabile, hoc autem potest variari pro diuersis accidentibus: illud respicit naturam cambij, hoc verò eius circumstantias: illud denique à iure & iustitia, hoc autem ab hominum arbitrio petendum est. Quod ergo pertinet ad iustitiam cambij in genere (vt nullas faciamus quorumdam minus probabiles sententias) ab vna ex tribus radicibus petenda est, vel ab omnibus simul coniunctis, nimirum ab ipsa origine artis campforiæ, quæ se habet circa pecunias, sicut mercatura circa merces: licet enim pecunia sit per se primo inuenta vt pretium & mensura omnium rerum venalium, nihil tamen obstat quin secundario contractati possit tamquam metrx, sicut docuit Aristoteles, & S. Thomas, & communiter omnes doctores: quare sicut merces per ventionem & traiectionem carius vendi & emi solent, sic etiam pecunia, vnde traiectione appellata sunt. 2 Secunda radix est ipsa seruitus campforis, vt bene docuit Medina, hæc autem seruitus est duplex: vna intrinseca, & est onus, cui se subiicit campfor hic accipiendi, & alio transferendi, vel è conuerso hic dandi, & aliunde aduehendi. Altera verò seruitus est externa, qua continentur omnes actus campforij, vt sunt ministri, tabellarij, officinæ; pecuniæ semper paratæ, varij generis numismata, & alix plurimæ impensæ: at verò cum onus seruitus sit pretio æstimabilis, merito ex tali seruiture poterit aliquid accipere iuxta consuetudinem. Denique vltima radix iustitiæ cambij est ipsa incertitudo lucri, & quædam quasi fors: nam campsores, & campforij indifferenter se exponunt lucro & damno, & omnis huiusmodi contractus nullam habet admixtam iniustitiam, præsertim cum tendat in bonum politicum, & totius Reipublicæ vtilitatem: & si cambia cessarent (vt ait Calderinus, & omnia pene mercaturæ officia dissiparentur ac destruerentur. Quando ergo occurrit dubium de iniustitia alicuius cambij, ad has radices recurrendum. Sin autem volumus inspicere augmentum, vel diminutionem lucri ipsius cambij, tunc iudicium petendum erit ab ipsis ac-

cidentibus, quæ pecuniæ cambijs subiectæ obuenire solent, vt quod sit absens, vel præfens, ex Caietano, 2 vel secundo quod sit maxima copia vel penuria pecuniarum, ex Soto, b vel tertio ex paucitate vel multitudine perentium vel dantium, ex D. Nauarro vbi supra; vel quarto ex traiectione actuali vel virtuali ipsarum pecuniarum; vel quinto ex proportionem pecuniarum inter se, vel respectu mercium; vel denique ex alijs euentibus belli, pestis, &c. Sapientis ergo est, pensatis omnibus, iudicare quod sit iustum lucrum, & applicare singulis speciebus cambijs.

Quartum notabile est (vt certa à dubijs remoueantur) quatuor hic esse certissima, & duo quidem priora esse licita & iusta cambia, duo verò posteriora esse illicita, medium vero esse dubium, vt parum distans ab extremis, & de hoc fuit proposita præfens quaestio. Duo priora licita hæc sunt. Primum, quando Petrus campforius dirigit literas non ad Franciscum correspondentem campforis, sed ad alium quempiam, ita vt concurrant in ipso cambio quatuor personæ, campfor cum Francisco suo correspondente, & campforius cum Martino. Secundum cambium licitum adhuc dicunt omnes illud esse, quando campforius apud Martinum verbi gratia habet numismata actu, vel credito; hæc enim æquipolent. Duo posteriora cambia illicita hæc sunt. Primum, quando Antonius campfor literas mittit ad Franciscum pro forma, vt aiunt, & pro quadam cæremonia, & redduntur inanes. Secundum, quando campfor pro suo arbitrio taxat pretium maius, nulla habita ratione ipsius moderaminis, quod à deputatis fieri consuevit. Medium ergo, quod modo versatur in dubio, illud est, quando cessante omni fraude & dolo Antonius campfor ex suis vel alienis pecunijs quas apud se cambiendas habet, rogatus vel ne rogatus quidem dat campforio Petro, qui cum non habeat Lugduni correspondentem, procurat vt literæ remittantur Francisco, qui nomine eiusdem Antonij commodat Petro, & nomine Petri soluit Antonio cum illo auctario, quod fecit forum, & prouisionem. Tota ergo difficultas hæc est, an propterea illicitum sit hoc cambium, quod Franciscus gerat vtriusque personam, dantis, & accipientis; & vtrum Petrus iuste vendiderit quod actu non habebat, sed tantum credito, præsertim si credito accipiat ab ipsomet, cui ex pacto tenetur vendere. Hic est ergo cardo difficultatis.

Respondetur, hoc genus cambij esse reale, verum, & iustum, omni dolo & fraude semoto; & si spectetur secundum suam naturam, nullam habet admixtam iniustitiam. Probatur multis vijs.

Primo auctoritate iuxta primum & secundum notabile: hæc enim conclusio est conformis regulis traditis à Pio V. in vtraque bulla de cambijs, immo est expressa in secunda bulla in illis verbis, *che si possano far recapitare le lettere del cambio sopra l'istesso datore*. quotquot enim sunt mercatores Florentiæ, ita intelligunt hæc verba, quod sine conscientia periculo possit campfor literas campforij ad effectum solutionis transmittere, vel proprio vel alteri correspondenti: quia campforius nec nomine quidem erit ibi notus. Confirmatur, quia in hoc cambio sunt omnes illæ sex conditiones cambij realis, quas posuit Pius V. in prima bulla, videlicet quod mittantur literæ, secundo quod non redeant inanes, tertio quod fiat in diuerso loco solutio: nam Lugduni accommodantur scripturæ, & quando remittuntur literæ Florentiam est secundum cambium, & sic de alijs circumstantijs, id quod iam supponimus.

Secundo probatur ex regula Gregorij IX. desumpta ex Beda. 2 *Non debet culpe adscribi quod quis evitare non potest*, sed supposita arte campforia non potest campfor non subire duas personas in multis cambijs dandi & accipiendi: quia verbi gratia dum aliorum pecunias per cambia exercet, & vnus pro traiciendis pecunijs Lugdunum, & aliter pro auferendis inde cum expositulat, non potest non numerare sibi nomine vnus, & nomine alterius soluere: sic enim dictum est in principio *delle contationi*, ergo non sit illicitum cambium ex identitate vnus personæ referentis & representantis duas: quia iam dictum est in bulla Pij V. in gratiam Bononiensium dari facultatem campforibus cambiendi pecunias non modo proprias, sed aliorum. Sit ergo Martinus Florentiæ, qui rogat Caponium, vt traiciat Lugdunum decem millia, quæ ipse soluit Florentiæ: & ex opposito sit Ioannes, qui rogat eundem

a In opus. de cambijs c. 7.
b Libr. 5. de inf. q. 12. a. 2.

F

2 Cap. 17. m. 360.

b In suo cod. de reb. per usuram acquisitis in fin. q. 7.

c In 1. polit. c. 6.

d 2. q. 78. a. 1.

e L. traiectione ff. de nautico fœnore.

f Vbi sup. q. 8.

g In consil. 11.

c De reg. iur. c. quæd non est.

Caponium, vt ex Lugduno, vbi habet pretium decem mil-
lium, remittat Florentiam eandem summam, tunc pro-
culdubio nomine vnus dabit, & nomine alterius accipiet: er-
go vnus & idem subibit opposita munera.

Tertio probatur eadem propositio ex tertio notabili: om-
nes enim illæ tres radices iustitiæ cambij inueniuntur in hoc
cambio: est enim vera emptio ex parte campforis, & venditio
ex parte campfarij (nec obstat, vt statim subiiciemus, quod
actu tunc non habeant) est vera seruitus campforis tam in-
trinseca quàm extrinseca, & denique est incertitudo lucri: ali-
quando enim solet esse cambium cum iactura campforis:
auctarium deinde lucri dependet non ab arbitrio campforis
(vt falso aliqui opinati sunt) sed vel ex conuentione, vel ex
communi mercatorum voce. nihil ergo desideratur ad hoc,
vt sit iustum & reale cambium.

Obiicit aliquis contra hanc tertiam rationem, quòd scilicet
in hac venditione sit duplex defectus, alter quidem quòd
campfarius vendat, quod actu non habet, id quod primum
argumentum etiam contendeat. Secundo, quod in illa pal-
liata venditione vendit emptori, quod est ipsius emptoris, ni-
mirum vendit campfori, quod est ipsius campforis: & ille
medius correspondens Franciscus licet persona distinguatur
à campfore, est tamen re vera ipse campfor, eius locum & vi-
ces gerens: & hoc quidem argumentum ab inexpertis, & rem
superficie tenus considerantibus censetur alter Achilles, sed
quam leuis sit armaturæ mox apparebit. Et quidem primum
defectum nullum esse inde patet, quod multa possunt ven-
di, quæ nondum actu sunt, vt notat Pomponius Iurisconsultus,
a vt fœtura gregis, iactus retis, captura auium, fructus
agrorum, &c. Venduntur etiam ad certum tempus annonæ
& fruges, quas venditor debet emere: & propterea rectè fit
stipulatio eorum, quæ non tantum actu, sed potentia habere
possimus, vt *l. insertum*. b Quod si ita est, nihil mirum, si Pe-
trus non dederit illa numismata Lugdunensia, quæ actu non
habebat, quia erat in potentia ad habendum; erat enim sol-
uendo, & habebat, à quo sibi mutuaret. Neque secundus de-
fectus habet aliquid momenti. Tum quia per accidens est, &
rarum, quod campfor illi mutuet, quod debet ipsemet eme-
re: & ea quæ raro eueniunt, non sunt alicuius consideratio-
nis, vt notat Panormitanus, Hostiensis, & Calderinus, c nam
inter mille campfores Florentinos non sunt quinque, qui ha-
beant proprios factores & agentes Lugduni, sed suis amicis
mittunt literas. Tum maximè quod campfor in tali actione,
semota omni fraude, non modo non est culpabilis, sed valde
laudabilis: mutuare enim alteri gratis est opus caritatis, vt fa-
cit iste, quia saltem mutuatur illi creditum: deinde quia liberat
campfarium ab illo onere inquirendi alterum, qui pro se tra-
iiciat, & immunem reddit ab impensis, quæ erogantur in pro-
xenas, & denique solent interdum mitius agere in aucta-
rio, & in prouisionibus: ipsa autem substantia cambij omnino
remanet immutata, ac si ipse campfarius propriam pecuniam
numeraret.

Quarto probatur ex optima regula, quam tradit Silue-
ster, d ad dignoscendum cambium licitum ab illicito: *Quo-
ties, inquit, arbitrio bonorum & peritorum in arte campforia
pars capiens cambium non grauatur, & distantia temporis nihil
lucri affert, numquam est ibi peccatum.* sed in istis cambijs sic
celebratis arbitrio bonorum & peritorum mercatorum pars
capiens non modo non grauatur, sed (vt diximus paulo ante)
alleuiatur à multis laboribus & expensis; & rursus non habe-
tur ratio distantie temporis, nisi quatenus distantia loci illud
exigit, iuxta bullas, & consuetudinem aliorum cambiorum.
ergo ista cambia sunt licita. Confirmatur, quia hæc consue-
tudo est vniuersalissima, recepta in toto terrarum orbe, & ab
omnibus mercatoribus approbata: ergo vel oporteret dam-
nare omnes mercatores (quod esset valde temerarium) vel
certe hæc cambia non reprobare: scimus enim tales consue-
tudines habere vim legis, vt habetur *dist. 1.* e Neque talis
consuetudo potest dici corruptela, vt dicitur in *cap. vt.* f quia
neque rationi naturali, neque iuri diuino, vel humano con-
traria est.

Quinto est licitus ille modus cambiendi (sicut diximus in
quarto notabili) quando Petrus, qui accepit cambium ab
Antonio, non ad correspondentem Antonij, sed ad alium ter-
tium dirigit literas; ergo & iste, de quo loquimur. Probat
consequentiā: quia nullo textu vel ratione probari potest,

A quare cum vno liceat, & non cum altero. Nisi fortè dicatur
cum Soto: vel ideo non licere, quod cum eodem est manife-
sta suspicio mutui palliati, & ficti cambij, non autem cum
tertio, vel vt idem docet. a Sicut non decet in contractu so-
cietatis negotiatoriæ inire contractum assecurationis cum
socio, sed bene cum alio, ita & in presenti; quia semper viget
suspicio mutui palliati.

Sed contra non obstat primum. Primo quia est expresse
contra regulam iuris, *In dubijs nemo presumitur fingere, & pec-
care.* apud Gregorium I X. b ex Beda. c *Quando, inquit, du-
bium est quo animo aliqua facta sunt, in meliorem partem inter-
pretemur.* quam regulam expendens S. Thomas. d *Expedit,*
inquit, *vt quis sapius fallatur habens bonam opinionem de malo
homine, quàm quod raro decipiatur habens malam de bono: quia
ex hoc alteri fit iniuria, non autem ex illo.* Deinde, quia hoc est
petere principium: nos enim supponimus hoc cambium fieri
sine fictione & sine dolo: & denique si ad peruersam inten-
tionem recurrendum erit, nullus erit contractus quamuis
licitissimus secundum se, qui ex peruersa intentione depra-
uari non possit, vt bene annotauit D. Nauarrus. e

Non obstat secundum: quia argumentum retorquetur in
Sotum: nam licet etiam cum socio facere contractum asse-
curationis principalis, & lucri, vt bene docuit Siluester, f &
fufius D. Nauarrus. g

C Sexto, idem iudicium faciendum est de pecunia facta per
cambium venali, quod fieret de mercibus alijs venalibus: sed
non repugnat in alijs mercibus, quòd quis proprias merces
nomine alterius emat, & nomine proprio vendat: ergo. Con-
sequens probatur per exemplum, quod frequentissime oc-
currit. Verbi gratia Antonius mercator Florentinus accipit
litteras à Petro Lucensi, vt eius nomine emat decem ballas fer-
rici Neapolitani: tunc Antonius, qui apud se habet huiusmo-
di merces, emit illas à se ipso nomine Petri, atque ita fit, vt v-
nus & idem sit emptor & venditor.

Rursus potest figurari aliud exemplum per omnia qua-
drans cambio. Verbi gratia, aliquis mercator dum habet o-
nerarias naues paratas ad transfuehendum frumentum Nea-
poli Valentiam, rogatur à Petro, vt ei concedat mille modios
Neapoli, totidem recepturus ab eodem Valentia, deductis
expensis ac periculis, vel pretium æquipollens: atque ita for-
mat literas ad Franciscum correspondentem Antonij, vt vel
frumentum, vel pretium mille modiorum exigit à Petro.
proculdubio hic contractus est licitus, & per omnia con-
formis exemplo in principio assignato de cambio: ergo
& cambium erit licitum, cum iam probauerimus secun-
dum communem sententiam cambium reduci ad emp-
tionem.

Neque valet quod dicit Sotus, h quod debuerit præuidif-
se mercator sit necne soluendo venditor: quia hoc est gratis
dictum; & imputatur venditori, quod non præuiderit; & de-
mum impertinens est ad iustitiam emptionis: sed satis est, vt
bene notat Siluester, i quod seruetur æqualitas iustitiæ in
pretio, & quod res fuerit venalis, quam si voluisset venditor
ex proprijs, vel alienis horreis habere potuisset.

E Septimo denique, vt modum adhibeamus probationibus,
hæc postrema erit omnium firmissima, quæ si sola esset, suf-
ficeret ad conuincendum cuiuscumque iudicium.

Est verissima regula recepta à Theologis, & Canonistis,
posse quemlibet cum animæ suæ salute in capiendis consilijs
rerum agibilium sequi quamcumque opinionem, dummo-
do sit alicuius grauis doctoris, & aliqua ratione fulta: quæ
regulam D. Anton. k attribuit Alberto Magno, & Petro Palu-
dano, l & ipsemet sequitur: est etiam S. Thomæ, m & Ioannis
Gerson, n ex Canonistis Hostiensis, o affirmat inter diuersas
opiniones & diuersa iudicia semper humaniora & æquiora
esse præferenda. Vide reliquos Canonistas, p & D. Nauar-
rum, q cum allegatis per eum.

Sed opinio, quæ affirmat hoc cambium esse licitum, est
æquior & humanior, & grauissimorum auctorum, & ratio-
num irrefragabilium; ergo præferenda.

Sed dicit scrupulosus (inquit S. Antoninus, r) tutior est opi-
nio rigidiorum, vt homines auertantur à periculo commit-
tendi peccatum, iuxta illud D. Augustini, s *Tene certum, dimitte
incertum.*

Respondet idem sanctus doctor, D. Augustinum ibi lo-
qui, vt patet in contextu, de eo qui differt penitentiam ad

a In 6. li. de iu-
sticia q. 6. ar.
12.

b Ca. 2. de re-
gulis iuris.
c In Lucam li.
2. cap. 24.
d 2. 2. q. 60. m.
4.

e Super illud
cap. 1. 14. q. 3.
not. 4.

f In verbo so-
cietas 1. §. 2.
circa finem.
g In Nan. ca.
17. nu. 155. &
in c. si facerem
notis. 14. q. 3.
à notabili 32.
vsque ad 39.

h Li. 6. de iust.
& iur. qu. 13.
art. 1.

i Ver. usura
4. §. 9.

k In par. 1. tit.
3. ca. 10. §. 10.
col. 10.

l In 4. d. 17.
m In 2. par. de
natur. & qua-
lit. conscient.
col. 9. n. 169.

n De cogna-
tione spirituum
li super cap. s. v.
vir.

o In c. inquisi-
tioni. de sent.
excom.

p In c. si quis
aut. d. 7. de
penitens.

r Vbi sup. in fi-
ne illius c. 10.
s De peni. d.
7. c. si quis
sem.

a In l. nec d-
p-
tio. ff. de con-
trahenda p-
t.

b ff. de verb.
oblig.

c Super c. na-
uiganti. de u-
suris.

d Ver. usura
4. §. 9.

e r. ca. consue-
tudo. & di. 9.
c. cum consue-
tudo. & di.
11. c. in his ve-
bus & capit.
illud. & c. con-
suetudo. d. 12.
f De consue-
tudine.



extremum vitæ, cum possit pœnitere dum sanus est, & integris viribus; nam qui differt ad illud tempus, incertum est, & non securum, agat ne propter Deum pœnitentiam, vel propter gehennæ periculum: item in alijs materijs moralibus, quæ in electione consistunt, tutius est relinquere illud opus, de quo dubitatur sit necne malum: non autem debet extendi ad actiones peractas, vel quæ communiter peraguntur ab omnibus: quia esset iniicere laqueum animabus, ut interdum induerent conscientiam erroneam, quæ semper obligat, nisi deponatur, iuxta illud. *Omne quod non est ex fide* (id est ex conscientia dictamine) *peccatum est.* Quare per ea quæ dicta sunt, facilis erit responsio ad argumenta, quæ militabant in contrariam partem.

Ad primum iam responsum est in secunda probatione; sed pro maiori intelligentia dicimus hoc cambium non esse purum vel simplex, sed mixtum, & quasi compositum ex duobus contractibus, emptione videlicet, & fideiussione: nam Antonius est emptor illorum quingentorum scutorum Solis, & Petrus est venditor: ut autem à Francisco fides adhibeatur Petro, idem Antonius est fideiussor, spondet enim ipsas litteras Petri tantæ esse apud se, atque essent ipsæ pecuniæ. fieri autem licite huiusmodi emptiones & venditiones, auctoritas & vsus docent; nam in illa l. 1. docet Paulus Iuriconsultus per litteras posse contrahi emptiones, & vsu didicimus apud magni nominis mercatores raro numerari pecunias, sed adscribi litteras vel crediti, vel debiti. Falsum ergo supponebat argumentum, dicens esse ibi mutuum apertum, vel occultum.

Ad secundum, negatur quod campfor sit respectu eiusdem emptor, & venditor: emit quidem illa quingenta scuta Solis non quidem ut sua, vel (ut alij falso opinantur) sui correspondentis, sed ut ipsius Petri, in cuius dominium per fideiussionem, ni maius mutuum, translata sunt: sicut non repugnat, quod possim emere pannum, oleum, frumentum, &c. quæ alteri mutuo dederam, vel ex mea fideiussione alius mutuo dedisset, & tunc non supponitur mutuum ut causa lucri, sed ut conditio requisita ad illam venditionem, ex qua postea nascitur lucrum.

Ad tertium, gratis dicitur hoc cambium esse siccum & fictum, cum iustum & reale iam probatum fuerit, immo inter omnia cambia vilitatissimum: adeo ut primarij mercatores retulerint, ex decem partibus pecuniarum cambiendarum novem infumi in hoc genere cambij. unde ut retorqueamus argumentum, dicimus, si hoc cambium fuisset siccum, proculdubio Pius V. expressisset in sua extrauagan. sicut expressit alia sicca, quæ non erant sic vilitata: dixit enim, *Et sicca, in quibus non mittuntur litteræ, vel si mittuntur, redeunt inanes, vel confinguntur, vel dantur nomine depositi, vel vitra prescriptos terminos.*

Quæ omnia, ut nos, ita boni & periti mercatores damnant, & deestantur. Quod si cambia, quorum exempla produximus in principio, videlicet *recapitar le lettere con la constatione è ricorso*, erunt sicca, ea Pontifex damnasset: quia quanto malum est vniuersalius, tanto est deterius.

Quinimo tantum abest quod per clausulas vniuersales damnauerit hæc cambia sub nomine sicca, quod potius approbauerit clarius & expressius in secunda bulla facta in gratiam Bononiensium, quæ data opera fuit procurata, ut tolleretur ille scrupulus à timoratis conscientijs.

Ad quartum, miror Sotum, virum alioquin doctissimum, attulisse pro se Siluestrum qui contra ipsam facit: non enim perlegit totum contextum, & tamen Celsus Iuriconsultus nos admonet, non debere de rebus quibuslibet ferre iudicium vel responsum, nisi tora lege perspecta. Silvester ergo, postquam ex sententia quorundam dixerat, campfores hos similes esse illi ciui, qui emittit boues à paupere rustico, quos non habet; statim subiecit, Sed ista opinio non videretur vera, quia ementi & permutanti sufficit emere & permutare iustè, id est secundum æqualitatem absolutam iustitiæ ab eo, vel cum eo, qui poterat licitè vendere, & permutare: nec tenetur querere utrum habeat rem vendendam vel permutandam sine interesse, modo licitè habeat, nec est simile de emente boues à paupere, quia ille nec habet, neque est habiturus boues, iste autem est habiturus pecunias, quas vendit, vel permutat. Non video quomodo clarius loqui potuisset pro hac sententia.

Ad Ro. 14.

b De contra. emptio.

cf. d. de l. inci. m. l.

d In illo ver. vjura. 4. 5. 9.

A Ad quintum, argumentum procedit ex falsa intelligentia, & suppositione; dum enim aliqui vident fieri solutiones in eodem loco in quodam fuerunt pecuniæ, credunt esse cambia ficta, & damnata à Pio, non attendentes solutiones non esse primi cambij, quod iam terminatum est Lugduni, sed secundi.

Quare dicimus per accidens in cambio haberi rationem diuersitatis, seu dilationis temporis, sed per se habetur ratio diuersitatis loci, & numismatum; sed non possunt de loco in locum transmitti litteræ, nisi temporis intervallo iuxta consuetudinem ab ipsa iustitia & communi mercatorum consuetudine præscriptam.

B Ad sextum respondetur, illud lucrum ex prouisionibus esse exiguum, & correspondens laboribus, expensis, & periculis: quando verò mercatores accipiunt duplicem prouisionem, vna quidem est pro expensis, & pro alijs seruitutibus, ut superius diximus; altera vero pro assicuracione illius correspondentis, ad quem traiciuntur litteræ illæ collybistica, & interdum accidit quod pro acquirendis tribus aureis & quadrante amittunt mille aureos, si correspondens decoxerit: idque rotum fit à peritis mercatoribus, & timoratis secundum consuetudinem, & dictante iustitia.

C Ad septimum, in quo quærebatur, & impugnabatur iustitia cambij dicti *con la ricorso*: Respondetur, in hoc differre venditionem à mutuo, quod in mutuo nulla seruitus apponitur sine labe vsuræ, ut in cap. nauiganti, sed bene potest apponi in venditione: quia sic paciscuntur contrahentes, præsertim cum per condiciones appositas minuitur aliquid de pretio, id quod fit in illo cambio, quia semper minuunt octauam partem.

Quod si qua ras causam, quare campfores velint ad hunc potius, quam ad illum dirigi suas litteras, non vna, sed multiplex affertur.

Prima, ut illas prouisiones lucretur eius correspondens, à quo vicissim similia lucra haurire solet.

Secunda, ne exponat se periculo decoquendi, seit enim tutiorem illum sibi esse, quam alium.

Tertia, ne pateant omnibus futurorum negotiorum rationes.

D Quarta, vrille mercator, qui multa habet credita, possit etiam habere debita, quæ illis respondeant. & denique sufficeret pro ratione voluntas, quia est liber in contrahendo ut vult.

Ad octauum, in quo impugnabatur cambium dictum *con la constatione*, quasi esset figmentum, & quod pro suo arbitratu mercator fingeret diuersas personas: Respondetur, apud mercatores, qui hæc dicerent, haberentur deliri, tanquam non intelligentes quid loquantur, neque de quo loquantur: diximus enim, & iterum confirmamus, nihil repugnare quod pro diuersitate personarum, quas vnusquisque repræsentat, diuersa etiam & relatiuè opposita munera exerceat.

E Atque ut concludam totam hanc quæstionem, non pigebit afferre quæstionem factam ab A. C. cum responsione cuiusdam viri doctissimi, & rigidissimi.

Occorre molte volte, che alcuni mercanti habbiano commissione de diuersi luoghi da diuersi amici loro commettenti di rimettere denari in diuersi luoghi, & da altri di trarrelli, & qualche volta per commodo di proprij negotij occorre loro ancora rimettere, & trarre ne i medesime luoghi, tanto che tutto, & parte possono essequire contanto a loco medesimo: lo fanno per le prime fiere, & per li luoghi doue sono fiere, & per gli altri, per gli vsi di tempi consueti, & communi, & per quelli prezzi che corrono in quella piazza, così per conto de loro commettenti, come di loro stessi. nel qual caso non vi pare difficoltà, procedendo il tutto sinceramente.

F Respondeo, idem mihi videretur, quod illic dicitur, dum verè & sincerè sic fiat re ipsa, nam concursus ille cambiorum in eadem persona non impedit quo minus singula per se cambia illa sint licita, atque ita omnia quoque simul, siquidem non spectant ad eundemmet contractum, sed singula ad diuersum seorsim contractum spectant, dum tamen singula per se cambia sint iusta, & legitima. Hæc ille.

Quare ut extremam tandem manum huic quæstioni apponamus, liberè dicam quod sentio. Cum iam à viris doctis hæc lucra tamquam iusta fuerint habita, & cum nullus ordo religiosorum & peritorum confessorum hæc improber: cum denique bullæ Apostolicæ, doctores præcipui, & ipsamet naturalis ratio id ipsum confirmet; non video cur debeamus in

a De vsuris.

dubium reuocare, quod per tot annorum lustra, antequam Sotus ipse nasceretur, tam bene & prudenter constitutum est.

Hæc habui, quæ de hoc genere cambij, quantum per occupationes licuit, in medium afferre potui, quæ omnia censura peritorum iudicio libenter submitto.

AD DVBIA MIHI PROPOSITA Respondeo primo, contra huiusmodi cambiendi modum facere multum primo extrauagant. fe. re. Pij V. quæ incipit *in eam*. relata ad verbum in Manual. nostro confessi.^a

1 Secundo, quod non est licitum cambium de vno loco ad eundem locum post aliquod tempus cum aliquo auctario, vt nos tradimus in eodem Manual. ^b per ea quæ adducuntur ibidem, & irrefragabiliter probatur per præfatam extrauagantem: & præfatus modus cambiendi videtur fieri de Florentia in Florentiam, cum ibi verbi gratia dentur 500. scuta ab Antonio Petro, & in eadem soluantur cum cambio ipsi Antonio à Petro.

Tertio, quod procurator representat personam principalis constituentis eum suum procuratorem, ^d & in prædicto modo cambiendi Franciscus est procurator Petri ad accipiendum Lugduni cambio ab Antonio mediante illius procuratore scuta 500. quæ accepta postea soluit sibi Francisco tamquam procuratori Antonij, qui Florentiæ debeat dicto Petro dicta scuta 500. cambio: ita videtur, quod eadem persona sibi met cambit, & sibi met soluit, & recipit cambium: & ita gerit duas personas, creditoris cambientis, & debitoris soluentis cambium cum sorte principali.

2 Quod videtur absurdum, cum vnus & idem non possit esse creditor, & debitor eiusdem rei, nec sibi met mutare, emere, vel vendere, nec sibi met se obligare, arg. l. *frater à fratre*. ^e sicut neque potest sibi met imperare, & iubere, vel se cogere. ^f

3 Quarto, quod vsura committitur etiam sola spe principali lucrandi aliquid ex mutuo, iuxta cap. *consultus*. ^g & efficaciter probamus. ^h At Antonius præfatus mutuat in casu proposito Petro, intentione principali aliquid vltra sortem lucrandi, & accipiendi solutionem in eodem loco.

Quinto, quod omnis contractus, etiam alioquin nominatus, & iustus, si fiat in fraudem vsurarum, est illicitus, vt probatur in cap. *ad nostram*. ⁱ & cambitio sum prædicto circuitu videtur facta in fraudem vsurarum, ita scilicet, vt lucretur campfor per circuitiorem cambij id, quod non potest directe per mutuum.

His tamen non obstantibus, videtur iustus prædictus cambiendi modus de rigore iuris coram Deo, & in foro conscientiæ, si intentio contrahentium non est corrupta. Primo quidem ea firma ratione, quod cambium per literas est iustum, quatuor concurrentibus, vt probamus in eod. Manual. ^k scilicet, quod seruetur æqualitas valoris inter pecuniam datam, & accipiendam: & quod campfor non accipiat plus iusta mercede pro cambio: & quod campfor, qui dat pecunias soluendas, fiat, vel probabiliter credat, quod persona, cui eas dat, habeat pecunias, vel fidem, seu creditum, & voluntatem satisfaciendi literis, quas de soluendis illis sibi tradit, in locis, vbi sunt soluendæ: & quod locus, in quo sunt soluendæ pecuniarum, longè distet à loco, in quo dantur literæ. Et in prædicto modo cambiendi videntur concurrere illa quatuor. Præsupponitur enim primo æqualitas valoris pecuniæ inter pecuniam datam per literas eisdem, excepto salario iusto campforis, & quod ipse non recipit pro salario, nisi quod iustum est, attenda distantia locorum, à quo & in quem cambitur, & alijs circumstantijs ad id necessarijs: de defectu enim horum duorum non queritur: quia, si aliquid eorum deesset, certum esset prædictum modum cambiendi esse illicitum. Non deest autem & tertium: quia Petrus dans literas, & Antonius accipiens eas, sciunt, aut certe probabiliter credunt, quod Franciscus volet soluere illa 500. pro Petro Antonio, acceptis literis eius. Neque deest quartum: quia Lugdunum à Florentia longè distat.

Secundo alia ratione, quod, si Antonius scripsisset ad alium, quam suum responsalem Franciscum, & acciperet cambio pro prædicto Petro illa 500. & sibi de consensu Petri ea remitteret Florentiam, cambium esset iustum: & non refert quo ad hoc propositum, an ipse Petrus per se, vel alium det ad dictum tertium literas, vt pro eo soluat prædicta 500. Lug-

duni, an scribat ad ipsum Franciscum; cum vtrumque possit ad hoc iuste constituere procuratorem, & cum non referat quid de æquipollentibus fiat. ^a

5 Ad oppositum primum, scilicet extrauagantem Pij V. respondetur, quod nihil continet oppositum huic responso. Tum quod hoc cambium non est siccum, quod ipse damnat: quia, vt diximus in Manual. ^b Pius per cambium siccum intelligit cambium fictum, quale non est contentum in prædicto modo: quia est cambium reale per literas, per quas realiter datur pecunia, & etiam realiter soluitur. Tum quod literæ non referuntur inanes, neque remittuntur ad campfor, immo completur per prædictum Franciscum; quia soluit illa, cui erant soluenda, vel eius procuratori, quod eiusdem effectus est. ^c Tum quia non soluuntur prædicta scuta, vbi literæ dantur, sed in alio loco ab eo longinquo, & per quam solutionem tollitur obligatio, qua Franciscus pro Petro tenebatur illa soluere Antonio. Tum quod prædictus modus cambiendi non extenditur vltra primas nundinas. Tum quia non fit per viam depositi, quos duos modos Pius damnat; neque cum intentione, vt pecuniæ soluendæ in loco, ad quem fit cambium, soluantur in loco vbi fit: quia debet solui, & soluitur in loco, ad quem fit.

6 Ad secundum patet responsum ex responso primi: quia nec formaliter, neque æquiualeuter pecunia cambita soluitur in eodem loco: non quidem formaliter, quia soluitur Lugduni, & cambitur Florentiæ: non etiam æquiualeuter, quoniam obligatio, qua se obligauit Petrus ad dandum Antonio per literas, omnino tollitur per solutionem pecuniæ cambitæ factam Antonio, vel Francisco procuratori eius Lugduni; & longè antea; quam literæ secundi cambij Francisci perueniant ad Petrum, inuenitur Petrus absolutus à sua obligatione, quam contraxerat Florentiæ; nouè obligatus Antonio per literas Francisci, vt palam est.

7 Ad tertium respondetur, concedendo, neminem posse cogere se, neque imperare sibi, neque restituere, agendo vnam & eandem personam vna & eadem ratione, & modo consideratam, de quo iura in eo allegata loquuntur: sed negando, quod vnus & idem, agendo personas diuersorum diuersa ratione & modo, non possit esse creditor, & debitor, & emere, & vendere sibi ipsi, & alia multa facere induendo & representando varias personas, per l. *in tribus*. ^d & per cap. *ex literis*. ^e quæ habent eundem esse actore & reum in iudicio finium regundorum familiarum heriscundæ & communi diuidendo & glossæ vtrouque allegant alia iura, quibus vnus & idem multiplici officio fungi potest. & glossa prædicti cap. *ex literis*. resoluit in exercenda voluntaria iurisdictione posse quem multiplici officio fungi, per l. *si consul*. ^f quæ habet consulem, vel præfulem, si est filiusfamilias se apud semetipsum emancipare, vel in adoptionem dare: & nos tractamus de re extraiudiciali, & voluntaria. & Panormitanus à Decio & alijs probatus, & ponit pro regula, posse quem diuersis officijs sibi ipsis non repugnantibus vti. & palam est, non repugnare actum dandi cambio Lugduni 500. scuta Petro nomine Antonij, & actum recipiendi alia 500. scuta à Petro nomine eiusdem Antonij creditoris ratione cambij iniri Romæ, & passim campfores fiunt creditores vnus ratione aliqua. & debitoribus eiusdem ratione alia. & Papa vna ratione dicitur summus Pontifex, & alia summus Rex, vt in cap. *no uis*. ^h post alios late diximus.

8 Ad quartum respondetur, concedendo committi vsuram per solam spem principalem recipiendi aliquid vltra sortem mutuo datam; negando tamen prædictum Antonium principaliter aliquid accipere vltra sortem, si non accipit quidquam vltra salarium iustum cambiendi, propterea quod per literas Francisci, vel alterius recipiat 500. scuta, quæ Petrus ei debebat: negando item, quod referat, an ipse Franciscus, vel alius constituatur procurator ad dandum Petro 500. ad soluendum ea sibi, per secundam rationem pro hac parte factam.

Ad quintum respondetur, concedendo non licere prædictum modum cambiendi, si fieret in fraudem vsurarum, id est, intendendo accipere pro vsuris aliquid vltra sortem, fingendo se facere contractum iustum: negando autem, quod per narrata in casu concludatur, Antonium habuisse talem intentionem, cum quilibet presumat bonus, nisi constet de contrario. ⁱ At quamuis omnia quæ facit Antonius, possint

a Le. ff. m. d. d. licet ex quadam de res lib.

b Di. c. 17. n. 296.

c Arg. l. 1. c. 100. ff. de procurat.

a Cap. 17. nu. 300.

b Vbi sup. nu. 200.

c Num. 295.

d Leg. 1. ff. de procurato.

e ff. de condi. indebiti.

f Leg. pen. ff. de recip. arb.

g l. ille à quo §. tempus ff. ad Trebell.

h De vsuris.

i In d. c. 17. n.

209.

k De emptio.

l In c. illo de pignoris.

m In c. incuisa te. de vsur.

n De vsur.

o Dic. c. 17. n. 289.

d ff. de iudic. c. de probatio.

e ff. de adop. i.

f In d. c. ex literis.

h De iudic.

i Leg. m. v. i. ff. pro socio. c. 1. de reg. iur.

fieri li

fieri licite, ac bona intentione: caueat tamen ipse, & contem-
pletur, quod *Astus Deus desuper, qui nos diebus ac noctibus actum*
que nostras prospicit à luce prima in vesperum. Caueat item, vt
non desit vllum illorum duorum primorum, quæ requiruntur
ad iustitiam cambij liciti per literas, vt prædictum est.
Quæ omnia eo magis melius sentienti subitico, quo magis
occupatus & tumultuario studio hæc scribo.

Aduertendum Nauar. hoc responso se restringere ad illa speciem
cambij, qua dicitur (Recapitule lettere &c) & de alijs non loqui.
Itè in proposito ab incerto auctore pro iustificacione cambij requi-
ritur vt nulla habeatur ratio temporis, nisi quatenus distantia loci
illud exigat: etenim cõmuniter pro 100. scutu Solu soluendis Lugdu-
ni in feria omnium Sanctoru, minus datur Florentia, si cambij fiat
in initio, quando incipiunt fieri cãbla pro dicta feria quam in medio,
vel sine, nec sola raritas, vel copia dantium, & recipientium sufficit
ad iustificandum in totum augmentum, & diminutionem pretij, li-
cet possit esse causa mutationis alicuius pretij. Alta autem contin-
gentia non sufficit, tum quia contingencia, tum quia raro contin-
gunt. Adde istis temporibus loci distantiam nã videri coram Deo posse
similes contractus iustificare, ex quo distantia loci, pro quo fit cam-
bium, non est causa cõtractus, cum ibi non adsit illa pecunia, pro qua
fit cambium. Sed locus pro mera voluntate trapexitarum deputa-
tur, & sic variatum saepe facit, adeo vt modo fiant pro Placentia.
Item notandum quod cum cambium hoc secundum eundem incer-
tum auctorem, reducatur ad contractum emptionis illorum 100. scu-
torum solu in feria Sanctorum Lugduni soluendorum, & vt etiam
notat Nauar. hic num. 3. dicta scuta 100. debent emi eo pretio, quo
valebunt tempore, quo illa numerabuntur, & certum sit quod Flo-
rentia eo die, quo Lugduni soluuntur dicta scuta 100. plus valebunt
communiter, quam fuerint empta, & vendita tempore cambij prius
inisti, sequitur vt hoc cambium, seu hæc emptio communiter non sit
iusta. Caueant igitur qui hæc sectantur cambia, ne in discrimen
conscientiarum cadant, quandoquidem si res se iusto affectu per-
pendatur, reperietur anticipatas solutiones præbere causam varia-
tionis pretij, quod vel inde patet, quia si eodem die trapexita ab vno
accipit pecuniam, vt si solus faciat scuta 100. Solus in feria Sancto-
rum, longè maiorem accipiet pecuniam, quam sit illa, quam eodem
die numerat alteri, vt ab eodem accipiat similia scuta 100. Solus
Lugduni in dicta feria Sanctorum, longè maiorem dico vltra illam
quantitatem, que eidem debetur ratione seruitij, quod vtrique
præstat. Aduertant etiam, quod etsi Nauar. assignet plures causas,
ob quas trapexita potest minus dare, & plus accipere, non tamen
admittitur eisdem licere omnes causas in eodem cambio coaserua-
re, sed disiunctiue modo has, modo illas esse attendendas pro diuersi-
tate contractuum, ad quos volunt cambia reducere. Nam si volunt
redacere illud ad emptionem, vel permutationem, vna causa au-
gmenti accommodatur, si ad cambium, aut ir aiectionem pecuniam
alia causa accommodanda erit. Item cum etiam secundum aucto-
rem hic contractus sit emptio anticipata pretij solutione, & hæc
includat virtuale mutuum, & emptor nolit emere, nisi venditor ha-
beat recursum ad correspondentem emptorij, difficile est ab vsura
excusare vltimam speciem cambij, quod dicitur. (Con la ricsorsa.)

SVMMA RIVM.

- 1 Cambio pecuniam Romæ, vbi debet expendi, pro Hispania acci-
pere iussus procurator, si illam cambio à se ipso accipiat, re-
cepturus eandem in Hispania, potest tantum lucrari, quan-
tum valet plus pecunia præsens, quam absens, seu quanti plus
valet Romæ, quam in Hispania, num. 3. vel quantum eius in-
terest pecuniam Romæ recipiendam, in Hispania recipere.
nu. 4. Immo videtur, quod tantum possit accipere, quantum
iuste accipit campfor, num. 5. vel resolutiue dic, quod tantum
potest accipere quantum ei campfor dare, si dicti mandatarij
pecuniam Romæ existentem in Hispaniam per cambium
traiceret, num. 7. & 8.
- 3 Pecunia præsens plus valet, quam absens, secundum quod plus
& minus distat, & plus in vno loco, puta Romæ, quam in
alio, puta in Hispania: non tamen inde sequitur quod præsens
plus valeat, quam soluenda in diem, num. 6.
- 4 Alibi, quam vbi debet, si quis soluat, tenetur creditori soluere
omnia accessoria rei debita, qua ob id perdit creditor.
- 6 Nomen debentis in diem est præsentis minori pecunia possit
emi, non tamen inde necessario sequitur, quod pecunia præ-
sens plus valeat, quam recipienda in diem.

CONSILIVM XXXII.

1 QUIDAM sollicitator, siue actor negotiorum, quæ
de Hispania mittuntur ei Romam, cum mandato ac-

A cipiendi pecunias ad expedienda necessaria ab aliquo camp-
fore, accipit illas à semetipso, vt liberetur ab onere quaerendi
fideiussores dandos campforibus, & etiam animo lucrandi si-
bi id, quod campfor lucrifaciturus erat, & postea mittit literas
ad Hispaniam, vt suus responsalis recipiat illas cum cambio
paulo minore illo, cum quo soluendæ essent, si acciperentur
à campfore, & data dilatione paulo maiore, quam dat camp-
for ad soluendum ibi. Quæritur, an liceat ei hoc facere.

Respondeo, quod quæstio hæc grauior est, quam primo
aspectu apparet. Nam pro parte negante facit primo, quod
consulens in effectu videtur inutuare, data dilatione ad sol-
uendum aliquid vltra fortem, quod est vsura, cap. 1. 14.
quæst. 3.

B Secundo, quod licet contractus præfatus non sit mutui,
sed mandati, tamen etiam hic debet esse grauius: sicut ille, &
& ita quod accipitur vltra datum, iudicandum est vsura, aut
lucrum iniustum.

Pro parte autem affirmante, quod liceat, facit primo, quod
hic contractus non est mutui, sed mandati; & vsura in solo
contractu mutui admittitur, vt constat per definitionem
eius, quam etiam nos post alios tradidimus in Manual.
confess. b

C Secundo, quod non refert quid de æquipollentibus fiat. c
At paria sunt, quod consulens capiat pecuniam à mercato-
re, & à semetipso: ergo nec capiendõ à semetipso quidquam
peccat.

D Tertio, quod nihil interest eius, cuius negotia geruntur,
an expeditionem literarum soluat de pecunijs campforis, an
de suis: immo is, cuius negotium geritur, gaudebit plus, quod
illius gestor, qui est amicus eius, lucretur, quam quod camp-
for, quem fortè non cognoscit.

2 Pro resolutione dico primo, quod consulens non potest
accipere illud plus ratione interesse lucri cessantis; quoniam
potest solum capere illud de pecunijs suis, quas habet paratas
ad negotiandum cum eis emendo & vendendo merces, aut
ad emenda prædia, vel census, ex quibus caperet reditus: sed
ipse habet illam pecuniam quasi mortuam, quo casu non li-
cet capere aliquid vltra fortem, vt resolute diximus in d.
Manual. d

E Secundo, quod neque potest quidquam accipere ratione
maioris temporis dari ad soluendum, argumento cap. in cõ-
tate. e & traditur in Manual. f

3 Tertio, quod consulens potest accipere aliquid plus per
viam contractus emptionis, per quam pecunia præsentis mi-
noris potest emi pecunia absens, quanto maior est distantia;
quod iuste fieri potest, vt probatur in dict. Manual. g Potest
etiam accipere aliquid plus, eo quod eadem pecunia plus
valet Romæ, quam in Hispania, vt etiam ibidem probò.
Quibus duobus modis quilibet Hispanus sine vilo negotio
potest mutuare, vel alias dare suam pecuniam Romæ, vt de-
tur sibi similis pecunia in Hispania cum aliquo argumento,
vt dixi. h

4 Quarto, quod præfatus consulens posset accipere aliquod
auctarium pecuniæ à se impensæ, si eam attulit ab eadem
Hispania, vel aliunde Roman, soluendo cambium; quia sus-
cipit illud ratione interesse damni emergentis, quod licet
iuxta l. 1. cum glossa & omni turba commentantium, i & tra-
dinus nos in Manual. confess. k

5 Quinto, quod etiam potest accipere aliquod auctarium,
licet exposuerit pecuniam necunde importatam Roman solu-
luto cambio, sed quæsitam in ea sua industria, vel alio iusto
pretio: præsupposito, quod is, cuius negotium geritur, expres-
sè vel tacitè promissit soluere. Romæ, quod pro negotio im-
penderetur: quoniam cum aliquid soluitur in alio loco, quam
in quo debeat fieri solutio, debet iudex ex officio suo in a-
ctionibus bonæ fidei secundum naturam contractus ex equo
& bono cogere debitorem ad soluendum omnia accessoria
rei debite, quæ perdit ex eo, quod alibi fiat solutio, iuxta §.
in bona fidei. l. sicut & in actionibus stricti iuris per actionem
arbitrariam, iuxta §. præterea. m & dicta & citata à lasone. n At
constat, quod interest existentis Romæ, & impendentis in ca-
centum pro existente in Hispania, qui promissit illa soluere
Romæ, vt si soluat in Hispania, soluat æstimatio, qua illa
possunt Romam transportari. Quod autem in casu propo-
sito is, cuius negotium est gestum, promissit consulenti soluere
Romæ, cõstare potest, si tacitè vel expresse id promissit: quod

a Le. 1. §. ff. ff.
mandati. &
§. ff. Infit. de
mandato.

b Ca. 17. nu.
206.
cl. e. ff. m. d.
e. licet ex quo
dan. de test.

d Cap. 17. nu.
206. & seq.

e De vsur.
f Cap. 17. nu.
280. & m. 281.

g Vbi supra
num. 295.

h Vbi supra.

i C. de sent.
qua pro eo
quod interest.
k Cap. 17. nu.
211.

l Infit. de a. b.
m Infit. de a. b.
n Ibid. præ-
sertim col. 1.
o &.



autem tacite promiserit, videtur constare. Tum quia mandauit, vt consulens acciperet pecuniam à campfore, & remitteret soluendam in Hispaniam cum cambio, quo remissio constaret: id enim effectū est promittere soluere Romæ transmittendo pecuniam per campforem, siue bancharium, soluto iusto cambio: nec quidquam refert quo ad propositum nostrum, vtrum eorum fiat; quia alterum alteri æquipollet, & non refert quid de æquipollentibus fiat, & ratio naturalis, diuina, & humana præcipiunt, ne benefactoribus malefaciamus, immo quod benefaciamus, b ergo residenti Romæ benefacienti non debet suscipiens beneficium in Hispania velle malefacere: at qui nolle Romano impendenti Romæ decem scuta, nisi in Hispania toridem reddere, vtique malum pro beneficio inferret; ergo præsumendum est, quod voluit soluere Romæ, vbi pecunia fuit impensa, cum quilibet præsumatur bonus. c

5 Vnde sequitur, quod præfatus consulens potest iuste accipere tantum argumentum, quantum campfor siue bancharius potest iuste exigere, ea ratione, quod fuerit promissum soluere cum cambio, quo transmissio constaret. Quantum autem campfores huius temporis iuste possint recipere, magnæ quæstionis est, cuius decisio hauriri potest ex dictis in nostro Manual. confess. d

6 Sexto, quod quæstionis nouæ & maximæ videtur esse, an sicut pecunia absens minoris valet, cæteris paribus, quam præsens, & iuste potest minoris emi quam præsens, ita & præstatio eius præsens valeat pluris, quam præstatio abhinc anno, aut maiori, vel minori tempore: si enim pluris valeret, possent campfores non solum recipere plus quam dant, ratione emptionis pecuniæ absentes dando præsentem, & ratione valoris maioris, quem habet pecunia Romæ quam in Hispania, sed etiam ratione maioris valoris, quem habet præstatio pecuniæ præsens, quam præstatio faciendâ post aliquod tempus: & pro parte quidæ affirmante faciunt illa, quibus defendimus in Manual. e quod actio recuperandi pecuniam debitam post aliquod tempus, potest pecunia emi minore illa debita; quod tamen nunc non definio.

7 Septimo resolutiue ad quæstionem respondeo, quod consulens potest accipere tantum suæ pecuniæ augmentum, quantum potest iuste accipere campfor alia ratione, quam lucri cessantis, ex eo, quod propter artem campforiam non vtatur mercatura, quantum verò is iuste accipere possit, quæstionis est non parua, vt ex supradictis, & latius traditis in dicto Manual. f colligi potest, & ex eo, quod non satis scitur qui campfores dicuntur relinquere artem mercaturæ propter artem campforiam, neque quo fine, & qua ratione, vel qua necessitate, publica vel particulari vtilitate proximi id faciunt, vt censentur mereri interesse lucri cessantis.

8 Octauo, quod ob prædicta videtur, posse consulentem accipere tantum augmentum, quantum darent ei campfores, vel bancharij, si eis daret pecuniam reddendam sibi in Hispania. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Vsuras vt Iudæi exerceant, non posse principem secularem licite concedere, aliquibus grauisimis doctoribus visum est: contrarium tamen Auctori verius videtur, num. 2. modo concedens non recognoscat superiorem: nec ex dicta permissione lucrum capiat, num. 6. 7. & 8. substat que iusta causa; & conditiones, sub quibus permittit, sint honestæ, num. 7. & si sit secularis sacerdos, exhortandus, sed non cogendus, vt id de licentia Papa faciat, num. 7.
- 2 Detractiones publicas, quas carnialia vocant Galli, ex causa; item & comædias, in quibus publicè aliquorum insignia errata ad aliorum cautionem referuntur, iuste permittere potest Princeps.
- 3 Vsuras vt exerceant Iudæi, Pontifex concedere potest, & de facto concedit in Vrbe.
- 3 Vsuras extortas vt restituant Iudæi, iure quidem communi attempto, possunt, & cogi debent, at statuto particulari contrarium ex causa statui potest.
- 7 Vsuras Iudæis iuxta capitula eiusdem validè ex iusta causa concessa promissas, vt soluant Christiani, sine peccato à superiori cogi possunt, modo dicta capitula sint facta honestè cum conditionibus.

Q VÆRITVR, an Iudæis iustitia administrari possit & debeat de eorum vsuris; ita vt per Principes cogantur & debeant Christiani, qui ab eis pecunias acceperunt ad vsuram, ad soluendum talem vsuram vltra sortem principalem.

Respondetur primò, hanc quæstionem esse magnam. Tum quia continet in se alteram se maiorem. Tum quia proponitur generaliter, non specificando qualis est huiusmodi Princeps; & quales Iudæi, de quibus quæritur; & cuius auctoritate, vel licentia habitant inter Christianos; & an sint aliqua pacta inter Principem, in cuius territorio habitant; & an cuiuspiam ecclesiastici Præsulis auctoritate sint confirmata.

1 Secundo respondetur, quod altera quæstio contenta sub hac, est, vtrum Imperator, aut vllus alius Rex, aut Princeps Christianus non recognoscens superiorem in temporalibus possit absque licentia Papæ permittere Iudæis, vt in terris suis exerceant vsuras. Ad quam respondeo, illam esse quotidianam, grandem, & à nemine, quod sciam, pro dignitate sua tractatam, nec nobis esse otium, nec valetudinem sic tractandam, sed quia iubemur respondere priori quæstioni ab eo, qui iure suo id facere potest, dicam hæc pauca infra scripta, quæ forsam iubenti satisfaciunt.

Primo quidem, quod Petrus ab Ancharano, a tenet quod non, & eum refert Alexander Imolensis, b & late sequitur Ioannes ab Anania, c pro quibus est fundamentum neruolum in d. cap. post miserabilem. quo præcipitur, vt Principes Christiani cogant Iudæos ad restituendas vsuras: quod videtur facere non posse, si Reges haberent potestatem permittendi eis illarum exercitium.

2 Secundo, quod quamuis præfati grauisissimi auctores dicant se non audere tenere contrarium, ipse tamen non possum mihi persuadere hanc sententiam. Tum quia Reges possunt permittere in suis regnis, & de facto permittunt ex aliquibus causis iustis exercitia nonnullorum peccatorum mortiferorum etiam notiorum, puta fornicationes, quæ fiunt in lupanaribus, d & Reges Francorum permittunt in suis regnis publicas detractiones, & infamias, quas Carnialia vocant; quod bene fieri ait Ioannes Faber, e permittunt etiam comædias, quibus publicè tradunt insignia errata virorum insignium, vt alij à similibus abstineant; quod raro fit absque peccato mortifero, vt à similibus alij arceantur. Fertur etiam Auenioni notarios certo die & loco publicare impune errata, quæ ipsis fuerint per circulum anni nunciata, quod etiam raro fit absque detractione mortifera: & non est maior ratio, qua plus possint permittere illorum exercitium impune aliqua iusta de causa, quam exercitium vsurarum Iudæorum, immo nec tanta; quoniam de fide necessarium est credere fornicationes esse peccata mortifera, f & quod tam fornicarius, quam fornicaria credunt illas esse peccata, cum tamen Iudæus exercens vsuram non credat id esse peccatum; & Christianus accipiens saltem cum necessitate sub ea, & eam soluens nullatenus peccat, iuxta cap. debitores. g & cap. super eo. h

3 Tum quia Papa notorie permittit illas in suis terris exerceri à Iudæis etiam in Vrbe, vt constat ex bulla quadam S. D. N. Gregorij XIII. confirmatoria capitulorum reformationis banchariorum Hebræorum, quæ traducta fuit ad rationem i8. pro quolibet centenariò, quæ data fuit in Camera Apostolica die prima Februarij 1577. & non videtur posse reddi vlla ratio firma, quare non possint permittere Reges idem in suis: non enim potest Papa plus facere, quod vsura sit licita, quam Rex; quia iure naturali & diuino vtriusque testamenti est prohibita, vt post alios tradimus in cap. i. i & tantum, immo magis obligatur Papa ad resistendum peccatis, & exercitio illorum, quam Reges temporales, argum. ca. sunt quidam. k quod habet, summos Pontifices teneri vsq; ad sanguinem seruare doctrinam Euangelicam. Tum quia prædictum cap. post miserabilem. solum probat: quod attempto solo iure communi Iudæi tenentur quidem restituere vsuras extortas à Christianis, quod concedimus; sed non probat, quod iure particulari non possit contrarium statui; immo contrarium statutum est, & seruatur in toto statu Ecclesiastico, & Romæ in quo minus deberent tolerari, vt dictum est: in quo videmus Christianos compelli ad soluendas vsuras Iudæis,

& Iudæos

a Leg. fin. ff. mand.

b Le. si non sortem. §. libertus ff. de cond. iud. in deb. ca. cū in officijs. de testam.

c Leg. merisp. ff. pro socio. c. si de presum.

d Cap. 17. nu. 284.

e Cap. 17. nu. 230.

f Ca. 17. nu. 284.

a Conf. 243. incipit, Christiane & Illustriss. Princeps. b Conf. 1. volum. 2. c In c. post miserabilem. de vsuris. nu. 5.

d Arg. c. metricas. 32. q. 4. c. inter opera. de sponsalibus. e In §. in summa. Inst. de iniurijs.

f Cle. ad nostram. de heret.

g De iureiur. h De vsuris.

i 14. q. 3. nota. 5. & in tract. de vsuris nu. 44. & 49. k 25. quest. 1.

& Iudæos non compelli ad soluendas eas Christianis, & quidem miror neminem aduertit, quod hoc modo respondeatur aptissime illi cap. post miserabilem.

4 Tum quia ratio, quare communiter Reges Christiani non permittunt Iudæis exercere vsuras, videtur esse illa, quod non permittunt illos habitare in regnis suis: in nullo enim regnorum Hispaniæ permittuntur, nec vlllo subiecto Regi Franciæ, & contra in vrbibus Imperij, vbi permittuntur habitare Iudæi, etiam permittuntur exercere vsuras: & certum est, quod si potest id permittere Imperator, poterunt etiam permittere Reges liberi, & non recognoscentes superiorem. Quin etiam audio in quibusdam terris Serenissimi Ducis Sabaudia non recognoscentis superiorem, quod quidam Iudæi licet paucissimi de permissione eiusdem in eis habitantes exercent vsuras.

5 Cum ergo negari non possit posse Reges Christianos permittere Iudæis, vt morantur in suis regnis, poterunt etiam permittere, vt exercent vsuras. Tum quia audio Carolum V. Imperatorem Christianissimum & filium eius Philippum II. Catholicissimum permittere aliquot Iudæos habere publicum officium fœnerandi in Flandriæ statu.

6 Arbitror tamen nullam communitatem secularem, nec vllam ecclesiasticam potestatem, quæ recognoscit superiorem, posse permittere iuste, vt Iudæus aliquis in suo territorio exercent impune vsuras.

Tertio, quod potestas suprema ecclesiastica, siue solus Papa potest permittere Iudæis exercere vsuras sine vlllo alius consensu.

Quarto, quod consulendum esset Principi, vel communitati seculari volenti id permittere, vt de consensu Papæ id facerent.

Quinto, quod ipse non auderem asserere, Principem, vel communitatem non recognoscentem superiorem peccare mortifere, aut vllas censuras incurtere ob id solum, quod huiusmodi permissiones iusta de causa faceret cum capitulis conuenientibus Christianis; qualis fuit vna, super qua ante aliquot annos fuimus consulti, facta cum capitulis conuenientibus Christianis, in quibus erat vnum, vt Iudæus fœnerari non posset vltra quam ad rationem quinque pro centum: dummodo talis Princeps nihil de lucro participet; quoniam in ea sum opinione, quod nullus Princeps, nec seularis, nec ecclesiasticus potest iuste permittere aliquot peccantes, vel crimina committentes, percipiendo aliquod lucrum ob illam permissionem, per ea quæ post Caietanum dixi in Man. ^a

7 Ex prædictis, quæ responsa sunt ad prædictam quæstionem contentam tacite sub quæstione nobis nunc proposita, colligitur primum, quod si prædictus Princeps cum auctoritate & licentia propria iusta de causa, & sine participatione lucris vsurarum permittit exercitium earum in terris suis cum capitulis & conditionibus honestis, poterit iuste absque peccato compellere Christianos ad obseruanda pacta, & conuenientia inter Principem, & Iudæos, & consequenter ad soluendas vsuras permissas, & promissas per illas Iudæis.

Secundo, quod si prædictus Princeps recognoscit superiorem, non potest iuste permittere exercitium vsurarum in terris suis sine auctoritate Papæ, vel alicuius Regis non recognoscentis superiorem, in cuius territorio viuunt; nec consequenter cogere Christianos ad soluendas vsuras illis promissas.

Tertio, quod, quidquid Petrus ab Ancharano, & Alexander Imolenis & Ioannes ab Anania, & alij, qui sequuti sunt illos, dixerint, credo firmiter, quod prædictus Princeps, siue sit Imperator, siue Rex, siue alius, qui non recognoscit superiorem, potest iusta de causa in suis terris permittere de rigore iuris auctoritate sua, sine alia ecclesiastica, vsurarum exercitium Iudæis, factis capitulis honestis cum eis, & non accipiendo lucrum sibi de illo exercitio: quamuis modestius & christianius faceret, si permitteret illud consulo summo Pontifice cum capitulis ab eius Sanctitate probatis. Salua S. D. N. censura, & cuiusuis alius melius sentientis, in gloriam Dei, qui nos omnes saluat.

Aduertendum, immo inter omnes ferè doctores constare nullum principem extra Pontificem Maximum posse Hebræis publice fœnerandi potestatem, etiam si populi vtilitas aut necessitas id postulare faceret: vt post alios docet Petrus Royz. in decisionibus Lituanicis, decis. s. num. 308. & seq.

a Cap. 17. 105.

S V M M A R I V M.
 1 Iudæis etsi concesserit Pontifex, vt in suis terris vsuras exercent, non tamen sequitur vt vigore eiusdem licentia eisdem liceat alibi exercere.
 2 Princeps seularis superiorem non recognoscentis in suis terris licentiam exercendi mediocres vsuras etiam sine Papa licentia concedere potest.

C O N S I L I V M X X X I I I.

AN Iudæi habentes licentiam à Papa in terris Ecclesiæ vsuras exercendi, possint absque alia licentia eas extra territorium Ecclesiæ exercere, vel saltem pecunias pro suo interesse mutuare?

Secundo, vtum Princeps superiorem non habens possit sub honestis capitulis prædictam licentiam in suis terris concedere, seu Iudæis permittere?

1 **A D P R I M A M** quæstionem respondeo primo, non videri eam satis clarè propositam: quoniam loquitur de interesse, & videtur voluisse proponere de vsura, quod si intelligatur de interesse vero, de quo loquitur l. 3. ^a videtur esse superflua: quoniam licitum est mutuare ad interesse verum tam lucris cessantis, quam damni emergentis, seruatis seruandis, vt latè post alios nos tradimus in Manu. confess. ^b & latius in com. de vsuris, ^c & ita sine alia permissione speciali Principis spiritualis & temporalis iure communi licet tam Iudæo, quam Christiano mutuare ad interesse verum, seruatis seruandis.

Secundo, quod si intelligatur de vsura vera, respondendum est negatiuè, quod summus Princeps ecclesiasticus non censetur permittere Iudæis exercere vsuram in regnis & dominiis non subiectis ei quo ad temporalem iurisdictionem, eo solo quod id permittat in terris subiectis sibi quo ad vtramque iurisdictionem spiritualem & temporalem. Tum quod præsupposito quod sine licentia Papæ non possunt Iudæi exercere vsuras, & cum ipsius sic; extendere licentiam exercendi vsuram in vno regno ad exercitium vsuræ in alio, esset contrauenire innumeris iuribus, quæ vetant extensionem legum & dispositionum exorbitantium, corrigentium, & alterius iuri præiudicantium, ad ea quæ sub verbis earum non includuntur. Tum quia, præsupposito, quod sine Papæ licentia cum summi Principis seularis facultate Iudæi possint exercere vsuras in regnis, quæ inhabitant, possent quidem exercere sine Papæ licentia speciali, non extendendo ad illam licentiam Papæ datam quo ad suum regnum temporale; & ita quæstio etiam hoc casu esset superflua.

2 **A D S E C V N D A M** respondeo, meminisse me respondere ante aliquot annos cuidam magno Principi non recognoscenti superiorem, ad quamdam quæstionem, ex cuius decisione facile potest colligi harum determinatio, & ideo me remitto ad illam. *Vide consil. 33. de vsuris.* Ex quo palam colligitur, Regem Catholicum in dominio Mediolani, à quo non appellatur, posse iuste Iudæis in eo morantibus facere facultatem mutuandi sub vsuris mediocribus sine vlla licentia Principis ecclesiastici summi, neque inferioris, & consequenter non debere se retrahere, vel abstinere à danda præfata licentia, esto quod nullam Papa etiam in suis terris quo ad iurisdictionem temporalem subiectis daret, nec dedisset illam. Quia tamen extra casus propositionem monstratur consilium cuiusdam viri eruditissimi impressum, in quo affirmat multas facultates huiusmodi fuisse datas antehac, quæ etiam nunc durant, à Principibus ecclesiasticis, indubiè tenendum est quod nunc respondeamus, &c.

Vide quod notatum fuit præcedenti responso, ad quod fortè D. Nauarrus hic se remittit.

S V M M A R I V M.
 1 Iudæi concedit Camerarius ex Papa commissione, vt Roma, ac etiam alibi, num. s. exercent vsuras: ordinarij autem licentia non sufficit, sicut nec videtur sufficere sola Regis aut Principis seularis suppositi canonibus, nisi hac facultas sit eis à Papa concessa, nu. 1. quo casu possunt quidem Principes concedere, vt extera mutuent sub grauioribus vsuris, sed non decet, nec expedit, num. 6.

a de eo quod certo loco. & l. 1. c. de sent. qua pro eo quod inter. profer. b Cap. 17. num. 211. c Nota. 15. n. 50. & seq.

d Cap. porro. & c. sane. cū innumeris alijs de primil.

- 2 Reformatio facultatis vsuras exercendi facta Hebrais banchariis Romae commorantibus, non est extendenda ad alios Hebraeos alibi banchos tenentes.
- 3 Declaratoria & confirmatoria dispositio restringitur ad terminos interpretata, & confirmata.
- 4 Dispositum quo ad vnum per ius commune licet trahatur ad alia, in quibus militat eadem ratio; secus tamen est in privilegio personalis, & multo magis in impositione personalis oneris.
- 7 Vsurarium exercitium est sit contra ius diuinum & naturale, tamen ad vitanda maiora mala tolerari potest, vt Hebraei illud exercent.

CONSILIVM XXXV.

ANTE reformationem super Hebraeorum banchariis à Gregorio XIII. factam Illustrissimus Dominus P. Hebraeis in sua Sancti Martini terra habitantibus, de Illustrissimi ac Reuerendissimi D. Camerarij licentia, & sub honestis statutis & moderationibus fœnus exercendi facultatem concessit. Modò dubitatur.

Primo, an Iudæi in dicta sua terra habitantes dictam reformationem seruare teneantur.

Secundo, an dictus Dominus permittere possit, vt Iudæi cum alienigenis vndecumque ad dictam suam terram venientibus vsuras exercere valeant.

Tertio, an dictus Dominus moderare Hebraeorum vsuras ita valeat, vt fœnus carius cum alienigenis, quàm cum indigenis & incolis, Iudæi exercent.

Quarto, an dictus Dominus Hebraeorum banchos, eorumque statuta reformare & restringere in dicta sua terra valeat.

Pro intelligentia prædictarum quaestionum resoluenda sunt duo dubia. Primum est, an Camerarius Papæ possit concedere licentiam Iudæis habitantibus extra statum Papæ exercendi vsuras. Secundum, an Papa iuste possit permittere Iudæis, vt exercent vsuras.

Ad primum dubium pro parte negante faciunt ea, quæ Siluester adducit, * dicens, quod Iudæi cogendi sunt ad restituendas vsuras, & alibi, b dicit, quod Princeps permittens Iudæis exercitium vsurarum cum licentia ordinarij peccat mortaliter per clem. i. c & cap. i. d cum additis ei à Dominico & Franco, & cap. post miserabilem. & cap. postulasti. * Pro parte affirmante facit, quod Camerarius prædictus ex commissione Papæ dat illam licentiam: & iura prædicta, quatenus sunt humana, non ligant Papam. f

Ad secundum dubium pro parte negante facit, quod Reges ac Principes id facere non possunt, vt concludit Siluester.

Sed pro parte affirmante facit primo, quod videmus Papam permittere Iudæis in Vrbe, & Auenioni, & etiam in terris Ducis Mantuæ, & aliis multis locis; & quod aliud videtur dicendum de Regibus, & Principibus, qui subsunt præfatis canonibus, quibus non subest Papa.

Secundo facit, quod Papa potest permittere & tolerare aliquod malum, vt aliquod peius impediatur, & quod secundum Augustinum, h relatum à S. Thoma, i lupanaria permittuntur in plerisque locis, ne casta matrimonia sollicitentur, & vt alia peiora impediatur; idque fit etiam à Principibus secularibus, nulla licentia à Papa petita.

PRÆSVPPOSITO igitur, quod Illustrissimus D. P. cum facultate Illustrissimi Camerarij S. D. N. iuste possit Iudæis terræ Sancti Martini permittere exercitium vsurarum moderatum, vt in prima quaestione proposita præsupponitur: Ad primam quaestionem, scilicet an reformatio Sanctissimi D. N. Greg. XIII. in vsuris exercendis includat Iudæos prædictos ciuitatis Sancti Martini, respondeo, quod non. Tum quia illa reformatio solum tangit & includit Iudæos Romanæ vrbs, vt colligitur ex ca. Tum quia à separatis non fit illatio, k nec pactum personale extenditur ad alios. l At literæ confirmationis, reformationis, siue reductionis quantitatis vsuræ S. D. N. de solis Hebraeis banchariis Vrbs Romæ loquuntur: quod colligitur ex relatione eorum, quam fecit Illustrissimus Camerarius Ascarius, qui solum de tangentibus illos loquitur; & ex relatione illorum, quam fecit Illustrissimus Cardinalis Vitellotius, qui etiam de solis illis egit, vt patet ex illis verbis eius, dictis Hebraei banchariis, bis repetitis.

At Hebraei bancharij Sancti Martini non sunt Hebraei bancharij Romæ; ergo ex contentis in d. literis non debet inferri ad eos.

3 Tum quia dispositio declarans, interpretans, & confirmans aliam, debet intelligi secundum terminos dispositionis declaratae, interpretatae, & confirmatae, iuxta glossam quæ habetur pro singulari ibi à Cardinali. * Tum quia præfata confirmatio loquitur de Iudæis commorantibus Romæ, & intra statum Ecclesiasticum; & ciuitas Sancti Martini est sita extra illum: & multa possunt occurrere, vt prædicta reformatio debuerit potius fieri in banchariis Romæ, quàm in banchariis Sancti Martini; & ideo non est ad illos extendenda, argumento cap. ad audientiam. b Tum quia præfata reformatio non videtur ligare Iudæos Auenioni commorantes, & fœnus ibi exercentes, etiam si Comitatus Auenionis sit Papæ immediatè subiectus: ergo à fortiori non ligabit Iudæos ciuitatis Sancti Martini, quæ non est ei subiecta immediatè, nec mediatè. Tum quia non obstat, quod verba Gregorij generaliter loquuntur de Hebraeis, & banchariis; quia simul ponuntur verba confirmationis, & reductionis; & confirmatio expressè refertur ad capitula relationis Vitellotij, quæ solum tangunt Hebraeos bancharios Romæ; & ita etiam reductio debet ad eosdem referri: vna enim pars dispositionis declaratur per alteram. c

4 Tum quia sicut privilegium concessum personæ non egreditur illam, d sic maiore ratione onus impositum personæ non egreditur personam, argum. cap. odia. e & l. i. f habet, constitutionem, qua Princeps irrogat pœnam vni, non extendi ad alium. Ergo reductio præfata Hebraeis banchariis Romæ, quæ onerosa est, non extenditur ad bancharios Sancti Martini, Tum denique, quod non obstat cap. miramur. cum similibus, g cap. in causis. h quæ habent, dispositum quo ad aliquos, censeri dispositum quo ad alios: quia illud est verum in dispositione iuris communis, & vbi eadem ratio inuenitur, non autem in dispositione privilegij, vel oneris personalis, vt annotatur glossa, i & præfata reductio est quædam dispositio præter ius commune grauens certas personas particulares.

5 **A**D SECUNDAM, an scilicet per licentiam Illustrissimi Camerarij possit bancharius Hebraeus Sancti Martini mutare omnibus Christianis, etiam alienigenis; Respondetur, quod sic. Tum quia præfatus Illustrissimus Camerarius non solum generali & indefinito verbo, sed vniuersali concedit facultatem mutuandi, dicendo, quibusuis personis ad vos recurrentibus. & vniuersalia verba vniuersaliter sunt intelligenda, k & latius quam tantum generaliter dicta, iuxta glossam celebrem. l Tum quia nihil obstat dicere, quod videtur facta concessio contemplatione indigenarum Sancti Martini; quinimmo facta fuit ad petitionem Hebraeorum Sancti Martini, & commodum Christianorum generaliter sine vlla restrictione; & ita est intelligenda generaliter. m

6 **A**D TERTIAM, scilicet, an præfatus Illustrissimus P. possit conuenire cum præfatis Hebraeis, vt carius mutent extraneis, quàm indigenis, responderetur, quod licet de rigore iuris videatur id posse defendi, non tamen videtur consulendum eius Illustrissimæ Dominationi, vt id faciat. Tum quia hæc facultas tolerandi Iudæos exercentes vsuras, & per eas prementes Christianos, est satis extranea Christianis dogmatibus, & moribus, & merito deberet restringi. n Tum quod ex facultate mutuandi sub maioribus vsuris extraneis, posset dari occasio, vt difficilius & ægrius mutuarent indigenis sub minoribus, quod nocere posset indigenis; ideoque cauendum, cum ipsi sint, ceteris paribus, magis diligendi, o & in hac materia magis fauendi. p Tum quia daretur occasio multis suspicandi quod ipse concedit eis facultatè carius mutuandi alienigenis, vt aliqua munera, vel seruitia vitia faciant ei de more suo; quod haberet magnam speciem mali.

7 Nam licet tolerantia exercitij vsurarij, quod est contra legem naturalem, & diuinam, tam veterem, quam nouam, vtrumque ad vitanda maiora mala tolerari possit absque peccato non participando in lucro; non tamen potest id fieri participando in illo, vt post Caictanum tradimus etiam nos in Manu. conf. q

AD QUARTAM satis respondet solutio tertie quaestionis; & rem Christianam, seque valde dignam faceret eius Dominatio Illustrissima aliquo modo reducendo vsuras

a In cle. pen. in verb. con. suetudine. de elict.

b De decim.

c Leg. i. ff. de reb. dub. d Cap. privilegium. de re. iur. lib. 6. c. l. in omnibus causis. ff. eod. e De reg. iur. lib. 6. f In ff. de cõ. sit. princip. g si. distict. h De re indi.

i Præfati canon. privilegium.

k Cap. solita. ver. quodcumque. de maior. & obed. l In cle. i. ver. quoniam. de re iud. m Arg. l. de prelio. ff. de public. in rem actio.

n Arg. c. quæ à iure. derog. lib. 6.

o Arg. l. vi. patri. ff. de inst. & iur. p Arg. c. i. de usur. lib. 6.

q Cap. 17. num. 195.

g In ff. verb. Iudæi. q. 4. c. q. 1. b In ver. vsura. q. 6. f. c De vsuris. d P. ad. i. h. o. e Eod. tit. in quibus. f Cap. propositio. de elec. prob.

g Cap. denig. q. di. c. non potest. 23. q. 4. h In li. do. ord. i. 2. q. 10. m. ii.

k Le. Papius nou. ff. de minorib. l Leg. iuris g. iud. q. pactum ff. de pactis. c. de casero. de transact.



In c. in cau-
su. de re iudi.

suorum Hebraeorum, ad quas S. D. N. reduxit vsuras Hebraeorum Romanorum, iuxta illud Baldi. *A boue maiore distat arare minor.*

*Nota, id quod ait Auctor in num. 1. de tolerantia, seu permissio-
ne, intelligendum de simplici, qua consistit in non puniendo, ut etiam
videtur sentire ipsemet Auctor hic num. 7.*

DE CRIMINE FALSI.

S Y M M A R I V M.

- 1 Mendax non est, qui per additionem mentalem supplet exteriori loquutioni id. sine quo esset mendax.
- 2 Mendacium alias de se non mortale per solam circumstantiam iudiciale non efficitur mortale, nisi alia addatur circumstantia, puta periurij, damni notabilis, vel iniusta inobedientia contra legem aliquam ad id obligantem.

CONSILIVM I.

In Man. ^b in fine habetur, nullum mendacium esse mortale, eo quod in iudicio interiori vel exteriori dicatur, quod extra illud dictum tale non esset. Hoc nedum videtur esse contrarium D. Thomae, sed etiam contra communem. Nam si interrogatus ego extra iudicium de aliquo notabili crimine a me commisso, ab eo qui non est iudex, negarem veritatem, non peccarem mortaliter, ut habetur in cod. Man. ^c secus autem, si in iudicio iudici seruato iuris ordine procedenti & interroganti negarem veritatem.

1 Dico primo, quod in cap. 12. ^d non tracto ego de aliquo mendacio, an sit peccatum, necne, sed de responsione verbali, quae definit esse falsa propter mentalem additionem, & cap. 18. ^e tracto de mendacio: & ita illa loca nullatenus sibi opponuntur.

2 Secundo dico, quod id quod putat dicere d. cap. 12. ^f dico in d. cap. 18. ^g videlicet quod reus interrogatus a iudice competente, ordine iuris seruato, peccat mortaliter negando suum crimen.

Tertio dico, quod illa loca non sunt contraria: quoniam id quod dixi d. cap. 18. ^h videlicet nullum mendacium dictum in iudicio esse mortale, quod dictum extra iudicium non esset tale, intelligendum est formaliter, videlicet quod eo solo, quod dicitur in iudicio, non fit mortale: & ita non negat, quod alia ratione non possit fieri tale, ut in casu, qui determinatur in d. cap. 18. ⁱ statim enim dicitur, quod si est iuratum, vel notabiliter damnosum, est mortale, at in casu proposito alia tria concurrunt, propter quae illud mendacium fit mortale, puta iuramentum, quod reus praestat de dicenda veritate, & quod lex diuina & humana obligant dicere illam veritatem in illo casu, & quod fit notabile damnum accusatori propter poenam talionis, ^k vel Reipublicae, cuius notabiliter interest crimina puniri. ^l

S Y M M A R I V M.

- 1 Falsus subreptiuus non est, qui simpliciter dicit aliquid esse verum, licet id pro indubitato non habeat, modo putet id esse magis verum, quam contrarium.
- 1 Mendax seu falsus non est simpliciter affirmans esse verum, quod solum opinatur.
- 2 Fides & indubia persuasio producit a motiuo aliquo simul, & libera voluntate: vnde qui habet aliquod motiuum, potest, si vult, id quod opinatur firmiter credere, & sibi persuadere.
- 2 Credendi aliquid cum adest aliquod motiuum, potest qui sua libera voluntate id firmiter credere, & indubie persuadere.
- 3 Mandatarium aliquid de iis, quae nec sine labore, nec sine expensis fiunt, non fecisse credere potest mandans, si mandatarium multo tempore post tacuit; quia si fecisset, expensam illam & laborum mercedem petiisset.

CONSILIVM II.

Confessarius mihi asserenti, sicuti quidam amicus meus mihi dixerat, quod poteram deponere scrupulum conceptum in quodam negotio, respondit me posse acquiescere. Nunc oritur nouus scrupulus: quandoquidem erit magis credam amicum meum praedictum ita dixisse, at tamen non sum certus. Ideo quaero, an possum scrupulum deponere.

Respondeo primo, quod subtilis & ingeniosa est haec interrogatio, & cui forte non respondi, nisi me ad ita-

Auctoritas interrogantis coegisset.

1 Secundo responderetur affirmatiue, quod potest deponere scrupulum. Tum quia ex parte interrogantis nulla fuit facta surreptio exprimendo aliquod falsum, vel tacendo aliquod verum necessario exprimendum: quia qui dicit simpliciter aliquid esse verum, non censetur dicere, ita credere illud esse verum, quod habet pro indubitato, sed solum, quod putat id esse verum: & qui magis putat, & inclinat aliquid esse verum, quam contrarium, videtur dicere se putare id esse verum, & sic nullum falsum exprimit, neque tacet verum necessario exprimendum: nam, ut diximus nos in Manu. nostro confessi, ^a aliud est scire, & aliud credere firmiter, aliud opinari, & aliud dubitare: & qui putat verius esse aliquid, quam contrarium eius, licet non sciat, neque firmiter credat, opinatur tamen, & sufficit opinio, quia magis putat aliquid esse verum, quam contrarium: quia, ut traditur in locis praedictis, qui dubitat, non inclinat magis in vnam partem, quam in aliam. Tum quia consulens, qui consultat alicui posse scrupulum deponere, eo quod dixit sibi esse aliquid dictum, non solum videtur consulere in casu, quo firmiter creditur esse, & in quo proculdubio ita res se habeat, sed etiam si opinetur ita esse, siue quod idem est, magis putet esse verum, quam contrarium.

2 Tum quia in lib. posteriorum Aristotelis tam ipse, quam commentatores eius docent, quod fides & indubia persuasio producit a motiuo & libera voluntate: & ita qui habet opinionem ob aliquod motiuum, potest facere, si vult, firmiter illud credere: & ita dominus consulens potest, si vellet, credere firmiter id, quod opinatur.

3 Tum denique, quod dominus consulens potest deponere praedictum scrupulum, etiam si non opinaretur amicum illum sibi dixisse contentum in informatione, propterea quod ignorat rogatos fecisse aliquid de rogatis ab eo; & quod nihil soluit eis, & tanto tempore remansit in illa bona fide credendi nihil per rogatum eius factum fuisse; & quod facile credere potest, quod si aliquid fuisset impenium pro ipso, vel in patiando labores, fuisset petita solutio. Itaque mea sententia D. consulens sine scrupulo potest praefatum scrupulum deponere.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iurisdictionem qui vsurpat, peccat mortaliter.
- 1 Affirmans pro certo id, quod nescit esse tale, peccat.
- 1 Testimonium idoneitatis qui dat de aliquo, quem sufficienter pro tali non nouit, etiam quod talem esse ab aliquo audiverit, peccat: pro quo tamen delicto certa non reperitur statuta poena.
- 1 Occasionem ledendi dare est peccatum.

CONSILIVM III.

Vicarius foraneus scripsit, vel signauit scriptam quandam schedam, quae continebat, Angelum esse idoneum beneficio simplici, & canonicatu ob relationem cuiusdam doctoris: & quod nouerat puerum siue adolescentem discipulum grammaticam, nesciens tamen quantum didicisset: & quia nouit eum mansisse Romae 10. annos studendo, ut ipse putabat, sed nesciebat. Quae ritur, quantum peccauerit, & in quam poenam incurrerit.

1 Respondeo eum peccasse: quia videtur vsurpasse iurisdictionem aliequam, scilicet vicarij generalis, non appellando se foraneum; & vsurpatio iurisdictionis inter mortales culpas numeratur a S. Thoma. ^b Tum quia affirmauit pro certo quod ignorabat esse tale, contra 8. praecceptum Decalogi, & contra l. de quare. ^c Tum quia nimis facile credidit praedicto doctori in re, quae posset praedudicare proximo, contra cap. innocens. ^d Tum quia occasionem ledendi temp. & proximum dedit, contra cap. vlt. ^e Sed non memini aliquem textum authenticum, per quem vlla poena praeter culpam peccati ipso iure imponatur ei. Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Eleemosynam pro certo genere personarum petens, & sibi retinens peccat mentiando, & alteri debitum retinendo: at si petat pro pauperibus in genere, quorum ipse vnus est, nullum peccatum committit, licet non exprimat se pauperem esse.
- 2 Falsum dicere nemini, verum autem tacere sine alterius detrimento, licet.

Cap. 15. n. 3.

Cap. 11. n. 87.

d Num. 87.

e Num. 3. sub fi.

f Num. 87.

g Num. 57.

h Num. 3. sub fi.

i Num. 87.

k Cap. quis quis. c. qui cri-
men. 2. q. 8.
l Lo. in vul-
nerarij. ff. ad
l. Aquil. c. ut
fama. de sen.
excom.

2 Cap. 17. n. 279.

b 2. 2. q. 60. a. 6.
c ff. de iud. c. 1. de crimin. fals.
d 22. qua. 2.
e De iniurijs.



CONSILIVM III.

ALIQUÆ pauperes mulieres simulant se petere eleemosynam pro aliqua paupere puella, & quod inueniunt retinent in sui necessariam sustentationem. Dubitatur, an sint omnino cogendæ vt desistant, & an sit deneganda absolutio, ni desistant, vel proponant desistere.

1 Respondeo, quod mulier pauper, quæ pro alia certa paupere acciperet eleemosynam, animo eam sibi retinendi, bis peccaret, mentiendo, & rem alteri debitam retinendo: quæ verò peteret & acciperet pro paupere verbo generali, cuius appellatione ipsa quoque contineretur, animo quærendi & retinendi sibi, non peccaret, argum. cap. ne quis.

2 Quod pro vtroque dicto facit, quatenus habet nemini licere falsum dicere, sed verum tacere absque alterius præiudicio sic. Quare prior non videtur absoluenda, nisi desistat, posterior verò sic.

SVMMARIVM.

- 1 Falsum deponens testimonium peccat peccatum irreligiositatis; & si tendit in alterius damnum, tenetur reuocare ante sententiam, si eius reuocatio in aliquo potest prodesse, itemque & damnum restituere, num. 2. quo restituto non tenetur se infamando dictum suum reuocare, nisi ex eodem aliud nouum damnum timeretur oriri, num. 3.

CONSILIVM V.

N. Quædam falsa testatus fuit, in quo tamen neminem læsit. Quæritur primo ad quid teneatur. Secundo, si testando falsum læserit, & læsionem restituerit, an ad aliud teneatur.

1 AD PRIOREM QVÆSTIONEM respondeo primo, testem, qui suo falso testimonio non damnificauit proximum, peccasse quidem peccatum contrarium virtuti religionis, quod S. Thomas vocat irreligionem, non autem contra iustitiam, vt ex eodem S. Thoma, colligitur.

2 Secundo, quod cum solus transgressor legis veræ iustitiæ obligetur ad restitutionem, quia restitutio est actus veræ iustitiæ, & propriè commutatiuæ secundum eundem S. Thomam, & latius tradimus nos in Manu. confess. e Vnde peccatum contra caritatem, & alias virtutes non obligat ad restituendum secundum communem sententiam eorum, quos citauimus, f consequitur huiusmodi testem ad nullam restitutionem teneri, & consequenter posse verè pœnitere peccati, quod commisit contra virtutem religionis transgrediendo secundum præceptum Decalogi, & absolui, imposita pœnitentia salutari.

AD ALTERAM quæstionem respondeo primo, quod testis, qui dicit falsum testimonium in damnum proximi, tenetur reuocare suum dictum, antequam feratur sententia, & exequatur, si saltem debilitando suum testimonium falsum potest ei prodesse in toto, vel in parte, vt nos tradimus in nostro Manu. confess. g & colligitur ex vtroque Thoma, h & ex adnotatis in cap. præterea. i & faciendo hoc excusat se à bona parte obligationis restituendi, eo quod hac via dimiuit damnum, quod aliàs datum fuisset per suum testimonium.

3 Secundo, quod quæstio proponitur de illo, qui restituit damnum illarum: & loquendo de tali teste damnificante, & restituente damnum, certum est, quod sufficit ei pœnitere peccati, & nulla lege tenetur ad reuocandum suum dictum, neque ad infamandum se, nisi probabiliter crederet, quod aliud nouum damnum oriretur ex eo: quia sicut peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum, ita restituto ablato cum debita contritione remittitur, vt notatur in c. peccatum, k & alibi sæpe. Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Mutare sibi nomen & cognomen sine fraude, nisi sit seruus, cuiuslibet licet propria, etsi magis expediat id fieri publica auctoritate.

CONSILIVM VI.

QVÆSITVM est, an liceat cuius mutare sibi nomen.

1 Respondeo, quod sic, per l. i. ad hoc expressam, l quæ habet, sicut nominis, prænominis, vel cognominis assumptio à principio cuique priuato est libera, ita & postea sine fraude &

a 22. quæst. 2.

b 2. 2. quæ. 92. in prim. c 97. in prim. c In ead. 2. 2. q. 7. ar. 4.

d In ead. 2. 2. quæ. 62. ar. 1. c Ca. 17. n. 6. f In d. c. 17. n. 11.

g Cap. 25. nu. 40. h 2. 2. quæ. 70. ar. 4. i De testibus.

h De reg. iur. lib. 6.

i C. de mutatione nominis.

A præiudicio alterius illius mutationem fieri licere; nisi esset seruus, vt in eadem lege exprimitur, vel nisi ad fraudandum, aut damnificandum creditores, vel alios, id faceret, de quo loquitur l. falsi. a vt vtriusque legis glossa recepta declarat, & Bartholus, b vbi expressè ait id posse facere quem propria auctoritate: sed longè melius esset mutare cum auctoritate Episcopi, vel Regis, vel gubernatoris, vt nemo decipi possit, & vt ipse euitaret periculum falsi, & præsumptionis fraudis, quæ contra ipsum concipi posset, si inueniretur aliquis contractus, quo ipse constitueretur debitor ante illam mutationem, & post illam non posset inueniri ob illam; & etiam prodesset conscientie ad euitandum periculum tentationis negandi ea, quæ fecisset ante illam, &c.

B

DE SORTILEGIIS.

SVMMARIVM.

- 1 Protestatio agentis superstitiosa re ipsa non sufficit ad excusandum à peccato, num. 4. & 8.
- 1 Futurorum etiam contingentium præcognitionem licebat olim à Prophetis exquirere, etiam si essent temporalia, modo essent vtilia: hodie tamen à talibus est abstinendum: quamuis nemo prohibendus sit, cessante omni vana obseruantia, à Deo temporalium valde vtilium reuelationem petere, num. 6. & 4.
- 2 Futura scire qui desiderat, non peccat, modo non desideret scire à quo non debet, vel modo indebito, num. 7.
- 3 Cognitio intellectiua, vt est etiam notitia futurorum, est bona, & potest addisci, modo nolimus addiscere à quo non debemus vel modo quo non debemus, num. 7.
- 4 Deum solum rogare expresse intendens super aliqua re, si adhibeat vana, tacite à demone illam exquirere videtur.
- 5 Vana qui sanctis orationibus immiscet, censetur credere, quod nisi illa etiam addantur, effectus speratus non sequetur.
- 8 Negromantici, nec alij superstitiosi, modo non peruenerint ad concipiendam heresim, non excommunicantur per bullam Cæna Gregorij xij.
- 8 Superstitiosa oratione ad aliquid impetrandum vtens, si id auctoritate superioris innixus faciat, à peccato potest excusari. Item si putabat esse vanam, nec effectum sperabat, solum venialiter peccat, at si putabat esse vtilem ad obtinendum id quod obtinere sperabat, sciebatque ei admisceri vana, difficile à peccato mortali potest excusari.

C

D

E

F

CONSILIVM I.

VIDAM sacerdos, præmissa protestatione, quod dæmones consulere non intendebat, & desiderans per somnia, natiuitate inspecta, futura scire à Deo, ante cubitum candelam benedictam manu tenendo, orationes aliquas recitabat, vana aliqua interponendo, orando per pulchrum viridarium, per palatium delectabile, per aquam currentem, & ignem vrentem. Dubitatur primo, an incurreret excommunicationem per bullam Cæna. Secundo an peccauerit.

1 Quod prædictus sacerdos non admittat vllam superstitionem, neque aliud peccatum faciendo supradicta, facit primo, quod in veteri Testamento licebat adire Prophetas super rebus futuris, etiam contingenter, & non necessario venturis. c

2 Secundo, quod desiderare scire futura non videtur esse peccatum; cum Daniel, d vehementissime desiderasset scire tempus aduentus Messie.

Tertio, quod cognitio rerum, siue scientia, est actus intellectus; & cognitio intellectiua ex se non est mala, secundum Aristotelem, e & S. Augustinum, f dicentem, Quis audeat dicere disciplinam esse malam? & rursus, Nullo modo dixerim aliquam intelligentiam esse malam. ergo velle scire futura non videtur esse peccatum.

Quarto, Deus solet instruere homines per somnia, g immo & viri sancti interpretati sunt somnia aliorum significare talia & talia futura, vt Iacob, h & Ioseph, i & Daniel, k ergo prædictus sacerdos volens scire non à demone, sed à Deo futura per somnia, non peccauit.

5 His tamen non obstantibus, contrarium videtur dicendum. Primo quidem, quod cognitio futurorum, quæ non pendent ab aliqua causa naturali, vel diuinitus instituta, est reserua Deo, iuxta illud. l Annunciate nobis ventura, &

a ff. ad legem Corneliam de falsi. b In proximi. ff. vete. g. nos vero.

c 1. Reg. ca. 9. & 4. Reg. c. 1. d Cap. 9.

e 2. Ethico. f In li. de lib. arbit.

g Iob. 33.

h Genes. 37. i Genes. 40. k 2. & 4.

l Iai. cap. 41.

dicemus

a 2.2. q. 107. art. 1. & 2.

b Cap. 2.

c 2.2. q. 95. a. 2.

d In d. q. 95. art. 2. e Ca. fors. 26. quass. 2.

f Ioan. ca. 16.

g 2.2. q. 95. art. 2.

dicemus quod *Dij estis vos*. vitium enim curiositatis est velle scire quæ ad ipsum non pertinent, vt declarat S. Thomas. ^a

4 Secundo, quod licet Deus propter suam infinitam bonitatem reuelauerit multa etiam in nouo Testamento per somnia, vt ter in ^b Matthæo tamen non legitur sanctos viros rogasse obnixè Deum, vt eis futura reuelaret, nisi cum instaret magna necessitas, vel vtilitas id faciendi, qualis non vrget prædictum sacerdotem ad quærenda ea, quæ quærit scire per somnia.

Tertio, quod licet quis nolit expressè scire aliquid ignotum à dæmone, sed solum à Deo; si tamen illa petit à sua maiestate obseruando aliqua vana, id est, quæ non habent naturalem virtutem, nec ab Ecclesia Catholica instituta, videtur tacitè illa petere à dæmone, vt resoluit vterque Thomas. ^c

5 Quarto, quod licet omnia fere verba prædictæ orationis huius sacerdotis sint bona, & sancta, & ad Deum ipsam directæ; illa tamen, *per aquam currentem, & ignem vrentem*, non sunt talia, neque illa, *per pulchrum viridarum, vel palatium delectabile*, inmo videntur continere vanitatem, quoniam non habent vllam virtutem naturalem, neque ab Ecclesia institutam ad prænocendum futura.

Quinto, quod obseruatio etiam illa, vt prædicta oratio dicatur ante cubitum, & cum candela benedicta, videtur esse vana; quia neque sua natura, neque ex Ecclesiæ institutione habent ea vim impetrandi reuelationem; & prædictus sacerdos videtur credere, quod nisi obseruentur illa, non obtinebitur euentus desideratus, & obseruat illis sic; quæ vana fides est.

Sexto, quod etiam vrgeri videtur Deum omnipotentem, vt reuelationem faciat in somniis, & noctu: & quod illa literæ, per quas scribitur nomen Domini Hebraicè, parum videntur facere ad rem ad mouendum Deum omni lingua laudandum, & benedicendum.

6 Non obstant citata in contrarium. Ad primum enim respondetur, quod in veteri Testamento permittebatur adire homines prophetas ad sciendum quædam temporalia ignota, vtilia, præsentia, & futura: quia per illud promittebantur terrena temporalia: in nouo autem, quo promittuntur spiritualia, nullum medium institutum est ad adeundum homines ad prænocendum talia temporalia; & ideo oportet ab eis abstinere, vt expressè responder S. Thomas, ^d quod etiam ibi tenet Caietanus & antea sensit Gratianus, ^e quamuis nec illi damnant expressè, nec debent damnare illum, qui sine aliqua vana obseruantia peteret à Deo reuelari sibi aliquid valde necessarium, vel valde vtile sibi, vel Ecclesiæ, vel Reipublicæ, iuxta illud. ^f *Quodcumque petieritis Patrem meum in nomine meo, hoc faciam.*

7 Ad secundum, concedendo, quod desiderare scire futura non est per se peccatum; sed desiderare illa scire ab eo, à quo non debet, puta à dæmone, vel etiam à Deo modo indebito, peccatum est: & prædictus sacerdos vult illa præscire à Deo, sed modo indebito, seruando quædam vana, quibus statim se immiscet dæmon: & ita vult habere societatem cum illo, quod valde vitium est.

Ad tertium, concedendo, quod cognitio rerum præsentium vel futurarum non est de se mala, neque velle illam discere ab eo, à quo debet, & eo modo quo debet: negando tamen, quod velle discere expressè à dæmone, vel tacitè obseruando quædam vana, quæ neque à natura, neque ab Ecclesia ad id instituta sunt, non sit peccatum, per prædicta.

Ad quartum, concedo omnia, quæ assumuntur in argumento, & quod probant id, quod iam dictum est, nempe, quod non est peccatum velle scire, nulla vanitate immixta, à Deo ipso per modum sibi placitum; quamuis ipsum restringere ad hoc, vt reueler per somnia, aliquid indecentiæ habet.

An autem is sacerdos peccauerit mortaliter, vtendo prædicta oratione, & an sit excommunicatus bulla Cœnæ Domini, an solum venialiter peccet, quæstio maior est. Ad quam respondeo primo, quod non incidit in bullam Cœnæ S. D. N. Gregorij XIII. quia ipse in ea non excommunicat necromanticos, nec alios superstitiosos, qui non sunt hæretici, siue qui non peruenerunt ad concipiendum hæresim, vt constat in ea.

Secundo, quod si prædictus sacerdos vsus est prædicta oratione ductus auctoritate superioris, potest dici esse excusatus à peccato, vt determinat Caietanus. ^g Si autem vsus est

illa, putans esse vanum, quod faciebat, & non sperabat euentum suæ orationis, nisi à casu solum, peccauit venialiter: si autem putabat esse vanum quod faciebat, sed vrile, sperando effectum suæ orationis, difficile excusabitur etiam à mortali, nisi per iustam ignorantiam: quia sciebat, vel scire curare debebat ab aliquo sapiente, an liceret id, ad quod sunt scripta multa decreta aggregata per Gratianum. ^a Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1 *Hominem occidere ad esum, etiam ob necessitatem extremam fumis, non licet; an autem iam mortui carnis vesci liceat, non est ita certum.*
- 1 *Humana carne ad medicinas conficiendas vti nobis sine alio priuilegio vel licentia licere, non videtur ita certum: vnde prudenti erit impetrare à Pontifice facultatem.*

CONSILIVM II.

AN liceat efficere puluerem ex cerebro hominis talis qualitatis contra morbum caducum, vel alium grauissimum?

Hæc quæstio præsupponit alteram maiorem, nempe an liceat carnibus & ossibus humanis vti ad conseruandum vel medicandum hominem fame maximè laborantem, vel ægritudine alia incurabili: & ni fallor, nullus est canon, nullumque cap. in toto corpore iuris Pontificij, neque Cæsarei, quod hanc quæstionem satis determinet. Sed neque antiquiores doctores videntur hoc satis tractasse: quamuis definirint non licere carnibus humanis vesci, & damnarint Anthropophagos, qui eis vescuntur. Sed an in extrema necessitate id liceat Christianis, non aperiunt; quamuis 4. Regum 6. videantur damnari mulieres, quæ pressæ extrema necessitate pepigerunt, vt filios suos comederent. Sed aliud est occidere alium, vt eius carnibus se alioquin periturum sustentet, quod certum est non licere; aliud carnibus à Deo vel ab hominibus occisorum vesci ad necessariam sustentationem, quod quæstio hæc continet. Pro cuius parte affirmante facit cap. 28. Deuter. & 19. Hierem. quæ videntur significare licere oblectis fame vltima pressis edere carnes filiorum: quamuis responderi possit etiam illa loqui de occidentibus filios ad vescendum eis, & praxis totius orbis Christiani habet tradere cadauera hominum necatorum medicis, & chirurgis ad anatomias faciendas, licet de hoc subdubitaerit Bartholus. ^b Ad quam quæstionem, quæ grauissima & rarissima est, decidendam non est in præsentia nobis otium idoneum. Sed arbitror licere conficere pulueres prædictos, si licet vesci carnibus humanis in extrema necessitate ad se sustentandum, & ossibus & adipe ad medicandum: quod an priuilegio, vel licentia particulari liceat medicis, & chirurgis, & pharmacopolis, quos audio eis vti, melius ipsi nouerunt, & ad eos recurri potest. Sed & prouidè videbitur facturum D. consulens, si à S. D. N. facultatem humiliter petierit ad faciendos prædictos pulueres ob grauissimam, quæ occurrerit ei, necessitatem.

DE CLERICO EXCOMMUNICATO, DEPOSITO VEL INTERDICTO ministrante.

SUMMARIUM.

- 1 *Excommunicatus, non solum si celebret, sed etiam si auctorizans, vel quasi, etiam si sit rector parochialis ecclesie, faciat coram se celebrari, est irregularis; secus, si simpliciter sacrum audiat.*
- 2 *Parochialis ecclesie rector habet quidem iurisdictionem in foro animæ, sed non in foro exteriori, vt Episcopi: vnde si, cum sit excommunicatus, facit coram se celebrari, plus peccat, quam Episcopus.*

CONSILIVM I.

CERTVM est excommunicatum missando fieri irregularem, & etiam faciendo auctoritatiuè missare, iuxta glossam singularem, ^c & cap. illud. ^d quatenus probat Episcopum excommunicatum facientem auctoritatiuè coram se celebrare fieri irregularem, vt annotauit Panormitanus communiter receptus ibi & Bonifacius de Vitall. Rotæ Auditor clarissimus, quatenus colligit ex glossa prædicta, quod excommunicatus faciens celebrare coram se sit irregularis, & Cardinalis, ^e dicit tria distincta esse excommuni-

a 2.2. q. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.

b In l. si. de cadaver. punis.

c In cle. Archiepiscop. de priuileg. ver. celebrari. d De clerico excomm. minis.

e Ibidem notab. o. qu. 9.

catum

a In cap. 1. de sen. excom. li. 6.

b In c. 1. de sen. excom. li. 6. num. 5.

c De clerico excom. minif.

d Cap. 23. num. 45. & seq.

catum celebrare, & facere celebrare quasi auctorizando, & simpliciter audire diuina officia; & quod faciens duo priora est irregularis, idem tenet Archidiaconus, a praefertim quod is, de quo quaeritur, est Prior & rector eiusdem ecclesiae principalis parochialis, qui cum esset excommunicatus à Papa, & denunciatus, ante absolutionem fecit coram se & toto populo celebrari Missas, & alia diuina officia.

2 Et Ioannes Monachus videtur exaquare quo ad hoc rectores Ecclesiarum parochialium aliis praelatis, b dicens eos esse iudices in foro animae. Et neruose facit, quod plus peccat, qui carens iurisdictione in foro exteriori audet quasi auctorizando facere celebrare coram se, quam Episcopus, qui habet iurisdictionem in vtroque foro, si id facit: & constat per praefatum cap. illud. Episcopum excommunicatum id facientem fieri irregularem, vt praedictum est.

S V M M A R I V M.

1 Irregularitatem effugit excommunicatus, qui probabiliter ignorans se talem, celebrat; secus, si ignorantia non sit probabilis; & multo minus, si sit affectata.

CONSILIVM II.

CVM certum sit, cum qui probabiliter ignorat se esse excommunicatum, non incurrere irregularitatem celebrando; eum autem qui crassa & supina ignorantia excommunicatus celebrat, incurrere illam, vt est casus expressus in cap. illud. c Quaeritur primo, quid si ignorantia esset affectata. r Respondeo, quod illa non excusat magis, quam crassa, & supina, immo minus: quia illa est peior illis, per ea quae tradimus in Manu. confess. d

S V M M A R I V M.

1 Sciens aut scire debens se excommunicatum, accipiendo sacramentum ordinis, est irregularis; secus, si accipiat sacramentum Eucharistiae de manu alterius clerici. 1 Ordines sacros eo sine, vt possimus exercere diuina officia, at sacramentum Eucharistiae alio accipimus sine.

CONSILIVM III.

QVÆRITVR, an clericus excommunicatus excommunicatione maiore, sciens aut scire debens se talem, non celebrando, sed simpliciter ab alio clerico suscipiendo sacramentum Eucharistiae, sit irregularis. Et videtur quod sic: quia excommunicatus modo praedicto, qui accipit sacramentum ordinis, est irregularis, vt notatur per Dominationem vestram in suo Man. super irregularitate ex delicto accipiendi & exercendi male ordines. Contrarium, & quod non sit irregularis accipiens Eucharistiam, videtur, non obstantibus praemissis. Quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus à iure expressis: & licet de accipiente ordinem sit expressum, non tamen de accipiente Eucharistiam. Præterea ij differunt: nam qui accipit ordinem, illum accipit ad effectum, vt possit exercere diuina officia; qui vero accipit Eucharistiam, non recipit illam ad similem effectum. Ideo, &c.

r ILLVSTRIS SIME DOMINE, quia nihil apertius pro vtraque parte huius quaestionis, nec pro solutione oppositorum verè resolutorum Dominationis vestrae adduci potest, libentissimè subscribo ei, vt firmiter fundata, & viriliter propugnata, quae tanto magis est notanda, quanto frequentius contingit.

S V M M A R I V M.

1 Suspendus à diuinis Episcopus non potest exercere diuina, scilicet actiue per actum suo ordini specialiter deputatum. num. 2. & 4. passiue autem potest, vt posset laicus; puta confiteri, communicare, Missam audire. num. 2. & hoc nō extra suam Episcopatum, sed etiam in eo modo non faciat auctoritatiui: coram se celebrari. num. 3. & 4.

CONSILIVM IIII.

AN episcopus suspendus à diuinis possit confiteri, & communicare corpori Domini, & audire Missam?

r Pro parte negatiua facit, quod suspendus à diuinis non

A potest diuina exercere. *

2 Sed pars affirmatiua est tenenda. Tum quia suspendus à diuinis solum prohibetur in officio suo agere sicut prius, vel officium suum exercere sicut prius, vt est textus in cap. 1. b & ibi glossa expressa, quae id notat, c & confirmat per cap. si quis Episcopus. d Tum quia tum demum suspendus à diuinis incurrit irregularitatem, quando exercet aliquem actum ordini suo specialiter deputatum, & tibi per suspensionem prohibitum, secundum Innocentium, e communiter receptum ibi, & in cap. 1. f & in cap. 1. g vbi late resoluit Philippus Francus.

3 Tum quia suspensio, prout specialiter capitur, sicut in casu proposito, pro censura ecclesiastica, definitur esse censura ecclesiastica, qua alicui personae ecclesiasticae prohibetur exercitium sui officij, vel beneficij ecclesiastici in totum, vel in partem, vt post alios tradimus nos in Manu. confess. h & ita non prohibetur illi quidquam, quod potest vt laicus exercere.

4 Cum ergo confiteri, communicare, & audire Missam, saltem non auctoritatiue eam coram se iubendo celebrari, possit facere vt laicus, non censetur illa ipsi prohibita; & consequenter faciendo illa non peccat, nec quidquam contra suspensionem à diuinis facit. Tum denique quod suspensio à diuinis intelligitur ab eis ex officio exercendis, & non ab eis audiendis, nec suscipiendis, nec aliter, quam ex officio exercendis per praedicta: quo soluitur argumentum pro parte negatiua formatum. Ex quibus inferitur, quod praedictus Episcopus potest audire diuina officia non solum extra suam dioccesim, sed etiam intra eam, & etiam intra ecclesiam cathedralē, vt alius dominus laicus potest simpliciter audire, quamuis non auctoritatiue eam faciendo celebrari, iuxta gloss. singularem in clem. 2. verb. celebrari. de priuilegijs, &c.

S V M M A R I V M.

1 Prima tonsura cum falsis dimissorijs ab alieno insignitus, & beneficium sumens nec suspendus est, nec irregularis. 1 Excommunicatus diuinis interessens, etiam psallendo in choro, non sit irregularis.

CONSILIVM V.

QVID AM laicus effectis literis dimissorijs per se ipsum, & cum his prima tonsura insignitus ab Episcopo Italo impetrauit beneficium. Quaeritur, an sit ipso iure suspendus, & factus irregularis propter collationem beneficij.

r Respondeo, quod nullam incurrit irregularitatem; quia non est vsus actu deputato illi ordini, cum nullus talis sit deputatus ordini primae tonsurae, vt satis colligitur ex his quae dixi in Man. confess. i & neque excommunicatus interessens diuinis, etiam psallendo in choro, incurrit irregularitatem; nisi faciat aliquid peculiariter illi ordini deputatum, vt vbi supra. k

S V M M A R I V M.

1 Illegitimus sine dispensatione, & cum falsis dimissorijs promotus, postea à Pontifice absolutus à dictis excessibus & infamia, cum suspensione ad certum tempus, potest eo transacto, sine alia dispensatione celebrare.

CONSILIVM VI.

ILLEGITIMVS ordinatus cum dispensatione ordinari legitime ad primam tonsuram, & postea cum falsis literis dimissorijs ordinatus ad omnes alios, etiam sacros, & presbyteratus, & postea absolutus ab omnibus illis excessibus, & ab omni nota & infamia ab eos incurta, praemissa suspensione à ministerio altaris in aliquod tempus, an possit vt suis ordinibus lapsio tempore suspensionis, & ipsa finita.

r Respondi, posse: quia nihil obstat ei, quo minus possit; & quia iam ordinatus, & à poenis & censuris mala ordinationis absolutus non indiget dispensatione ad vtendum ordinibus, quos suscepit, quosque Papa ratificauit.

S V M M A R I V M.

1 Illegitimus irregularis est, sed non suspendus, quia in ipso non est culpa. 1 Ordinatus extra tempora, & per saltum, est suspendus, sed non irregularis. 2 Irregularis celebrando peccat, sed non sit nouè irregularis. 3 Ordinatus extra tempora vel ante aetatem olim non erat suspendus, hodie sic, & num. 6.

a Cap. 1. de iud. li. 6. & c. 1. & c. 1. de senent. excom. communicationis eod. lib. b § fin. de re iud. li. 6. c Verb. sicut prius. d 11. quæst. 3. c In c. si de excess. pralat. f § si de re iud. li. 7. g § si de sent. excommunic. eod. lib. h Ca. 27. num. 151.

i Cap. 27. num. 171.

k Num. 241.



- 4 Ordinatus sacris extra tempora celebrando fit irregularis.
- 5 Suspendio quid, prout est vera censura, & quid impediatur, & semper prouenit ex crimine. & num. 6.
- 6 Excommunicatio & suspendio solum ob culpam propriam imponuntur, interdictum vero etiam ob alienam.
- 7 Suspendio omniū violatio peccatum; sed irregularitas nisi suspendio sit ab annexu diuinis ordinibus, non inducit.
- 8 Papa solus super irregularitate procedente ex violatione suspendio dispensat.
- 8 Dispensandi facultas super irregularitate per Concilium Episcoporum data, ad eam, qua ob violationem suspendio incurritur, extenditur.

CONSILIVM VII.

ALIAS fuit dubitatum, numquid ordinatus extra tempora, vel illegitimè natus, vel per saltum promotus, & similes celebrando efficiantur irregulares, ita ut soli Romano Pontifici dispensatio referretur. In qua dubitatione videndum erit, an ita suspensio efficiatur irregularis, & posito quod efficiatur irregularis, an talis suspensio & irregularitas dicantur prouenire ex delicto, & tunc an ex delicto occulto, & per consequens cui competat dispensatio. Textus in cap. cum quidam. ^a statuit ordinatum extra tempora incidere in suspensionem: Speculatur. ^b Porro inquit si non sunt suspensi à canone propter crimen, ut illegitimè nati, corpore vitiosi, & huiusmodi, celebrando non fiunt irregulares, dicens ita obseruari in Curia Romana, per quam dispensari consuevit super suspensione, nulla facta irregularitatis mentione: & idem dicit, ^c quam opinionem sequitur Philippus Francus. ^d Ex quibus omnibus colligitur huiusmodi suspensionem non descendere ex crimine, & tali modo suspensum non effici irregularem; etsi vera est doctrina Cardinalis, ^e quod suspensus à canone sententia celebrando fiat irregularis, secus autem, quando denunciatiuè, vel alio modo clericus prohibetur in ordine ministrare, iuxta terminos cap. i. ^f & cap. i. *prater hoc.* ^g manifestè liquet, ordinatum extra tempora, vel ante aetatem legitimam celebrando non fieri irregularem: quandoquidem textus, ^h prohibet eo modo ordinatum in eo ordine ministrare. verum concessio quod in ordine ministrando efficiatur irregularis, dubitatur an possit à proprio Episcopo ordinario non ordinante dispensari. & quod in tali casu suspensionis non indigeat dispensatione Apostolica, sed Episcopali, est textus. ⁱ Stat modo difficultas in irregularitate: irregularitas enim proueniens ex celebratione post suspensionem soli Romano Pontifici referuatur, ut est textus, ^k quamuis hodie liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus ex delicto prouenientibus dispensare iuxta constitutionem sacri Tridentini Concilij. ^l

AD HAS quaestiones respondeo primum, quòd iam confusè proponuntur, mea sententia, ut paulo minus difficile sit eas distinguere, quam decidere. Proponuntur enim praesupponendo eodem modo esse respondendum de illegitimo, & de ordinato extra tempora, & per saltum promotus; & quod hi omnes sunt irregulares, & suspensi.

1 Secundo dico, quod illegitimus est quidem irregularis, ^m & tamen non est suspensus: quia nemo suspenditur sine culpa propria: licet enim propter quodlibet peccatum mortale quis possit suspendi aliquo modo, secundum resolutionem Aeterni, ⁿ & etiam aliquando ob veniale, secundum Caicetanum, ^o non tamen potest suspendi sine villo peccato saltem veniali proprio, secundum omnes.

Tertio, quod ordinatus extra tempora iuris est suspensus per extrauagantem *cum ex sacrorum.* Pij II. & tamen non est irregularis, & etiam promotus per saltum, ut diximus in Manuali nostro conf. ^p

2 Quarto, quod irregularis licet grauius peccet celebrando; non tamen incurrit nouam irregularitatem, eo solo, quod existens irregularis celebret, secundum Innocentium, ^q cuius sententiam definitam de irregulari ob defectum corporalem membrorum, aut legitimisationis, aut ob infamiam resulfantem ex notorietate criminis extendimus nos in Manuali. ^r ad omnes alios irregulares ob identitatem rationis.

3 Quinto, quod cap. *cum quidam.* allegatum in quaestione, non probat ordinatum extra tempora esse ipso iure suspensum, ut tenent ibi Innocentius & Ioannes Andreas, quos re-

A fert ibi Antoninus, & probat efficaciter textus, ^a nam neque ordinatus ante legitimam aetatem erat suspensus ipso iure, priusquam fieret praedicta extrauagans, *cum ex sacrorum.* ut probatur in cap. *vel non est compos,* ^b quae communis sententia est.

Sexto, quod Speculator in §. *iuxta.* citato in quaestione, multa dicit confusè, quae nos distinctius tractauimus in d. Man. ^c & quae dicit in praedicto num. 23. in vers. *porro.* sunt eadem, quae Innocentius ubi supra melius dixerat. Quare non arbitror multum curandum de ipsius dictis, nisi quatenus probat ea textibus, quos certè ibi aptos allegat, licet parum declaret.

4 Septimo, quod ordinatus extra tempora hodie sine dubio incurrit irregularitatem, si antequam absoluitur à suspensione incurra, ordine accepto utatur, per praedictam extrauagantem & per cap. i. ^d & per Innocentium communiter receptum utrobique.

5 Octauo, quod doctores varie loquuntur in hac materia distinguendo inter suspensionem à Deo, & à lege, vel homine, & inter suspensum quo ad se tantum, vel quo ad se & alios, quae varietas descendit ex eo quod non constituunt veram & propriam definitionem suspensionis, prout in hac materia accipitur, scilicet quod est censura ecclesiastica, qua alicui personae ecclesiasticae prohibetur exercitium sui officij, vel beneficii ecclesiastici in totum, vel in partem, in certum tempus, vel in perpetuum quo ad partem, quam nos dedimus & probauimus in praedicto Manuali. ^e ex qua ibi intulimus, neque peccatum mortale, neque minorem excommunicationem, immo neque maiorem, neque interdictum, neque irregularitatem esse proprie suspensiones.

6 Nono, quod omnis excommunicatio & suspensio imponuntur propter peccatum proprium, interdictum autem etiam propter alienum; & ita omnis vera suspensio iusta, siue à iure, siue ab homine lata descendit ex crimine, & siue sit occulta, siue publica, impedit vsum illius actus officij ecclesiastici, à quo suspenditur: ita quod peccat mortaliter agendo illum durante suspensione; quia contrauenit obedientiae debitae Ecclesiae. ^f

7 Decimo, licet omnis violatio suspensionis sit peccatum, non tamen omnis inducit irregularitatem, sed solum violatio illius, quae suspendit à diuinis ordini annexis, iuxta Innocentium communiter receptum. ^g

Vndecimo, quod cap. *consultationi.* ^h non probat ordinatum extra tempora suspensum esse ipso iure suspensione propria, sed solum impropria, quae descendit ex peccato; licet suspendi posset per sententiam, iuxta cap. *cum quidam.* ⁱ ut supra dictum est, quauis hodie per extrauagantem praedictam *cum ex sacrorum.* sit suspensus ipso iure.

8 Duodecimo, quod super irregularitate incurra per violationem censurae suspensionis solus Papa dispensat iuxta c. i. ^k & ibi Innocentium receptum ab omnibus, nec Cardini. ^l citatus in quaestione voluit dicere aliud.

Decimotertio, quod facultas dispensandi tributa Episcopis per ^m Concilium Tridentinum aequè extenditur ad irregularitates incurras ob violationem suspensionum, ac ob alias causas. Ad quas autem suspensiones non occultas extendatur, longa quaestio est; cuius & etiam praemissorum decisionem amplio remitto ad ⁿ meum Manuali. hic enim id commodè fieri non potest. Salua, &c.

SUMMARIUM.

1 Ordinatus presbyterio ante legitimam aetatem est suspensus; & quia postea statim cum Episcopo simul consecratur, fit irregularis.

CONSILIVM VIII.

VTRVM accipiens presbyteratum ante legitimam aetatem sit irregularis, antequam celebret, vel utatur alio ordine sacro?

1 Respondeo, quòd sic; quia assumens presbyteratum ante legitimam aetatem sit ipso iure suspensus per extrauagantem Pij II. *cum ex sacrorum.* citatam à nobis in Manuali. conf. ^o & fit irregularis, si post illum assumptum utatur ordine sacro; & qui ordinatur presbyter consecratur cum Episcopo, & utitur ordine presbyteratus, postquam assumptum illum; quia Episcopus prius ordinat presbyteros, & prius infigit eis

a De temp. ord. dim.
b In titul. de dispensatione. §. iuxta. nu. 23. vers. c. in d. §. iuxta. nu. 13. vers. item ordinatus. & in eod. tit. in §. nunc de Episcopo. col. 10. vers. is prohibetur dispensare.
c In cap. cum medicinalis. de sententia excommunic. in 6. nu. 7.
d In cle. religio. ver. ca. torum. nu. 9. de priuileg.
e De sentent. & re iudic. in 6.
g 32. distinct.
h In cap. cum quidam. cum similibus.
i In c. consultationi. de re. ord. in 6.
k In ca. cum aeterni. de sen. & re iudic. in 6.
l In c. 6. de reform. sessione 24.
m Cap. 1. & §. de fil. presb. in c. cum no. ab homine. de iudic.
o Verbo suspensio.
p Cap. 1. nu. 71. & c. 27. n. 242.
q In c. si celebrat. nu. 3. de cle. excom.
r Ca. 27. nu. 194.
s De temp. or.

a In verb. red dere debet.
b Eod. tit. in verbo suspendos.
c Ca. 27. à n. 193.
d De re iudic. §. cap. 1. de sententia excomm. eod. lib.
e Ca. 27. nu. 151.
f Arg. c. 2. de maior. & ob. b.
g In dicto ca. 1. de sen. exco. lib. 6.
h De temp. ord. in 6.
i Eodem titu.
k De iudic. li. 6. caput 1. de sententia excom. eodem lib.
l In cle. 1. q. 11. de priuileg. in Cap. 6. de reform. sess. 24.
m Cap. 17.
n Ca. 25. n. 70.

a Le. nã quod absurdum. ff. de boniliber.

characterem illius ordinis, quàm consecret, & admittat eos ad consecrandum secum; alioquin enim induceret eos ad consecrandum, antequam haberent potestatem id faciendi, quod est absurdum, & ita non dicendum, & c.

Aduertendum prædictam concl. non videri ita certam: nã hanc concelebrationem hic facit, non ea intentione vt tamquam sacerdos sacrum faciat cum de missa nihil aliud faciat quam proferre verba consecrationis: sed ea profert tamquam appendicem ad ipsam assumptionem ordinis passivæ, & non re formaliter intendat actus ordinis exercere. Nec Cancellaria hos reputat pro salibus: unde prædictis, qui ante aetatem acciperunt sacerdotium, si dicant se non celebrasse, dat absolutionem à suspensione. Si vero dicant se celebrasse, dat dispensationem, quam semper daret, si admitteret per prædictam concelebrationem irregularitatem incurri. Aliud forte esset si tempore interdicti sic sacerdotium acciperet, & certe mirum est, quod nullus ex antiquioribus Doctoribus hunc reputauerit irregularitatem.

S V M M A R I V M.

- 1 Suspensus actum ordinis exercens sit irregularis.
- 2 Suspensus, actus iure particulari sacerdotio adscriptos exercens, si non sint diuina officia, peccat, sed non sit irregularis. & num. 3. & 5.
- 3 Responsoria, psalmos, epistolam sine solemnibus apparatu, vel alia diuina officia, quæ à laicis cantari vel fieri possunt, cantans suspensus, non sit irregularis.
- 4 Censuratus vt per actum ei prohibitum fiat irregularis, duo requiruntur, videlicet, vt actus sit diuinum officium, & deputatus certo ordini.
- 5 Suspensus gaudet privilegio fori, & canonis, sed non honoris.
- 6 Præbenda auctu sacerdotalis promotio ante aetatem non danda.

CONSILIVM IX.

REGVLARIS ex ordine N. ante legitimam ætatem sacros ordines suscepit, electionibusque, statione, & sessione inter sacerdotes usus est, & alijs actibus solum in sacris & sacerdotio constitutis deputatis interfuit. Dubitauit, an esset suspensus, & factus irregularis.

1 Respondeo primo, certum esse præfarum D. consulentem sacri ordinis N. ante legitimam ætatem ordinatum ipso iure incurrisse suspensionem ab officio per extrauagantem Pij II. quæ incipit, cum ex sacrorum.

Secundo, ex hoc inferri, non posse ipsum absque magna diuinæ maiestatis offensa, & irregularitate incurrere, Missam, vel Euangelium, & epistolam solemniter cantare: quia hi actus sunt specialiter deputati ordinibus, quos suscepit.

2 Tertio, quod magis dubitari potest de alijs actibus in casu propositis, scilicet sessione, & statione inter sacerdotes, & electione actiua & passiuæ ad eosdem solos pertinentem.

Pro parte negante facit primo, quod tales actus non videntur inducere irregularitatem; quoniam ordinatus, qui est excommunicatus, vel suspensus, solum incurrit illam exercendo actus specialiter deputatos actui ordinis, vt aiunt Innocentius & Panormitanus communiter recepti. b vt cum sacerdos missam, diaconus cantat Euangelium, vel subdiaconus epistolam in apparatu solemnibus: non autem qui solum cantaret responsoria, vel psalmos, vel cantaret præfata sine apparatu solemnibus, vel faceret alia diuina officia, quæ etiam à laicis canuntur, & fiunt, aut fieri possunt.

b In a. ff. de vi cess. prelat.

Secundo, quod licet suspensus, faciendo deputata ordini suo incurrat irregularitatem, vt eleganter dicit Panormitanus, c non tamen exercendo alia, quæ non sunt certo ordini deputata, vt ibidem subiungit. d

c In dist. a. ff. d. num. 5.

3 Pro parte vero affirmante facit, quod licet præfati actus iure communi non sunt deputati certis ordinibus, sunt tamen iure particulari constitutionum præfati ordinis N. & Doctores dicentes incurtere irregularitatem ordinatos exercentes ordines suos generaliter loquuntur de exercentibus actus deputatos suis ordinibus, & præsupponitur in casu actus esse deputatos ordini sacerdotali.

Propter quæ omnia videtur nobis hoc dubium esse satis nouum, posseque ad vtriusque illius partem multa adduci, quorum tamen grauiora in prædictis argumentis insinuantur. Ad quæ adducenda non est nunc nobis iustum otium, & iusta valetudo. Sed vt paream iussui Domini mei potentis id mihi iubere, dico primo huiusmodi religiosum, qui faceret

A aliquem trium præfatorum actuum, non incurtere irregularitatem: quia licet sint actus deputati ordini sacerdotali per statuta ordinis, non tamen sunt diuina officia: & secundum mentem Doctorum duo requiruntur ad hoc, vt ordinatus excommunicatus, vel suspensus incurrat irregularitatem: alterum est, vt sit officium diuinum, per ea quæ dicimus in Man. confess. a & alterum vt sit deputatum alicui ordini certo: & præfati tres actus, vt prædicitur, non sunt diuina officia.

a Cap. 27. nu. 244.

Secundo, quod huiusmodi religiosus accipi potest à præfatis tribus actibus: nam licet exercendo illos non incurrat irregularitatem, peccat tamen; sicut suspensus eligendo, vel permittendo vt eligatur, non incurrit quidem irregularitatem, vt ait Panormitanus vbi supra, sed peccat secundum omnes, quia facit actum sibi prohibitum. b

b Ca. cum inter R. cum ei ad nos. de elec. c Si quis suadente. 17. qu. 4. & c. aduersus. & c. inter alia. de imm. ecclies. d Ca. 2. & c. si celebrat. de cler. excom. ministran. e Cap. v. cni. verbo. etate. de præben. li. 6.

B Tum quia ordinatus suspensus, & excommunicatus licet gaudeat privilegio fori, & canonis, c non tamen gaudet privilegijs alijs honoris & utilitatis conuenientibus ei ratione ordinis, puta, vt sit capax collationis beneficiorum secularium, vel regularium, & dignitatis, & honorum. d Vnde glossa memorabilis, e dicit, præbendam sacerdotalem, id est, quæ sacerdotium actu requirit in eo, cui est conferenda, non esse dandam ei qui factus est sacerdos ante legitimam ætatem. Tum quia interdicendus est ei ordinis usus. f Tum quia non debet ex suo delicto allequi, quod sine illo non fuisset assequutus. g Salua, & c.

S V M M A R I V M.

- 1 Suspensus, interdictus, vel excommunicatus, collectam in choro dicens sit irregularis.
- 2 Aquam solemniter benedicens censura inmodatus sit irregularis, sicut & solemniter baptizans, quia isti actus sunt certo ordini deputati.

CONSILIVM X.

QVIDAM presbyter suspensus, interdictus, vel excommunicatus dixit collectam in choro vti hebdomadarius. Quæsitum est, an sit irregularis.

1 Respondetur, quod sic, secundum Innocentium, h quem ad idem citamus in Manu. confess. i vbi tangitur firma ratio eius dicti, scilicet, quod facit actum certo ordini deputatum: qua eadem concluditur idem de illo, qui solemniter baptizat, vel solemniter benedicat aquam benedictam; quod etiam Siluester tangit. k

h In c. ff. de excess. prelat. i Cap. 27. nu. 244. k Ver. irregularitas. qu. 13.

S V M M A R I V M.

- 1 Irregularis est celebrans Missam in altari interdicto, sicut in ecclesia interdicta.

CONSILIVM XI.

AN celebrans in altari interdicto sit irregularis, sicut celebrans in ecclesia interdicta?

1 Respondeo, quod sic: quia contextus cap. v. qui. l expresse ait, esse irregularem, qui celebrat in loco interdicto, non se restringendo ad ecclesiam: & altare est locus, immo locus, vbi celebratur.

l De sent. excom. lib. 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Pontificalia exercens Episcopus, etiam semel, etiam solum calicem, vel corporalia consecrando in aliena diocesi sine licentia diocesani non cogitans id sibi non licere, sed credens bene facere, non eruat suspensionem à pontificalibus, nec irregularitatem, si sic ligatus, etiam non aduertens se ligatum, eadem postea exerceat.
- 2 Irregularitas, & suspensio etiam in foro conscientie incurritur, etiam ob ignorantiam & inaduertentiam exercendi iure prohibita.
- 3 Penitentia qua possit imponi ei, qui ob incogitantiam incidit in suspensionem, & irregularitatem.

CONSILIVM XII.

QVIDAM Episcopus abhinc aliquibus annis in aliena diocesi existens pontificalia exercuit sine licentia illius Episcopi, in cuius diocesi morabarur: & hoc fuit consecrando calicem, vel corporalia semel, idque bona fide fecit, nec habuit animum decretis Concilij Tridentini, aut factorum canonum contraueniendi, nec considerauit id sibi non licere: post id temporis Missas celebrauit, & omnia alia munera episcopalia administrauit, nihil ad hoc respiciens, sicut nec antea à principio aduerterat.

Quæritur

a Cap. s. fff.

Quæritur nunc, an Episcopus prædictus fecerit contra Concilium Tridentinum & incidit in pœnam in eo contentam, seu in alias pœnas à iure statutas; & si forte incidit, quomodo se in hoc casu gerere debeat.

b Cap. s.

Ad hoc dico primo, videri prædictum Episcopum incurrisse suspensionem, quam prædictum Concilium Tridentinum inducit, & consequenter incidisse per vsum pontificalium postea subsequutum in irregularitatem.

Secundo, data mihi facultate respondendi ad hunc casum à Summo Pœnitentiario, & à toto suo prætorio simul, & faciendi omnia, quæ Reuerendissim. Episcopo consulenti sunt necessaria; ego, potestate mihi in hoc facta, absoluerem prædictum Episcopum à prædicta suspensione, & dispensarem super irregularitate ob eam contracta, eam omnino abolendo, attento quod consecrationem prædictam non fecit in prædicti Concilij, & contentum, nec intendens illud transgredi, immo credens bene facere; & quod humili & deuota mente se prædictæ Sedis Apostolicæ censuræ subiicit, imposita tamen pro incogitantia & inaduerterentia huiusmodi suspensione decem dierum ab exercitio pontificalium, non tamen presbyteralium; & quod inter illos coronam Virginis decies diceret, & decies largiretur elemosynam, quæ sibi placuerit, & duobus alijs diebus non præceptis ante Natalem Domini ieiunaret. Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Monitorium, seu preceptum de soluendo ante condemnationem, sine clausula iustificante factum, est nullum simul cum excommunicatione exinde subsequuta.
2 Credere aduersario, quod sit in eius defensionem aliquid facturus, non debet aliquis. Vnde si aliter res succedat, non erit ob id in probabili ignorantia.
3 Monitus à iudice, vt quid facias sub pœna excommunicationis, lapsa tempore debet inquirere an excommunicatio fuerit contra ipsum lata; alioquin non est in illius probabili ignorantia: si tamen nullum habuit contemptum, sine quo irregularitas non incurritur, verè coram Deo non videtur irregulari, num. 4. licet sit secus in foro exteriori, num. 3.
4 Excommunicari potest absens, & ignorans; sed celebrando, si ignorantia sit probabili, non peccat, nec sit irregulari, immo & in foro conscientia excusatur ab irregularitate, quæ non incurritur sine contemptu, num. 4.
5 Collatio beneficij excommunicato, & illam ignorantij facta non tenet.

CONSILIVM XIII.

VIDAM presbytero fuit notificatum monitorium vicarij Episcopi sui iudicis, vt solueret quoddam debitum longè à loco iudicis, sed intra eandem diœcesim: qui sperans, quòd intimator impetraret, vt promissit, à creditore suo cognato dilationem, vel quòd daret literas debitoris procuratori suo, vt compareret coram vicario, exiit diœcesim, quo iter faciebat, cum esset monitus: & postea credens dilationem habitam fuisse, vel suum procuratorem comparuisse, & ira credens se non fuisse excommunicatum, celebravit, & obtinuit beneficium. Sed vicarius, instante parte, declarauit eum excommunicatum contra spem & credulitatem eius.

Quæritur, an is fuisset excommunicatus, antequam sciuisset declarationem factam, & an sit irregularis, & an collatio beneficij ei postea facta valuerit.

Respondeo sequentia. Primum, quòd, si monitorium prædictum præceptorium de soluendo debitum fuit factum sine clausula illa iustificatiua, Si te grauatam senseris, intra talem terminum comparem, fuit nullum, & excommunicatio per illud facta etiam nulla, per illa multa, quæ nos adduximus in relectione cap. cum contingat. post Baldum, quia non licet incipere ab executione ante latam sententiam, per illam l. i. nisi cum prædicta clausula iustificatiua, per quam præceptum executiuum resoluitur in citatorium, iuxta glossam singularem, sed suspicor prædictum monitorium habuisse prædictam clausulam.

Secundo, quod ignorantia prædicti D. consulenti non videtur fuisse probabilis: quia non debuit confidere, nec credere aduersario. Tum quia poterat scire, an absolutus esset, scribendo ad suum procuratorem, & etiam ad parochum sui oppidi.

d De rescrip. c. l. i. c. de re iudic. n. 14.

f Cap. ex parte de ver. sig.

3 Tertio, quod præfatus presbyter fuit excommunicatus, antequam notificaretur ei declaratoria: quia declaratio nihil noui inducit, sed iam inductum esse denunciat. Nec obstat glossa, in imo est pro hac parte, quatenus ait absentem & ignorantem posse excommunicari; licet excommunicatio ei non noceat ad hoc, vt eam non seruando peccet, vel incurrat irregularitatem, si ignorantia est probabilis.

4 Quarto, quod D. consulens non videtur incurrisse irregularitatem, saltem quo ad forum conscientia: quia nullum contemptum habuit, & sine illo non incurritur illa, vt dicit Panormitanus, & Dominicus.

Quinto, quod collatio prædicti beneficij fuit nulla, iuxta glossam communiter receptam, quam breuiter graui ratione fundauimus nos in Man. conf.

Sexto, quod consulens deberet impetrare quo ad forum conscientia tantum dispensationem ad retinendum beneficium, & etiam ad cautelam super irregularitate, si & quatenus opus sit, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus, fructus & distributiones beneficij antea legitime obtenti perdit, irregularis autem non.

CONSILIVM XIII.

VIDAM excommunicatus celebravit, & ob id incidit in irregularitatem, & non obstante ea percepit fructus, & distributiones quotidianas. Quæritur quid faciendum.

Respondetur, quod licet per excommunicationem perdat quis fructus, & distributiones beneficij eo modo, quo dicitur in cap. pastoralis. & adiuncta glossa, tamen, qui est irregularis, non perdit fructus propter irregularitatem, neque distributiones beneficij haberi iuste ante irregularitatem incursum, iuxta sententiam Innocentij receptam, & ira irregularis nullatenus tenetur restituere fructus, nec distributiones beneficij ante iam canonicè adepti. Per quod cessat quæstio proposita, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus, & interdictus ministrans, vnam ex duabus causis, vel verius duas incurrit irregularitates, quarum vna sine altera tolli potest, sed non prodest, donec altera tollatur.

CONSILIVM XV.

AN qui est excommunicatus, & interdictus, celebrando incurrat duas irregularitates?

Respondeo; duas irregularitates incurri, aut vnam ex duplici causa, argum. notatorum in cap. cum pro causa. Tum quia qui contra duo, tria, vel quatuor præcepta vno actu peccat, totidem peccata committit, quot præcepta transgreditur, aut vnum peccatum cum tot circumstantiis necessario confitendis, quot præcepta est transgressus, vt diximus in Man. conf. Tum quia nulla ratio reddi potest, cur magis incurratur ex vna causa, quam alia; & non potest dici ex neutra incurri, & ita indigebit huiusmodi irregularis duplici dispensatione, aut vna ex duplici causa. Mihi autem iuri consonantius videtur, duplicem irregularitatem incurri, & alteram sine altera tolli posse; sed donec altera tollatur, sublatione alterius vti non posse, sicut de excommunicato dicitur duplici ex causa.

SUMMARIUM.

- 1 Absolutio à censura ob vnam causam incurfa tenet, sed non extenditur ad incurfas ob alias causas.
2 Pluries incidens in actum, cui annexa est excommunicatio lata sententia, plures incurrit excommunicationes: & si sic ligatus celebrat, contrahit irregularitatem ex diuersis causis, adeo vt non sufficiat absolutio & dispensatio ab vna, & num. 2.
3 Dispensatio super vna irregularitate incurfa ex vna causa tenet quo ad illam, sed non extenditur ad contractam ex alia causa.
4 Dispensatus super vna irregularitate cum retentione beneficij in ea obtenti, cum pluribus teneretur obnoxius, tenetur etiam ab alijs dispensationem impetrare, cum noua dispensatione retinendi dictum beneficium in eisdem obtentum.

a L. barades palam. post princip. ff. de testam. b Cap. Apostolica. de cle. excom. munif.

c In d. s. verum. d Ca. soler. de sent. excom. l. 6. e Cap. Apostolica. de cle. excom. min. f Cap. 27. m. 271. vers. 8.

g Verum hinc verbosius trahuntur, de appellatio i In c. cu nobis. de coecl. prob.

k De sen. excom. & ca. ex parte. de offic. ordin.

l Pral. s. nu. 20.

m In d. ca. ex parte.



CONSILIVM XVI.

QVIDAM incidit in censuras extrauagantis ab ipso. Gregorij XIII. octies, & celebrando incurrit irregularitatem, & manens in ea obtinuit quoddam beneficium, & postea obtinuit absolutionem à censuris duabus de causis incurfis, cum retentione beneficij.

Quæritur, an absolutio eius valuerit, & an dispensatio super irregularitate incurfa ex celebratione in excommunicatione incurfa duabus de causis extendatur ad irregularitatem incurfam ob celebrationem in alijs excommunicationibus, in quas alijs de causis incidit.

1 Respondeo primo, quòd absolutio ab illis duabus excommunicationibus incurfis ob illas duas causas valuit, sed non extenditur ad alias incurfas ob alias causas, secundum veriore intellectum cap. ex parte. & ideo necessaria est absolutio excommunicationum incurfarum ob alias causas.

2 Secundo, quod dispensatio super irregularitate contracta ex vna causa, valet quidem quo ad illam, sed non extenditur quo ad aliam contractam alia de causa. Tum per prædicta capp. & paritatem rationis, quæ in excommunicatione & irregularitate quo ad hoc inueniri videtur. Tum quod nemo diceret dispensationem super irregularitate contractam ex vno homicidio extendi ad irregularitatem contractam ex alio simili homicidio: immo non pauci dubitarent, an dispensatio super irregularitate contracta ex vno homicidio valeret, non facta mentione de dispensatione irregularitatis contractæ ob aliud, per l. 2. b & quod ibi per illam dixerunt Guilielmus de Cuno, & Baldus & alij relati à Felino. c

3 Tertio, quod facultas retinendi beneficium collatum, non obstante irregularitate vna, non videtur extendi ad retentionem eiusdem, non obstante alia irregularitate. Tum per prædicta. Tum quod voluntas non fertur in incognitum, secundum Augustinum receptam, quod etiam sentit Iuriconsultus, d & Papa, e ergo voluntas Papæ volentis facere quem habilem, non obstante quadam irregularitate sibi expressa, non videtur velle facere habilem, non obstante alia, quam ipse non nouit, quæque ipsi non exprimitur.

Quarto, quod ex his est consequens D. consulentem debere sibi providere de absolutione aliarum excommunicationum, & dispensatione aliarum irregularitatum, & noua retentione beneficij quæ sit in statu irregularitatis. Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Irregularitas non tollitur nec per clausulam, Absoluentes te à censuris, &c. nec aliter, nisi exprimat.
- 2 Suspendio, ex notorio concubinato tollitur per penitentiam, sed non irregularitas contracta ex eo.
- 3 Motu proprio rescribens Papa non censetur ob hoc dispensare super his quæ iure communi obstant.

CONSILIVM XVII.

DE eo, qui factus irregularis ob notorium concubinatum, impetravit à Papa beneficium.

Vnde quæsitum fuit primum, an per clausulam bullis inferi solitam, Teque à quibusuis, &c. censetur secum dispensatum super irregularitate.

Secundo, an per penitentiam illa tollatur. Tertio, an per illa verba, Animum suum mouentibus, &c. videatur Papa dispensare.

1 AD PRIMAM quætionem respondetur, quod non, quia numquam videtur Papa absolueret ab irregularitate, vel facere facultatem absoluedi ab ea, nisi id exprimat, vt diximus in Manual. f

2 AD SECUNDAM, quod licet suspensio, quæ incurritur per notorium concubinatum, ipso iure tollatur per penitentiam, vt nos diximus in Manual. g irregularitas tamen orta ex celebratione publici fornicarij non tollitur ipso iure per penitentiam, vt nos satis exprimimus in d. Manual. h immo nec irregularitas nata ex publico concubinato, vt habet glossa Pragmaticæ functionis Gallicanæ, i pro qua ibi habentur textus.

3 AD TERTIAM, quod non satis intelligo, quo modo illa clausula possit prodesse impetranti, si verbum *animum* referatur ad Papam, & minus si referatur ad impetrantem: &

a De offi. ord. &c. cum pro causa de sententia. exco.

b C. de Episc. audien. c In c. postula sibi. col. 4. de rescripto.

d In l. de qua re. ff. de iudic. e In c. super li. fori. de rescr.

f Cap. 27. nu. 254.

g C. 27. nu. 154.

h Cap. 15. nu. 77. i Tit. de concubinarijs. §. & nihil. verbo inhabilis.

A quod certum est, Papam, etiam si motu proprio scribat, non inducere dispensationem circa ea, quæ iure communi obstant, vt post alios scribit Philippus Francus, a & ad rectè iudicandum oporteret videre verba prouisionis. Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Episcopus ex facultate Concilij absoluit ab excommunicatione simoniaco in beneficio, & cum eo dispensat super irregularitate, quia sic ligatus ministravit, modo simonia sit occulta. num. 2.

CONSILIVM XVIII.

B ABSOLVERE, & dispensare an valeat Episcopus eum, qui simoniaco beneficium adeptus est, & postea in ordinibus ministravit?

Qui diceret non posse Episcopum absolueret ab excommunicatione ob prædictam simoniam incurfa, multum iuuat b Concilium Tridentinum, c quatenus dat facultatem absoluedi à suspensione, & dispensandi in irregularitate, nulla facta mentione de excommunicatione: & qui de vno dicit, de alio negare videtur. d Sed contrarium videtur probabilius, eo quod licet expresse non det facultatem absoluedi ab excommunicatione, dat tamen tacite. Tum quia dat facultatem absoluedi in omnibus casibus referuatis etiam Papæ; & nullus est talis, qui non habeat excommunicationem annexam, vt in Manu. e Tum quia dat facultatem absoluedi ab hæresi, cui est annexa excommunicatio, & non qualis qualis, sed prima referuatarum in bulla Cœnæ: & excommunicatio ob simoniam in beneficio incurfa, licet sit referuata Papæ, per extrauagantem secundam de simonia, non tamen continetur in bulla Cœnæ, quare Episcopus potest dispensare super irregularitate incurfa ob celebrationem factam post commissam simoniam prædictam; quia prouenit ex delicto occulto; & super omni tali datur Episcopo facultas dispensandi: & qui totum dicit, nihil excludit. f

DE CLERICO NON ORDINATO MINISTRANTE.

SVMMARIVM.

- 1 Irregularis sit, qui vtitur ordine sacro, quem non habet; nec potest ascendere, nu. 3. nec suscepti vi sine dispensatione. nu. 4. quæ non à Pœnitentiaro, sed à Papa obtinenda. nu. 2.
- 2 Parochialem legitime obtentam ob non promotionem amittit, qui nullo modo intra annum accipit sacerdotium; alias secum, etiam si male illud suscepit.

CONSILIVM I.

E SPONDEO primo, quod dominus consulens est irregularis: quia vtens actu peculiari ordinis sacri, quem non habet, sit irregularis, vt diximus in Man. conf. g

2 Secundo, quod Pœnitentiarius minor non habuit potestatem absoluedi ab irregularitate: quia id ad solum Papam pertinet, vt adnotat Siluester. h

3 Tertio, quod male fuit promotus ad ordines sacros: quia irregularis non potest ordinari eis: nam cap. secundum, i dicit, quod numquam ordinetur.

4 Quarto, quod non potest vti prædictis ordinibus sine dispensatione, quia est irregularis.

Quinto, quod ad concedendum dispensationem, adiuuat non celebrasse.

5 Sexto, quod si intra annum non fuit ordinatus presbyterio bene vel male, perdidit beneficium curatum, si erat parochialis ecclesia, per cap. licet canon. k & indiget noua prouisione, si autem fuit ordinatus bene vel male intra annum, non perdidit illud ipso iure propter delicta prædicta, licet posset priuari per sententiam, si probari posset. Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Occulta, quo ad effectum vt Episcopus possit dispensare, non desinit esse irregularitas incurfa ob actum celebratum coram ignorantibus actum esse prohibutum, vel ex eo incurri irregularitatem, vel si solum sunt duo, vel tres, seu alibi celebravit, quam vbi erat nota excommunicatio; & hoc, modo de illis irregularitatibus nulla sit contra ipsum orta fama.
- 2 Dispensandi facultas vti favorabilis amplianda, licet actus dispensandi sit stricte interpretandus.

a In c. si motu proprio. de prob. lib. 5. num. 1.

b Ca. 6. licet. c Sess. 24.

d Leg. c. supra. de iudi. c. qualis. d. 25.

e Cap. 27. nu. 261.

f Cap. solica. sub. ff. de maior. & obed. cum sua concord.

g Ca. 27. nu. 242.

h In ver. irregularitas 12. i De clerico non ordinato ministr.

k Et ca. commissa. de elec. lib. 6.

CONSILIVM II.

N. DIACONVS solemniter publice coram multis baptizavit quendam, ob quod videtur incurrisse irregularitatem cap. 1. cum nequeat diaconus iure baptizare solemniter, quod est munus presbyteri. Qui tamen circumstantibus, nesciebant id muneris esse illi prohibitum; & si aliquis id sciebat, nesciebat tamen per id incurri irregularitatem.

Quæritur, an cum tali diacono possit dispensare Episcopus per facultatem à Concilio Tridentino traditam ad dispensandum in irregularitatibus occultis.

Quid item dicendum sit de faciente aliquid, ob quod excommunicationem incurrit, coram aliquibus, qui nesciunt illam in illo casu incurri, vel non nisi duo, vel tres.

Quid item de excommunicato in alia dicecesi, vel alia vice, & celebrante in alia, vbi nescitur an sit excommunicatus.

Responderi posse videtur, licere in his casibus Episcopo dispensare super irregularitatibus prædictis, modo nulla de illis contractis fama orta fuerit. Tum per adducta in nostro Manual. confess. Tum quod licet dispensatio, siue actus dispensandi strictè debeat intelligi, iuxta cap. 1. & 2. potestas tamen dispensandi est favorabilis, & amplianda, iuxta glossam singularem, & tradita latius per Felinum & ab eo citatos.

Aduertendum sacri. Concil. dare Episcopo facultatem dispensandi super irregularitate, si procedat ex occulto delicto, quale non videtur hoc, licet in multis, coram quibus Diaconus baptizavit, ignorans ex dicto actu incurrisse irregularitatem. Nec contrariam probatur d. cap. 27. num. 255. alias 250.

S Y M M A R I V M.

Baptizans solemniter diaconus, ut diaconus, non ut sacerdos, non est suspensus, nec ministrando efficitur irregularis saltem in foro conscientie.

CONSILIVM III.

DIACONVS ad firmandam pacem inter eius propinquos ex vna parte, & quosdam ex altera, rogatus infanter solemniter, credens se posse, prout à quodam sacerdote id licere, & aliàs ab eodem factum fuisse audiuerat, baptizavit, petita etiam prius licentia à loci archipresbytero, qui etiam dictæ actioni, ne ipse in aliquo erraret, assistit. Et quia postea ad presbyteratus ordinem se promoueri fecit, & ministravit, dubitatur an sit irregularis.

Pro affirmatiua facit primo conclusio communis, quod ministrans solemniter in ordine, quo quis non est insignitus, irregularitatem incurrit, vt post alios scribit Dominatio tua in Manual. & in tractatu de oratione, vbi affirmat solemnem baptismum esse actum proprium presbyterij ratione consecrationis: & de hoc est textus.

Secundo, nam prædictus diaconus, exercendo actum presbyterij, nedum efficitur irregularis quo ad sacerdotium obtinendum, sed etiam ipso iure suspensus est ab ordine diaconatus, vt probatur in cap. 2. iuncta maximè doctrina Abbatis antiqui ibidem asserentis hunc ad hoc, vt possit in ante susceptis ministrare, egerit misericordia Episcopi, quam faciet Episcopus, vt inquit ibi textus, postquam steterit arbitrio Episcopi biennio vel triennio suspensus: tunc sic suspensus celebrans efficitur irregularis, ex doctrina D. tua, adducendo cap. 1. ergo & iste irregularis est.

Tertio, si suspensus ab aliquo actu ordinis ministrans in eodem efficitur irregularis, vt supra dictum fuit, multo magis efficitur talis, si ministrat in eodem, si illo omnino careat, quo argumento post alios vtitur Abbas.

Ad secundam, contra consulentem facit, quod qui alieno negotio sponte se ingerit, scire tenetur omnia, quæ ad illum actum exercendum legitime sunt necessaria, ex D. Thoma, quæ si ignoret, non excusatur vt scribit Dominatio tua in suo Manual. p. argum. cap. innotuit. vbi glossa. Nec dictum prædicti sacerdotis, vel prædicti archipresbyteri assistentia præbet iustam excusationem: nam tunc opinio doctoris excusat consulentem, quando consultus reputatur doctus, vt ait Alexander, qui num. 3. inquit post Angelum. Quis consultus non periculum, excusatur quidem à dolo, sed non à temeritate: qualis non fuit dictus sacerdos. Archipresbyter autem nihil dixit, sed rogatus, vt hoc permitteret, permisit; quæ actio non videtur præbere sufficientem excusationem, maximè in hac materia, quæ videtur potius referenda ad lucrum non fa-

ciendum, quam ad damnum euitandum; cum, vt Alexander, dixit in simili, hoc damnum non celebrandi habeat originem à lucro, scilicet à dono Ecclesie, quæ donauit, seu donat per ordines facultatem ministrandi.

Contrariam autem partem tenere non omnino improbabile videtur, ex hoc vno argumento: Nec irregularitas, nec suspensio ipso iure est inducenda nisi in casibus in iure expressis. De primo est textus in cap. 5. qui. De secundo, cum sit priuatio, seu impedimentum iuris, quod quis habet, est glossa. Sed sic est, quod in casu nostro nullibi à iure hæc pœna imponitur; ergo nec imponenda est à nobis. Et ad contrariam videtur posse responderi. Ad primū respondetur, quod procederet, si dictus consulens solemniter tamquam sacerdos baptizasset, ad hoc enim vt incurratur irregularitas, non sufficit, vt quis solemniter baptizet, sed oportet vt faciat sub nomine, seu sub persona presbyteri, fingens se, seu reputans se sacerdotem, hoc mihi probat Abbas antiquus, qui, inquit, Per totum istum titulum dicitur, quod non ordinatus celebrans vt ordinatus, deponitur. & glossando textum, inquit, Baptizauerit, supple, vt sacerdos. Sed sic est, quod dictus consulens baptizavit quidem solemniter, sed non baptizavit vt sacerdos; sed vt diaconus, ad cuius ordinem credebat spectare dictum actum exercere. Hoc idem mihi probat & clarius Hostiensis ibidem, qui sequendo prædictum doctorem inter cætera exemplificat dicendo, Vt si diaconus usurpet officium presbyteri, ac si talis esset, cum non sit. & paulo inferius exponendo verbum, propter temeritatem, inquit, Quin immo & falsitatem: nam gerit se pro milite, cum non sit. Eadem etiam expositio deducitur ex Panormitano, qui in positione casus loquitur de eo, qui, cum non esset ordinatus, ministrat, tamquam si esset ordinatus, & inquit, quod tenetur pœna falsi, sicut non habens dignitatem, qui simulat se eam habere, & vtitur illius insignibus, subdens, Quod nota contra eos, qui ex remotis partibus venientes dicunt se esse doctores, cum non sint. Et hoc etiam innuit Dominatio tua, qui duo in hoc casu requirit. Primū, vt exercuerit actum ordinis. Secundum, vt exercuerit illum tamquam dicto ordine insignitus. Sed sic est, quod dictus consulens exercuit quidem actum ordinis sacerdotalis, sed tamen illum non exercuit vt sacerdos, nec gessit se pro sacerdote, sed exercuit illum vt diaconus, gerens se pro diacono; vnde non dicitur comprehensus sub dicta censura. Nec dicamus sufficere dictum diaconum baptizasse eo modo, & sub illa solemnitate, sub qua baptizat presbyter, vt videtur posse colligi ex dictis aliquorum doctorum. Nam cum verba sint formaliter accipienda, & non materialiter; de hoc diacono non est verum dicere, quod baptizauerit sub persona & nomine sacerdotis, licet vsus fuerit eisdem caerimoniis, quibus vti solent sacerdotes: quod non sufficit, vt etiam colligitur ex Lapo. Ad secundum respondeo, procedere, si ministrasset tamquam sacerdos, vt probat Abbas antiquus, qui, vt dixi prædictam eius glossam applicat ad omnia contenta sub dicto titulo. Item videtur posse dici hunc non esse suspensum, sed suspendendum, vt videtur colligi ex Abbate Panormitano & aliis ibi, qui dicunt, quod talis suspenditur. Hoc etiam confirmatur ex textu; ibi, triennio, vel biennio arbitrio Episcopi. ergo non est suspensus antequam Episcopus dictum tempus arbitretur, vel statuat. Item & verba textus, hoc inuunt, ibi, Abiciatur de ecclesia. & sic innuit à iudice suspendendum: Ad tertium, procederet, si ministrasset tamquam talis, & fingens se talem; quod non fecit. Quod autem ad ignorantiam spectat, & si non sit necesse videtur admittenda. Nam dicta pœna irregularitatis & suspensionis non imponitur simpliciter dicta facienti, sed eadem temerarie facienti, vt patet ex textu, ibi, propter temeritatem, quod verbum indicat illum, qui scienter & ex proposito & sine causa rationabili aliquid de prohibitis facit, vt habet Cardinalis, qualis non videtur iste, qui potuit credere verisimiliter dicto sacerdoti in prædictis ad eius officium spectantibus, ac etiam suo prælato, à quo in effectu petiit netum licentiam, sed etiam consilium; maxime cum hæc materia non videretur admodum difficilis scitu: quo casu non videtur necessarium petiores adhibere, ex notatis per Abbatem. Item hic sumus potius in materia damni vitandi, scilicet, ne qui habet characterem, perdat vsu, quam in materia lucri non faciendi; quo casu ignorantia iuris excusat, etiam quod petiores non adhibueris, vt habet glossa, p. saltem vt euitet pœnam, ex Bartholo. Ad

a Vbi supra.

b De sententia excom. in 6. c. In c. si. gloss. pen de iur. pa. sr. Rom. conf. 325. num. 3.

d In d. c. v. de cler. non ord. minist. c. In ver. Baptizauerit.

f In d. c. 1. g Num. 1.

h Dicit. e. 27. num. 242. d.

i In d. cap. 1.

k Alleg. 28. d. dispensat.

l In d. cap. 1.

m In d. c. 1. n Cle. 1. 5. si quis. not. de statu. monac. o In c. propositioni. de probation. n. 6. c. anteced. & seq. p In l. regula. verb. raro ff. de iur. & fact. ign. q Leg. quod verum ff. de posui.

a De clerico non ordinato ministrante.

b Cap. licent. de refer. sess. 24.

c Cap. 27. num. 250. d De fl. prof. lib. 6. e In d. c. 1. d. offic. vica. f In c. postula. si. de v. scrip.

g Cap. 27. num. 242. h Ca. 6. n. 42. i In cap. 1. de clerico. non ord. ministr.

k Eod. titul.

l In d. c. 27. n. 203. & alibi supra. m De re. ind. & de sen. excommunic. in 6. n In d. c. 2. de clerico. non ord. ministr. o In 2. q. 76. n. 2. in corpore. p Cap. 25. num. 47. q Verbo ignorantia. de e. l. cum con. cor. r Leg. in v. ignorantia. Co. qui admittit. s In l. Plagij. Co. ad l. Flaminio. de Plagij.

doctrinam Angeli, & Alexandri respondeo hunc consuliisse tales, de quibus probabiliter poterat credere, quod essent periti, saltem in pertinentibus ad dictum negotium: nec enim aliter quis ad curam animarum debuit ab Episcopo admitti, maxime conferendo archipresbyteratum, nisi sciret, quomodo, & per quos debeat conferri sacramentum baptisimi. Item doctrina predicta Alexandri & Angeli procedit, quando hec excusatio cedit in damnum aduersarii, qui sumptus & damna non possit recuperare; in casu autem nostro facilius admittitur excusatio, quae in nullius damnum tendit. Ex quibus cupio hunc pauperem sacerdotem non egere aliqua dispensatione, quam non potest obtinere in foro exteriori nisi cum dispendio temporis, & pecuniarum, quibus adeo caret, ut exercitio ordinum cogatur victum quaerere. Requiritur modo Dominationis tuae sententiam.

PER EA, QVAE SVBTLITER & erudite supra citantur, videtur iudicandum, quod dictus diaconus vere quo ad foru Dei & conscientiae non est irregularis, sed quod in foro exteriori iudicaretur talis: quia praesumeretur baptizasse tamquam presbyter usurpando officium presbyteri, ut nos in Man. supra citato diximus de constituto in minoribus cantante epistolam cum manipulo, ubi non est consuetudo id faciendi, qui tamen locus errore typographi est vitiat, & debet sic legi; *Quin pridem respondi, quod quamuis clericus prima tonsura, qui solemniter cantauit epistolam cum manipulo tamquam subdiaconus, ubi non erat consuetudo cantandi eam cum illo, nisi subdiacono, sit irregularis; in foro tamen anima non est talis, si noluit id facere tamquam subdiaconus.* Hae ibi. Arbitror autem, quod si probarentur omnia quae narrantur in casu de assistentia archipresbyteri, & quod a quodam sacerdote audiuit id ei licere, & quod tam bona de causa illuc adiuit, &c. etiam in foro exteriori iudicaretur mundus ab irregularitate: quoniam constaret non fecisse id illum dolo, neque cupiditate, neque contemptu, sed bona fide; quae cum non concurrant, non incurritur irregularitas, ut definit Panormitanus, & Dominicus, per glossam penultimam. Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Irregularis non est diacono baptizanti aliter, quam auctoritate, aut mandando, assistens.
- 2 Credi debet saltem iuranti in his, quae ab animo pendunt.
- 2 Irregularis quo ad forum exterius in dubio non debet qui iudicari, licet ipse se tali debeat iudicare in foro conscientiae.

CONSILIVM IIII.

QVAESITVM est, an parochus dans licentiam diacono baptizandi solemniter, & assistens eidem baptizanti, ita incurrat irregularitatem, sicut ipse diaconus, per cap. 1.

1 Responderetur, quod non, eo quod dederit illam: quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus expressis a iure, & de quibus non est hic neque eo, quod astiterit, si astiterit ut quilibet alius, vel ut corrigeret eum, si erraret, secus si astiterit auctorizando, aut mandando, per clem. Archiepiscopo, & adiecta gloss. h.

An autem tali parochi accusato, & dicenti se solum astitisse sola causa corrigendi, & non auctorizando, debeat in dubio credi, & iudicari non esse irregularis? Responderetur, quod sic.

2 Tum quia in his, quae pendunt ex animo alicuius, credendum est ei, saltem id iurando affirmanti, iuxta duas glossas quarum utraque est recepta, & putata ab aliquibus singularibus, & cap. significasti. de homic. ubi aptus in hoc textus. Tum quia actus, qui potest interpretari commodè esse delictum, & non delictum, debet interpretari non esse delictum, & ubi textus in hoc aptissimus. Tum quia, licet quis se debeat in dubio iudicare irregularem quo ad forum conscientiae, in exteriori tamen debet iudicari a iudice non esse talis, ut nos determinamus in Man. nostro conf. 1. & antea in cap. si quis autem. per rationes aptiores & firmiores eis, quas Panormit. reddit communiter receptus, sed a nobis per eandem limitatus.

SVMMARIVM.

- 1 Subdiaconus qui non est in Missa Parasceues potest partem & totam passionem ut lector cantare sine stola, sed tunc sacerdos debet secreto passionem legere.
- 2 Epistolam sine manipulo quilibet clericus, non quidem ut subdiaconus, sed ut clericus cantare potest.

CONSILIVM V.

AN qui inseruit in celebratione Missarum solemnium tamquam subdiaconus, licet subdiaconus non sit, possit in die Parasceues passionem D.N. Iesu Christi una cum sacerdote cantare?

1 Respondeo, quod licite poterit cantare unam partem passionis a tribus cantanda, modo id faciat sine stola, & modo non seruiat in aliis partibus Missae ut diaconus, & presbyter ipse cantet aliam partem ut diaconus, & reliquum Missae peragat sine diacono, vel cum alio, qui ut diaconus aliam partem eiusdem passionis cantauerit. Tum quia id non est uti ordine diaconatus, sed uti officio cantor. Tum quia secundum Panormitanum & communem, quilibet clericus sine manipulo potest cantare epistolam, non tanquam subdiaconus, sed tanquam alius clericus, & cantor, vel lector.

2 Quin & forte de stricto iure dici posset, quod solus totam passionem sine stola cantare posset, modo id non faceret ut diaconus, sed ut quidam cantor; nec seruiret ut talis in aliis partibus Missae, & presbyter, qui eam facit, sub silentio legeret sibi totam passionem, ac si non cantaretur ab alio, vel ab aliis: quia etiam ratione clericus minorum ordinum potest cantare epistolam Missae cantata sine manipulo, ut clericus, cantor, vel lector, eadem subdiaconus, immo & eo minor videtur posse cantare euangelium ut cantor sine stola, modo non seruiat in aliis ut diaconus, & presbyter dicat sibi de more sub silentio euangelium cantandum, & ubi est eadem ratio, idem ius est censendum. Salua, &c.

DE EO QUI FVRT. ORD. SVSCEPIT. SVMMARIVM.

- 1 Minor, etiam infans, ordinatus suscipit characterem indelebilem.
- 2 Intentio saltem virtualis faciendi quod facit Ecclesia, si desit collatio sacramenti, est omnino irrita & nulla. nu. 3. & talis debet de nouo ordinari. nu. 6.
- 4 Baptizans feminam, quam credebat virum, intendens virum, & non feminam baptizare, nihil facit: sicut nec qui 11. hostias, quas 10. esse credebat, & non plures, eas consecrat, intendens decem, & non plures consecrare; secus, si intendit baptizare, & consecrare id quod est oblatum est. nu. 5.
- 5 Protestatio, quam facit Episcopus ordinationes tenens ad ordinandos, ne patientes defectus accedant, quia non intendit eos ordinare, si vere concordat cum intentione, peccat quidem in hoc Episcopus, nu. 12. sed tales ad ordines accedentes characterem non recipiunt, sed debent denuo ordinari. nu. 6. quod si fiat ad arcendum tales, eo quia displicent Episcopo quod tales accedat, recipiunt characterem, n. 7. & seq. & in dubio, secundo, & non primo modo censendum erit facta fuisse protestationem. nu. 10.
- 7 Voluntas, seu desiderium volendi quod aliquid fiat, & intentio non faciendi differunt, unumque sine altero esse potest. nu. 8.
- 9 Ordines & beneficia conferens, licet cupiat & velit ut nullus indignus accedat, potest tamen sine peccato velle ut collatio talibus facta teneat. nu. 7. & 8.
- 11 Publicam gerens personam, cum teneatur secundum exteriora iudicare, potest sine peccato velle verum sacramentum conferre digne secundum forum exterius, licet indigne secundum interius, accedentibus.

CONSILIVM I.

AN ordinatus ad ordines factos ante legitimam aetatem, mentitus illam Episcopo interroganti, an haberet eam legitimam, sit verè ordinatus coram Deo, & in foro conscientiae, maxime si protestetur Episcopus, ne patientes defectus accedant, quia non intendit eos ordinare?

1 Pro parte affirmante faciunt primo cap. sanctorum, & cap. neminem. & extrauagans Pij II. & alia multa, quae praesupponunt ordinatos ante legitimam aetatem, vel alium defectum patientes esse suspendendos, vel suspensos ab usu ordinis sic accepti, & praesupponunt non esse iterum ordinandos.

Secundo, quod etiam puer & infans verum ordinem, siue characterem indelebilem ordinis acciperet, si Episcopus eum ordinaret, secundum omnes.

Tertio, quod frequentissimè petuntur in Praetorio Poenitentiarum absolutiones a predictis suspensionibus, & conceduntur, nullo eis praeepto facto, ut denuo ordinentur.

Quarto, videtur casus in c. 1. quatenus probat, ordinatum ab Episcopo, qui prohibuit etiam sub excommunicatione latae sententiae, ne quis non examinatus accederet ad ordinationem suam, accipere verum ordinem & characterem, etiam si non sit examinatus, nec approbatus.

2 Pro parte verò negante facit primò, quod omne sacramentum est ipso iure irritum, & nullum omnino, si minister, qui conficit illud, non habet intentionem actualem, vel saltem virtualem cõficiendi illud, ut asserit Tho. cõmun. recept. 2. Tum

a Cap. 27. nu. 242.

b In c. pastorali. l. 9. verum de appellat. c. in ca. soler. sub fin. d. Eiusdem de sententia excommunicacionis lib. 6.

c De cler. non ordinat. nisi. f. Cap. 4. qui de ians. excõ. lib. 6. g. De primil. h. Verbo celebrari.

i In §. abitor. qui alios incipit, sed iste Inhs. de act. k. Leg. merito. f. pro soc. c. c. 2. de reg. iur. l. Cap. 27. nu. 139. m. Depo. d. 7. n. In c. ad au. diencia. de homic.

n In c. de cle. non ord. nisi.

b Leg. illud ff. ad i. Aquil. c. c. dudum. 2. de elicit.

c 70. d. & ca. cum secundum c. m. de pra. c. cu per suas 2. de sumon. c. c. vel non est compos. de ed. ord.

d De eo qui furt. ord. suscepit.

e In 2. p. q. d. 4. a. b.

quia

quia ea, quę sūt apra in multa, nō vidētur efficacia, nisi deter- minētur ad vnū; & facta, quę in sacramētis interueniūt, pos- sūt adaptari ad multa, vt palā est de verbis formę baptisimi, & aqua, & lotionē; de verbis itē & materia Eucharistię, & de alijs similiter. Tū quia licet in his, quę aguntur per instrumētū inanime, non requiratur intentio, cuius illud est incapax; sed motus & applicatio ad opus supplet vim intentionis: in his tamen, quę fiunt per instrumentum animatum rationale, videtur necessaria intentio saltem virtualis, de qua videtur lo- qui S. Thomas, licet loquatur de habituali, vt etiam Caieta- nus ibidem dicit, & ei concordat Sorus. Quę aut sit talis, diximus in Enchirid. de orat. b

Secundo, quod ita definitum est à Concilio Tridēno, c in hęc verba, Si quis dixerit, in ministris, dum sacramenta con- ficiunt, & conferunt, non requiri intentionem salte faciendū quod facis Ecclesia, anathema sit.

3. Tertio oportet, quod ordinatio sit actio humana: sed actio humana non potest esse sine intentione; ergo requiritur intentio faciendū saltem in genere, quod Ecclesia facere intendit.

Quarto, quod Hostiensis in summa de baptisimo, d dicit, quod furiosus non potest baptizare.

4. Quinto, quod baptizās aliquem, quem putat esse virum, & re vera est femina, non censetur conferre verum baptis- mum, si intendebat baptizare virum, & non feminam: quā- uis sic, si intendit baptizare id quod ei offertur, quidquid il- lud sit, secundum Hostiensē vbi sup. quem sequitur Silue- ster, e declarans recte, non sufficere intentionem habitualem, nec requiri actualem, sed tantum virtualē, & quid intersit in- ter illam & habitualem, quod latius explicat Sorus: f

5. Ad hoc facit determinatio Calderini, quam sequitur Pa- normitanus, g quod si sacerdos habens u. hostias in altari, & credens illas non esse nisi 10. pronitit super eas verba conse- cratoria ea mente, vt consecraret omnes, quas habebat in prę- sentia, omnes essent consecratę: si autem ea mente protulit, vt tantum 10. consecraret, & non plures; licet essent plures, nullam censeretur consecrasse.

Sexto, quod Petrus Rebuffus, h expresse determinat, quod si Episcopus protestaretur se non intendere ordinare aliquem eorum, qui p̄tunt ordinari ab ipso, nisi eos, qui prius fuerint examinati, & probati, non acciperent verum ordinem, qui aliter accederent ad ordinis assumptionem.

6. Pro cōcordia p̄dictorum pro vtraque parte citatorum, dicendū videtur primo, clericum ætatis legitime defectum patientem ordinatum ab Episcopo, qui protestatus fuit ore & mente se non intendere ordinare aliquem huiusmodi de- defectum patientem, non esse ordinatum, & debere ordinari denuo, vt probant argumenta pro parte negante adducta.

2. Secundo, quod si protestatio huiusmodi fuit ore tantū facta, ad arcendum audaciam nimiam accedentium illegiti- mē ad accipiendos ordines, vt aliquos facere intelleximus, nō autem mente, quia nolebat in tantum discrimen & scandalū adducere à se ordinatos; iudicandi essent coram Deo ordina- ti: quia coram eo veritas p̄ualet. i

Tertio, quod si huiusmodi protestatio sola mente fieret, ita quod Episcopus verē illa esset mente & intentione, quod nollet ordinare, neque imprimere characterem eis, qui ætatis defectum paterentur; verē coram Deo non essent ordinati: quia verē coram Deo defuit Episcopo intentio ordinandi, per eadem argumenta pro parte negante adducta.

7. Quarto, quod si Episcopus nec ore, nec mente decreuit nullatenus ordinare eiusmodi defectum patientes, sed solum noluit vt illi ordinarentur, & prohibuit ne accederent ad ordinationem; censendi sunt ordinati, qui talem defectum pa- tientes ordinarentur. Tum quod pro hoc est casus expressus in d. c. r. k adducto in 4. arg. partis affirmantis. Tum quod idem est iudicandum quo ad hoc de quolibet alio defectu, ob quem vetatur iure ordinatio, ac de defectu ætatis: quia nul- lus bonus Episcopus vellet vt inhabiles ordinētur ad ordines: sed non sequitur ex hoc, quod noluit imprimere characterem eis. Tum quod omnia iura tacta in primo argumento eiusdē partis, quibus suspenduntur male ordinati ab Episcopis, p̄- supponunt, quod patientes tales defectus, & ideo male ordi- nati receperunt ordinem & characterem, licet Episcopi nol- lent vt illi ordinarentur; & ideo faciunt examinari eos, & ni- hilominus eorum aliquos rum mendacijs, tum precibus, tum

pecunia admittuntur ad ordines ab examinatoribus.

8. Tum quia à separatis non fit illatio; a & separata sunt vo- luntas, quā Episcopus vult, ne quis male ordinetur, & intētio non imprimendi characterem: partim quod prior sine poste- riori contingit; vt in d. cap. 1. b partim quod quotidie tam Ma- ximi Pontificis quam alij collatores beneficiorum nolent conferre malis beneficia, non tamen intendunt, vt collationes quas faciunt, sint ipso iure nullę, nisi in certis casibus, vt habet communis resolutio, quam post alios sequitur Felinus. c

9. Tum quia omnes mortifero peccato infecti sunt indig- ni sacramentis, d & beneficijs ecclesiasticis, vt nos post alios tradimus in Miscel. 34. e atamen conferentes sacramenta & beneficia existentibus in statu peccati mortalis: non intendūt, vt illa eis collata sint ipso iure nulla. Tum denique quod sine villo peccato potest quis velle, ne quis male ordinetur, male suscipiat sacramentum, malē acceptet beneficium; atamen quod ordinatio, & sacramenti & beneficij collatio valeant eis eo modo, quo iure valere possunt.

10. Quinto, quod ex hoc 4. sequitur, quod nō est in dubio p̄sumendum de Episcopo, quod non intendit ordinare ve- rē illum, quem ordinat, ex eo quod ille patiatur defectum æ- tatis; etiam si mēritus fuerit se habere legitimam ætatem. Tū quia, vt dictum est, non est arguendum, nec p̄sumendum à separatis. Tum quia eadem ratione esset p̄sumendum; quod Episcopus non intendit ordinare alios, qui paterētur defectū naturalium, vel excessum censurarum, excommunicationis, interdicti, suspensionis, irregularitatis, vel alius inhabilitatis, immo cuiuscumque etiam peccati mortalis, cum peccent mortiferē tales procurando suam ordinationem: quod tamen dicere esset absurdum, & numquam ab aliquo vel per som- nium cogitatum, immo expressum contrarium in d. cap. 1. f

11. Sexto, nō obstat dicere, quod ad hęc responderi potest per argumēta, quę adduci possunt ex eo, quod quilibet Episcopus ordinās p̄sumitur bonus, g & quod Episcopus pecca- ret volendo conferre ordines ei, qui non habet legitimam æ- tatem, h & quod peccat qui peccato consentit, i non inqua m obstat cap. fin. k quia responderi potest per p̄dicta negando, quod Episcopus peccet intendendo verum ordinem confer- re accedentibus ad eum iuste secundum iura exterioris fori, argum. l. illicitus. l & cap. pastoralis. m & aliorum multorum, quę probant personam publicam, qualis est Episcopus, debe- re iudicare secundum allegata & probata, negado item, quod Episcopus consentiat peccato, eo quod ordinandus peccat ordinem petendo: alioquin omnis Episcopus intendens verū ordinem conferre accedentibus cum peccato mortali, pecca- ret, quod est absurdum, & ita non dicendum. n

12. Septimo, quod mea sententia grauius peccaret Episco- pus generalem ordinationem facturum, si expresse vel tacite coram Deo proponeret, quod non intendit ordinare ex illis eos, qui sunt ordine indigni propter occulta crimina & defe- ctus, quos ipse nescit, nec tenetur scire, vel non potest proba- re. Tum argumento cap. si tantum. & cap. placuit. o quę pro- bant peccare Episcopum obicientē subdico crimē aliquod quod probare non potest. Tum quod faceret contra consue- tudinem sanctissimorum Episcoporum antiquorū, & nouo- rum totius Ecclesię Christianę, quod esset contravenire ca. quo iure. p & alijs ei similibus. Tum quod induceret grandia & noua scandala, contra cap. nihil cum scandalo. q Tum quod non pertinet ad ipsum occulta crimina punire, r cum non sit secretorum iudex. s Salua, &c.

Aduertendum simile casum proposiū fuisse sacre Congregationi, in quo praterea Decanus quo Episcopus. dum viueret, familiariter utebatur, attestantur Episcopum sape sibi dixisse se similes protesta- tiones ad solum terrorem emittere; eamque inclinasse, vt sic ordina- ti iterum ordinarentur, reque remissa ad Pous. idem anno 1566. in Februarij respondit, vt tales ordines iterum reciperent. Et ratio est, quia ex verbis protestationis planē p̄sumptiue constabat de voluntate Episcopi intendētis talibus ordinem characterē non im- primere; quę p̄sumptio ex p̄dicta assertione Decani non elide- batur.

S V M M A R I V M.

- 1. Ordinatus non est, quem ordinans ordinare non intendit.
2. Infidelitas p̄cedens conuersionem, siue propria, siue parentum, non impedit, quo minus quis possit ordines & beneficia re- cipere.
3. Hæresis crimine damnati filijs simpliciter, nepotibus verò per

a Li. 4. d. 1. q. 5. ar. 8. col. 9. b Ca. d. 2. 1. 4. c c. 13. d. 17. c Sess. 7. ca. 11. de sacra. in ge. neri.

d h. que sit o. im. forma.

e Verb. hap. tisimus 3. q. 13. f Vbi supra col. 11. g In c. sacra. dos. de offi. ord. num. 25.

h In p̄xi bo. nese. de cleri. ad sacrum or. dinem male promoti, in fi. no.

i Cap. huma. na auro. 22. q. 1. c. 1. na. de sponsal. cū ei aduoc.

k De eo qui furiosus ordi. nari solet.

a Leg. Papin ff. de minor.

b De eo qui furiosus ord. re- cep.

c In cap. 2. de rescript. d Causid. c. per Ejazam. 1. q. 1. e De Ros. F. Maria Virg.

f De eo qui fur.

g Ca. 2. de re. iur. cum simi. h Cap. fin. de tem. or. lib. 6. i Ad Ro. 1. c. c. de off. de- leg. k De re. ord. lib. 6. l h. veritas ff. de off. p̄si- di. m h. quia ve. ro. de off. ord.

n Cap. Audi. de p̄b. 6.

o 6. quæst. 2.

p s. dist. 11. q. De p̄scri. r Cap. si om- nia. 6. q. 1. s Ca. erubesc. 22. dist.

masculinam lineam descendentes solum nocent: ne possint ad ordines: nec ad beneficia promoveri; si solum sint damnati vti suspecti: non nocent, quia descendentes hereticorum dici, non possunt.

- 3 Intentio ordinandi ordinanti defuisse non presumitur.
- 4 Malus nemo in dubio presumendus.

CONSILIVM II.

EPISCOPVS generalem ordinationem facturum prius edixit, ne qui ab hereticis originem ducerent, ad ordinationem accedere presumerent. Quo non obstante, quidam, cuius maternus avus ab heretica prauitatis Inquisitionibus propter quaedam verba fidei Catholice quodammodo dissona; tamquam de heresi suspectus ad certam poenam condemnatus reperiebatur ordines accepit. super quo postea inquisiuit Episcopus, & fuerunt examinati testes. Dubitatum fuit, an predictus nepos recte ordinatus censendus esset.

1 Respondeo, quod predictus D. consulens non debeat censeri bene ordinatus, facit primo, quod nemo potest haberi pro bene ordinato, nisi ordinator habuerit intentionem & voluntatem ordinandi; quia de substantia & essentia ordinationis, & consecrationis aliorum sacramentorum, est quod conferens vel conficiens illa habeat intentionem actualem, vel virtualem conferendi, vel faciendi ea, secundum S. Thomam communiter receptum, & quod predictus Episcopus videtur non habuisse intentionem ordinandi consulentem, vt significat articulus predictus, super quo fuerunt examinati testes. Secundo, quod consulens descendit ab auo punito per officium sancte Inquisitionis, quod videtur contra c. statutum b.

2 Pro contraria vero parte facit primo, quod infidelitas precedens conuersionem etiam eiusdem ordinandi, vel beneficio donandi, regulariter non impedit promotionem eius, vt habet cap. eam te. c. vbi hoc ponit pro regula Felinus num. 12. vers. infidelitas.

Secundo, quod per predicta non probatur, quod auus maternus consulentis fuit hereticus, sed solum quod dixit aliquid non bene sonans, quod longe differt ab heresi. d. Nec obstat, quod fuit a Sancto officio Inquisitionis condemnatus in aliquo: quoniam passim condemnantur multi etiam poena pecuniaria ab illo propter suspicionem etiam leuem hereseos, vt notatur in d. cap. accusatus. & cap. litteras. e. & consequenter non potest dici ob predicta descendere ab heretico: & licet id dici posset, non tamen diceretur descendere ab eo per lineam masculinam sed per feminam, per quam qui descendit ultra primum gradum non fit inhabilis. f.

3 Tertio quod non obstat argumentum primum: quia non probatur de fuisse Episcopo intentionem ordinandi cum. Tum per c. i. 8. ex quo colligitur non presumi defectum intentionis ordinatori, qui ordinauit eum qui contra excommunicationem a se lata ordinationi diaconatus se ingressit; cum presupponatur illum diaconum per dispensationem fieri posse sacerdotem sine iterata diaconatus receptione. Tum quod id ipsum efficaciter probatur in capit. vltim. h. Tum quod aliud est, quod aliquis Episcopus prohibeat ordinari aliquos indignos & aliud, quod ei desit intentio ordinandi eos, si se illi eorum indignitatem ignorantibus obulerint ordinandos: & consequenter ab altero illorum ad alterum non est inferendum, cum a separatis non fiat illatio. i.

4. Minus obstat secundum, quod soluitur per 2. arg. pro hac parte formatum. & praeterea dici potest, non esse presumendum defectum intentionis quo ad casum propositum; quia per talem presumptionem praesumeretur Episcopum deliquisse: nam non poterat ipse iure repellere ordinandum ex eo, quod descenderet ab illo auo materno, per d. cap. statutum. 2. & in dubio non est presumendum delictum, k. & ita D. consulens secure potest ordine suo vti quo ad forum conscientiae, immo vt puro, quo ad forum exterius, per alia quae adduci possent, sed non sunt necessaria.

DE PRIVIL. ET EXCESSIB. PRIVILEG.

SUMMARIUM.

- 1 Gratia Papa non eget ad sui essentiam scriptura, nec expirat

a 3 p. q. 64. n. 8.

b De hereticis lib. 6.

c De rescrip. in d. c. statutum. 2.

d Arg. ca. accusatus. de heret. lib. 6.

e De praesup. in d. c. statutum. 2.

f Dist. c. statum. 2.

g De eo qui fortuito ordinatur. in c. p. 1.

h Eiusdem. in c. p. 1.

i Le. Papis. ff. de minor. c. 2. ad audiendum. de decim.

k Le. si procurator. ff. de cond. inde. c. 2. de regul. iuris.

A morte concedentis; licet mandatum de ea faciendum, vt integrum, expirat. num. 2.

3 Credi nedum non debet in foro exteriori alicui afferenti sibi absentem gratiam factam nisi probet; sed nec in conscientia, nisi, semiplenam habeat probationem, vel aliquibus presentibus ita facta sit, quod possent iurare ita esse. num. 4.

CONSILIVM I.

GRATIA facta a Papa sine scriptis viuus vocis oraculo monialibus aliquibus manendi extra claustra, finita an fuerit morte Papae, & an sit credendum eis affirmantibus sibi factam fuisse illam gratiam, aut confessarijs earum, qui eam fieri non audierunt, neque audierunt ab ipsomet Papae fecisse.

1 Responderetur primo, gratiam praefatam valuisse, licet non fuisset in scriptis facta: quia scriptura non est necessaria ad substantiam & valorem gratiae, per elementinam dudum. a vt tradit Archidiaconus, b receptus communiter ibi, & in rubrica de constitut. etiam per Felinum & Decium post alios ab eis citatos.

2 Secundum, quod praedicta gratia non expirauit per mortem Papae: quia licet mandatum de gratia faciendum expirat regulariter morte illius, c gratia tamen iam facta non expirat morte illius, d & textus apertissimus cap. si super gratia. e

3 Tertio, quod praedictis monialibus solis non potest credi quo ad forum exterius: quia quo ad illud de non existentibus & non apparentibus idem est iudicandum. f

4 Quarto, quod etiam quo ad solum forum conscientiae non potest eis solis credi, si solum de auditu & relatione aliorum deponunt, nisi inuentur alicuius Cardinalis, vel sui praelati attestatio, vel alijs magnis coniecturis, & indicijs, quae saltem semiplenam efficiant probationem: quia si Papa non fecit eis praedictam gratiam personaliter, ita vt ipsa met audissent eius verba, non possunt iurare eam fuisse sibi factam. & ita hoc casu videtur sua Sanctitas consulenda. Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Dispensandi facultate concessa non vtendum, literis, non expirata, quando Papa in supplicatione deleuit illa verba, Per breue.

CONSILIVM II.

PRELATVS cuiusdam religionis supplicauit Sanctissimo, vt concederet ei & alijs suae religionis superioribus facultatem dispensandi super irregularitate occulta cum suis religiosus, sicut possunt Episcopi cum suis subditis vigore Concilij Tridentini & in supplicatione petebat, vt expediretur per breue, & non per bullam: Papa concessit facultatem, sed deleuit illam clausulam, in qua petebatur, quod expediretur per breue.

Dubitatur, an praedicti praelati possint vti dicta gratia sine alia expeditione literarum, an necesse sit bullas expedire.

1 Respondeo; quod et si disputado forte teneri posset praedictos praelatos posse vti praedicta facultate ante bullarum expeditionem; non tamen audeam consulere vt id facerent, attento quod id esset contrarium menti Papae gratiam facientis, cuius in arbitrio consistit suae gratiae limitatio, & ampliatio. Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Gratia a Papa concessa, donec aliud decernat, si nihil decernat, illius morte non expirat; seu de concessa vsque ad eius beneplacitum, quia morte cessat voluntas, seu beneplacitum.

CONSILIVM III.

DECANVS fuit exemptus a iurisdictione Episcopi per Papam, donec aliud decerneret. Dubitauit, an morte Papae recidat; & remaneat eidem Episcopo subiectus.

Respondeo, quod praefatus D. Decanus non remanebit subiectus Episcopo, si ante mortem suam aliud non decreuerit S. D. N. immo durabit exemptio, donec per successoris eius reuocetur exemptio a Papa concessa: donec enim aliud decreuerit, non videtur reuocari per solum mortem eius.

1 Tum quia gratia facta a Papa non expirat eius morte. 2 Tum quia nihil obstat, quod posuerit terminum,

a §. si. si. in glo. verb. verbo. de sepult. b In proxi. lib. 6.

c Cap. relat. de off. deleg. d Cap. gratia. eodem tit. c. Eod. sic lib. 6. f Le. duo sunt Titij. ff. de testam. est. c. c. h. sacerdos. in glo. de offic. ord.

g Ca. si super gratia. de off. sic. deleg. li. 6. c. 1. dudum. §. si. de sepult.

donec

a De refer. lib. 6.

b L. 4. ff. loca.

c Ca. 1. de pri. lib. 6.

d Sess. 22. de obseruan. & euiland. in celebrat. Missa. c. De priuil. in 6. f. Ca. 25. n. 82.

donec aliud decernat: quia licet per mortē ipsius cesset gratia facta vsque ad beneplacitum eius per cap. si gratiose^a quia per mortem desinit beneplacitum eius; non est tamen idem de clausula, donec aliud decreueris; quia licet per mortem desinat velle, b non tamen per mortem suam aliud videtur decernere: quia in illo sufficit cessatio voluntatis, quæ morte cessat; in hoc autem requiritur dispositio, & decretatio, siue statutio, quæ non fit per mortem, immo per eam tollitur potestas disponendi aliud. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. Casus reseruati Episcopo ligat exemptum, nisi sit ita exemptus, vt nec ratione delicti vel contractus ei subiciatur.

C O N S I L I V M I V.

EXEMPTVS simpliciter à iurisdictione Episcopi, an eximatur à casibus ipsi Episcopo reseruatis?

1 Respondeo, quod exemptio simplex à iurisdictione Episcopi non videtur eximere quem à reseruatione casuum eius: quia ratione delicti & peccati subicitur ei, secus videtur, si esset ita exemptus, quod etiam ratione delicti vel contractus non subisset ei, per notata ibidem.

Aduertendū an hoc responsū sit integrū, cū quoad forū principale quis ratione delicti seu peccati non sortiatur forum nec efficiatur subditus iudicis loci, in quo deliquit. gl. pen. in si. cap. placuit 16. q. 1. Panor. c. 1. sle. not. de rapt. quem cum alijs refert, & sequitur add. ad Felyn. c. licet. num. 17. de for. comp. Et tanto magis doctrina Naua. hic est dubitabilis, si exemptus peccasset extra illius territorij. & dispositio d. c. 1. quod procedit in foro exteriori, non potest ex predictis applicari foro penitentiali. Immo si aduertatur dispositionem d. c. 1. procedere limitando effectus absolutæ exemptionis, sumi poterit argumentum, vt non limitet exemptiones, quoad forum conscientie competentes.

S V M M A R I V M.

- 1 Intellectus decreti sacri Conc. Trid. de obseruandis & euilandis in celebratione. sess. 22.
- 1 Priuilegio cap. fin. de priuileg. in 6. Roma non vtitur nec Episcopi, nec Cardinales, nisi de expressa concessione Papæ; at extra in suo episcopatu ex causa vti possunt, in alieno autem non, si Episcopus ille Conc. Trid. recepit, simulque mādauit: ne quis extra loca ad missandum deputata celebret. num. 2.
- 2 Episcopus, etiam post Conc. Trid. in sua diocesi iuxta statutum Concilij Triburiensis licentiam facere potest sacerdotibus, vt extra ecclesias sacrum faciant.

C O N S I L I V M V.

AN POST Concilium Tridentinum liceat episcopis, vbicumque reperientur, vti priuilegio, de quo in cap. fin. e dicendi Missam extra ecclesiam, vel alium locū sacrum super altare portatili, &c.

1 Ad hoc quæsitum respondeo primo, respondiisse me in Man. conf. f quid circa illud seruatur Romæ, scilicet, quod Episcopus non vtitur illo priuilegio episcopali post Concilium Tridentinum, adeo quidem, quod neque Cardinales vtuntur eo, nisi de concessione expressa Papæ, quam Papa concedit quidem illis, sed rarissime vllis Episcopis: quamuis mihi concessa fuit in insignem gratiam ob aliquot circumstantias speciales, vt vbi supra testatus fui.

Secundo, quod verius credo Episcopum non posse in alieno episcopatu priuilegio illo vti, si Episcopus ille recepit Concilium Tridentinum prædictum, ita vt prohiberet, ne quis missaret in suo episcopatu extra loca sacra, vel que ad solum missandum specialiter non essent deputata, secundum formam Concilij, quia Episcopi auctoritate prædicti Concilij possunt statuere quæ sibi videbuntur iusta & honesta, tamquam delegati Papæ, non obstantibus priuilegijs, vt exprimit ipsum Concilium.

2 Tertio, quod satis æquè posset dici, posse Episcopos in suis episcopatibus vti priuilegio illo ex aliqua iusta causa. Tum quia non vetat directè Concilium missare cum altari portatili, sed solum ne patiatur Episcopi id fieri in suis episcopatibus. Tum quia per illam modificationē videtur significare, quod intentio Concilij fuit statuere, ne id fieret pro libito, & sine aliqua iusta causa, sed quod interueniente illa posset Episcopus missare, & eiusmodi celebrandi facultatem facere, iuxta sta-

tutum Triburiense translatum in cap. concedimus. a quod satis nos significauimus vbi supra in duos exemplis ibi positus, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Legere librum vetitum liceat extra territorium licentiam concedenti.
- 1 Licentia aliquid faciendi mihi concessa potero extra concedenti territorium vti.

C O N S I L I V M V I.

AN HABENS indultum seu licentiam legendi aliquē librum vetitum, possit legere illum extra territorium concedentis licentiam?

1 Pro parte negante facit, quod iudex non potest iubere aliquid extra suum territorium vt habetur, l. vlt. b & c. 2. c quatenus habet, quod excommunicatio lata ab Episcopo contra furem, non ligat suum subditum extra suam diocesim furantem: & quod permissus prædicare, confirmare, baptizare, & ordinare, non poterit ea facere extra territorium permittētis: & quod sublato vno impedimento, alterum separatum non censetur sublatum, d & quod limitata causa limitatum producit effectum, e & omnes præter Papam habent iurisdictionē limitatam ad certa loca; ergo non possunt facere, vt quod est prohibitum quo ad omnia loca, liceat extra illa, in quibus illi habent iurisdictionem: & quod interdictio artis nō durat vltra tempus interdicentis. f

Pro parte autem affirmante facit, quod habens licentiam eonfitemi videtur posse cōfiteri extra diocesim, & parochiā eam concedentis, g & quod habens licentiam studendi potest studere extra territorium eam concedentis, h & quod licentia faciendi aliquid aliā prohibitū non expirat morte concedentis eam, per multa quæ adduximus in d. cap. placuit. i & quod dispensatus ad non ieiunandum potest omittere ieiunium extra territorium concedentis: & quod qui habet licentiam comedendi lacticia diebus pisculentis, videtur posse comedere extra territorium eam concedentis.

Aduerte hoc responsū non esse perfectum, nec esse assumendam illam conditionem qua habet Doct. censerī adherere sententiæ, videlicet loco relata: quandoquidē vt dixi, responsū ipsū est imperfectum. & ei deest sententia auctoris, & forte negatiua est nedum tutior, sed & magis probabilis. Nec enim vidē quomodo Sumus Episcopus possit etiā proprio subdito dare licentiā vt in alienā diocesim importet librum prohibitum, quam importationē supponit affirmatiua.

S V M M A R I V M.

- 1 Priuilegio concesso contra ius qui legitime vtitur, non peccat, modo non sit reuocatum. num. 16.
- 1 Dispensatus non peccat, qui dispensationi innitens ius non seruat.
- 2 Ius superueniens non tollit priuilegia antea concessa, ex quorum vsu ipsum ius ex toto non redditur inutile. & numero 9. & 15.
- 3 Intellectus cap. 1. & 2. sess. 25. de reg. & nu. 4. 10. & 18.
- 3 Regulares, qui ante Concilium obtinuerant beneficia secularia in comendā vel pensiones, non tenentur illa in communitatem reducere. nu. 5. nec quibus concessum fuerat vt stantes extra monasterium possent per eos quæ sita in vsus pios conuertere, tenentur ea consignare prelati. nu. 4.
- 6 Priuilegia dum quo ad aliqua capita tolluntur: in reliquis videntur durare, argu. à contrario sensu, quod tamen non procedit, si alio iure constaret de contraria dispositione. num. 19.
- 7 Priuilegia miserationis, vel pietatis, seu alimentorum causa concessa, per generalem derogationem non censentur sublata: sed requiruntur clausula magis speciales. num. 18.
- 8 Priuilegia concessa cum clausulis derogantibus derogatorijs futuris non censentur sublata per generalem derogatoriam postea factam, immo nec attento iure per hanc clausulam, In quacumq; forma concessa, quæ equipollet huic, Quartum tenores &c. at de stilo secus seruatur. Item & fallit in derogatoria generalis contenta in lege derogante. nu. 20.
- 9 Intellectus cap. 22. sess. 25. Conc. Trid. de Reg.
- 9 Regulares priuilegijs sibi de tempore interdicti celebrando antea cōcessis modo post Concilium non vtuntur; possunt tamē vti priuilegio clauso in corpore iuris, vt in cap. alma. de sent.

excom.

a De conse. d. 1.

b ff. de iurisd. omnium iud. c. De const. li. 6.

d l. si domus. ff. de seruit. vrb. prad. ca. ex tuarū. de auctor. & v. in pal. c. l. in agris. ff. de acquir. rerum dom. l. l. si de pæn. g. Ar. ca. placuit. adiu. c. ta glo. de pæ. d. 6. h. Arg. c. cum ex eo. de elec. lib. 6. i. Num. 101.

excom.in 6. & n. 13. 17. sunt q. in hoc exa quati parochi facularibus. num. 14.

- 9 Privilegia ante Concilium concessa regularibus modo eis non suffragantur, quo minus teneantur ius commune, & eorundem regularum primæ institutione quo ad specialiter tora sess. 25. de reg. per Concilium innouata. seruare: vnde tenentur, nõ obstante priuilegio, vel immemoriali consuetudine viuere in communi, num. 10. dimittere peculia ante cõcessa, nu. 11. & moniales seruare clausuram ad formam c. periculofo, num. 12. Fallit hac conclusio quo ad priuilegia clausa in corpore iuris, quia illa non censentur sublata. num. 17.
- 17 Priuilegia clausa in corpore iurii non censentur sublata per aliam superuenientem dispositionem, etiam iuris communis, habentem in se clausulam generalem. Non obstantibus priuilegijs.

CONSILIVM VII.

PRIVILEGIA regulariũ, quibus cõceditur eis facultas celebrandi diuina in diebus Sanctorum suorum ordinum, & aliquot alijs tempore interdicti, ianuis apertis, &c. an sint sublata per a Conciliũ Tridentinũ.

1 Pro parte negatę facit primò, quod nõ peccat, nec transgreditur legem iustam, qui eam seruat cũ moderatione cõcessa ei legitime. b Nam illegitimus, qui professus religionẽ accipit ordinem etiam presbyteratus, modo abstineat ab accipienda dignitate, non peccat, nec transgreditur legem de illegitimis non ordinandis, c nec clericus nobilis, vel doctor legem de non habendo plura beneficia, d accipiendo illa cum iusta dispensatione, e modo abstineat à pluralitate, ad quam non se extendit eius dispensatio, nec religiosus manens in alia religione, de licentia legitima, dimissa illa in qua stabilitatem Deo vouit, f modo abstineat ab eis, ad quę sua licentia non extenditur, iuxta dictam clem. 1.

2 Secundo, quod præfatum cap. 12. non videtur fieri inutile per obseruantiam interdictorum cum moderamine priuilegiorum. Tum quia prodest, qua parte statuit teneri monachos omnes ad publicanda interdicta ordinariorum, & seruanda eadẽ cũ præfato moderamine, non obstante quod sint exempti ab eorum iurisdictione: propter quod fuit edita etiam clem. 1. g

3 Tertio, quod religiosi habentes beneficia secularia in cõmendam non videntur teneri ad reducenda illa in communitatem, quam præcipiunt cap. 1. & 2. h & non alia ratione, quam quod non peccant seruando ea cum moderatione à iure communi concessa.

4 Quarto, quod aliquot religiosi & religiosę viuentes extra monasteria cum iusta dispensatione Sedis Apost. etiam ante præfatum Concilium habita, per quam fit eis facultas conuertendi in suos vsus ea quę alijs licite acquisierint, permittuntur à Sede Apost. manere extra monasteria, non resignado illa in manibus prælatorum ad vsum communitatis: & non alia ratione, quàm quia seruāt regulam, & ius commune cum moderatione concessa priuilegio Papæ.

5 Quinto, quod idem permittitur religiosi habitibus pensiones cõstitutę sibi à Sede Apost. in suos vsus conuertendas, maxime si de licentia eiusdem extra claustrum degant.

6 Sexto, quod in eodem Cõcilio, i speciatim tolluntur priuilegia concessa vel concedenda cõtra aliqua in eis statuta: quo à contrario sensu significatur non esse sublata priuilegia quo ad alia. k

7 Septimo, quod priuilegia miserationis, pietatis, vel alimentorum causa data, qualia videntur præfata, non tolluntur per derogationem generalem. vt habetur in capit. si propter. l & l. libertis. m & tradit Cynus, n quę sequitur Decius. o

8 Octauo, quod aliquot præfatorum priuilegiorum habent clausulas derogatorias derogatorias, quę defendunt ea à derogatione generali, qualis est posita in præfato cap. 22. Nec obstant illa verba, in quacumque forma, &c. quia opinio, quàm dicit communem, & sequitur Decius, p habet, non sufficere etiam illa, quę adderet, quorum tenores pro expressis habentes, &c.

9 His tamen non obstantibus de rigore iuris pars affirmans videtur verior. Primo quidẽ, quod nisi illa pars teneatur, inutile redderetur d. c. 12. cum absque iussione illius tenerentur,

a Cap. 12. & 22. de regul. sess. 25.
 b Leg. Gracchus. C. ad l. iul. de adult. & c. quatuor. de his qua fiunt à maiori par. cap. & c. a. 1. de si. presb.
 c Ca. cum iã dudũ. de pra. & Ca. de mul. ca. 9. d. 11.
 d Cap. licet. de regul. clem. 1. eod. tit.
 g De sen. ex. com.
 h Præfati tit. de regular.
 i Ca. 4. 5. 6. 9. 19. & 13.
 k Cap. qualis. 25. dist. 2. ca. nonne. de pra. sumpt.
 l De rescript. m §. posthum. n ff. de alim. & cib. leg. p In l. 1. Cod. quando impe. inter publ. o Conf. 105. num. 5. p Vbi sup.

A seruare religiosi interdicta cum moderatione suorum priuilegiorum. a

Secundo, quod præfatum cap. 22. videtur tollere illis omnia priuilegia contraria iuri communi; quod Concilium specialiter præcipit seruari ab eis in omnibus capp. illius tituli. & constat præfata priuilegia esse contraria iuri communi de seruando interdicto, cuius obseruantia specialiter præcipitur eis in illo cap. 12.

10 Tertio, quod si sufficeret eis seruare interdicta cũ moderatione minori, quam iure communi concessa in cap. vlt. b & alijs iuribus communibus, non obstante derogatione priuilegiorum, c sequeretur quod etiam sufficeret in monasterijs & ordinibus, in quibus regula laxata est priuilegio Sedis Apostol. vel consuetudine immemorabili quo ad aliqua contra tenorem & statum primæ uum illius, seruare illam cum illa relaxatione: & quod consequenter non debent compelli d vitam communem obseruandam monasteria, in quibus priuilegio Sedis Apost. vel à tempore immemoriali priuatim comedunt, & viuunt; cum consuetudo immemorialis, adiuncta allegatione priuilegij, a quipolleat illi. d

11 Quarto quod eadem ratione excusabuntur religiosi tenentes peculia per licentias traditas expressẽ, vel tacitẽ concessas à Sede Apost. ante & post Concilium Tridentinum, non obstante cap. 2. e Possunt enim dicere quod satis seruant regulas, seruando eas cum moderamine concessa eis à Sede Apostolica, vel consuetudine immemoriali ei æquipollente; & ita cap. 2. f erit restringendũ ad peculia, quę monachi vel monachę absque sufficenti licentia tenebant, vel tenent: ad quod etiam ante d. c. restringebantur.

12 Quinto, quod eadem ratione se defendat monachę seruantes quidem clausuram, at non tam strictam, ac mandat c. periculofo. g sed cum moderatione priuilegiorum Apostolicorum, vel consuetudinum immemorialium eis æquipollentiu: & ita magna ex parte eneruabitur cap. 5. h nisi quo ad egressũ monialium sine causa: quia quo ad hoc ibidem specialiter tolluntur priuilegia. Eadem quoque ratione parum proderunt aliquot alia capita eiusdem tituli, si dicamus sufficere seruare iura communia in eis contenta cum moderamine priuilegij Apostolici, vel consuetudinis immemorialis ei æquipollentis.

13 Sexto, quod ipsimet religiosi, qui petierunt à sel. recor. Pio V. vt manerent sibi salua priuilegia suspendendi interdicta, non obstante Concilio Tridentino putarunt ea per illud fuisse sublata; eo quod visum fuit eis, iura communia specialiter præcepta seruari in titulo illo esse seruanda absque moderatione priuilegiorum, & consuetudinum eis æquipollentiu; & merito: quia D. Antoninus, i ponit priuilegium Honorij Papæ, quo significatur, sublatis priuilegijs, videri sublata priuilegia concedentia moderationem seruandis interdictis.

14 Septimo, quod mens Cõcilij videtur fuisse, æquare parochis religiosos quo ad obseruanda interdicta; & vt religiosi, qui sunt coadiutores parochorum, non superent eos, cum accessorium debeat sequi, non præcedere suum principale. k
 15 Octauo, quod alioqui præfatum c. 22. redderetur ineptũ, & inutile: quia nisi tolleretur omnia priuilegia contraria iuri antiquo communi, & nouo iusso seruari in omnibus præcedentibus capp. quorum vnum est 12. nulla tolleretur; tollit enim vniuersaliter sine discrimine omnia & singula priuilegia cõtra omnia & singula superiora decreta.

16 Ad citata in oppositum respõdeo. Ad primum quidem, concedendo quod non peccat qui seruat legem cum moderatione legitime concessa, donec illa durat, secus ea sublata, & ita concedo, religiosos seruantes interdicta cum moderatione priuilegiorum ante Concilium Tridentinum, ante quod durabant, non peccasse; sed postquam per illud sublata fuerunt, id faciendo peccare.

Ad secundum respondetur per primum partis affirmantis.

17 Ad tertium concedo, quod religiosi habentes beneficia non tenentur communicare fructus eorum conuentibus suis: quia priuilegium dispendendi eos pro suo bono arbitrio competit eis priuilegio in corpore iuris clauso; per quod, vt ait Cardinalis, cui nemo contradicit, l eodem modo possunt disponere de illis ratione titularum suorum, ac secularis de fructibus beneficiorum suorum. Et clausula, Non obstantibus priuilegijs, non extenditur ad priuilegia in corpore iuris clausa, vt tenet Bartholus com-

a Gl. 1. de sk. excom.
 b De sen. excommunic. li. 6.
 c Prædicti c. 22.
 d Le. hoc iure. 6. dicit aqua. ff. de aqua quotid. & c. stit. & ca. su. per quibusdã de verbor. significat. & v. trobique, atq. alibi sape doctores. iur. c. Præfati tit. de reg. iur. f Eiusdem tit. de reg. iur. g De statu regul. lib. 6. h Eiusdem tit. de regul.
 i In 3. p. tit. 26. cap. 5. §. 1.
 k Cap. accessorium. de reg. iur. li. 6. cum ibi citatis.
 l In de. 2. §. ceterum. de vita & bon. cler.

In extra. ad reprimen- dam ver. non obstantibus.

munitur receptus. Et ita concedimus etiam religiosos posse uti privilegio, cap. alma mater. quod est clausum in corpore iuris.

18 Ad quartum negari posset de rigore, quod assumitur in illo; sed concedendo illud de æquitate, respondeo illa esse privilegia concessa miserationis & alimentorum causa, ad quæ supra dictum est non extendi derogationes generales quibuslibet clausulis munitas: negando tamen esse talia privilegia suspendendi interdicta, & de quibus agimus. Posset etiã responderi, quod intentio Concilij non fuit comprehendere per c. 1. & 2. religiosos viuentes seorsum extra monasteria de licentia Sedis Apostolicæ, sed solã coniuventes intra monasteria, ut ex verbis colligi videretur.

Ad quintum responderetur idem quod ad quartum.

19 Ad sextum, quod argumentum à contrario sensu cessat, quando sumitur ad probandum id, cuius contrarium est expressum in iure, ut habet c. à nobis. b & glo. recep. & dilata i. bi per Felinum. c At in casu nostro exprimitur, d quod privilegia omnia & singula contra statuta in illo titulo censentur sublata; & ideo ex eo quod in aliquot capp. tollantur quo ad aliqua, non potest desumi argumentum quod non censentur sublata quo ad alia: quia e exprimitur contrarium, ut palam est.

Ad septimum, negatum est supra, privilegia præfata esse concessa miserationis causa.

20 Ad octavum respondeo primo, adducta vbi supra à Decio, f procedere in derogatione posita in privilegijs vel rescris, non autem in derogatione posita in iure communi; quo casu sufficit generalis, vt distinguit Calderinus, g quem sequitur etiam Decius, h & alij, quos ipse refert. Secundo, quod quidquid ibi asserat Decius & Felinus, quem ipse non citat, i contraria opinio videtur nobis verior: quia eam seruat stylus Curia, qui facit ius, k quo stylo stante, etiam Felinus hoc tenet.

S V M M A R I V M.

- 1 Privilegium si allegetur, accedente immemorabili possessione, censetur probatum.
- 2 Ordinatos vigore cuiuscumque licentia ab alieno sine examine, & commendatisijs Episcopi, potest Episcopus examinare. numero 7.
- 3 Inhabilis conficiens, & ministrans sacramenta graviter peccat: unde potest ab Episcopo, non obstante exemptione, & quocumque privilegio, corrigi, & puniri.
- 4 Imperitos parochos cum possit Episcopus cogere, vt assumant coadiutores, vtique & poterit eos examinare.
- 5 Præficiendi exercitio cura per vnum, siue multos etiam annuabiliter exercenda ab Episcopo examinantur. & num. 5.
- 6 Privilegiatus & si quis sit vt possit gratiam sine consensu ordinarij, & eius prævio examine, alicui cura præfici poterit tamen Episcopus in visitatione via correctionis, extra vero via accusationis & inquisitionis cognoscere, de delicto illius, quod committit, dum tanquam inhabilis inepte exercet suum officium. & num. 8.
- 7 Cognoscere etsi non possit quandoque Episcopus de habilitate vel inhabilitate alicuius principaliter, potest tamen accessorie, dum de illius delicto cognoscit.
- 8 Cura exercitium, quod ipso iure alicui, qui ad illud aliquem habet titulum, competit, habens non potest examinari ab Episcopo illo, sine cuius examine dictus titulus dari potest: at si ultra titulum requiritur deputatio, poterit ab Episcopo examinari.

C O N S I L I V M V I I I.

CAPITVLVM ecclesie Visientis, cui animarum cura illius incubit, ab immemoriali solet illam per aliquot suos canonicos, & capellanos ad id specialiter à se sine alterius auctoritate & assensu creatos exercere: quos tamen modernus Episcopus, antequam ad illam admittantur, examinare, & deinde visitare, ac punire intendit. Queritur an possit.

1 Hoc dubium difficultioris est resolutionis in recessu, quam videatur in accessu. Et pro Capitulo facit primo, quod hæc facultas potest competere ipsi privilegio Papæ, & illud præsumitur, & censetur probatum, si allegetur per possessionem temporis, de cuius initio non est memoria, qualè se dicit habere Capitulum. l

A Secundo, quod non videtur inueniri vllus canon, qui huiusmodi possessionem immemorabilem, & privilegium ex ea præsumptum tollat: & antiqua non censentur sublata, nisi id monstretur. a

2 Contra tamen idem Capitulum facit primo, b Conciliū Tridentinum, per quem textum patet Episcopum posse examinare quoscumque capellanos, canonicos, & dignitates Visientes prædictam curam, vel partem eius exercentes, si nõ fuerunt antea à se, nec ab alio per suas literas dimissorias ordinati.

Secundo, quod prædictū Conciliū c habet, quod Episcopus potest omnes clericos suos exptos, & non exptos, nõ obstante quocumque privilegio, corrigere, & punire, etiã extra visitationem, de excessibus eorum. At gradus excessus est, quod inhabilis officiat & ministret sacramenta, d iuxta illud Perisianum, Lex hominum, natura que continet hoc fas, vt teneat vestitos iustitia debilis actus. Ergo Episcopus Visientis poterit corrigere, & castigare prædictos capellanos, & alios canonicos, & dignitate præditos, si existentes inhabiles, & insufficientes ad exercendam prædictam curam, vel partem eius, exerceant illam.

3 Tertio, quod cap. 3. de reform. sess. 21. habet, quod Episcopus potest illicitos & imperitos ecclesiarum rectores cogere, vt accipiant coadiutores; quod non possunt facere sine examinatione, ergo poterit Episcopus Visientis examinare prædictos capellanos, canonicos, & dignitate præditos, vt inhabeat eis, aut permittat exercitium cura.

4 Quarto, quod prædictum Conciliū e habet, vt omnes præficiendi in rectores ecclesiarum parochialium prius examinentur. At prædicti capellani, canonici, & dignitate præditi videntur præfici prædicto exercitio cura: ergo videntur prius examinandi. Nec prodest illis dicere, quod sunt multi, & non vnus; quia cap. illud habet expressè id esse faciendum, etiam si multi præficiantur ad curam vnus Ecclesie parochialis, vel ad administrandam eam, etiam si cura pertineret ad Episcopum, sicut in nostro casu pertinet ad Capitulum.

5 Quinto, quod prædictum Conciliū f habet, quod exercitium curæ personarum secularium pertinens ad aliquod monasterium siue virorum, siue feminarum, etiam si sit ad nutum remouibile, non possit committi alicui sine consensu & prævio examine Episcopi. Ergo nec prædicti capellani, canonici, & dignitate præditi poterunt præfici prædicto exercitio curæ sine consensu & examine prævio Episcopi.

6 Sexto, quod etiam ante Conciliū Tridentinū poterat Episcopus cognoscere de habilitate vicarij exempti, vel absentis ponentis cum ex privilegio Papæ continente, vt posset eum ponere etiam sine consensu ordinarij, & eius prævia examinatione. Nec ob id privilegium redditur inutile; quia operatur, vt ponere possit illum sine consensu & prævia Episcopi examinatione; licet ordinarius visitando intra visitationem absolute, extra vero per viam accusationis vel inquisitionis possit cognoscere de delicto vicarij exercentis officium ineptè & malè ob inhabilitatem.

7 His pro vtraque parte perpensis, videtur dubium resoluendum per hæc tria. Primum, quod Episcopus poterit cognoscere de inhabilitate prædictorum omnium, qui non fuerunt ordinati ab eo, nec per literas dimissorias eius, iuxta prædictum Conciliū, & etiam extra visitationem, etiam non procedendo contra eos per viam accusationis, inquisitionis, vel exceptionis: absolute enim & generaliter sine hac conditione & limitatione id statuit; & ita absolute & generaliter est intelligendum. h

8 Secundum, quod prædictus Episcopus potest cognoscere de inhabilitate illorum, etiam à se, vel ab alio per suas literas dimissorias ordinatorum, procedendo contra eos visitando, vel alijs vijs tactis in sexto argumento pro posteriore parte formato: quia illis principaliter tenditur ad castigandum delicta, quod licet facere Episcopo; quamuis accessorie tendatur etiam ad cognoscendum de inhabilitate, per quam delinquitur; quod aliquando principaliter non posset facere.

9 Tertium, quod si præfari capellani eo ipso, quod deputantur à Capitulo capellani Capituli, habent annexam facultatè curandi: sicut canonici, & dignitate præditi habent eam eo ipso, quod tales sunt; non potest Episcopus cognoscere de inhabilitate eorum ad illam curam exercendam magis, quam de inhabilitate canonicorum & dignitate

a Leg. præcipi man. c. de appellat. b Ca. 3. de reform. sess. 14.

c Cap. de reform. prædicta sess. 14.

d Ca. 1. & ca. omnes. cum multis alijs 38. dist.

e Cap. 18. sess. 24.

f Ca. 11. de reform. sess. 25.

g Ca. 3. de reform. sess. 14.

h L. de pres. ff. de publ. in re. ad. ca. solita. de maior. & obediens.

b s. de sen. ex. com. c. lo. c. signifi. casti. de foro comp. d. in c. si. eius. dem. tit. e. in eod. tit.

f d. num. 2.

g in cons. 11. de prin. h ibid. m. 2. i. lo. c. accid. ca. de præfari. k Cap. quam. gram. de cri. fals. & ca. ex. laeris. de con. lit.

AV. 1011

l La. hoc iure. §. duc. & aque. ff. de acq. quo. & af. & ca. super quibus. dam. cum ei. adnotatis per. D. D. de verb. figo.

præditorum ad habendos canonicatus & dignitates, cum canonicè sunt tales ab alio, quàm ipso: quia non habet plus potestatis ad nominandos illos capellanos, quàm ad creandos canonicos, & dignitate præditos, cum ab alio iustè creantur, ad quod non habet, secundum tacta in 3. & 4. argu. pro Capitulo factis: & consequenter non habebit plus iuris ad cognoscendum de inhabilitate horum, quam illorum, nec è contrario. Si vero præfati capellani omnes eo ipso quod deputantur capellani Capituli, non habent potestatem curandi, donec denuo deputentur ad curam; poterit Episcopus eos examinare, & prohibere, ne antea exerceant illam, per prædictum Concilium, & cap. cum ex eo.

Ex his tribus dictis possunt colligi solutiones ad argumenta utriusque partis, quas breuitatis gratia non colligo.

Congregatio tamen, ut refertur, absolute censuit Episcopum posse examinare dictos capellanos, canonicos, & dignitates volentes curam exercere; & eisdem inbibere, ne curam exerceant, vel sacramenta ministrant absque sua approbatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Intellectus cap. 20. sess. 24. de reformat. Concil. Trid.
- 1 Ordinaria iurisdictio potest alicui competere vel iure communi, vel consuetudine, vel privilegio; & de his omnibus iurisdictio ordinariæ de suis speciebus proprie prædicatur, siue agatur de ea tollenda, siue moderanda, siue etiam confirmanda, & hoc etiam ad effectum ut possit delegari.
- 2 Delegatus Papa & Principis subdelegat, sed non nudum sibi ministerium commissum, alterius auser inferioris delegatus non subdelegat.
- 2 Inferiores Episcopo post Conciliū nō cognoscūt de causis matrimonialibus, nec qui non sunt exempti de criminalibus suorū subditorum, idem dicitur de exemptis privilegio personali: nam exempti à iurisdictione ipsorum ordinariarum ratione suarum dignitatum, beneficiorum, vel religionum, non tollitur eorum iurisdictio criminalis prius etiam exclusivè ad Episcopos competens, & num. 5.
- 3 Iurisdictio inferiori Episcopo concedi videtur in dubio cumulative.
- 4 Correctio monachorum primo loco ad Abbatem etiam non exemptum pertinet: et autem que exempti in suos subditos competit, Conc. Trid. non derogat. num. 1.

CONSILIVM IX.

PER Concilium Tridentinum an derogetur privilegio ecclesiæ collegiatæ Ossunæ, quo Abbas eius cognoscere potest in prima instantiâ de causis suorum canonicorum, portionariorum, & aliorum clericorū Ecclesiæ suæ cumulative?

An etiam prædictum Concilium sit contrarium privilegio capelle Sepulchri eiusdem Ecclesiæ, quatenus capellano maiori præbet omnimodam iurisditionem super capellanos minores, non declarando an cumulative, an privative cum ordinario concedat?

Tertio, an colore aliquo iuris possit suaderi, ut privilegia præfata, quatenus essent contraria Concilio, confirmentur à Sede Apost. ut valeant, non obstante illò?

AD PRIMAM quæstionem respondeo primo, quod tam hæc quæstio, quam sequens videntur tangere dubia illa grædia, quæ largissime tractat Panormitanus, & citaris ab eo, & alibi sepe, de natura & qualitate iurisditionis prælatorum regularium & secularium inferiorum Episcopis, & eis subditorum: & præter omnia illa videtur incidere aliud novum, scilicet, an canones disponentes aliquid de iurisditione ordinaria fovenda, tollenda, vel moderanda includant solam ordinariam iure communi competentem, an etiam illam, quæ competit consuetudine præscripta, vel privilegio: super quo multa in medium proferri possent ab eo, cui ortum & tempus id faciendi suppeteret; sed quia utrumque nobis deest, dicimus breuiter multa. Primum, iuri propiorem videri partem affirmantem, quod in dubio includant omnem ordinariam quocumque iure iusto quæsitam. Tum quia lex generaliter loquens generaliter intelligenda est. Tum quia ordinaria iurisdictio quocumque iure iusto quæsitæ est proprie ordinaria: quia genus proprie prædicatur de qualibet eius specie, ut ait

2 Arg. c. dudū
2. de elect. &
l. illud. ff. ad l.
Aquil.
b Cap. 3. sess.
14.
c De elect. li.
6.

d In e. cum cō
tingat, de fo
ro compet. à
nu. 18. & seq.
e In r. f. de of
fic. deleg. s. f.
f In c. fin. de
offic. ord. in
gloss. & in
ca. duo simul.
ao. simul. & in
c. conquellus.
de foro cōpet.
h Leg. de pre
tio. ff. de publ.
in rem. actio.
i In ca. solita. s.
de maior. &
pbedientia.

A Baldus ab omnibus receptus, & ordinaria quæsitæ consuetudine vel privilegio est species iurisditionis ordinariæ. Tum quia licet delegatus ab inferiore Principe non possit subdelegare, nec delegatus Papæ nudum ministerium sibi commissum, tamen inferior Episcopo potest delegare & committere alteri ea, quæ sibi iure proprio competunt; etiam si privilegio vel consuetudine competant, ut est in ca. vlt. adiuncta glossa solemnè approbata ibi per Panormitanum, Felinum, & alios. Tum quia istis rectè adaptantur iura disponentia de præfatis, quibus ordinaria iurisdictio competit ex consuetudine, præscriptione, vel privilegio; qualia dici possunt, cap. cum ab ecclesiis, cap. quanto, cap. conquereute, & cap. duo.

B Secundo dicimus, quod si Concilium Tridentinum est contrarium iurisditioni prædictorum Abbatis, & capellani maioris, maximè videtur esse, primo in illis verbis, *Omnes cause ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram ordinariis locorum duntaxat cognoscantur.* Sed responderi posset, quod illa verba minime nocent eorum iurisditionibus: quia eorum iurisditiones sunt ordinariæ, & ita potius videntur ab illo cap. foueri, quam laedi: quia generaliter loquitur de iurisditione ordinaria; quales sunt etiam illæ præfatorum Abbatis, & capellani maioris, sicut aliæ Episcoporum: & sic videntur probare quod causæ ad prædictum Abbatem & Capellanum pertinentes debent in prima instantia coram eis tractari.

C 2 Tertio, quod magis obstat eis eidem ca. 20. quatenus in ver. *ad hæc* referuat causas matrimoniales Episcopis, & tollit à iurisditione Decanorum, Archidiaconorum, & aliorū inferiorum prælatorum. Sed responderi posset: quod prædicti Abbas & capellanus non prætendunt cognitionem causarum matrimonialium, quæ tractantur inter laicos, sed solum causas clericorum eis subditorum, quæ non sunt matrimoniales. Replicari tamen potest, quod tollit etiam causas criminales eorum, quas ipsi prætendunt ad se pertinere. Cui replicationi difficile videtur posse responderi congruè, nisi quod prædictus capellanus maior cum suis minoribus & clericis ad præfatum capellaniam pertinentibus eximitur à iurisditione omnium aliorum ordinariarum, præterquàm prædicti Abbatis: & quod prædicta clausula prædicti cap. 20. non includit eos, qui sunt exempti ratione suarum dignitatum, & ordinum. Tum quod alioqui sequeretur vnum græde absurdum, scilicet quod nulli prælati religiosorum exemptorum, quales sunt hodie fere omnes, possent uti iurisditione criminali in suos subditos, nisi prius requisito Episcopo, & eo negligente; quod est contra ea quæ notantur in cap. cum ab ecclesiis, & cap. quanta, & ca. in singulis, & melius in cap. ea que, & contra multas constitutiones variarum religionum, & contra obseruantiam generalem. Tum quod inter exemptos & non exemptos ponitur differentia in dicto cap. ea que, & ita videtur intentio prædicti Concilij fuisse disponente de illis, qui non sunt exempti ratione suarum dignitatum, & beneficiorum, licet sint exempti aliquibus privilegijs personalibus.

D Quarto, probabiliter dici posse, quod licet prædictus Abbas uti potuisset libere ante Concilium Tridentinum, iurisditione civili & criminali in clericos & canonicos ecclesiæ suæ cumulative cum Archiepiscopo, non tamen hodie post illud potest uti præterquam civili; quia non est exemptus à iurisditione Archiepiscopi: & quod prædictus capellanus maior, licet sit subditus illi, uti potest in suos capellanos & pertinentes ad suam capellam iurisditione tam criminali, quam civili, eo quod est exemptus ratione suæ capellaniam maioris ab omnibus ordinarijs, præterquam sui Abbatis, uti sunt alij Priores, & Guardiani religionum, per privilegium ab Apost. sede indultum: & non tollitur illud ei à prædicto Concilio, quia non extenditur ad eum, eo quod est exemptus ratione suæ capellaniam.

E Quinto, probabiliter addi posse, prædictum capellanum uti potuisse utraque iurisditione ante prædictum Concilium Tridentinum, & etiam nunc posse privative; licet præfatus Abbas non possit uti sua nisi cumulative. Tum quod prædicto Abbati fuit concessa cum restrictione cumulative, prædicto autem capellano simpliciter sine illa.

F 3 Tum quia licet iurisdictio concessa inferiori Episcopo videatur in dubio concessa cumulative, & nō privative, ut post multos à se citatos resoluit Felinus, ponendo regulam cum octo limitationibus: illa tamen fallit, quando per aliquas co-

a In l. 2. C. de iura aur. an nul.
b Le. à indice.
c. de in. & c. f. per locū à speciali. de of. f. deleg. c. f. eiusdem cap.
d De off. or.

c De off. ord.

f In ca. 20. de refor. sess. 24.

g De off. or.
h De statu monach.

i In ca. p. r. l. de off. ord.

coniecturas concessionis vel acquisitionis colligitur contrarium, ut colligi potest ex concessione iurisdictionis facta predicto capellano. Tum quod Papa simul erexit abbatiam, & capellaniam maiorem: & in concessione iurisdictionis facta Abbati vsus est restrictione illa cumulatiue, & non in concessione facta capellano: & cum quid de vno ex duobus propositis dicitur, videtur de altero negari. Tum quod predictum capellanum maiorem, & alios minores, & omnes clericos quo ad pertinentia ad capellam exemit Papa ab omnibus ordinarijs, praterquam ab Abbate, per illa verba, *Omnino eximimus, & totaliter liberamus.*

4 Tum quod videtur in hoc Papa sequi opinionem illam comunem, quam refert Panoritanus communiter receptus, quae habet, monachorum correctionem primo loco pertinere ad Abbatem, etiam si Abbas non sit exemptus ab ordinario, etiam ante benedictionem, per ea quae ipse allegat.

5 Sexto, quod ex quinque praedictis colligitur resolutio ad quaestionem primam & secundam, scilicet quod Concilium Tridentinum non videtur contrarium Abbati, quatenus poterat ante illud vti iurisdictione civili in suos canonicos, & clericos Ecclesiae suae in prima instantia: sed sic, quatenus poterat antea vti iurisdictione criminali cumulatiue: & quod probabiliter teneri potest praefatum Concilium non laedere iurisdictionem criminalem, neque civilem capellani maioris, & quod priuatiue habebat & habet iurisdictionem criminalem in suos capellanos inferiores minores, & alios clericos in pertinentibus ad suam capellam.

Septimo, quod ex praedicta resolutione colligi potest fortitudo ad tertiam quaestionem, quae tangit quid, quantum, & quomodo oporteat vel expediat petere a Sanctitate sua confirmationem praefati privilegij, iuxta decisiones, quae in praedictis quaestionibus admonentur. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Episcopi per facultatem cap. 6. sess. 24. Conc. Tridentini. absolueri possunt a casibus, quos Sedes Apostolica etiam post dictum Concilium sibi reseruauit per constitutionem promulgatam contra bannitos, nu. 4. & alias similes non derogantes dicto Concilio, nu. 1. quales etiam erant bullae Cerae Domini alias publicatae, licet modo publicatae a paucis annis citra eodem Concilio videantur derogare, nu. 3.*
- 2 *Absoluti poenitentes possunt virtute locale a reseruatione Papa etiam post localem concessum commissis.*

C O N S I L I V M X.

AN Episcopus possit vti facultate sibi data a Concilio Tridentino, in absoluendo suos subditos in casibus Summo Pontifici & Sedi Apost. reseruat in moribus proprijs, & alijs constitutionibus promulgatis etiam post ipsum Concilium?

Secundo, an in casibus bullae Cerae Domini, excepta haeresi?

Tertio, an specialiter in constitutione contra receptatores bannitorum promulgata anno 1580?

1 **A D P R I M A M** trium quaestionum, quae in hoc dubio tanguntur, respondeo, quod sic, praterquam in casibus reseruat cum clausula derogatoria, per quam sufficienter derogatur praefato Concilio Tridentino. Tum quia praefatum Concilium Tridentinum dat praefatam licentiam generaliter, non distinguendo inter reseruaciones praeteritas & futuras; & ita generaliter est intelligendum.

2 Tum quia indulgentia, & facultas absoluendi, quae datur in localeis, extenditur ad peccata futura, vt nos concludimus contra quosdam in tract. de indulg. vbi respondetur ad ea, quae poterant contra hoc responsum obijci.

3 **A D S E C V N D A M**, quae etiam hic tangitur, respondetur quod facultas facta Episcopis in praedicto Concilio, extenditur ad casus per bullam Cerae reseruatos. Tum quia limitat illam quo ad haeresim, quae est vnus casus bullae Cerae: quod non conueniebat facere, nisi ad casus praefatae bullae extenderetur praefata facultas: quamuis propter bullam Cerae, quae a paucis annis publicatur, videatur derogatum praefato Concilio, & in totum quo ad haeresim; sed id nihil obstat huic responso.

4 **A D T E R T I A M**, quae hic tangitur, respondetur, quod praefata facultas extenditur ad praefatam extrauagan-

tem latam contra iuuantes & receptantes bannitos, & alios in ea contentos. Tum per ea, quibus responsio prima munitur. Tum quia praefata extrauagans nullam habet clausulam, quae praefato Concilio, deroget. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Facultas Episcopi per Conc. Trident. cap. 6. sess. 24. concessa per bullam Cerae derogata dicitur secundum sententiam Congregationis Cardinalium.*
- 2 *Clausula illa, absoluendi in foro conscientiae tantum, significat, quod haec absolutio de rigore iuris sic absoluto non procedit in foro exteriori, in quo de illo iudicabitur vt de non absoluto; non astringit tamen absoluentem, vt ea facultate utatur solum in sacramento poenitentiae. Vnde Episcopus utitur facultate sibi per cap. 6. sess. 24. & alias competente extra sacramentum, vt etiam faciunt quibus Maior Poenitentiarum per alias quam per suas bullatas literas id concedit.*
- 3 *Vicarius Episcopi, vt talis, vt non potest facultate cap. 6. sess. 24. Conc. Trident. in materia haeresis.*
- 3 *Industria persona quando est electa, tunc delegatum non subdelegat.*
- 4 *Absoluenti potestatem in aliquibus casibus habens, si ea sibi competit ex officio siue ex privilegio sua dignitati annexo, potest hanc facultatem alteri committere, qui poterit arbitrio suo hoc vel illo modo, hac vel illa poenitentia imposta, absolueri: quod si ei competat ex delegatione, tunc nudum tantum ministerium potest committere; ita vt mandans prius de omnibus informatus mandatario committat, vt talem hoc modo, hacque imposta poenitentia, absoluat. mandatariusque nullo in re suo utatur arbitrio, sed sola sibi iniuncta exequatur.*

C O N S I L I V M X I.

PR I M O quaeritur, vtrum facultas concessa Episcopis absoluendi ab haeresi in foro conscientiae tantum in Concilio Tridentino, sit abrogata per bullam Cerae Domini ibi, ac cuiusvis Concilij decreta, maxime in remotioribus partibus, vbi accessus est difficilis ad Summum Pontificem.

Secundo quaeritur, circa dictum Concilium, an illa verba, in foro conscientiae tantum, intelligantur solum in foro sacramenti poenitentiae, an vero possint intelligi in foro secreto, ita vt possit Episcopus a sola censura absolueri, & alteri remittere poenitentem, vt illi confiteatur, & hoc maxime quando est Episcopus absens.

Tertio quaeritur, an illa verba praedicti Concilij, scilicet *in foro conscientiae tantum*, non eorum vicarijs, sit permissum, intelligantur solum de ordinario Episcopi vicario, an vero debeant intelligi de quocumque alio, cui Episcopus in casu aliquo particulari occurrenti committeret vices suas.

A D P R I M A M Q V A E S T I O N E M respondeo: quod quidam Illustrissimus fecit me certiorem, quod in quibusdam Illustrissimorum Cardinalium Congregationibus fuit conclusa pars affirmatiua, scilicet, quod per praedictam bullam abrogata sit praedicta potestas Episcopis; cui tamen in hanc, quae sequitur, formam scripsimus.

Illustrissime & Reuerendissime Domine, Gratas ago D. V. Illustrissime quod tam benigne ac largè dignatus fuerit facere me certiorem de conclusione, quam ait fuisse a Congregatione Illustrissimorum receptam super non permittenda Episcopis facultate absoluendi ab haeresi in foro conscientiae, quam eis Concilium Tridentinum fecerat, eamque vulgo esse receptam. Et quamuis ad persuadendum illam mihi sufficiat quod illa conclusit, iuxta illud, *ipse dixit*; interrogatus tamen multis quaestionibus a quibusdam eruditissimis orbis noui confessorijs, quorum quidam praesupponunt habere illos hanc potestatem, vix audebo eis respondere. Tum quia difficile crederetur ab eis, quod multis & validissimis rationibus conclusum fuerit non conuenire, vt relinquatur Episcopis facultas praefata, cum nuper Concilio vniuersali apparuerit id conuenientissimum. Tum quia, vt audio, Episcopi ceperunt ea vti, & non facile a suo vtu tanti Concilij auctoritate nitente retrahentur. Tum quia videt apparuisse in Vrbe conueniens, vt confessorij per Cruciatam electi absoluant ab omnibus casibus bullae Cerae, quorum vnus est haeresis, quando in Cruciatam non excipitur. Tum quia molestè ferent omnes Episcopi omnium regnorum Castellae, & ei annexorum, qui sunt plurimi, vt eis auferatur praefata potestas, & eadem

a Cap. nonne. de presump. c. l. cu prator ff. de iudic.

b In c. quid. de off. or. n. 3.

c Sess. 24. c. li. cono Episcop.

d Leg. de pro. ff. de publi. in rem actio. c. solus. s. fin. de maioris. c. obed. c. Super s. in Lousico. not. 34. num. 4. c. Cap. licent.

e Cap. licent.

a Cap. licent.

b Sess. 24. c. 6.

c Cap. 4.

d Cap. 6.

concedatur omnibus confessarijs subditis eorum per Cruciatam electis, qui sunt innumeri. Tum quia, licet Episcopi Italiae, qui proximi sunt Vrbi, satis aequo animo ob praesentiam S. D. N. illam sint laeturi; Episcopi tamen Germaniae, Belgij, Galliae, & Hispaniae, & orbis noui, qui longius à sua Sanctitate absunt, non videntur tam facile laetari. Tum quia audio quosdam in Hispania in libris auctoritate Concilij supremi Regis typis excusis praesupponere illam facultatem Episcopis inesse. Tum quia, vt audio, sunt, qui dicant per bullam Coenae non derogari ei, eo quod videant non derogari potestati Inquisitorum, qui, non obstante illa, passim absoluunt ab haeresi, & non excipiuntur in praefata bulla plus quam Episcopi: & constat potestatem illam non fuisse datam eis à maiore, quam Episcopis, cum fuerit data à solo Papa, & Episcopis à Papa, & toto Concilio. Tum quia, sicut non omnes decisiones Rotae, quae placent Vrbi, placent toti orbis; ita forte non omnes rationes, quae videntur validissimae aliquot Congregationibus Vrbi, videbuntur tales omnibus Academicis, & Regum praetoribus, quae Parliamentaria, vel Cancellarias vocant. Quae omnia tumultuarie scripta non in hoc mirro V. D. Illustriss. vt velim mihi responderis, sed tantum vt aliquando, si ei videbitur, & occurrerit opportunitas, aliquid horum iniquetur S. D. N. cuius Sanctitatem ampliss. & V. D. Illustriss. Dominus Iesus quam diuissime seruet incolumes. Amen.

Ex hac responsione facile colligi potest id, quod ego respondere debuerim ad praefatam quaestionem.

AD SECVNDAM respondeo primo, quod verba illa, *absoluere quo ad forum conscientiae tantum*, & illa, *dare potestatem absoluendi quo ad forum conscientiae*, significant, quod absolutio data, vel facta nihil proferat quo ad forum externum, in quo perinde iudicabitur de illo, ac si non esset absolutus, secundum rigorem iuris, iuxta omnium mentem.

Secundo, quod Episcopus habens potestatem absoluendi ab excommunicatione ob haeresim incurfa poterit absoluere etiam extra confessionem sacramentalem. Tum quia absolutio ab excommunicatione non est absolutio sacramentalis, secundum omnes. Tum quia stylus officij sacrae Poenitentiariae habet, vt aliqui eorum, qui interfunt ei, absoluant praesentes à censuris extra confessionem per facultatem eis aliàs quam per literas seu bullas solitas dicti officij facta à summo Poenitentiarario, & suis officarijs ad absoluendum eos in foro conscientiae. Tum quia vicarius Episcopi minorum ordinum rarrum potest excommunicare, & absoluere, secundum S. Thomam, & est glossa recepta, licet non posset absoluere à culpa, propter quam illa incurritur, nisi fuerit sacerdos, & id faciat audita confessione sacramentali, vt paulo laetius diximus in Man. confess.

Tertio, quod haec consequitur posse Episcopum extra confessionem absoluere in casibus particularibus occurrentibus.

AD TERTIAM, quod verba illa Concilij, *Non eorum vicarijs*, intelliguntur de vicarijs generalibus, ita quod sit sensus, quod sicut vicarius Episcopi generalis ratione solum vicariatus non habet potestatem conferendi beneficia, ita non habet potestatem vtendi hac facultate. An autem Episcopi possint committere hanc potestatem absoluendi alijs, maior quaestio est.

Pro parte negativa facit primo, quia videtur ei commissa huiusmodi potestas propter suam industriam, quale commissum est indelegabile. Secundo, quia pro hac parte videtur casus expressus in d. ca. fin. § qua parte habet, eum, cui commissa est potestas absoluendi etiam à Papa, non posse illam alteri subdelegare.

Pro parte tamen affirmatiua videtur etiam casus expressus in cap. fin. § qua parte habet, eum, cui competit ex officio absoluere, posse id per alium facere; & idem, si illud ex privilegio suae dignitatis ei cõperit secundum glossam illius receptam. At Episcopis ex officio & privilegio suae dignitatis competit absoluere ab haeresi virtute canonum Conc. Trid. tenendo, quod non derogetur illi per bullam Coenae; quod est maius, quàm si cõpererit ex privilegio personae. Et mihi quidem videtur indubie haec pars verior, intelligendo de potestate absoluendi nuda, ita quod Episcopus informatus recte de casu arbitretur modum poenitentiae, & onus imponendum ei, qui absoluendus est, & committat nudam potestatem absoluendi cum illo modo, nullo arbitrio postea remisso ei, qui est absoluturus. Satis etiam videtur vera, intelligendo de commissione absolutionis

a Lib. 4. sen. d. 18. q. 2. a. 2.
b Cap. canonica. ver. presbyter. de sent. excom.
c Cap. 27. nu. 41. & sequens.

d Cap. fin. de offic. vic. li. 6.

e Cap. 8. ca. 1. de offic. deleg. & c. idem. eodem titulo lib. 6. De offic. dele. g. De offic. ord.

A cum facultate arbitrandi poenitentiam, modum, & onus imponendum à confessario absoluturo: quoniam responderi potest praef. §. ceterum. quod ille procedit in eo, qui ex delegatione & commissione habet potestatem absoluendi, & non in eo, qui habet illam ex officio & privilegio suae dignitatis, de quo loquitur praef. cap. fin. Ex qua solemni & recepta concordia sequitur, quod valde perpendendum est, an Episcopus possit & velit absoluere ex officio suo & privilegio concessio suae dignitati à Concilio Tridentino an ex noua commissione Papae, ita quod fiat delegatus: nam priore casu poterit committere absolutionem utroque modo praedicto, posteriore vero non poterit, nisi ad summum priore, scilicet nudum ministerium ad absoluendum sine aliquo arbitrio.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus approbatum confessorem eligat, si per Iobaleum absolui vult.
- 2 Confessarius virtute Iobalei absoluere potest à censuris bulla Pij V. de confidentijs, & Greg. XIII. de datis & promissis.

CONSILIVM XII.

S V P P O S I T O, quod Episcopus potest eligere confessorem, quem voluerit: est quaestio, vtum hoc poterit facere, non obstantibus verbis Iobalei, quae dicunt, *Et eligant confessores approbatos*, si haec verba eos comprehendant?

Secundo, si possunt confessores absoluere virtute Iobalei in foro animae ab excommunicationibus incurfis propter ea, quae continentur in motibus Pij V. de confidentia, & alijs, & in motu Gregorij XIII. de conuentione, & alijs rebus, quae offeruntur pro habenda gratia, vel iustitia à Papa, &c.

R E S P O N D E O primae quaestioni, quod Episcopus praedictus virtute Iobalei non potest eligere confessarium nisi approbatum, esto iure communi posset quemcumque prouidum & discretum, tamen forma Iobalei seruanda est, iuxta cap. cum dilecta. de rescript. cum annotatis ei maxime à Felino.

AD SECVNDAM respondeo, quod confessarius probatus & electus potest absoluere virtute huius à censuris praedictis, videlicet bullae de confidentia, & extrauag. de dat. & promiss. S. D. N.

Aduerte autem, non inde inferri, quod Episcopus possit quemcumque sacerdotem non approbatum sibi in confessarium extra casum Iobalei eligere.

S V M M A R I V M.

- 1 Exorbitans à iure communi dispositio restringenda est, & hoc si sit odiosa. Item nec taliter restringenda, quin includat omnes casus, ad quos verba secundum propriam significationem extenduntur. num. 7.
- 2 Privilegia, dato aliquo, quod operentur, in reliquis sunt restringenda, & hoc procedit quo ad privilegia odiosa, & alijs prauidicantia, ne ultra propriam significationem verborum extendantur ad alia, in quibus non militat ratio extensionis. num. 8.
- 3 Regulares virtute Iobalei possunt sibi eligere in confessarium sacerdotem secularem, approbatum tamen.
- 4 Lex, per quam reditur ad ius antiquum, fauorabile, & amplianda.
- 4 Exemptus, secundum opinionem Federici, non potest se subijcere alteri sine licentia sui superioris; nisi quando subijceret se illi pralato, cui de iure, cessante exemptione, subditus esset.
- 4 Cõstiteri antiquitus omni fidelis omnibus poterat sacerdotibus.
- 6 Parochus licentiã confitendi alteri facile non concedens peccat.

CONSILIVM XIII.

A N regulares ex facultate concessa instar Iobalei omnibus Christi fidelibus eligendi idoneos presbyteros seculares, vel cuiusvis ordinis regulares ab ordinario approbatos, quibus peccata sua confiteantur, possint saecularibus sacerdotibus confiteri?

Pro parte negante facit primo, quod dispositio exorbitans à iure communi est restringenda, & concessio praedicta exorbitat ab illo iure communi, cap. placuit. de poen. dist. 6. & cap. omnis. quibus cauetur, vt suo quisque proprio parochio sua peccata confiteatur.

Secundo, quod privilegium licet ita sit intelligendum, vt aliquid operetur contra ius commune, dato tamen aliquo effectu, quem operetur, debet restringi quo ad alios, secundum Panormitanum, quem & alios relaros à se sequitur

a De off. ord.

b Cap. fin. de poen. & rem.

c Cap. qua à iure. cam. similib. de reg. iur. lib. 6.
d De poen. & remissio.
e Cap. in hie. de priuile. & l. si quando. C. de officio. ce. flam.
f In c. certifi. cari. col. 3. de sepult.

a In c. col. s. de rescript.

b La. de prorio ff. de pub. m. r. tit. c. c. sol. 22. § ff. de ma. ior. c. obed.

c La. i. §. quod autem ff. de n. lo. l. i. §. a. l. e.

d In c. 509. num. 3.

e 31. dist. ff. p. n. no. p. s. ff. de p. d. i.

f Cap. cum access. ff. de e. cum omnes. n. 7. §. seq. de conf. i. n.

g Conf. 14. i. 10. q. 1. c. c. 15.

h De reform. sess. 23.

i Num. 2. m. Num. 17.

n Sess. 25. de reg. o. In 4. h. fm. d. 17. q. 3. ar. 3. quibus. 4. p. Num. 119.

q. de test. i.

r Cap. sciens an. de ele. l. 6. c. q. adia. de reg. i. l. 6.

Decius. At concessio predicta est privilegiata, & derogativa iuris communis, & potest operari quo ad regulares aliquem effectum, scilicet confitendi quibuscumque regularibus; ergo non est extendenda quo ad alium effectum, scilicet, quod possint confiteri secularibus.

3 Pro affirmante autem facit primo, quod concessio predicta est generalis, & consequenter generaliter intelligenda, etiam si aliqua maior ratio inveniatur in vna specie, quam in alia, & tradit post alios Decius, & concessio predicta est generalis confitendi secularibus, vel regularibus approbatis; ergo generaliter est intelligenda.

4 Secundo, quod lex, per quam deditur ad ius antiquum, est favorabilis, & amplianda: quia res facile reuertitur ad suam pristinam & antiquam naturam, iuxta cap. ab exordio. & l. si vnus. vbi Iason adducit pulchra exempla, quae desumere potuit a Felino, in quibus est illud Federici Senensis, scilicet, quod licet exemptus regulariter non possit se subdere alteri prelato sine consensu sui superioris, fallit tamen, quando se subderet prelato, cui secundum ius antiquum subest. Cum ergo secundum iura antiqua quilibet Christianus cui libet sacerdoti poterat confiteri, argumen. §. ecce. 1 Concilij Tridentini, & tradimus late nos in d. cap. placuit. 1 ad quod predicta concessio facit redire subditos, censenda est favorabilis, vt nos vbi supra, m. dicimus.

5 Tertio, quod vile est populo Christiano, vt aliquoties datur facultas confitendi alijs, quam ordinarijs confessorijs. Vnde Concilium Trident. ca. 10. n. statuit, vt superiores monialium, quas exhortatur vt singulis mensibus sacram Eucharistiam assumant, dent his vel ter in anno confessarios extraordinarios, quibus possint illas confiteri.

6 Quarto, quod D. Thomas, o quem referimus post alios vbi supra, p. communiter receptus sic ait, Peccaret sacerdos, si non esset facilis ad prabendam licentiam confitendi alteri: quia multi sunt adeo infirmi, quod potius sine confessione morerentur, quam tali sacerdoti confiteri: vnde illi, qui sunt nimis solliciti, vt conscientias subditorum per confessionem sciunt, multum laqueum damnationis iniiciunt, & consequenter sibi ipsis. Per quae posteriora opinor hanc partem affirmantem esse iure veriorum.

7 Non obstant opposita. Ad quorum prius responderetur primo, quod licet lex a iure communi exorbitans sit restringenda, ita quod ad alios casus non extendatur; includit tamen omnes, ad quos verba eius secundum propriam significationem extenduntur vt habet l. cum lege. adiuncta glossa & doctrina Fracisci Aretini, quam Decius, Alciatus, & alij multis in locis sequuntur: & verba predictae clausulae secundum propriam significationem comprehendunt hanc casum, vt palam est. Secundo responderetur, quod illud intelligendum est de lege exorbitante odiosa, non autem de favorabili, qualis est illa, per quam reuertitur ad pristinum ius, & talis est concessio contenta in praefata clausula.

8 Ad posterius responderetur primo, intelligendum esse illud de odioso privilegio, & prejudiciali, quale non est hoc. Secundo, quod id procedit, quando verba eius per proprium significationem non extenderentur ad omnes alios effectus, & esset multo maior ratio, quare non deberent extendi ad eos. At concessio predicta est favorabilis, nemini prejudicialis saltem notabiliter: & eadem ratio suadet, vt extendatur ad seculares approbatos, ac ad regulares approbatos: quia vtrique iure communi sunt alieni sacerdotes, & vtrique sunt approbati, & clausula predicta vtroque parificat ratione approbationis. Adde, quod tempore iobaeorum occurrit magna multitudo confiteri volentium, cui vix potest satisfacere quamlibet magna multitudo confessorum approbatorum: quod Papa concedens iobaeis optime nouit. & ita vel hoc solo nomine, quod fauet animarum salutem, est favorabilis concessio predicta, iuxta glossam memorabilem, & consequenter amplianda, & non restringenda.

Et ita refertur, quod alias declarauit sacra Congregatio quod tamen non procedit quo ad illas religiones, quibus privilegio Apostol. concessum est ne earum religiosi qis vti possint gratis sine licentia suorum superiorum.

S Y M M A R I V M.

1 Papam privilegium conferendi sacros sacerdoti dare posse, habet gloss. sed contraria opinio, quae est S. Thom. num. 2. videtur verior, num. 4. licet sit secus de sacramento confirmati-

- A tionis. num. 2. & 3.
- 3 Ordines minores cum prima tonsura Abbates suis regularibus conferre posse, habet communis opinio.
- 4 Ordinare etiam monachos maioribus ordinibus, Episcopi reseruatim a Trident. Concil.
- 4 Privilegium sacros conferendi, Abbas olim concessum, Concilio Trident. reseruatim.
- 5 Abbas suis minores ordines sine Episcopi examine conferre potest.
- 5 Intellectus cap. 12. Concil. Trident. sess. 23. de reformat.

CONSILIVM XIII.

ABBAS cuiusdam monasterij Germaniae ordinis Cisterciensis habet privilegium conferendi ordinem subdiaconatus concessum & confirmatum a multis Maximis Pontificibus ante Concilium Tridentinum & etiam post illud fuerunt confirmata omnia privilegia generaliter a S. D. N. Gregorio XIII. exceptis his, quae sunt contraria Concilio Tridentino. Queritur; an d. Abbas possit nunc vti praefato privilegio.

1 Pro parte affirmante facit primo, quod videtur Papa potuisse concedere praedictum privilegium, iuxta glossam solemnem: quae habet posse Papam concedere potestatem conferendi non solum ordines minores, sed etiam maiores illi, qui habet illos; & quod praedicti monasterij Abbates vti sunt semper praedicto privilegio; & quod beneficium principis debet seruari.

Secundo, quod praedictum privilegium non videtur esse contrarium vlli cap. Concilij Tridentini, quia nullo eorum videtur caueri, ne quis conferat ordines ex commissione Papae.

Pro parte autem negante facit primo, quod multi tenent, & in his Scotus, Durandus & Hadrianus, quod is, qui non est Episcopus, non potest confirmare, etiam ex commissione Papae, per cap. manus. & cap. quando. 4 ergo a fortiori non poterit ordinem sacrum conferre.

2 Secundo, quod licet S. Thomas & communis opinio Theologorum, & Canonistarum, teneant presbyteros ex commissione Papae posse confirmare, siue chrismare, quos non sine magno labore defendit Scotus, & idem tamen S. Thomas affirmat ibidem, non posse presbyterum, etiam ex commissione Papae, conferre vllum ordinem sacrum, quod etiam praedictus Scotus concedit; & a fortiori omnes alij, qui affirmant illum non posse etiam de commissione Papae confirmare, debent concedere etiam hoc.

3 Tertio, quod licet cap. cum contingat. h. & communis opinio ibi & vbiq; teneat, posse Abbates conferre primam tonsuram, & minores ordines suis monachis, nullo tamen iure probatur, quod possit conferre sacros, etiam ex commissione Papae: licet glossa, 1 contrarium senserit, argumen. illius cap. quod secundum communem opinionem probat posse illum confirmare ex commissione Papae, vt dictum est: sed eius fundamentum tollitur per pulchram differentiam, quam ponit S. Thomas k inter collationem ordinis sacri, & confirmationis.

4 Quarto, quod Concilium Tridentinum videtur solis Episcopis reseruare ordinationem ad sacros ordines, dum 1 statuit vnumquemque a proprio Episcopo ordinari debere, & ne Abbates conferant minores alijs, quam suis monachis, significando quod sacros non debent conferre etiam illis. 2 statuit, vt nec regulares sine diligenti examine Episcoporum ordinentur, derogando privilegijs omnibus contrarijs: per quod cap. videntur duo statui. Alterum est, quod regulares debent ordinari ab Episcopis ad ordines sacros. Alterum, quod id debent facere praemissa diligenti examinatione: quod videtur esse contrarium privilegio concessio alicui Abbati ad ordinandum aliquem ad diaconatum. Et quamuis inductionibus horum capp. Concilij aliqua ex parte disputando responderi possent: quia tamen arbitror esse veram opinionem praedictam S. Thomae cui communis assentiri videtur; & quia credo Concilium, si fuisset interrogatum, responsum fuisse nolle tolerare tale privilegium; & quia derogauit expresse privilegijs contrarijs suo decreto, quo disposuit, vt regulares ordinarentur ordinibus sacris ab Episcopo, & praemissa diligenti examine; non audeo dicere S. D. N. per suam generalem confirmationem voluisse tam exorbitans privilegium confirmare, praesertim cum expresse in ea exceperit privilegia Concilio contraria.

F

a Cap. perno. nit. 91. dist.

b Cap. decet. de reg. iur. li. 6.

c De confec. dist. 5. c. De consue.

d In 4. d. 7. §. In d. c. perno. nit. 95. d. c. in d. c. quando de consuet. g. In praedicta d. 7. q. unica, art. 11.

h De arate & qualis.

i In d. ca. perno. nit.

k Vbi supra.

l Sess. 23. c. 8.

m Cap. 10.

n Cap. 12.

¶ An autem Abbates ordinare possint suos regulares ad primam tonsuram, & quatuor minores sine Episcoporum examine, dicitur quod sic; quia id eis iure communi conceditur in d. cap. cum contingat. * cum adnotatis ei. & quia d. Concilium, b non derogat illi; quia, si satis perpendatur, de solis ordinibus sacris intelligendum est: & quia per subauditos intellectus non debent antiqua iura corrigi, iuxta glossam solemnem, c præsertim quando non est tanta ratio in casu legis corrigendæ, quæta in casu legis nouæ corrigētis, iuxta notata. d

S V M M A R I V M.

- 1 Privilegium dato aliquo quod operetur, in alijs restringendum, ne operetur alia, in quibus saltem non adfit eadem ratio.
- 2 Missam ante auroram, vel paulo post meridiem dicere sine privilegio non videtur licere.
- 1 Officium diuinum vnius diei in aliud alterius diei mutare sine privilegio non videtur licere.
- 1 Ieiunij tempore ientaculum vespertinum sumere mane, & noctu carnare, sine privilegio licere non videtur.
- 2 Cruciatæ commissarios illas tantum gratias, quæ bulla acceptationem aliquo respectu impedire possunt, per suam generalem suspensionem suspendere, probabile est.

CONSILIVM XV.

AN per bullam Cruciatæ suspendantur gratiæ & facultates concessæ hospitali N. etiam si sunt aliarum rerum, quàm indulgentiarum, & remissionum peccatorum?

¶ Pro parte negante facit primo, quod per prædictam bullam non videntur suspendi omnes facultates concessæ à Sede Apostol. in vniuersum, sed tantum illæ, quæ videntur esse similes gratijs per eam concessis; licet aliquantulum differant ab eis. Tum quia privilegium licet ita sit interpretandum, vt operetur aliquid contra ius commune, e dato tamen aliquo, in quo id operetur, restringendum est, ne operetur alia, in quibus saltem non esset eadem ratio, secundum Panormitanum, f & resoluat Decius post alios. g

Secundo, quod ex affirmante sequeretur, quod facultas habendi altare portatile concessa Episcopis, h & Missam celebrandi ante auroram, vel paulo post meridiem Dominicis, i & aliæ facultates concessæ Episcopis per cap. quia periculosum, k & alia capp. citata per glossam, l essent suspensæ: facultates item mutandi officium diuinum alicuius diei in aliud alterius diei: facultas item audiendi leges facta monacho, vel personæ dignitatem habenti: & facultas faciendi mane in die ieiunij ientaculum, siue collationem, quam licet facere differendo cœnam in noctem: facultas item concessa Legatis Apostolicis, & Comitibus Palatinis conferendi gradus, & faciendi notarios: & omnis facultas dispensandi, immo & conferendi beneficia, & lucrificandi indulgentias concessas recitantibus rosarium, vel tertiam partem eius: & facultas concessa Academicis conferendi gradus: & facultates prædicandi, & audiendi confessiones factæ multis religiosis, & aliquot clericis secularibus eruditis, & dignitate ornatis: & facultas ne quis possit excommunicari, nec iudicari ab ordinario suo, & exemptionis: & denique omnia fere Apostolica privilegia, cum omnia illa sint gratiæ, indulgentiæ, vel facultates similes, vel differentes à gratijs, quæ per Cruciatam conceduntur, quod videtur absurdum, & ita non dicendum. m

Pro parte verò affirmante facit, quod contextus bullæ Cruciatæ habet, quod commissarius eius generalis possit suspendere gratias, indulgentias, & facultates à S. Sede Apostol. & à quibuscumque maximis Pontificibus, vel eorum auctoritate concessas alijs, siue sint similes eis, quæ conferuntur per Cruciatam, siue differentes ab eis. Et constat prædictum commissarium suspendisse omnes illas, iuxta formam facultatis sibi factæ. At omnes indulgentiæ & facultates concessæ à Sede Apostol. prædicto hospitali N. sunt similes, vel differentes eis, quæ conceduntur per Cruciatam; ergo omnes illæ sunt suspensæ.

2 His pro vtraque parte perpenfis; & multis alijs, quæ in vtramque partem perpendi possunt, omissis, arbitror omnino huius resolutionem spectare ad S. D. N. qui Cruciatam concessit: quem tamen arbitror non resoluturum eam facile, nisi audita Maiestate Regia, ad cuius petitionem illa concessa est.

Secundo, quod eius resolutio non pertinet ad summum

A Pœnitentiarium neque ad eius prætorium, nisi specialiter ei à sua Sanct. committatur. Tum quia id ex priori dicto sequitur. Tum quia facultates eius nullatenus ad hoc se extendunt.

Tertio, quod interim coloratè posset teneri, quod non omnes facultates à Sed. Apostol. quibuscumque concessæ suspenduntur, sed solum illæ, quæ sunt similes eis, quas bulla Cruciatæ concedit, & aliæ, quæ licet non sint similes, sed aliqua ex parte sint differentes, non tamen adeo sunt separata, vt aliquo respectu propinquo non possint impedire bullæ Cruciatæ acceptationem.

Quarto, ex bis inferri, quod ad respondendum certius huic quæstioni, oporteret exprimere privilegia, & facultates concessas hospitali prædicto, de quibus dubitatur, an per Cruciatam suspendantur, vt responsum posset arbitrari, quæ illorum comprehendantur sub clausula suspensionis, & quæ non. &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Tenor privilegij suspensæ, quod per acceptationem bullæ Cruciatæ reuadatur, est attendendus: nam si omnino radicitur in persona confessarij, sufficit quod ipse bullam accipiat: quod si ad illius usum requiritur etiam aliquod pœnitentiæ opus, seu actio, tunc eo non possunt vii, nisi cum accipientibus bullam.
- 2 Privilegium comedendi oua ecclesiasticis personis competens aliunde, quàm à prædicta bulla Cruciatæ suspenditur quidem per suspensionem, quæ fit vigore præsentis bullæ, sed non tollitur. Vnde cum accipientes præsentem bullam, tollant iam dictam suspensionem, poterunt non quidem ex vi huius bullæ, sed ex vi antiqui privilegij oua comedere.

CONSILIVM XVI.

QUÆRITVR primo, quia in bulla Cruciatæ datur facultas commissario, vt possit suspendere facultates, & privilegia concessa monasterijs, & locis pijs, &c. an ex hac commissione censeantur suspensa privilegia dictis locis concessa in ordine ad proximos?

D Secundo, quia dictus commissarius bullæ suspenderat dicta privilegia quo ad illos solum, qui non darent eleemosynam pro dicta bulla; & respectu aliorum, qui darent eleemosynam, illa non suspendebat: quæritur, an sit satis ad dicta privilegia consequenda, quod religiosus confessarius det dictam eleemosynam pro bulla, an verò sit opus, quod pœnitens eleemosynam dictam faciat?

E Tertio, circa dictam bullam Cruciatæ, quæ suspendit omnia privilegia concessa quibuscumque locis, personis, &c. quo ad illos tantum, qui non dederint eleemosynam pro dicta bulla; dubitatur, an in India, vbi ex antiquo privilegio omnes, etiam religiosi, & sacerdotes vtebantur lacticijs in quadragesima, vigilijs, &c. modo possint post publicationem dictæ bullæ Cruciatæ vti eodem privilegio, dando eleemosynam pro dicta bulla?

F 1 AD PRIMAM & secundam respondeo primò, quòd omnia privilegia religiosorum, & aliorum, ad quæ potestas suspendendi extenditur, erunt suspensa, facta suspensione à commissario; & desinent esse suspensa privilegia eorum, qui bullas acceperunt: quia id sonant verba bullæ, à quibus non est recedendum. a

Secundo, quod tale potest esse privilegium religiosi, quòd vti posset eo erga pœnitentem, & tale, quod non posset. Si enim religiosus haberet privilegium audiendi confessionem omnium, qui eum elegissent in confessorum, posset accepta bulla omnes audire, qui eum eligerent: si autem haberet privilegium audiendi omnes, qui eligerent eum de licentia ordinarij, non posset nisi habentes illam, vel accipientes bullam, quæ eam saltem eminenter continet; nam tenor privilegij est seruandus, & non extendendus. b

2 AD TERTIAM respondeo affirmatiuè, & quod rectè intellecta est bulla ab illis, qui dixerunt posse clericos, & religiosos virtute privilegij antiqui, & generalis, adiuncta reuadatione reuadationis, comedere oua, & lacticia diebus ieiuniorum. Quia, meo iudicio, non fuit intentio concedentis Cruciatam nouè præcipere, ne clerici, & religiosi comedant ea, sed tantum ne comedant virtute privilegij huius Cruciatæ, nisi accipiant bullam: & mens disponentis est attendenda. c

S V M M A

a De stat. & qual.
b Cap. 12. de resor. sess. 23.

c In ca. cupientes. 9. quod si per viginti. de elec. lib. 6.
d In aut. quas adiones. Co. de sacros. act.

e Cap. in his. de privile. & h. ff. ad municip.

f Cap. certifi. coram. 10. de sepul.

g Cap. 2. de rescrip.

h In c. vlt. de privile. lib. 6.

i Cap. in his. quod sit.

k De sen. ex. com. lib. 6.

l Dist. ca. vlt.

m Leg. nam quod absurdum ff. de be. liberi.

a Le. non aliter. ff. de la. 3.

b Cap. ablat. de ver. sig. c. porro. de privile. lib. 6.

c Ca. fi. de privile. lib. 6. in condition. ff. de cond. & demonstr.

S V M M A R I V M.

1 Gratia etiam per Cruciatam semel concessa durat perpetuo, donec reuocetur: at si suspendatur, reuocata suspensione, remanet efficax vt prius.

CONSILIVM XVII.

SVSCIPIENTES bullam Cruciatæ in isto præsen-
ti anno an gaudeant indulgentijs & gratijs per bullam
Cruciatæ in præterito anno concessis?

1 Respondeo, quod poterit frui priori bulla quo ad illas
clausulas, quæ non sunt sublata per bullam posteriorem.
Tum quia gratia semel facta durat, donec reuocetur, vel sus-
pendatur. 2 Tum quia si suspendatur, sublata suspensione re-
manet tam efficax, quam erat ante suspensionem, argumen-
cap. pastoralis. b & per posita in casu per posteriorem bullam
acceptam tollitur suspensio priorum bullarum.

a Ca. si super
gratia. de of-
f. deleg. lib. 6.
b De caus. pos-
sif. & propr.

S V M M A R I V M.

1 Ouis & lacticijs cui ob necessitatem diebus prohibitis per
Cruciatam vesci permittitur, licet aliquo die omisu vs ves-
catur piscibus, non peccat: quia potest favori sibi per bullam
oblato renunciare: dummodo id non cedat in notabile detri-
mentum sanitatis, quia tunc peccaret contra præceptum na-
turale. num. 2. & si non tenetur ieiunare, potest eisdem ali-
quando in prandio, & aliquando in cæna vesci. nu. 4. secus
esset, si vtrisque vellet in eodem prandio vel cæna vti: quia
quando potest abstinere à prohibitis, non licet eum vti: nisi
quoniam quia pisces nocent, peccat illos comedendo. num. 2. & 4.
nisi modica piscium quantitas excuset. num. 3.

CONSILIVM XVIII.

CLERICVS Hispaniæ, qui per bullam Cruciatæ no-
uissimam non potest edere in Quadragesima oua, &
lacticia, nisi ob necessitatem de consilio confessorij, & me-
dici, an possit eodem die, & eodem prandio, vel cæna, vel
saltem interpolatis diebus edere aliquid piscium, quod e-
denti non noceat?

1 Respondeo, quod poterit interpolatis diebus, ita quod
vno die comedat pisces, & alio oua, vel lacticia: quoniam
potest quis renunciare favori & priuilegio suo, quatenus ius
humanum tangit: & priuilegium & licentia huiusmodi da-
tur in fauorem eius.

2 Dixi, Quatenus tangit ius humanum: quia si eiusmodi pis-
cium esus esset ei mortifer, vel notabile salutis damnum af-
ferret, peccaret comedendo, non quidem eo quod transgre-
deretur tenorem bullæ continentis humanum præceptum,
vel priuilegium, sed quia contraueniret naturali legi diuinæ,
qua prohibemur edere mortifera, vel notabiliter valde lasi-
ra potentes edere iuste alia, vt tradimus in Manual. confell. d
post Innocentium receptum. 9

3 Secundo respondeo, quod non licet ei comedere pisces
cum ouis, vel lacticijs in eodem prandio, vel in eadem cæ-
na: quia vel non potest vesci piscibus sine damno notabili, vel
potest: si non potest, peccat illos comedendo: si verò potest,
cæret necessitate comedendi oua, & consequenter non po-
test comedere illa licitè per tenorem bullæ. ergo nullatenus
iuste potest comedere illa simul in eodem prandio, vel
cæna: quamuis non putarem eum mortiferè peccaturum, si
comederet oua, vel lacticia cum necessitate ea comeden-
di, & comederet tam paruum piscium, quod solum ei paruum
noceret, & non sufficeret ad excusandam necessitatem co-
medendi oua, & lacticia: peccaret autem venialiter, eo quod
superflue & cum aliquo damno sine necessitate illos edendi
comedit, immo cum aliqua necessitate non edendi ob gulam
edit illos.

4 Tertio, quod si excusatur à ieiunio, & licet ei prandere,
& cænare, possit aliquando iuste comedere eodem die in
prandio pisces, comedendo lacticia in cæna, vel contra co-
medendo lacticia in prandio, & pisces in cæna: quia con-
tingere potest, quod in altera illarum comestionum habeat
necessitatem comedendi lacticia, & non in alia: sed qua vi-
ce non haberet necessitatem edendi illa, & commodè possit
vesci piscibus, non deberet ea comedere; quia cessat causa
edendi in bulla expressa. Salua, &c.

c Le. quod fa-
nore. C. de le-
gib. sa. qua ob-
gratiam. de
reg. iur. li. 6.

d Ca. 15. n. 13.
e In c. 1. de
homicidio.

S V M M A R I V M.

1 Minores de Observantia incapaces sunt iurium parochialis:
vnde nec possunt illa prescribere; & si ministrent sacramen-
tum Eucharistia, extrema vntionis, vel benedicant nuptias
parochianorum alicuius loci, sunt excommunicati, nu. 2. nisi
id fecerint ex licentia Episcopi, nu. 4. vel allegent se ex pri-
uilegio Papa habere in dicto loco ius parochia: quod proba-
bunt eo ipso, quod probabunt immemoriam possessionem.
num. 3.

CONSILLIVM XIX.

DOMINI cuiusdam castelli habent eius iurisdic-
tionem, & territorium, & maiores eorum à tempore im-
memorabili semper sumpserunt omnia sacramenta à fratri-
bus Franciscanis de Observantia, cum non fuerit vllus paro-
chus in vlla parte prædicti temporis, qui geteret curam ani-
marum in præfato castello, nec in eius territorio. Nunc vero
quidam visitator inueniens per suam inquisitionem præfa-
tos fratres administrasse præfata sacramenta, dixit eos esse ex-
communicatos. Quæritur, an res ita se habeat.

1 Responderetur primo, quæstionem hanc videri nouam, &
talem, qualis vix reperitur similis contigisse in Italia, nec in
Gallia, & Hispania, nostra saltem ætate: esse item satis difficilis
resolutionis propter ea, quæ parit consuetudo, cuius initij
non est memoria, ex vna parte, & ex altera quod ordo Fran-
ciscanus Observantia non est capax iurisdictionis parochia-
lis, nec iurium parochialium: & ita non potest dici conuen-
tum prædictum ea sibi vscepisse, vel præscripsisse.

2 Secundo, quod etiam allegari potest pro visitatore vtgere
clem. de priuil. quæ excommunicat ipso iure omnes religio-
sos, qui sacramenta Eucharistia, vel extrema vntionis, vel
matrimonij benedictionem ministrant.

3 Tertio, quod pro fratribus contra visitatorem facit pri-
mo, quod aliquibus siue clericis siue religiosis absque licen-
tia speciali rectoris Ecclesiæ parochialis licet facere id, quod
præfati fratres fecerunt; & quod ordinarij non possunt eos
denunciare excommunicatos. Facit & consuetudo imme-
morabilis, per quam probatur præsumptiuè titulus, quem al-
legauit is, qui ea vtitur, iuxta cap. super quibusdam. 2 & l. hoc
iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & communem
iurisperitorum sententiam. Et ita præfati fratres possunt alle-
gare se habere priuilegium vel licentiam id faciendi à Papa,
& illud probare per prædictam consuetudinem immemora-
bilem; & sic excusabuntur à præfata excommunicatione;
cum notum sit, Papæ priuilegio & licentia competere posse
Franciscanis quantumlibet Observantibus facultatem præ-
dictam, argumen. cap. cuncta per mundum. b & notatorum in
cap. 1. c & alibi sape.

4 Secundo, quod omissa quæstione ad quem spectet iur-
isdic-
tio parochia, etiam allegare possunt se id fecisse de li-
centia Episcoporum.

S V M M A R I V M.

- 1 Regimen monasterij etsi de iure ad solum spectet pralatum, ita
vt monachi nullum habeant suffragium, nu. 4. attamen ex
particularibus statutis in parte spectat ad conuentum, seu
consiliarios, sine quorum consensu & consilio multa fieri non
possunt. nu. 1. nec sine illis qui habent ius suffragadi. n. 3. & 4.
- 2 Monachorum creatio etsi videatur ad solum spectare prala-
tum; attamen ex statutis particularibus, & ex consuetudine
spectat ad pralatum & conuentum.
- 3 Dispositio tantum debet extendi, quantum sua principalis ra-
tio nedum expressa, sed & subintellec-
ta patitur.
- 4 Subrogatus sapere debet naturam eius, cui subrogatur, nec de-
bet esse melioris conditionis. Vnde si monachi alicuius mona-
sterij debent esse Galli, non potest loco amoti Galli suffici
non Gallus.
- 5 Prohibito aliquo, & id prohibetur, per quod ad prohibitum
peruenitur. Vnde si in aliquo monasterio monachi debent ef-
se Galli, non Gallus, non poterit ibi esse nonitus.

CONSILIVM XX.

VNIVERSIS presentes literas inspecturis frater Franciscus
de Paula ordinis Minorum humilis institutor à Sancta Se-
de Apostolica gratia & concessione, omnium eremitorum, ora-
toriorum, & locorum eiusdem ordinis vbiusque constitutorum,
nec non congregationis fratrum religiosorum & personarum alia-

a De ver. sig.

b p. qm. 3.
c De cons.

rum sub regulari obseruantia in eisdem de gentium superior, licet immeritus, & generalis corrector, salutem in Domino perpetuam. Nos pie considerantes Regiam Maiestatem Francia nobis & ordini nostro predicto comparasse locum conuentus nostri Sanctissima Trinitatis in monte Pincio in Vrbe Romana; ea propter ad ipsius beneficij per nos recepti memoriam, & quatenus fratres nostri ordinis in dicto conuentu residentes in diuini cultus persoluitone reddantur in futurum salutis animarum dictorum benefactorum memoriores; volumus & ordinamus, quod a modo in posterum dictus conuentus Sanctissima Trinitatis in monte Pincio in Vrbe Romana regatur per fratres Gallica nationis, quamdiu inueniantur, qui inibi residere & cultui diuino insistere voluerint. Sin autem vbi nulli reperiantur, qui inibi residere voluerint, quia omnes in Christo vnanimis esse debemus, illud per alios regi & inhabitari volumus: pariterque vbi locus supportare poterit, vltra quam reperiantur habitantes Gallica nationis, alios & aliarum nationum mixtim residere volumus. Datum, &c.

Circa predictarum literarum contextum quaeritur primo, an ex illis colligatur, quod non solum corrector, qui est praelatus predicti monasterij, sed etiam omnes alij officarij, nempe discreti, & consilij correctoris, sacrista, procurator, custodes chartaru, siue archiu, debeant esse Gallica nationis.

Secundo, an non solum omnes officarij debeant esse Gallica nationis, sed etiam alij fratres, siue monachi debeant esse eiusdem nationis.

Tertio, an monachi predicti monasterij possint aliqua de causa mitti ad alia monasteria, substituendo eis, siue loco eorum ponendo monachos aliarum nationum.

Quarto, an possint recipi nouitij ex alijs nationibus ex sensu iuridico.

Quinto, quando licebit fratribus aliarum nationum cum fratribus Gallica nationis in predicto monasterio conuiuere, quod aliquando posse & debere significat ipsemet Sanctus Franciscus.

AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo, quod pro parte negante facit cap. nullam. a cum multis alijs, quæ nos ei adiicimus in tertio comm. b super illud confecto, ad probandum totum monasterij regimen pertinere ad Abbatem, siue praelatum: & quod nullam potestatem habent monachi ad regendum monasterium: & quod consequenter beatissimus Franciscus, statuendo, vt predictum monasterium regatur a fratribus Gallica nationis, videtur intellexisse de correctoribus tantum, penes quos est de iure totum monasterij regimen.

Sed pars affirmans est verior. Tum quia quicquid antiqua iura de potestate Abbatum ordinum antiquorum statuerint; iure tamen nouiore, saltem particulari recentiorum ordinum per regulas eorum originarias, vel constitutiones, supradicta potestas praelatorum, praesertim inferiorum, & singulorum monasteriorum ita restricta est, vt bonam partem eorum, quæ pertinent ad regimen, teneatur facere cum sui conuentus, vel consiliorum, siue discretorum consilio, & assensu, vt palam est eis, qui eorum regulas & constitutiones perlegerunt. nam & Benedictus in regula sua, c id expressit, vt diximus in comment. super d. capit. nullam. d Tum quia etiam Episcopi iure communi debent regere & gubernare suas Ecclesias cum consensu vel consilio suorum canonicorum. e

2 Tum quia, quamuis creatio nouorum monachorum aliquando ad solos Abbates spectat, vt colligitur ex cap. fin. f & annotauit Panormitanus, g secundum tamen glossam, h ad Abbatem & conuentum pertinet; quod est verum de consuetudine, secundum quam ætate nostra in omnibus ferme monasterijs omnium ordinum, & specialiter Minimorum, quorum maximus auctor fuit predictus Patriarcha S. Franciscus, ad praelatos & conuentus simul pertinet, vt constat ex eorum regulis, & constitutionibus, & consuetudine, quam esse seruandam tradidimus nos in d. cap. nullam, i quidquid dicat Panormitanus, k qui melius loquitur in cap. cum ad Apostolicam, l quem referimus d. cap. nullam. m & magna pars regiminis monasterij consistit in exercitio potestatis eligendi monachos: quia personæ praestant rebus, n ergo ad totum conuentum predicti monasterij, & ad omnes monachos eius pertinet magna pars regiminis eius.

3 Cum ergo monasterium predictum regendum sit per fratres Gallica nationis, si inueniantur qui possint & velint id

facere; consequens profecto est, quod non solum corrector, sed etiam alij officarij, immo & omnes fratres, qui habent ius suffragandi, seu vocem in Capitulo, deent esse nationis Gallica; quia omnes habent aliquam partem in eius regimine, licet alij alijs maiorem. Nam ex eo quod alij habeant maiorem, non inferitur alios nullam habere: quandoquidem quilibet institutus in aliqua quota hereditatis parte est verus haeres. a

4 Ad oppositum respondetur illud cap. procedere secundum illas regulas antiquas originarias, secundum quas monachi nullum suffragium, vel vocem habebant in Capitulo: non tamen habet locum secundum regulas recentiores, secundum quas prelati tenentur regere cum consensu vel consilio sui conuentus, vel consiliorum, vel discretorum, vel aliorum officariorum, neque in monasterijs antiquarum regularum, quibus superaddita sunt constitutiones restringentes praelatorum potestatem ad gubernandum cum consensu vel consilio praedictorum, saltem quo ad aliquam notabilem gubernationis partem, per supradictas rationes, & alia quæ latius adduximus in d. cap. nullam. b

AD SECVNDAM respondetur affirmatiue. Primo quidem, quia omnes fratres, qui sunt habituri partem in regimine praedicti monasterij, debent esse Gallica nationis, si in numero sufficienti inueniuntur de illa, vt in prima quaestione resolutum est: at omnes fratres, qui sunt professi, habent aliquam partem regiminis illius, cum habeat suffragium & vocem eligendi praelatum, & alios fratres, & ad alia multa tam iure communi; iuxta cap. 1. c quam iure particulari, & praxi, siue consuetudine praedicti ordinis Minimorum: ergo omnes professi debent esse Gallica nationis, si inueniuntur in sufficienti numero de illa.

5 Secundo, quod ratio principalis & praecipua, quæ B. Franciscum mouit ad constituendum hoc speciale in gratiam Regiae Maiestatis Gallica, fuit, vt fratres illud colentes essent memoriores, siue magis memores ad orandum pro Regibus Galliarum: & quod putauit fratres Gallica nationis magis memores fore, quam alios. quæ ratio a quæ comprehendit alios fratres, ac ipsos officarios: ergo eiusdem iuris debent esse ipsi, atque alij officarij: partim quod de similibus idem est iudicandum, d partim quod dispositio debet extendi tantum, quantum sua ratio principalis extenditur, vt est cap. meminimus. adiuncto cap. suggestum. e vbi Panormitanus receptus ab alijs id adnotauit, & ait non solum procedere cum ratio exprimitur in dispositione, sed etiam cum subintelligitur: quam extensionem laudat ibi Francus & latius defendit Decius. & in casu proposito, non solum ratio est subintellecta, sed etiam expressa, ergo non solum comprehendit officarios, sed etiam extenditur ad alios omnes fratres.

Tertio, quod contextus verborum sanctissimi ipsius, eiusdemque gratissimi viri sancti Francisci palam significat, se intellexisse de omnibus fratribus, per illa verba, *Qui inibi residere & cultui diuino insistere voluerint*: per quæ apparet eum non solum intellexisse de his qui intendunt regimini monasterij in praecipiendo, vel consulendo, sed etiam incumbendo cultui diuino, quod maxime fit mistando, canendo, & psallendo, audiendo confessiones, & communicando: quæ omnia in praedicto monasterio magna cum sollicitudine fiunt.

6 **AD TERTIAM** respondendum est negatiue: quoniam subrogatum naturam eius, cui subrogatur, debet sapere, f at principales monachi debent esse nationis Gallica, ergo & qui eis sunt substituendi. Tum quia non debet esse melioris conditionis substitutus & locum tenens, quam principalis, g immo vt ibi adnotauit Bartholus frequenter non potest substitutus satisfacere obligationi, qua principales tenentur. Tum quia non est danda occasio malignandi, h immo malitijs hominum est obuiandum. i At si liceret dimittere, & mutare fratres nationis Gallica, substituendo fratres aliarum nationum, daretur occasio, & via fraudandi praefatam gratiam, & ordinationem, vt palam est: ergo non est id concedendum.

7 **AD QVARTAM** respondetur, quod non possunt recipi nouitij ex alijs nationibus, si ex natione Gallicana inueniantur qui recipi possint. Tum quia negata re aliqua videtur negari ea, per quæ peruenitur ad illud, k & cum quid prohibetur vna via, prohibetur etiam ne fiat alia, l Et per nouitium peruenitur ad professionem: ergo si aliarum

a I. Iulianus. & l. i. ff. de ha. redi. inst. & l. qui liberis. §. ff. de vul. ga. & alibi sepe.

b à num. 11.

c De elect.

d Leg. illud. ff. ad l. A qui. & cap. dudum. 2. de elect.

e De appell.

f Leg. eum qui. §. iniuriarum ff. si quis cauto. & c. eccle. sia. vs. lit. pen. dent.

g Le. nemo est. ff. de auobus reis.

h Cap. ex parte. de conuet. & l. conueniri. ff. de pact.

i Le. in iudicio ff. de rei vob. dic.

k Leg. oratio. ff. de sponsal. l. Cap. cum quid. de reg. iur. lib. 6. cum multis. ibi per gloss. citatis.

a 18. quæst. 2. b De reg.

c Cap. 5. d Nu. 5. & se.

e Cap. quant. c. nouit. de his que fiunt à pr. al. f De reg. li. 6. g In c. cum ecclesia Valtoriana. de elect. h Prædicti ca. ff. de regul. li. 6.

i Nu. 4. & 5. k In d. c. cum ecclesia Valtoriana. de elec. l De reg. m Num. 5. n Leg. 2. ff. de statu hom. & l. si quæram. ff. de res. sta.

nationum homines non debent incolere prædictum monasterium, si inueniantur ex natione Gallicana, qui colunt illud; neque debent eligi nouitij, qui sint ibidem professuri.

AD QUINTAM responderetur, quod licebit, quando non inuenirentur de illa natione tot, quot prædictum monasterium ad sua ministeria indigeret; quando item redditus & locus monasterij ferre possent ut aliqui aliarum nationum sustentarentur vna cum fratribus Gallicæ nationis. sed videtur sentire contextus prædictæ gratiæ, quod tunc eiusmodi fratres solummodo possent residere, & non regere, nec per consequutionem habere vocem in Capitulo, aut saltem non possent esse officarij: quia legem & dispositionem ita debemus interpretari, ne legislator aut dispositor sibi sit contrarius, argumento l. vbi repugnantia. ^a at in principio dixit, ut prædictum monasterium regeretur per solos fratres Gallicæ nationis, si inuenirentur. & si in fine intelligeretur, quod quando bona possent supportare plures, quam monasterium egeret, possint conuiuere alij fratres aliarum nationum, intromittendo se in regimine; esset sibi contrarius. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Molestari vel capi non debet quis rei nullo iure prohibita incumbens, antequam de negotio serio cognoscatur.
- 2 Lex antequam promulgetur, seu legitime publicetur, neminem ligat.
- 2 Privilegium magis restringendum, quam lex, & strictius interpretandum.
- 3 Privilegium etsi aliquando proffit ignorantem, numquam tamen illi nocet, nisi quo ad annullationem actus, quæ secundum aliquos non est proprie pœna, quam operatur, si contineat certum tempus, post quod decernat etiam ignorantes ligari, vel habeat decretum irritans. nu. 4. & 5.
- 6 Ignorantia facti, quod quis non tenetur scire, excusat.
- 8 Dispositio, quæ multipliciter apte intelligi potest, non obligat contrauenientem secundum vnum aptum intellectum, modo non contraueniat ei secundum alium ei aptum lege alia probatum.
- 9 Conditionis natura est, ut ea adueniente valeat quod sub ea fuit promissum, alias vero non.

C O N S I L I V M X X I.

QVIDAM ingeniosus (qui dicitur *Ingegniero*) obtinuit per breue à Sede Apostolica privilegium, ut alteri, quæ ei, non liceret in statu Ecclesiastico opus quoddam Reip. vitale facere, promittens, quod intra annum monstraretur artificium perfectum. Alius verò ingeniosus nihil sciens de prædicto privilegio, idem opus & facilius tractato anno perfecit. Quaritur nunc, an inciderit in pœnas contentas in breui, siue privilegio, scilicet, soluere pœnam ingenioso, vel Camerae, prout latius continetur in breui, siue in privilegio.

1 Respondeo primo, quod resignatio prædicta nullo iure naturali, diuino, vel humano communi prohibetur, immo est actus omni iure permissus, & dignus gratia & præmio, ut copia ipsa præfata gratiæ continet: ergo faciens illum in dubio, & antequam de re serio & satis cognoscatur, non debet capi, neque molestari. ^b

2 Secundo, quod lex antequam promulgetur, siue legitime publicetur, neminem ligat. ^c nec privilegium quod est magis restringendum quam lex, & strictius interpretandum. ^d

3 Tertio, quod privilegium regulariter non prodest, cui conceditur, nec nocet ei contra quem conceditur, donec perueniat ad notitiam eorum. & licet aliquando proffit ei cui conceditur, numquam tamen nocet ei, contra quem conceditur, saltem quo ad incurrendam pœnam, donec legitime intimitur ei, aut donec saltem notitia eius legitime perueniat ad illum, ut est in cap. 1. ^e vbi post Innocentium, Hostiensis, Dominicus & Philippus Francus ^f expressè hoc tenent.

Quarto, quod non obstat dicere, quod lex & dispositio pœnalis aliquando etiam comprehendit ignorantes, cum exprimitur in ea, ut ex tempore data obliget, iuxta glossam celebrem ^g aut cum ponitur in ea decretum irritans, ^h & quod in gratia præfata ponitur tam verbum *ex nunc*, quam decretum irritans.

5 Non inquam hoc obstat: quia illud procedit quo ad pœnam annullationis actus, quæ dicitur intrinseca, & à multis defenditur, quod non est verè pœna, ut videre est apud Parnormitanum Felinum Deci. & alios citatos per eos ⁱ non au-

tem quo ad pœnam extrinsecam corporalem, vel temporalem aliorum bonorum, ut omnes resoluunt. Et in casu proposito primus ingeniosus non agit ad annullationem actus, sed petit pœnam extrinsecam bonorum temporalium, ad quam nulla ratione debet audiri contra secundum ingeniosum, qui ignorauit suum privilegium, siue gratiam priuilegiatam nullatenus illi notificatam, nec publicè in locis solitis publicatam & promulgatam.

6 Quinto, quod contra ius naturale, diuinum, canonicum, & ciuile est, ut quis innocens & sine culpa puniatur, ut constat per l. *absentem*. ^a & *c. iam itaque*. & per alia multa citata per Gratianum ^b Atque aliquid iure naturali diuino permissum, sed humano prohibitum facit per ignorantiam facti, quod ipse non tenetur scire, innocens & sine culpa est, ut est in §. ^c *notandum*. cum aliis multis citatis à gloss. illius, & est textus expressus in reg. *ignorantia facti excusat*. ^d cum aliis citatis ab eius glossa & id quod præfatus secundus ingeniosus fecit, est de se permissum, & omni iure permissum: ergo licet per ignorantiam facti contraxerit præfata gratiæ, sine culpa id fecit, & est innocens; & consequenter graue peccatum est eum ob id punire.

7 Sexto, quod gratia præfata non fuit absolutè & sine modo & conditione concessa, sed cum modificatione, & restrictione, ut infra annum à die concessionis monstraretur artificium perfectum; ita quod nisi id fieret, nihil gratia prodesset: quod tamen non videtur factum intra annum à die concessionis, cum ille fuerit finitus 21. die mensis Octobris proxime elapsi, & nondum sciatur, saltem publicè, id esse factum. Quod si non est satisfactum præfato modo & conditioni, planum est præfatum primum ingeniosum male agere, peccareque grauius molestando secundum, esseque dignum ut puniatur, cum sua ipsa gratia nihil ei proffit.

8 Septimo, quod dispositio, quæ multipliciter apte intelligi potest, non obligat contrauenientem secundum vnum aptum intellectum, modo non contraueniat ei secundum alium ei aptum lege aliqua approbatum, per l. *in ambiguo*. ^e vbi hoc adnotauit Bartholus communiter receptus. At præfata gratia ^f videtur intelligi apte duobus modis, argumen. l. 2. §. Primo quidem, ut gratiam faciat conditionalem: secundo, ut faciat modalem. & intelligendo quod faciat conditionalem, scilicet quod si intra annum perfecerit opus, valeat ei gratia, & alias non, non videtur antequam perficiatur exercitium intra annum obligare; quia illa est natura dispositionis conditionalis. ^h

9 Octauo, quod natura conditionis est, quod ea adueniente valeat quod sub ea fuit promissum, alias vero non. ⁱ Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Quidquid potest quis per seipsum facere, potest facere per alium.
- 2 Recedendum à verbis non est, nisi aliud aliunde appareat. & num. 2.
- 3 Privilegia, dato aliquo effectu, quem operentur contra ius commune, non sunt extendenda ad alios, saltem ad eos, ad quos non mouet eadem ratio.
- 4 Actus agentium non operantur ultra intentionem eorum.
- 5 Coniunctio et, vel ac, significat copulata esse diuersa.
- 6 Verba, que in privilegiis, & quacumque dispositione, etiam odiose, ponuntur, debent extendi quantum sua propria significatio patitur.
- 6 Exportare rem suam quocumque voluerit, vnicuique iure naturali licet.
- 6 Gratia, vel dispositio facta in materia, per quam res reuertitur ad pristinam naturam iuris naturalis, est fauorabilis.

C O N S I L I V M X X I I.

CINCESSIT Sanctissimus per motum proprium in forma breuis Legato Bononiensi ut possit extrahere ex quocumque loco status Ecclesiastici tot mensuras frumenti, & bladorum, non obstante eius constitutione hoc prohibente, & transferre Bononiam absque dantiis & gabellis. Quaritur, an possit illas transferre ad alia loca, verbi gratia Florentiam, cum iam Bononiæ prouisum fuerit: quia gratia principaliter est concessa ad extrahendum; transferre autem Bononiam videtur esse liberum, ac in eius

a ff. de reg. iur. c. sollicitudinem. de appellat.

a ff. de pen. b. 7. et 4. c. 1. q. 4. d. Dere. iur. lib. 6.

c ff. de reb. dub. f. Invers. 20 lumus. g ff. de in diu. addit. h §. ex conditionali. Instit. de verb. obli. tex. c. si pro te. de rescript. li. 6. i §. ex conditionali. Instit. de verb. obli. c. verum. de condit. appof.

b Leg. absentem. ff. de pœ. l. absentem. C. de accusu. cum eis adnotatis. c Tex. in c. in istis. §. leges. 4. dist. 8. ca. 2. de consi. & in Authent. ut fact. no. cōstit. collat. 6. d Cap. porro de priuileg. cap. Rodolphus. de rescript. cū eis adnot. e §. ex parte. de concess. pra. ben. lib. 6. f Super gloss. vim suam. g Cle. 2. vers. ex nunc. de heret. lib. 6. h Dist. c. 1. §. parte. i Cap. 2. de cōstit.

arbitrio relictum, cuius contemplatione gratia ac priuilegium hoc concessum fuit.

1 Perpenſis verbis priuilegij Illuſtriſſimi Cardinalis dico primo, certum eſſe, quod eius Illuſtriſſimæ D. licet per ſe vel ſuos agentes conuenire cum præfato Theſaurario, & præfatis mercatoribus per conuentionem gratuitam accepto, vel non accepto pretio, vt illi extrahant corbes frumenti, & bladodorum in priuilegio expreſſos eo modo, quo poſſet ſua D. Illuſtriſſima per ſe vel per ſuos familiares & agentes extrahere: quia id iure nullo ei prohibetur: & regula iuris habet, quod poteſt quis per alium facere, quod poteſt per ſemetipſum. ^a Nec, vt puto, publicani & gabellarij contradicent huic parti.

2 Secundo videtur, quod præfatum priuilegium duobus modis poteſt intelligi quo ad illa verba, *Extrahere, ac ad ciuitatem noſtram Bononiam transferre*. altero, quod ſignificent dari duo priuilegia, vnum ad extrahendum ſimpliciter abſque datiis & gabellis, &c. alterum ad transferendum Bononiam abſque datiis, & gabellis, &c. Secundo modo, vt ſignificent dari vnum priuilegium, ſcilicet extrahendi Bononiam. Et ſi dicamus priori modo intelligenda, poterunt extrahere quocumque volent: & ſi poſteriori, non niſi Bononiam.

3 Tertio, quod videtur poſterior modus intelligendi verior alicui. Tum quia illa verba præfati priuilegij, *extrahere, ac ad ciuitatem Bononiam transferre*, id videntur proprie ſonare: & à verbis non eſt recedendum, niſi aliud aliunde appareat. ^b Tum quia priuilegia ſunt reſtringenda, ^c & licet ita debeant interpretari, vt operentur aliquid ultra ius commune, ^d dato tamen aliquo effectu, quem contra illud operentur, non debent extendi ad alios, ſed ad illos, ad quos non mouet eadem ratio, ſecundum Panormitanum, ^e declaratum latius per Decium, ^f & per citatos per eum. Et non videtur eadem ratio concedendi extractionem prædictorum bladodorum ad quæcumque alia loca ſubiecta, & non ſubiecta illi, ac extrahendi à ciuitate Bononia ſibi ſubiecta, & multis, nominibus digna, vt ſibi faueatur: & eſt notabilis fauor, vt ad eam poſſint extrahi præfata blada.

4 Tum quia nemo diceret, quod licentia Papæ ad extrahendum aliquod frumentum in Regnum Neapolis extendetur ad extrahendum in Regnū Franciæ, vel Florentiam, cum actus agentium non operentur ultra intentionem eorum. ^g Tum denique quod videtur poſſe ſuperfluum fuiſſe facere facultatem transferendi Bononiam, ſi per verbum *extrahendi* intelligeretur data facultas extrahendi quocumque vellent, cum tanta & maior ratio eſſet transferendi Bononiam, quam ad alia multa loca, per prædicta.

5 Quarto videtur verior prior modus intelligendi. Primo, quod ſi Papa habuiſſet intentionem concedendi priuilegium ad extrahendum tantum Bononiam, proprius dixiſſet ſe concedere libertatem extrahendi ad Bononiam, quam extrahendi, ac ad Bononiam transferendi, cum ſuperflue poneretur illa copulatiua, *ac*, & illud verbum *transferendi*, & *conducenti*, vt palam eſt. Secundo, quod coniunctio copulatiua, *et*, ſiue, *ac*, ſignificat copulata eſſe diuerſa iuxta gloſſam ſolemennem, ^h & videtur conceſſiſſe duas facultates, alteram extrahendi, & alteram transferendi Bononiam. Tertio, quod non fuit ſuperfluum (vt argumentum vltimum pro contraria parte tangebatur) addere ſecundum poſt conceſſionem primi: quia conceſſio extrahendi ſine datiis, gabellis, &c. ſolum concedit immunitatem à datiis, & gabellis, &c. prouinciarum, vnde erant extrahendæ, & non à datiis, gabellis, &c. ſoluendis alibi, vt Bononiæ, & in aliis locis, per quæ ad eam transferentur. Quarto, quod ſatis aptus intellectus illorum verborum videtur, quod per ea datur vna facultas extrahendi quocumque volent abſque datiis, & gabellis, &c. ſoluendis in prouincijs, vnde extrahuntur, & altera transferendi & conducenti Bononiam abſque datiis, gabellis, ac cæteris ſoluendis etiam extra prouincias, vnde extrahenda ſunt, vſquequo imporentur, & inducantur Bononiam.

6 Quinto, quod non obſtant ſupradicta de reſtringendo priuilegio: quia hoc non eſt extendere priuilegium, ſed verba illius iuridice intelligere, & vitare ſuperflua, & proprie intelligere verba, quæ in quacumque diſpoſitione etiam odioſa ponantur, debent extendi quantum ſua propria ſignificatio patitur, vt habet *l. cum lege*. iuncta gloſſa, ⁱ

^a Cap. poteſt. de regul. iur. lib. 6. l. i. ff. de procurat.

^b Leg. non aliter. ff. de lega.

^c Cap. porro. de priuilegijs. d. Ca. cum in hu. de priuileg. ca. auſtoritate. de uer. ſignific. e. Ca. certifi. c. a. de ſepul. l. Ca. 1. de reſcrip. un. 16.

^g Leg. non omnia. ff. de reb. credit. c. ſp. de prob.

^h In rubric. ff. de iuris & ſignific. c. querelam. de ſimon.

ⁱ De ſequam.

vbi colligit Aretinus quem ſequitur Decius, ^a & alibi ſape, & Alciatus ^b & propria & apta ſignificatio verborum videtur ſupradicta: attento præſertim, quod præfata gratia eſt conceſſa motu proprio, & multis aliis clauſulis ſignificatibus voluntatem concedentis fuiſſe facere illam vberriam, & ampliffimam: & quod fit in materia, per quam reuertitur res ad priſtinam naturam iuris naturalis, quo licet exportare vnicuique rem ſuam quo voluerit; quæ reuertiſio eſt fauorabilis. ^c Per quæ, & alia multa, quæ poſſent afferri, æquior & iuſtior videtur hæc pars poſterior. Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

1 *Prelatus exemptus à iuriſdictione Episcopi, & Papa immediate ſubiectus habet iuriſdictionem quaſi episcopalem; & omnia, quæ Episcopus, exercere poteſt in ſuis ſubditos.*

CONSILIVM XXIII.

AN prælatus exemptus ab Episcopi iuriſdictione habeat iuriſdictionem episcopalem, & an cum ſuis ſubditis omnia illa, quæ Episcopus poteſt, valeat exercere?

1 Reſpondeo, quod prælatus exemptus, & immediate Papæ ſubiectus habet iuriſdictionem quaſi episcopalem in ſuos ſubditos, iuxta gloſſam receptam & à quibuſdam putatam ſingularem ^d quam Cardinalis ^e commendat, dicens eam ſeruari de conſuetudine, & quod ipſe fecit eam frequenter obſeruare. & per illam gloſſam putatam ſingularem dixit, Abb. ^f quod huiuſmodi prælati exempti, qui habent iuriſdictionem quaſi episcopalem, poſſunt exercere in ſuos ſubditos ea, quæ Episcopi in ſuos. Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Priuilegium canonis clericis minoribus 14. annorum non tollit Conc. Trid. ſed ſori, & ne obſineant beneficia.*
- 1 *Ius antiquum non cenſetur ſublato, niſi quatenus ius nouum illud expreſſe tollit.*
- 2 *Negans alterum de duobus propoſitis tacite, vel expreſſe, alterum concedere videtur.*
- 2 *Lex debet eſſe rationabilis.*
- 3 *Priuilegium ſori ſublato eſt clericis in varijs caſibus ad inſtantiam Regum, ne eorum iuriſdictione fraudaretur.*
- 3 *Conſuetudo eſt optima legum interpretas.*
- 4 *Legis mens eſt ſeruanda in omni diſpoſitione.*

CONSILIVM XXIV.

AN clerici in minoribus conſtituti ante decimum quartum annum priuentur priuilegio canonis ſi quis ſuadente ſicut priuilegio ſori, per Concilium Tridentinum.

1 Reſpondetur, quod non: quia prædictum Concilium ^h nullam de priuilegio canonis ſi quis ſuadente, facit mentionem, ſed ſolum meminit de priuilegio ſori, & priuilegio obtinendi beneficia eccleſiaſtica: ergo non videtur illud tollere quod ad vllum tempus. Tum quia ius antiquum non cenſetur ſublato, niſi quatenus ius nouum expreſſe illud tollit. ⁱ At omnis clericus iure antiquo fruitor canone ſi quis ſuadente, ergo non priuatur eius fruitione, niſi iure nouo expreſſe priuatur. At præfatum Concilium, ^k nullam de ipſo mentionem facit, ſed omnino omittit: ergo pro omiſſo debet haberi. ^l

2 Tum quia qui de duobus tacite vel expreſſe propoſitis alterum negat, alterum concedere videtur. ^m At in præfato Concilio ⁿ priuilegia clericis tacite vel expreſſe proponuntur, & non tollit niſi priuilegium ſori, & obtinendi beneficia eccleſiaſtica: ergo reliqua reliquit ei, & conſequenter priuilegium canonis. Tum quia nulla ratio occurrit, quare clerico minori 14. annis honeſtè clericatu ſuo vtenti debuiffet tolli præfatum priuilegium canonis: ergo non eſt cenſendum ſublato: quia lex debet eſſe rationabilis. ^o

3 Tum quod ſatis notum eſt priuilegium ſori ſublato fuiſſe ad maximam Regum inſtantiam, ne iuriſdictione eorum fraudaretur: quæ ratio ceſſat in priuilegio canonis: ergo ceſſat in eo præfatum Concilium. ^p Tum quia nullius regionis conſuetudo ſuſcepit præfatum interpretationem, ſed contrariã; & ita illa ſeruanda eſt: quia conſuetudo eſt optima legum interpretas. ^q Tum denique quod phraſis & mens præfati Concilij ^r indicat hanc partem bene ſentienti & olenti; & mens legis eſt ſeruanda in omni diſpoſitione, ^s & phraſis ipſius capituli ſignificat noluiſſe Concilium partiſicere illa duo priuilegia,

^a Ca. ut deſini honor. de appell. c. l. factum. §. in penalibus. ff. de reg. iur. ^b In rubric. de ver. ſ. col. ^c Le. ſi vnus. §. pacius nepe teret. ff. de pacis c. ab a. xordio. 35. diſ.

^d Cle. 1. verbo proprii. de reb. eccl. nō alienan. ^e Ibidem qu. 34. ^f Ca. 1. de reb. eccl. non alien. col. 1.

^g Ca. 6. de reform. ſeſſ. 23. ^h Cap. 6.

ⁱ Le. præcipimus. C. de appell.

^k Cap. 6. ^l Le. commodiſſime. ff. de liber. c. poſſib. ^m Leg. cum prætor. ff. de iudic. c. nonne. de præſup. ⁿ Cap. 6. ^o Ca. erit au. ſe lex. 4. diſ. ^p Ca. 6. c. cum ceſſante. de appell.

^q Ca. cum dilectus. de conſuet. ^r Cap. 6. ^s Le. in conditionibus. ff. de condit. c. de monſtrat. c. e. Marchion. l. quaſi. 1.

dum diuidit priuilegium fori à priuilegio obtinendi beneficia, posteaquam ad quatuordecim annos peruenerit; definiendo ne altero vniquam utatur, nisi sit beneficiarius, aut clericalem habitum & tonsuram deferens alicui ecclesie de mandato Episcopi inferuiat; altero vero sic, quo tamen vti non potest, nisi sit clericus, & reputetur talis.

Aduertendum non inde tute inferri clericum si sit minor 14. annis non gaudere priuilegio fori etiam quod in habitu, & censura incedens alicui ecclesie de mandato episcopi inferuiet, vel de eiusdem iocentia in seminario, vt in schola, aut vniuersitate quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versaretur.

S V M M A R I V M.

- 2 Clericus, si dimisso habitu rapinis, latrocinis, & aliis enormibus criminibus se immiscuerit, perdit priuilegium fori & canonis secundum magis communem. nu. 2. qua licet quo ad priuilegium canonis possit teneri. nu. 5. & forte etiam quo ad initiatos minoribus ordinibus; at quo ad insignitos ordine sacro, nisi precesserit monitio, & degradatio, non est tenenda. nu. 6. quia ei contraria fortiori textu & ratione nititur. n. 7.
- 1 Clericus occidens, vel occidi mandans Christianum per assassinum, itemque goliardi, ioculatores, buffones, artem talem per annum exercentes, ipso iure perdunt priuilegium clericale: & hoc est per specialia iura statutum. num. 4.
- 2 Religiosus si non sit clericus, etiam si sit Abbas, omni clerico inferior est; ecclesiastica tamen persona est; item & aequè gaudet priuilegio canonis & fori, ac clericus. num. 6. & si sit professus, clerico in sacro; si vero sit nouitius, clerico in minoribus constituto equiparatur. num. 7.
- 4 Iudex laicus clericum, nisi ter monitus sit incorrigibilis, punire nequit de nullo crimine etiam dimisso habitu perpetrato.
- 8 Opinio communis à contrario textu vel ratione nitente conuincitur.

CONSILIVM XXV.

AN conuersus religionis approbata nullo ordine insignitus, qui relicto habitu se immiscuit rapinis, & latrocinis, & aliis enormibus criminibus, perdat priuilegium fori, & subiiciatur iudici laico?

1 Pro parte affirmatiua facit primò, quod clericus occidens, vel mandans occidere per assassinos, videtur perdere priuilegium fori. a

Secundo, quod clerici ioculatores, goliardi, & buffones, artem illam exercentes per annum, perdunt ipso iure priuilegium clericale, b ergo à fortiori videtur perdere is, de quo loquimur, conuersus latrocinis & aliis enormitatibus se immiscens.

Tertio, quod cap. perpendimus. c & cap. ex parte. 3. d probant secundum intellectum frequentius receptum, quod clericus se huiusmodi enormibus immiscens, & in eis inueteratus ipso iure perdit priuilegium clericale.

2 Quarto, quod clericus in minoribus constitutus, nisi habeat beneficium, vel seruiat ecclesie de mandato Episcopi, non gaudet priuilegio fori post Concilium Tridentinum. e Et conuersus, esto sit religiosus, & ecclesiastica persona: si tamen non est vllò ordine insignitus, non est clericus; immo si sit abbas, est minor quocumque clerico. f

Quinto, quod opinio doctorum communis & frequentior habet huiusmodi clericum perdere omnia priuilegia clericalia, etiam canonis, & fori, vt patet ex Hostiensis communiter recepto, g & hanc opinionem seruari testatur Stephanus Aufrerius. h

3 Non obstantibus tamen his, mihi videtur iure verius, & Christiane pietati aptius contrarium. Primo quidem, quia nulla pœna ipso iure incurritur, nisi cum id iure exprimitur, iuxta glossam receptam, i & nullibi est textus, quod clericus immiscens se enormibus, etiam habitu & tonsura clericalibus dimissis, perdat ipso iure priuilegium fori, antequam moneatur desistere; ergo non est dicendum. k

4 Secundo, quod pro hac parte videtur casus in cap. cum non ab homine. l quatenus habet iudicem laicum non posse punire clericum de vllò crimine, nisi consecuta incorrigibilitate post trinam monitionem, & excommunicationem; cui satis addit cap. si iudex. m hoc esse verum, etiam si habitu clericali & tonsura dimissis id faciat.

Tertio, quod cap. 1. & aliud nò probant communem sententiam, immo per locum à speciali probant hanc parte m. S

a Cap. 1. de homic. lib. 6.

b Cap. 1. de vit. & ho. cle. lib. 6.

c De sen. ex. com.

d De priuileg.

e Sess. 23. cap. 6. de reform.

f Cap. à subdiacono. ad iud. lib. 2. d. 92. d.

g In d. c. perpendimus.

h In tract. de potest. sacul. super ecclesias suas personar. fallen. 19.

i In c. ult. de iure patron.

k Cap. consue. luisi. 2. q. 4. c. 2. de translat. prelat.

l De iud.

m De sen. ex. com. li. 6.

n De homic. lib. 6. & cap. 1. de vit. & ho. cler. eod. lib.

o De iud.

A enim speciale est in clerico ioculatore, siue buffone, & in occidente, vel mandante occidere per assassinum, in contrarium est regula. a Tum quia sunt leges pœnales; & ita non debent excedere proprium casum. b

5 Quarto, quod cap. perpendimus. quod omnium maximè vrgere videtur, nihil contra partem hanc probat. Tum quia nihil disponit de priuilegio fori. Tum quia ad summum solum probat perdi priuilegium canonis, si quis suadente. c Vnde Cardinalis & Panormitanus grauissimi auctores, serio hanc rem expendent, affirmant illud cap. nihil probare de priuilegio fori: quos sequuntur Clauasius, d & Syluester in verbo clericus, e sed & Stephanus Aufrerius, qui pro maximo communis opinionis auctore & defensore citatur, vbi supra hoc videtur sentire, licet non fuerit ausus exprimere, quatenus ait, eis, qui hanc partem tenuerunt in quodam casu criminis letæ maiestatis, non successisse bene, subdens quod Deus, qui nihil ignorat, sciuit an bene, vel male fecissent.

6 Quinto, quod vtcumque res habeat quo ad clericos minoribus tantum ordinibus insignitos, quorum bonam partem priuilegio fori exiit Concilium Tridentinum, f quo ad tamen ordine sacro insignitos constanter profecto videtur tenenda hæc pars, ne sine textu dicamus posse presbyteros enormiter delinquentes ante vllam monitionem, & degradationem, à potestate laica in grande Ecclesie dedecus suspendi, contra dict. cap. cum non ab homine. & cap. nouimus. g & cap. ad falsarium. h quam opinionem contra communem gaudeo placuisse D. Dydaco à Leyua, siue Couarruieg. i

7 Ad tria argumenta in oppositum formata responderetur per tertium & quartum fundamentum huius partis. Ad quartum respondeo, concedendo religiosum, eo solo quod sit religiosus, non esse clericum, immo esse minorem omni clerico; negando tamen, quod ex hoc sequatur aliquid contra illum: quia iura æquæ concedunt priuilegium canonis & fori monachis, ac clericis. k Et vt clericus minorum ordinum se habet ad clericum sacri ordinis, quia ille potest retrocedere, hic autem non; ita monachus nouitius se habet ad professum; quia ille potest retrocedere, hic autem non, l & ideo idem est iudicandum in hoc de monacho professo, & de clerico sacri ordinis, & in quæstione proposita agitur de conuerso professo. Ad quintum respondeo, quod communis opinio non est tenenda, quado fortiori textu vel ratione nititur contraria, m & ex prædictis constat longè fortiores esse rationes huius partis, quam communis, quæ profecto nullatenus potest satisfacere argumentis contra eam supra adductis, cum tamen suis plenè sit satisfactum. Salua, &c.

DE PURGATIONE CANONICA.

S V M M A R I V M.

- 1 Purgatio canonica omnis fit cum iuramento.
- 1 Purgatio canonica cum iuramento tollit infamiam, & suspensionem præcedentem, & purgato debetur bonum testimonium.
- 2 Abiurare, raro ponitur pro purgare se à suspensione hæresis.
- 3 Purgatio, etiam de vehementi, non appellatur abiuratio, sed purgatoria cautio.

CONSILIVM I.

PRIMO queritur, an purgatio canonica fiat cum iuramento.

Secundo, an sit idem quod abiuratio.

1 Respondeo. Omnis purgatio canonica fit medio iuramento, n & ita qui dicit, ille aut ille se purgavit, & qui pollenter dicit, quod medio iuramento id fecit, cum omnis purgatio fiat cum iuramento. o Tum quia purgatio secundum formam præscriptam tollit infamiam, & suspensionem præcedentem, & facit vt debeat bonum testimonium purgato, p quod non fit sine iuramento.

2 AD SECVNDAM. Abiurare rarissimè ponitur pro purgare à suspensione: in toto enim titulo de purgat. cano. solum inuenitur in c. inter sollicitudines. & ibi significat cum iuramento abscedere ab eo, quod ante faciebat, vel habebat, & nec Angelus nec Siluester posuerunt in summis suis alphabeticis verbum, abiurare, vel abiuratio. sed verbum, purgatio. Tum quia raro, vel numquam inuenitur in volumine Gregoriano abiurare; licet in cap. accusatus. q verbum abiuratio applicetur etiam ad id, quod fuit in suspensione tantum, & in cap. literas, de præsumptione purgatio etiam de

a Arg. c. prædicti. §. lora. de prob. lib. 6. cum concord. b Le. interpretati. c. l. si præses ff. de pœnis. r. pœna de pœn. dist. 1. c. 17. quest. 4. d Verbo clericus. §. 1. c. 3. §. 9.

f In dict. sess. 23. c. de reform.

g De verborum signific. h De cri. falsi. i In quæstione præc. 32.

k Cap. si quis suadente. c. 17. q. 4. ubi. Clar. ruc. vel monach. c. a. nò dubium c. de monialibus. de sententia excomm. c. c. duo sunt genera. 12. qu. 1. l Cap. 1. & c. constitutione. de reg. lib. 6. & cle. eos. eo. tit. m Ca. rabella nra. de feriis. & l. 2. §. sed neque. Co. de vet. iur. enuc.

n Ca. quoties. cum similib. de purgat. c. 2. o Dict. 6. quoties. & toties. de purg. can. p Ca. ex iur. sum. de purg. canon.

q De hæres. lib. 6.



a 5. adici-
mus. de harr.

vehementi non appellatur abiuratio, sed iuratoria cautio, & in cap. excommunicamus. pro abiurare suspicionem, ponitur purgare se à suspicionem. Quæ quidem omnia tumultuariè scripta submitto grauissima censuræ D.V. Illustrissimæ, quæ vtiã quam diutissima incolumitate fruatur. Amen.

DE PURGATIONE VULGARI.
S V M M A R I V M.

- 1 Purgans, vel volens se purgare purgatione vulgari, mortaliter peccat.
- 2 Duellum solemniter ineuntes à Conc. Trid. ipso iure excommunicantur, & alii pœnis afficiuntur, quæ per Gregorium XIII. ad priuatum sine patrinorum solemnitate extensa fuerunt: non incurrantur tamen dictæ pœna, nisi realiter duellum sit subsequutum. num. 3.
- 4 Purgatio per iuramentum, etiam super brachium Sancti Antonij, vel alias res factas, non conceditur nisi ei, de quo iuridice prius cognitum sit quod tali eget purgatione: quia non est vane iurandum.
- 4 Diffamatus de aliquo delicto potest vii remedio l. diffamari, & actione iniuriarum; à quibus tamen satis erit ut abstineat tacendo, & huiusmodi verba stoccificando; nisi probabiliter & efficaciter credat ex taciturnitate sibi notabile damnum honoris, famæ, reive familiaris subsequuturum.

CONSILIVM I.

QUID AM de crimine iniuste à quibusdam diffamatus sepe sapius deliberavit, pro sua sanæ recuperatione, duello, & iuramento super brachio Sancti Antonij se purgare, idque à S. D. N. petere. Quæritur, an aliquam pœnam incurrerit, & an aliud sibi apius remedium supersit.

1 Respondeo, D. consulentem debere in primis pœnitere earum voluntatû, quas habuit inordinatas, & cõtra quintum præceptum Decalogi datû, & relatû à gloss. Quoniam purgare se, vel velle se purgare purgatione vulgari, de qua in tit. de purg. vulg. qualis est purgatio per duellum, est graue ac mortificum peccatum, & quamuis legatur permissa in aliquot casibus, iuxta sacram Scripturâ, vt habetur in c. monomachiam. immo sunt hodie tales per Concil. Tridentinum excommunicati, & aliis pœnis ipso iure impositis grauius affecti, & quod solum agit de duello solemnij, sed extensum fuit postea per sel. rec. Gregorium XIII. ad omnia duella, etiam priuata, & sine vlla solemnitate patrinorum, seu patronorum, & aliarum monitionum & diffidationum habita.

3 Secundo, quod præfatus D. consulens non incurrit excommunicationem, neque priuationem bonorum suorum ipso iure per præfatam voluntatem committendi duellum: incurrisset tamen, & incurreret, si fecisset, vel faceret illud; quia præfatum Concilium, & extensio prædicti Gregorij non puniunt mentalia duella, sed tantum realia: pro quo est aptus textus, h sicut nec voluntas occidendi facit irregularem, licet sic ipsa realis occisio, secundum glossam communiter receptam contra gloss. cap. si aliquis. l.

4 Tertio, quod S. D. N. non faciet D. consulenti facultatem iurandi super brachio S. Antonij, vel aliis sacris rebus, aut literis, nisi prius iuridicè nouerit eum indigere tali purgationis iuramento, quia non est vane iurandum. *

Quarto, quod poterit iuste agere contra eos, qui falso diffamauerunt ipsum prodicionis, furti, vel alterius criminis, per remediũ l. diffamari. l. quod consulere præfato D. consulenti, & etiam remedio iniuriarum, iuxta cap. vlt. m.

Quinto, consulendum esse præfato D. consilium super proposito negotio petenti, ne vilo remedio contra præfatos homines iniurios agat, nisi probabiliter & efficaciter credat, quod ex taciturnitate notabile sibi damnum honoris, famæ, vel rei familiaris sublequetur. Tum per ea quæ habet l. vnica. n. Tum quia viri grauiorẽs parul faciunt huiusmodi verborum leues iniurias, & leuiorẽs reputantur qui super eis mouent lites apud iudices, qui plerumque cum suis notariis eos irridere solent, & frequenter per eas augetur infamia, & diminuitur honor & auctoritas, & sit notum quamplurimis, quod solum sciebatũ à paucis.

S V M M A R I V M.

- 1 Constitutionem Pij III. & aliorum Pontificum subicientium excommunicationi late sententiæ Sedi Apostolica reseruatæ

b 204. 29.
c Co. quid in
omnib. 32. 99.
7.
d Ca. 1. & 2.
eod. tit.
e P. 204. tit.
de purg. vulg.
f 2. quæst. 4.
g 5. c. 1. d.
de reform.

h In c. f. de off.
pœn. cum sit
similibus.
i De homicid.

k Ca. vniuers.
de iurand.
22. quæst. 2.
l Co. de inge.
nuis & manu
missis.
m De iniur.
& toto eod.
tit. ff. & C.

n C. si quis in
per. mal.

- A ineuntes duella solemnij. n. 2. extendit Gregorius XIII. etiam ad exercentes duella priuata priuato modũ iniur. nu. 1.
- 2 Pœna non debent extendi vitra propriũ casum, etiam si in alio eadem omnino ratio inueniatur, & nu. 4. sed quod extendantur, tenuit aliquando gloss. nu. 3.
- 3 Aequiparata cum duo reperiantur in iure, statutum in vno, & in alio statutum censetur.
- 5 Extendit cum lex noua legem antiquiorem, vnum casum subicientem excommunicationi reseruatæ ad alterum, censetur & hunc alterum casum reseruatæ excommunicationis subiicere.
- 5 Duellum etiam priuatum & priuato modo ineuntes per bullam Gregorij incidunt in excommunicationem, quæ & ipsa est reseruatæ, sicut & illa, quæ per Pium III. fuit lata contra publica & solemnij ineuntes duella.

CONSILIVM II.

PIUS III. sanct. mem. in bulla, quæ incipit, ea qua, publicata de anno 1560. Idibus Nouembriis, vltra alias pœnas, quas posuit in prohibitione duellorum, posuit pœnam maioris excommunicationis, & ipsius absolutione reseruatæ sibi, & Romano Pontifici pro tempore existenti. Concilium autem Tridentinum, excommunicat, sed nemini reseruat excommunicationis absolutionem in casu detestabilis duellorum vsus. Deinde S. D. N. Gregorius XIII. ampliavit, declarando dictum Concilium vt procedat non solum in publicis duellis, sed etiam in priuatis, vt in bulla, quæ incipit, ad tollendum, publicata de anno 1582. in qua inter cætera dicitur, Constitutionibus tamen, & alij sanctionibus Apostolicis hac de re dispositis in suo robore duraturis. Modo quaeritur, an in casu duelli priuati incurratur pœna in Concilio contenta, an imposita in d. bulla Pij III. emanata ante Concilium.

Respondeo primo, quod piè, subtiliter, prudenter, & salubriter videtur sensisse, qui mouit hoc dubium, super quo adduci possent multa, quæ, vt puto, seculo obtulerunt eius eruditioni.

1 Secundo, videri considerandum, quod Iulius II. Leo X. Clemens VII. & Pius III. videntur damnare duella illa solemnij, quæ publicè fiebant, impetratis campis, & facultatibus, & licentiis duella impune faciendi ab illis, qui poterant ea concedere, & voluisse punire & castigare facientes illa, & concedentes præfatos campos, & facultates, & alios certos modos participandi cum eis. S. autem D. N. loquitur de illis, & extendit ea ad duella priuata priuatis modis eisdemque diuersis instituta & executata.

2 Tertio, quod ex hoc sumi potest argumentum pro negatiua parte quaestionis, scilicet quod reseruatio excommunicationis à Pio III. imposita non extendatur ad excommunicationem impositam à S. D. N. cum pœna non debeant extendi extra proprium casum, etiam si in alio inueniatur omnino eadem ratio, vt in cap. pœna. b vbi nos post alios latissime tradimus, & palam sit duella priuata esse alia, & longe diuersa à duellis publicis & solemnibus, & non inueniri eandem omnino rationem in his, quæ inueniuntur in illis.

Quarto, quod etiam ex eodem secundo dicto sumitur argumentum pro parte affirmatiua quaestionis, scilicet, quod reseruatio Pij III. habet locum in excommunicatione lata circa duella priuata. Tum quia S. D. N. per suam extrauagantem noluit derogare constitutionibus suorum prædecessorum, immo expresse cauit, vt illa durarent in suis casibus.

3 Tum quia æquiparare videtur quo ad hoc duella priuata publicis, cum ait per illa verba: Considerantes duellum priuatum non minus cruentum & animæ & corpori noxiũ esse, quàm quod publicè perpetratur. Et statuem in vno, videtur habere locum in alio sibi æquiparato, vt habet cap. translatio. & glossa recepta, d quæ habet alias multas similes: & quod etiã lex pœnalis extenditur ad alium casum, in quo est omnino similis ratio, vt sentit glossa in vna sui parte, * à multis commendata.

Quinto, quod certum videtur esse, nullam pœnam à præfatis summis Pontificibus & Concilio Tridentino impositam habere locum in præfatis duellis priuatis, quatenus sunt impositæ ab illis. Tum quia non loquuntur de priuatis.

4 Tum quia lex pœnalis non extenditur de vno casu ad alium, iuxta præfatum cap. pœna. etiam si omnino sit eadem ratio, quod nos ibidẽ late probamus, & præfata glossa, f idem

a In c. 19. sess.
25.

b De pœ. d. 1.

c De const.
d In c. si post.
quam. de ele.
lib. 6.
e In c. 1. de off.
poribus ord.
lib. 6. in verb.
Italia.

f In ver. Ital.



tenuit. Ex quo sequitur, quod licet constitutio Pij III. non sit sublata per extrava-gantem S. D. N. immo sit confirmata, tamen per illam solam non censetur referuata excommunicatio lata circa duella priuata: quia illa nihil loquitur de illis, iuxta secundum dictum, & iuxta hoc quintum non extenditur ad illa per similitudinem, neque per identitatem rationis; quia sunt valde diuersa, iuxta secundum dictum.

Sexto, quod restat dubium, an per extrava-gantem S. D. N. illa referuatio repetatur quo ad duella priuata, & credo quod sic, non quidem ea ratione, quod edicta præfata prædecessorum eius extendantur per se ad excommunicationem inflictam à D. N. sed quia eius Sanctitas expressè extendit easdem excommunicationes eorum ad excommunicationem circa duella priuata ab ipsomet inflictam: quoniam expressè extendit pœnas illarum constitutionum ad duella priuata, per hæc verba: *Auctoritate Apostolica statuimus, &c. ut omnes, qui circa duella priuata peccant modis expressis à sua Sanctitate, eisdem censuris & pœnis subiaceant, quibus per constitutiones prædecessorum subiaceere debebant censuris & pœnis peccantes circa duella publica & solemnia.* Per quæ verba constituitur noua lex, cum contineant verbum *statuimus*, quod est signum nouæ legis, iuxta glossam receptam, & pakam est Sanctitatem suam posse ac potuisse per suam nouam legem punire præfatos delinquentes circa duella priuata, & etiam circa alia delicta, remittendo se ad pœnas constitutas in præfatis edictis. Cum ergo in constitutione Pij III. imposita fuerit excommunicatio referuata contra peccantes in duellis publicis, censetur illa repetita contra peccantes in priuatis: cum peccantes in eis expressè subdat illis pœnis, dicens, ut easdem pœnas in illis postas incurrant. Ad quod facit cap. 60. c. quatenus eos, qui absoluuntur ab excommunicationibus referuatis propter iustum impedimentum ad eundem superiorem, reducit in easdem excommunicationes præcedentes. Salua, &c.

b In cle. fi. in verbo statui. num. de re iur.

c De sententia excomm. lib. 6.

DE INIURIIS ET DAMNO DATO.

SUMMARIUM.

- 1 Stipendiū taxatio ad hoc vt sit iusta, debet inter cetera respici valor rerum ad victum necessariorum; qui cum modernis temporibus sit auctus, indicat iniustum esse vt antiqua taxa etiam nunc seruetur: vnde coram Deo quis posset sibi, ea non obstante, iustam accipere mercedem. num. 2.
- 2 Iniustam mercedis taxationem ad iustam etsi iniusto modo reducat quis, restituere non tenetur; quia non censetur dare occasionem iniusti damni; & hoc, etiamsi solum sub peccato veniali iusta deberetur, nec via iuris illam debens posset cogi ad dandam iustam. num. 16.
- 3 Clam accipiens ab eo, cui non displiceret, vel non deberet displicere, num. 4. acceptio sibi nota, non tenetur restituere; sicut nec is, qui iusto titulo, astento iure naturali, etiamsi solemnitate positiua non sit seruata, aliquid acquisiuit. nu. 6.
- 4 Placere mihi aliquid, vel rationabiliter debere placere, aquiri videntur.
- 5 Decori ciuitatis qui consulis, etiam clam aliquid ei auferendo, non videtur ciuitatem fraudare, nec damnum dare. num. 11.
- 7 Damnum cum aliis non communicato consilio dans, si ipse non fuit aliorum dux, non tenetur, vltra id quod ad ipsum peruenit, restituere; nisi damnum sine ipso datum non fuisset.
- 7 Credere seu assentiri in rebus, in quibus intellectus ad vnam potius quam alteram partem non est efficaci ratione determinatus, ex humano affectu subsistere aliquo motiuo, possumus illi parti, prout nobis magis placet, immo possumus modo vni, modo alteri parti adherere.
- 8 Mercedem iustam vt suis officialibus assignet Respub. etsi non videatur posse cogi, cum eos ad officium accipiendum non cogat: verius tamen videtur, cum sine dedecore non possint ab eis abstinere, quod per indirectum eos ad id cogit, num. 13. & successiue iure naturali diuino & humano eis deberi iustum stipendium, nu. 12. ad illudque sic assignandū saltem sub pœna peccati venialis teneri. n. 16. etiamsi ad sint aliqui, qui libenter officium cum dicta modica mercede acciperent. nu. 14.
- 9 Debitum clam sibi accipiens tunc demum à restitutione liber est, si sit legalis; secus, si solum debeatur ex honestate: sufficit tamen quod sit debitum, ad quod quis sub peccato etiam veniali teneatur. num. 16.
- 10 Officialis tenetur Reipublica restituere non solum damnum

quod ipse dedit, sed & quod illa eius culpa & negligentia passa est, vel quod ipse poterat impedire. & num. 11. & 17. secus si non potuisset impedire. num. 18.

13. Conatus ille etiam dicitur aliquid facere, qui id sine dedecore vel imminutione sue auctoritatis non potest omittere.

14. Iustitia commutativa requirit equalitatem dati & accepti operis, & mercedis, nec iustificatur ex eo, quod non deerunt qui dictum opus minoris iusta mercede præstarent.

10. Suffragia plura, quam liceat, clam immittens, ad hoc vt officialis debitum augetur stipendium, peccat quidem, sed non videtur ad restitutionem obligatus.

CONSILIUM I.

V M statuendum esset aliquid à 130. decurionibus, quorum duarum partium suffragia sufficiebant super augmento salarij eorum, vnus in fauorem augmenti dedit clam quatuor suffragia, & publicato scrutinio inuenta sunt duarum partium suffragia, & præterea tria. Quæritur, an is, qui dedit prædicta quatuor, teneatur ad restituendum damnum darum Reipub. per augmentum prædicti salarij.

1 Pro parte autem negante facit primo, quod qui non dedit iniustum damnum, nec causam iniustam damni, non tenetur restituere. arg. totius tit. de iniur. & dam. dato. & quod præfatus decurio non dedit vllum damnum iniustum. Tum quia prudentis arbitrio salarium nouè statutum est iustum. Quod probatur primo ea ratione, quod tale visum est 80. circiter viris iuratis, prudentibus, nobilibus, & amantibus præfatam ciuitatem: Deinde, quod notorium est, in prouincia, in qua est illa ciuitas, & in tota fere Europa multo cariorem factum esse victum, & in tota fere Europa multo cariorem factum esse victum, & multo viliozem pecuniam numeratam, quam erat abhinc 100. 80. 60. & 40. annis: palam enim est, quod duplo maiori pretio valent nunc panis, vinum, carnes, & alia opsonia, & vestes non solum herorum, sed etiam familia, cum ergo salarium præfatorum decurionum antiquum ante 60. 100. & amplius annos fuerit constitutum in pecunia numerata, & vt est verisimile, non fuit superfluum, sed ad summum iustum; consequens est, quod nunc auctum duabus tertiis partibus vix ascendit ad iustum, cum etiam duplicatum non excederet illud.

2 Secundo, quod qui reducit res iniuste dispositas ad earum iustam dispositionem, non præstat damnum, nec tenetur ad restitutionem, etiam si ordine iusto non seruato id faceret: quia non infert damnum iniustum, qui accipit clam sibi debitum à debitore nolente sibi soluere, nec tenetur restituere, etiam si fortè peccet accipiendo: quia non infert ei damnum iniustum, iuxta glossam celebrem, declaratam à nobis satis late in Manu. conf. & debitor, qui soluit creditori sui creditoris, non tenetur ad restitutionem, immo liberatur ipso iure, si ex eadem causa erat creditor, & per exceptionem, si ex alia causa. & is cui coram Deo vere debetur maius salarium, quam quod ei datur, posset clam sine scandalo accipere, per ea quæ nos tradimus in Man. conf. & vxor potest soluere debitum mariti nolentis id facere, vt liberetur à peccato, vt etiam tradimus nos vbi supra. f. Ar præfatis decurionibus deberet nunc longè maius salarium, quam cum illud assignatum fuit: quia, vt dictum est, erat constitutum in pecunia numerata, & omne genus victus longè pluris valet nunc, quam tunc.

3 Tertio, quod non tenetur restituere qui occultè aliquid accipit ab eo, cui non displiceret acceptio sibi nota, licet displiceret occulta, vt etiam tradimus nos vbi supra, & si præfata ciuitas esset persona vera, vt est ficta, & sapiens, iusta, Christiana, & diues, vt est, non displiceret ei, vt hoc auctarium salarij daretur suis decurionibus: quia videretur ei esse iustum & debitum; quod valde verisimile est, cum ex 130. decurionibus eius circiter 80. iuratis id visum fuerit, quod autem sit diues quo ad hunc effectum constat ex eo, quod facit elemosinas largas, & alias gratias, & opera, quæ iure & præcepto non tenetur facere.

4 Quarto, quod in hac materia paria videntur esse, quod aliquid placeat alicui, vel quod placere debeat: vnde Scorus receptus, h. air, eum qui tenet alienum inuito domino, non peccare non restituendo statim; si id faceret, eo quod non posset absque sua infamia, vel aliquo maximo damno Reipublicæ vel suo: quia id placere debet ei, cui restituendum est, licet non placeat. Pro quo facit, paria esse

ff. de C. ad l. Aquil.

b Cap. in e. g. titum. i. dist. c. Cap. 17. nu. 112.

d Le. si liber. ff. de negot. ge. tit. ad iudicia gloss. & dicit. Bar. & gloss. in §. 1. An. qui b. modis sol. obli. c. Cap. 17. nu. 108. f. Num. 117.

g Num. 139.

h In 4. li. sent. dist. 15. q. 2. a. 4.

Lo. quod se. ff. de ro. cred. b. Maarb. s.

In c. quod se. cur. de elect. d. in c. n. 39. de confic. c. De electio.

fm c. sicut dig. num. de hom. g. Cap. 17. nu. 108.

h. ff. quod cu. in ff. uniuers. si. nom.

i. r. a. q. 50. ar. 3.

k. De iust. c. iur. li. 3. qu. 6. art. 4. l. Ca. si. de in. reur.

m. Ca. 17. d. n. 112.

n. Leg. magi. strau. ff. de administ. ro. rum ad ciuit. part. c. ra. ca. que. adiunct. gloss. de off. ar. chi. ol. ff. de ad. minist. reru. p. Luca 10. c. c. 1. 13. que. 1.

scire, vel scire debere, & illud Domini, relatum in principio Decreti, *Quacumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis.*

5 Quinto, quod prefatus decurio fecit prefatam fraudem, ut contuleret honori & decori ciuitatis, bona fide credens prefatum salarium debere augeri; quod etiam, ut dictum est, videbatur, ut visum fuit maiori parti, immo & duabus partibus, aut circiter omnium decurionum.

6 Sexto, quod potest quis in foro conscientie uti iure quaesito bene attento iure naturali, licet solemnitas iure humano inducta non fuerit seruata, secundum Innocentium receptum, quem inter alios sequitur Felinus, ut electus in prelaturam non seruata solemnitate cap. *quia propter.* potest uti illa electione, si coram Deo maior & sanior pars Capituli consenserit in eum.

7 Septimo, quod qui damnum dat cum aliis non uti dux eorum, neque communicato consilio cum eis, non tenetur restituere damnum, nisi pro parte qua ad ipsum peruenit, si non fuit causa, sine qua id non fuisset datum, secundum Innocentium, quem alius sequuti munimus magnis argumentis contra Caietanum & Sorum, ut referimus in Man. conf. 8 & prefatus decurio probabiliter potest credere, quod non fuit causa, sine qua non fuisset factum illud augmentum. Tum quia ipse solum tria suffragia, qua non habebat, addidit: quoniam quartum iure suo tulit; & sublati illis tribus reliqua suffragia constiruebant numerum duarum partium, qua sufficiebant, iuxta l. *plane.* Tum quia ipse non tenetur credere, quod alia suffragia, qua inuenta fuerunt supernumeraria, fuerunt lata in fauorem argumeti, licet posset, si vellet: quia credulitas, siue fides humana ex affectu adiuncto motiuo producitur; & potest quis ex libero arbitrio alteram partem, quam voluerit, immo & vtramque successiue ex diuerso motiuo credere, secundum doctrinam posterioristam Aristorelis receptam, secundum quam, ut dicit S. Thomas, nemo credit nisi volens, & fides causatur a voluntate, qua determinat intellectum ad assentiendum alicui rei, ad quod non determinatur ratione sufficienti.

8 Pro parte affirmante facit primo, quod Respublica non videtur teneri ad assignandum officialibus suis iustum omnino salarium: quia non cogit ad accipiendum illa; & potest dicere illis qui petunt illa officia, vel his quibus committuntur, Accipite illa cum salariis & oneribus eis constitutis, si vultis, alioquin relinquite, quia non deerunt qui accipient illa: ut definit Sotus.

Secundo, quod qui damnum vel causam damni dat, illud restituere tenetur.

9 Tertio, quod tum demum accipiens clam debitum sibi, vel alij, excusatur a restituendo, cum illud debitum est legale, & debitor posset cogi ad soluendum, vel teneretur in conscientia soluere, ut nos monuimus in Manu. conf. 11. & quamuis prefatum augmentum deberetur de honestate prefatis decurionibus, non tamen debebatur de precepto & necessitate, adeo quod posset cogi ciuitas ad soluendum illud, vel teneretur soluere in conscientia, ut palam est: alioquin enim teneretur soluere omnibus decurionibus, qui precesserunt, prefati augmenti constitutionem a tempore quo illud debuit assignari eis ob caritatem victus.

10 Quarto, quod officialis publicus non solum tenetur ad restituendum damnum a se dolo datum, sed etiam ad datum sola culpa & negligentia, immo damnum datum, quod ipse prohibere potuisset.

11 Quinto, quod prefatus decurio curauit, ne fraus facta detegeretur, persuadendo non decere ut talis fraudis inquisitio fieret; & ita per eadem iura solus tenetur.

12 Ad hanc autem responderi posse videtur. Ad primum primo negando assumptum in eo: quia lege naturali, diuina, & humana dignus est mercenarius mercede sua.

13 Secundo, quod licet directe non cogantur acceptare illa officia, coguntur tamen indirecte, ne suam auctoritatem perdant, immo ne minoris habeantur, quam sui compares, ne reputentur indigni talibus muneribus.

14 Tertio negando etiam, quod iustificatur Respub. dicendo, accipite, si vultis, illa. Tum quia id quod iniustum est iniustitia commutativa, non efficitur iustum, eo quod non deerit qui velit sustinere illam iniustitiam. Tum quia requiritur, ut res qua datur, valeat, tanti, quanti ea qua accipitur,

A vt concludit Aristoteles, & S. Thomas. Tum quod iure naturali & diuino iustitia commutativa requirit aequalitatem rerum, qua dantur & accipiuntur, secundum omnes, praesertim Sorum, quem ad bonum propositum citauimus in dict. Man. d.

15 Ad secundum responderetur concedendo assumptum; negando tamen, quod prefatus decurio damnificauerit prefatam Rempub. & damnum dederit ei; immo profuit, per contenta in argumento primo pro parte negante adducto.

16 Ad tertium concedo assumptum, scilicet, quod non potest quis clam accipere sibi debitum, nisi sit legale, id est, per legem vel per conscientiam debitum: concedendo item, quod prefata ciuitas non tenebatur soluere prefatum augmentum prefatis decurionibus ante institutionem eius; negando tamen quod non tenebatur in conscientia ad instituendum illud sub poena peccati mortalis, vel venialis, quod sufficit ad hoc, quod institutio illius clam fraude aliqua procurata valeat.

17 Ad quartum responderetur, concedendo assumptum, negando tamen subsumptum expresse vel tacite, quod prefatus decurio per culpam vel negligentiam damnificauerit ciuitatem: quia, ut praedictum est, negatur eum illi obfuisse, quia potius profuit.

18 Ad quintum responderetur, negando quod fraus prefata sublara fuisset, si ipse non curasset, ne de illa cognosceret: quia non poterat id fieri iuste, inuitis eis, qui voluissent defendere augmentum: quoniam non poterat probari, quod absque falsis suffragiis non conuenissent duae partes: quia nullatenus poterat probari, quod suffragia falsa fuissent pro augmento. Tum quia qui ea dedissent, non fuissent id confessi, ne se infamarent. Tum quia etiam si fuissent confessi, non erat iure credendum eis: quia erant singulares testes, quibus non creditur.

19 Itaque resoluendo videtur dicendum primo, quod haec quaestio est difficilis. Secundo, quod prefatus D. decurio mittendo falsa suffragia peccauit. Tertio, quod in foro exteriori non posset cassari institutio praedicti augmenti, nolentibus illis, qui pro eo suffragati fuerunt. Quarto, quod nullum damnum iniustum videtur datum. Quinto, quod in foro conscientiae non tenetur prefatus decurio ad restituendum quidquam, mea sententia praesenti, salua iustiore, & maturiore alterius melius sentientis, immo & mea futura, si quam maturius veriorum conciperem, gratia Dei optimi maximi, qui nos omnes saluet. Amen.

S V M M A R I V M.

1 Officialis, seu minister Principis non peccat exequendo mandatum non secundum verba, sed secundum mentem Principis.

2 Iudex accipiens ab eo, qui ne iniuste coram Deo puniatur, sponte aliquid dat, restituere tenetur.

C O N S I L I V M I I.

OFFICIALIS seu minister regius missus ad processus formandos contra latrones, & eorum fautores, & receptatores, habens expressum mandatum a superioribus, ut omnes consanguineos praedictorum latronum illico in exilium eiciat, & de domibus & patria expellat; si a praedictis consanguineis pecuniam sibi oblatam sponte acceptet, & illis parcat miseris eorum ruinam, sciens pro certo eos non esse in culpa; Queritur, an peccet, & an ad restitutionem teneatur, & cui restituere teneatur? Videtur autem, quod non peccat: quia non videtur facere contra intentionem Regis, cuius mens est, ut parentes non patrocinentur latronibus: ergo si non sunt in culpa, non sunt eiciendi. Nec ad restitutionem videtur teneri: quia non vi, sed sponte & gratis datur, nec vlli damnum inferitur, nec Rex suo sine frustratur; & parentes modicum pecuniae dantes, maximum incommodum effugiunt, & maximam vtilitatem consequuntur, cum non eiciantur propria domo.

1 Respondeo, quod non peccat parcendo, quo ad forum conscientiae, propter rationem in ipsa quaestione propositam, sed sic accipiendo pecuniam: quia accipit pro eo quod in foro conscientiae tenetur facere: & tenetur restituere eis qui dederunt, quoniam qui male accipit a bene dante, peccat & tenetur ei restituere, iuxta l. 2. & per latius tradita in nostro Manu. 5

a. 5. d. 1. b. c. b. 2. 777. A. 1.

c. In 4. l. font. di. 15. q. 2. A. 2. d. Cap. 17. nu. 283. lit. C.

c. Ca. bona de elect.

f. 3. c. vlt. ff. de ed. ob. iur. g. Cap. 17. nu. 30.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus non potest dare mandatum ad agendum criminaliter, nec civiliter contra homicidam, nisi cum protestatione iura pœnam sanguinis.
- 2 Pater agens ad pœnam civilem ob mortem illatam filio, illam petit non ob iniuriam illatam filio, sed ob ipsimet patri sic illatam.
- 3 Iniuria filij redundat in patrem.

CONSILIVM III.

AN pater post natiuitatem filij annis fere decem clericus factus possit constituere procuratorem ad petendam & prosequendam iustitiam contra assassinos occisores, & complices in nece filij, absque periculo irregularitatis, & amissionis beneficiorum?

- 1 Respondeo, quod non potest dare tale mandatum ad agendum criminaliter, neque ad agendum civiliter sine protestatione, quod iudex non inferat pœnam sanguinis.
- 2 Neque cum hac protestatione, nisi ad pœnam civilem imponendam illi homicidæ propter iniuriam, quam fecit patri clerico, eo quod occidit filium suum: ita quod ipse non debet velle, vt imponatur ei pœna homicidij, vel alia propter iniuriam, quam fecit filio, eo quod occidit ipsum, sed propter iniuriam, quam sibi patri intulit, ea ratione, qua iniuria filij redundat in patrem, iuxta l. r. & l. eum qui. b
- 3 Quæ omnia probantur in cap. pœnalis. c adiunctis eis, quæ annotat Philippus Francus, d adiuncto cap. parochianos. cum glossa & adnotatis ibi per doctores. e Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis iuste interrogatus, reum non detegens, fisco non restituit pœnam, in quam reus ipso iure incidit.
- 1 Fiscus nequaquam ante sententiam acquirit bona committentis dilectum, pro quo est imposita pœna ipso iure incurrenda; nec pœna etiam ipso iure imposita est per impedimentum ei ante sententiam restituenda. & num. 2. in fin.
- 1 Damni qui causa proxima est, tantummodo restituere tenetur.
- 2 Pœna in foro conscientie ante sententiam non debetur.
- 2 Impediens alium à consequendo aliquid, tunc demum restituit, si impeditus ad id habebat ius quasitum in re, vel ad rem per actionem vel officium iusticiæ.
- 3 Actibus in cantu attenditur, quod principaliter intenditur.
- 3 Custodes & vigiles delinquentes non deferendo peccant; sed ad pœnam, quam accusati soluerent, non tenentur.
- 4 Leges humana, maxime in foro poli, non plus ligant, quam in eo sunt receptæ.
- 5 Interesse & damnum intrinsecum in re, non autem remotorum extrinsecum extra rem restituendum est.

CONSILIVM IIII.

PŒNA quando est posita ipso iure, an testis legitimè interrogatus reum non detegens tenetur fisco damnum restituere?

- 1 Respondeo, quæstionem hanc esse satis nouam, & multa pro eius vtraque parte adduci posse, & videri tenendam partem negatiuam, videlicet, quod non tenetur restituere in foro conscientie. Primo, quia non omnis, qui qualemcumque causam & occasionem damni præstat, tenetur restituere, sed tantum is, qui causam proximam eius præstat. f
- Secundo, quod prædictus testis iure falso testimonio nulla bona abstulit fisco, nec fuit causa, vt ille perderet aliqua, quia nulla ratione ante sententiam quæsiuit illa. e
- 2 Tertio, quia pœna non debetur in foro conscientie ante sententiam, iuxta glossam singularem communiter receptam. h
- Quarto, quod si qua ratione prædictus testis tenetur ad restitutionem, maxime eo quod fuit fisco impedimento acquirendi bona: at, vt nos resoluius in Manual. i non tenetur, nisi qui impedit alium à querendo, id, in quo iam habebat ius quasitum in re, vel ad rem per actionem, vel officium iudicis, quale non videtur habere in nostro casu fisco.
- Quinto facit, quod in nulla parte iuris videtur exprimi, quod tenetur quis ad restituendum fisco pœnas ei debitas ob aliquam delicta, donec ad eum per sententiam deferantur, vt significant l. r. & alie. k
- 3 Sexto facit, quod in actibus humanis, id quod principa-

a §. iniuria. b §. ff. de iniur. c De homic. lib. 6. d In l. eius non stabili. e De sent. excom.

f Cap. de occidendis. 23. q. 5. & gloss. sing. de caso ro. de homic. g Leg. eius. cū seq. de testib. h Cap. frater noster. 12. q. 2.

i Cap. 17. nu. 69.

k ff. de bo. ad.

A liter intenditur, est attendendum, & non quod minus principaliter, & testimonium prædicti testis non tendit principaliter ad impediendum acquisitionis bonorum fisco, sed solum ad excusandum crimen rei, ergo, &c.

Septimo, quod D. Bernardinus relatus à Siluestro, b & à nobis in Man. c ait, custodes & vigiles ciuitatum non accusantes, quos inueniunt euntes post sonum campanæ, licet peccent mortaliter, & sint periuri, si accusare iurauerunt, non tamen tenentur soluere pœnam, quam soluisent, si fuissent accusati.

B Octauo plurimum mouet, quod leges omnes humanæ, potissimum pœnales, eatenus videntur ligare, præsertim in foro conscientie, quatenus in eo sunt receptæ, & non amplius, vt satis profunde tradimus in prædicto Man. d At nullibi receptum est, vt vlla lege iubente damnari aliquem priuatione bonorum, teneatur quis, præsertim in foro conscientie, ante damnationem bona ad fisco deferre: ergo.

Nono, quod alioquin sequeretur, omnes custodes confinium regnorum deputatos ad custodiendum, ne quis aliqua exporet ex illis, vel importet in illa, vel non saltem nisi soluto vectigali, vel portorio, vel gabella sub pœna priuationis bonorum, teneri restituere non solum iura, siue vectigalia debita, sed etiam bona, quæ ob id deberent fisco applicari: quod nullus, vt arbitror, hætenus dixit.

C Non obstat, quod non solum tenetur quis restituere proximo bona, quæ ei abstulit, sed etiam interesse damni emergentis, & lucri cessantis, per ea quæ tradimus in Man. e Tum quia dicta pœna non est interesse, per definitionem interesse positam in dicto Manu. f Tum quia illud est verum de interesse intrinsecum, & intra rem, non autem de interesse adeo extrinsecum, & remoto, ac est pœna huiusmodi applicanda fisco, g per dicta à nobis vbi supra, h post Bartholum & alios. i Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Pater, qui ad fallendum fisco falso negauit se habere bona, ex quibus filio condemnato debeatur legitima, tenetur in conscientia eidem fisco ad restitutionem. & nu. 2.
- 1 Pœna post condemnationem etiam iure poli debetur.
- 2 Depositorum eius, cuius bona postea confiscata fuerint, fisco restituendum.
- 3 Pater computare potest filio legitimam, quæ ipse ei subtraxit. nu. 5. vel pro ipso coacte soluit. & nu. 6.
- 4 Pater, & filius in eius potestate existens etiam si non habeat peculium castrense, nec quasi, possunt sibi inuicem naturaliter obligari.
- 4 Pater non potest agere furti contra filium: filius tamen tenetur in conscientia patri restituere, si potest. & nu. 5.
- 5 Obligatio naturalis iure canonum, naturalis, & civilis, præsertim in foro conscientie, æquatur obligationi.
- 6 Pater repetere non valet quæ sponte pro filio soluit, nisi protestatio præcedat: at quæ coacte pro eis impedit, repetere potest, & in dubio videtur animo repetendi hæc soluere.

CONSILIVM V.

STANTE statuto, vt filius familias propter suum delictum condemnari possit in legitima, quæ deberetur ei ex bonis patris, si tunc ille moreretur; & aliquis filius familias condemnatus fuerit in illa, & pater mendaciis & periuriis suis & suorum amicorum prober se non habere vlla bona, ex quibus debeatur legitima filio.

An teneatur pater restituere fisco, vel iudici, cui debebatur quarta illius legitime?

Secundo, esto quod teneatur, an possit computare in partem restitutionis ea, quæ filius subtraxit antea patri ad lusus & alia illicita?

Tertio, an possit etiam computare ea, quæ alias soluit propter delictum ab eodem filio perpetratum?

1 AD PRIMAM QUÆSTIONEM respondeo, quod tenetur restituere. Tum quia licet quis pœnam non debeat in foro conscientie, donec condemnetur, iuxta glossam celebrem, k post condemnationem tamen tenetur, iuxta doctrinam S. Thomæ receptam. l Tum quia non licet vili defendere se, & minus sua bona per mendacia & periuria, iuxta eundem S. Thomam receptum, m quæ quia suapte natura mala sunt, nullatenus fieri debent. n Tum quia bona fides. o habet, quod etiam depositarius tenetur reddere fisco de po-

a Leg. si quis nec causam. cum 16. fundamentis las. ibid ff. de reb. cred. b Verbo resti. in 10. q. 5. vers. 7. c Cap. 25. nu. 34.

d Ca. 23. nu. 40. & 62.

e Cap. 17. nu. 25. f Cap. 17. nu. 211.

g Le. si fieri l. 5. eius per venditorem. ff. de act. emp. h In d. u. 211. i In l. Co. de sent. qua pro eo quod int.

k In c. frater noster. 12. q. 2. l. 1. c. 2. q. 62. art. 4. m 2. 2. q. 69. art. 2. n Cap. itane. 22. nu. 5. o ff. de possi.

a Leg. iustitia ff. de iust. & iure. §. i. iust. eod.

b ff. de condi. indeb.

c ff. de furtis.

d Ca si res aliena. 14. §. 6. ca peccatum. de re. iuris li. 6.

e Ca quo iure. §. d. c. ff. de conuict.

f Dist. l. frater a fratre.

g Cap. 1. de p. d. cum ei ad notatis.

h In auct. ex testamento. col. penult. C. de collatio.

i In rep. cap. per vestras. de donat. inter virum & uxo. in §. 8. ver. & hinc est.

k Infr. eod. auct. quod lo cum. & l. patrum.

l ff. manda. l. si vero. §. si adolecens.

m ff. pro socio. leg. cum duobus. §. si.

n In p. 2. tit. 1. c. 15. §. 1.

o Ver. furtu. q. 12.

p In l. Nessimus.

q Le. ff. de ne got. gest.

r Cod. eod. s Leg. cum. de indebito. ff. de probat.

t Ca. duo. 23. qua. 1. 4.

v Cap. 24. nu. 7.

x q. 2. mon. 7.

firum, quod penes ipsum deposuerat is, cuius bona postea fuerunt confiscata. Tum denique, quod iustitia & aequitas praecipit, ut unicuique reddatur suum, vel sibi debitum. At in casu proposito filio & iudici per praefatum statutum debent parentes soluere, vel tradere tot bona, quot obuenirent filio, si tempore confiscationis ipsi morerentur: ergo pater praedictus tenetur soluere quantum ascenderet legitima.

AD SECUNDAM respondeo, quod expedisset dicere, an praedictus filius esset in potestate patris, vel emancipatus: quia statutum solum includit parentes habentes filios in potestate.

3 Secundo, praesupposito quod praedictus filius erat in potestate, respondeo, quod haec quaestio est magna, & pendet multum ab his, quae leguntur & notantur per glossam, Bartholum & omnes alios in illa re & fama difficili. l. frater a fratre. b quae licet late & subtiliter tradantur ibi per omnes, non tamen facilis est eorum applicatio ad casum propositum.

4 Nam ibi concluditur ab vna parte, quod filius potest obligari naturaliter patri, & contra pater filio, etiam si non habeat peculium castrense, nec quasi castrense, nec aduentitium. Et ab altera parte etiam concluditur patrem non posse agere furti pro furto, quod fecit filius, cum adhuc ei subesset, etiam post emancipationem, per l. serui & filij. & per l. si quis uxori. c

Sed omnis multis, quae pro vtraque parte adduci possent, verius videtur, saltem quo ad forum conscientiae, quod iure naturali & diuino, & etiam canonico filius familias, sicut peccat mortificare furando patri ad usus in quaestione nominatos, ita etiam tenetur restituere, si potest. Tu quia lege naturali & diuina videtur contineri illud, non dimittitur peccatum, nisi restituatur male ablatum, d & ita nulla humana lege tolli potest, e

5 Tum quia etiam lege civili, ut dixi, obligari potest naturaliter filius patri; f & obligatio naturalis iure canonico praefertim quo ad forum conscientiae aequatur naturali & civili. g Tum quia Baldus hoc tenet, h relatus & probatus a Ioanne Lupo. i Verba Baldi sunt haec: Decimum sextum cap. est de profusis ab ipso filio, ut quia lusit ad azardum: & sic quod sibi imputat: quia ludere est lata culpa, & ideo tenetur, licet possidere desistat. k Idem si in meretricando consumpsit: quia meretricari est dolus. l Idem de his, quae vino vel mortuo patre pro suis culpis & excessibus soluit: nam sibi soli imputat. m Haec ille, cuius dictum procedit etiam in his, quae filius furatus est, secundum D. Antonium, n Sikestrum. o

6 AD TERTIAM respondeo, quod etiam sunt computanda in restitutione legitima illa, quae pater virtute praedicti statuti soluit pro poenis, in quibus condemnatus fuit praefatus filius. Nam Baldus id expresse vbi supra dicit. Tum quia licet ea, quae parentes sponte impendunt in personas filiorum causa pietatis & caritatis, non possunt repetere ab eis, nisi prius facta fuerit protestatio, quod animo repetendi impenderent: ea tamen, quae coacte impendunt, possunt repetere, & in dubio videtur impendisse animo repetendi ut ait Baldus, p per illam q & per l. auia. r Tum quia regulariter nemo praesumitur donare. s

SVMMARIVM.

- 1 Restituere non obligat violatio charitatis, secus si violetur virtus specialis iustitiae.
- 2 Reuelare teneor tibi ignoranti te esse creditorem talis, ut sic damnum tuum repetendo euadere possis.
- 3 Damnum datum restituere teneor, si tibi ignoranti suadeo, ut creditum exigas, quod ego sciebam, vel scire debebam esse solutum.

CONSILIVM VI.

NOTARIVS quidam prosequens odium M. & inueniens inter sua protocolla vnum non cassatum instrumentum continens praefatum M. debere Sorti certas pecunias, ob odium mouit & rogauit Sortem pollicendo ei auxilium, ut peteret eas a M. qui tandem probata solutione liberatus fuit, multa tamen impensa. Quae ritur, an notarius praefatus teneatur eam restituere.

1 Respondeo primo, quod praefatus notarius peccauit peccatum odij proximi contra caritatem, quae debetur ei, t sed ob hoc peccatum non tenetur restituere damnum: quia peccata contra charitatem, quatenus sunt talia, non obligant ad restitutionem, per ea quae nos citamus in Manual. confess. v & in Apol. de re dit. x

2 Secundo, quod praefatus notarius si bona fide credebatur

debitum illud nondum fuisse solutum, iuste poterat praefato Sorti reuelare, immo & tenebatur, si credebatur eum ideo non petere illud, quod nesciebat sibi esse debitum, ut liberaret eum a damno, quod per ignorantiam eum incurrere putabat. argumento c. qui cum fure. a adiuncta glossa. b.

3 Tertio, quod si credebatur, vel tenebatur credere illud debitum iam fuisse solutum, tenetur restituere: quia peccauit contra iustitiam specialem, procurando ut solutum iterum solueretur, contra tit. de cond. indeb.

SVMMARIVM.

- 1 Famuli videntes a conseruis domino per furtum damnum dari, tacendo peccant contra caritatem eo modo, quo peccant ceteri, qui cum possint, damnum proximi non impediunt: nec excusantur ob timorem, quod reuelando compararent sibi maleuolos; nisi attempta quantitate rei subtrahata, qualitateque personarum, sana caritas iudicaret expedire magis ut taceretur furtum, quam ut incurrantur alia damna, quae ex reuelatione inuitabiliter probabiliter incurrerentur. nu. 3. at restituere non tenentur, cum non teneantur dicta bona ex officio eis demandato custodire. num. 2.

CONSILIVM VII.

IN domibus magnatum adsunt ministri, & seruietes, qui habent officia distincta. Euenit quod praepositus cellae vinariae architrachus furatur vinum secretè, vidente eo, qui praepositus est custodiae vestium, ac cubiculario: & quia ad istos cura cellae vinariae specialiter non spectat, non curant hoc indicare ei, qui posset occurrere, asserentes, Nobis sufficit, furto nec consilium, nec auxilium dare, de cetero nolumus nobis parare maleuolos in domo. Dubitatur, an isti tacendo peccent, & teneantur ad restitutionem.

1 Respondeo primo, praedictos ministros, de quibus quaestio proponitur, videri peccare, siue quod non vtuntur correctione fraterna, siue quod non obuiant peccatis committendis, siue quod non impediunt damnum & detrimentum proximi, quod possunt impedire, & non impediunt, credentes quod nemo alius impedit, per ea multa, quae nos adduximus in comment. ca. non in inferenda. c & in locis ibi citatis, quorum summam inuermimus Man. conf. d & in locis ibi citatis. Nec obstat, quod res cellae vinariae, vel panariae non sint eis specialiter deputatae, & commendatae: quia quo ad effectum peccandi non est necessarium, quod custodia rerum proximi sit commissa officio negligentis seruare indemnitate eius, licet sic quo ad effectum restituendi, ut in locis supra dictis traditur, & facilius ibi videri potest.

2 Secundo respondeo, quod non tenentur ad restitutionem: quoniam qui non obstat, cum possit, damno proximi faciendo, nisi ex officio teneatur ad custodiendum illud, non tenetur ad restitutionem damni sequuti, quia non peccat contra leges iustitiae specialis, sed contra leges tantum caritatis, quarum transgressio non obligat ad restitutionem, ut traditur in d. Man. e

3 Tertio, quod prudenter perpendenda est in huiusmodi casibus grauitas, siue magnitudo, vel paruitas damni salutis, honoris, vel rei pecuniariae, quae posset consequi denunciationem, vel indicationem huiusmodi furum: quoniam interdum illa excusare posset a peccato, & interdum non: quamuis arbitrer raro contingere posse, quod non se offerat aliquis modus indicandi sine notabili damno ei, qui ob sanam caritatem, & obsequium Dei, & amorem virtutis, voluerit indicare.

SVMMARIVM.

- 1 Oeconomus seu magister domus non potest recepta pecunia conuenire cum pistore & lanio, quod ab eis etiam currenti pretio panem & carnes pro usu domus emer.
- 2 Cambio minuto quod lucratur oconomus, dum pecuniam argenteam, quam a domino expendendam accipit, in aream conuertit, restituere non tenetur domino, qui ex hoc damnum non patitur.

CONSILIVM VIII.

PROCVRATOR magnatis conuentionem facit cum pistore & lanio, quod ipse accipiet pretio currenti omnem panem & carnes necessarias pro domo domini sui, si pisto & lanio dederint ei tot aureos singulis mensibus. Quae

a Defurtis. b Ver. iudicia

c 23. quest. 5. d Cap. 24. n. 22.

e Ca. 17. n. 11. & c. 24. n. 17.

ritur,

ricur, an conventio sit iusta. Item queritur, an retinere possit sibi quod mutuando pecuniam argenteam in minutum lucratur.

1 AD PRIMAM respondeo, videri iniustum. Tum quia videtur prestare materiam delinquendi pistori, vt det peiorem panem. Tum quia videtur fraudare dominum tre-tieno, vt vocant, panis. Tum quia nihil industriae vel laboris in hoc ponit. Tum denique quod domino aliqua via peribit tantum, quantum pistor economo prestat.

2 AD SECUNDAM dico, quod satis potest teneri, posse economum per predictum cambium lucrari sibi. Tu quia id nullatenus domino nocet. Tum quia multum laboris & tædij deuorat economus soluendo illa, quæ emit, pecunijs minutis. Tum quia non nihil industriae suæ addit.

S V M M A R I V M.

- 1 Incertum debitum est, quod debetur pauperibus in genere: certum autem est, cuius creditor vel heredes sciuntur.
- 2 Debitor incertorum si sit pauper, potest illa sibi tamquam pauperi retinere, vel distribuere: at quod debet certis creditoribus, debet illis restituere si etiam ipsi sint pauperes. nu. 3. nisi ab eis obtineat dilationem. num. 4. quod si habeant unde uiuant, excusatur debitor non habens vltra necessaria sibi & familia sua, donec deueniat ad pinguiorem fortunam, nu. 3. quæ si nunquam veniat, nunquam obligabitur. num. 4.

C O N S I L I V M I X.

OMISIT quidam implere legatum, quo tenebatur quotannis dare certum panem pauperibus in genere, & est obligatus ad restituendum damnum quod dedit parti coram se litiganti; a quo tamen nil petitur in foro fori. Queritur, quid faciet in foro poli propter pauperitatem honorum suorum, ex quibus vix potest granum sufficiens pro se, suisque vxore ac liberis, ad panem conficiendum colligere; & propter ætatem 63. annorum, & conditionem suæ personæ, non potest laborare.

Respondeo primo, quod predictus D. consulens restituere, tenetur omnia, quæ iuste debet coram Deo: quia peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablarum, nisi excusetur aliquo modo eorum, qui tanguntur in nostro Manual. confess. b

1 Secundo, quod aliud videtur respondendum de ijs quæ debet ratione omissionis adimplendi legatum, quo tenetur quotannis distribuere pauperibus certam quantitatem panis; & aliud de debito restituendi damni, quod per iniustitiam dedit: quoniam debitum ratione omissionis implendi legatum, videtur incertum; quia nescit quibus pauperibus nocuit, licet sciat quod pauperibus in genere nocuit: alterum autem debitum iniustitiæ est certum; quia, vt ait, scit quibus nocuit, & cognoscit hæredes eorum viuentes.

2 Tertio, quod debitum prius omissionis implementi legati potest restituere sibi, & suæ familiæ, corde puro & vero dicendo Deo, Ego & familia mea sumus de numero pauperum tuorum; & ego teneor restituere illa, quæ de beo, pauperibus ex omissione implementi talis legati; & ita totum illud debitum accipio tamquam vnus vel plures mihi, & meis egentibus illis ad nostram sustentationem. Quoniam qui debet dare vel distribuere aliqua pauperibus incertis, potest illa accipere tamquam vnus de pauperibus, sibi, vt tradimus nos post alios, quos ibi citamus, in Manual. confess. e & in Enchir. de orat. d

3 Quarto, quod posterius debitum ob iniustitiam male administratam debet restituere illis, quos læsit, vel hæredibus eorum, si egent: sed si creditores habent bona, quibus se sustentent, excusatur à restituendo vsque ad pinguiorem fortunam, per ea quæ nos latius scribimus in d. Manua. confess. e

4 Quinto, quod possit D. consulens in proposito casu rogare per confessarium suum creditores, vt condonarent cuidam personæ, quæ debet eis damna prædicta vel partem illorum, donec perueniret ad pinguiorem fortunam, quia est nunc maxima paupertate oppressa; & postea differre solutionem eius partis, quæ non fuerit ei condonata, vsque ad pinguiorem fortunam, immo & in perpetuum, si illa nunquam veniat; argum. eorum, quæ vbi supra, & paulo ante & post scribuntur. f

S V M M A R I V M.

- 1 Bullas falsas ex vera supplicatione signata conficiens, & parti

A **ignoranti recepta pecunia pro vera expeditione necessaria tradens, debet pecuniam sic acceptam restituere danti. num. 3. & hoc etiam si d. bulla tantum profuerint, ac si fuissent vera. nu. 2. Nec satisfaciet restituendo Cancellaria. nu. 5. nisi forte curaret veram bullam expediri, vt potest: quia sic in expeditione vera bulla posset dictas pecunias impendere. nu. 4.**

6 **Impediens aliquem iniuste à consequutione alicuius boni, tunc demum tenetur restituere, si impediuit in iure plena quæsiu in re, vel ad rem. siue ex officio iudicis debito.**

7 **Cancellaria Apostolica officiales videntur facere vnum corpus, siue collegium, quod est idem semper, licet mutantur aliqui particulares.**

7 **Corpori, seu collegio, quod vno tempore captum est deberi, potest tuto alio tempore solui, licet aliqui particulares participantes de commodo collegij sint mutati.**

B **C O N S I L I V M X.**

CVRIALIS & solicator impetrarunt pro absente beneficium à Sede Apost. & postquam supplicatio iam fuerat signata, ne soluerent magnam summam pecuniarum pro expeditione literarum, sed sibi illam retinerent, ac lucrarentur, confinxerunt literas falsas, per quas absens & ignorans accepit possessionem eius, & soluit curiali & solicatori impensas literarum, perinde ac si iuste per Cancellariam fuissent expeditæ. Queritur modo, an teneantur restituere pecunias pro falsa literarum expeditione acceptas, & cui, an parti absenti ignoranti factum, an verò Cancellaria, quam fraudauerunt, cum in præsentem non extant iudicia officiales saltem omnes, qui tunc extabant.

1 Videretur respondendum primo, quod prædicti falsarij teneantur ad restituendas illas pecunias alicui. Tum quia acceperunt eas ad expediendas literas Apostolicas super obtento beneficio, & eas non expederunt; & ita tenentur conditione ob causam, iuxta totum tit. ff. de cond. et. caus. data. & C. de cond. ob causam. Tum quia sine vilo titulo iusto mala fide illas tenent, contra c. si. & contra præceptum scripturarum Decalogi, per quod omnis illicita vsurpatione vetatur. b

2 Secundo videtur, quod dicti falsarij non tenentur ad restituendum ei, à quo pecunias receperunt; ea ratione, quod cum damnificauerint, vel laeserint: quia tantum profuerunt literæ illæ falsæ, quantum profuissent veræ, cum iam per signaturam fuisset sibi ius quæsitum secundum receptam sententiam fundatam in cle. dudum. c. adiuncta glossa. d quod tamen non est verum: quia nihil, vel ipso iure inutile regulariter exquantur. At si nullas literas, nec veras, nec falsas expediuissent, ei teneantur restituere; ergo etiam si falsas & inuitiles expederint.

3 Tertio, quod tenentur eas restituere ratione acceptionis ob causam, ea non sequuta, iuxta totum tit. supradictum f quia non videtur consequuta causa, ob quam datæ fuerunt pecuniarum, cum illæ datæ fuerint ad expediendum literas veras, quæ non fuerunt expeditæ quod maxime procedit coram Deo, cui constat causam non esse sequutam, cum omnia nuda & aperta sint ei.

4 Quarto, quod prædicti falsarij excusarentur à restituendo ei, si veras literas super signatura valida nunc expedite facerent: quia causa, ob quam acceperunt, diceretur esse consequuta. & quidem hæc via esset aptissima ad tollendam huius quæstionis perplexitatem, si absque vilius infamia & detectione turpitudinis fieri posset.

5 Quinto, quod de rigore iuris non videntur satisfacere obligationi suæ dando prædictas pecunias officariis Cancellaria; nullis literis per eam expeditis. Tum quia per huiusmodi dationem non adimplent causam, ob quam pecuniarum illarum fuerunt eis datæ, cum datæ fuerint ad expediendas literas veras, quas certum est non expediri ex eo solo, quod pecuniarum ad eas expediendas necessariae conferantur ministris Cancellariae. Tum quia sine iusta causa prædicti ministri videntur prædictas pecunias accipere, quippe qui nullas literas expeditant, ob quas illæ dantur eis. Tum quia nullo iure naturali, nec diuino, neque humano probari posse videtur, quod falsarij teneantur restituere ministris Cancellariae omnes illas pecunias, quæ fuissent necessariae ad expediendas literas veras, super quibus ille dedit falsas; præsertim in foro Dei, & conscientiarum: nec vidi, nec audiui vllum falsarium fuisse condemnatum ad id: nec canones, qui de condemnatione illorum agunt, vllam de tali restitutione mentionem faciunt.

E **C O N S I L I V M X.**

F **C O N S I L I V M X.**

a Ca. 6. r. 1. a. l. 1. n. 1. 4. 9. 6. & c. peccat. de re iud. c. 6. Ca. 17. à n. 54.

c Cap. 17. nu. 171. d Ca. 7. n. 34.

e Cap. 17. nu. 54. & 62.

f Num. 54. & 62.

a De præscri. b Ca. pæn. l. 14. qua. 5.

c S. si de sep. d In ver. vel scrip. e. cap. institutionis. 25. q. 2. c. Ca. ex. l. 1. a. re. unia. g. de re. c. p. e. 2. vers. si. cut. de trans. lat. prælat. f ff. de iudi. causa. d. & c. de cond. ob causam.



6 Ratio autem, quæ redditur ex eo, quod qui iniuste impedit aliquem à consequutione alicuius boni, teneatur restituere, fragilis est: non enim omnes, qui quoquo modo impediunt lucrum alterius, tenentur ei recompenfare illud: alioqui mercatores, artifices, & omnes alij, qui lucrantur aliqua, quæ alij lucrati essent, si illi non lucrarentur, tenerentur ad restitutionem; quod ridiculum est. Solum enim illi, qui impediunt eos in iure plenè quæsito in re, vel saltem in iure quæsito ad rem, siue debito ex officio iudicis, ad id tenentur, ut nos resoluimus in Manual. confess. a quale ius non habet Cancellaria contra eos, qui conficiunt falsas literas, vel non expediunt veras super pecunijs, quæ deberent dari eis ob literas, quantum expeditio ad eos pertinet.

7 Sexto, quod per prædicta cessat necessitas respondendi ad aliam quæstionem, qua quæritur quomodo prædictæ pecuniæ deberent restitui, si essent restituendæ officarijs Cancellariæ, cum per singulos menses mutantur: cessat inquam necessitas respondendi ad eam. Tum quia supra dictum est, non esse restituendas illis, si literæ denuo non expediantur: & si, ut tangitur in 4. dicto, expedirentur literæ veræ super vera signatura, distribuere pecuniæ more solito.

7 Septimo, quod ministri Cancellariæ, ut ego puto, faciunt collegium; & ita potest restitui ei tempore aliquorum, qui non erant de ipso collegio tempore, quo cæpit deberi: quia quod restituendum est collegio, potest restitui ei tempore, quo sunt in eo multi, quorum tempore cæpit illud quod restituendum est, deberi, iuxta ea quæ citat Calderinus, b dum concludit, quod debitum Capitulo diuidendum inter canonicos singulis annis, si non diuidatur in aliquo anno, & postea diuidatur in alio, in quo sunt noui canonici, habebunt illi suas partes, sicut & antiqui, cum Capitula non mutantur propter mutationem singulorum. Pro quo faciunt multa, quæ Felinus congerit. c Et ita si prædictæ pecuniæ forent restituendæ ministris Cancellariæ, satis rectè dicerentur eis restitui, si restituerentur collegio eorum præsentem, non curando an desint esse in eo alioqui, qui erant tempore, quo cæperunt esse debite illi collegio; cum idem sit collegium, quod nunc est, & quod tunc fuit, argumen. l. *proponebatur*. d & cap. *denique*. iuncta glossa. e

S V M M A R I V M.

- 1 *Canonicatus in cathedrali est beneficium simplex, non autem de numero dignitatum, vel personatum, de quibus in cap. de multa. illum tamen habens equiparatur constituto in dignitate, quo ad effectum ut possit esse delegatus Papa.*
- 2 *Pensio, qua non datur in titulum beneficii, non est beneficium: & ideo nihil prohibet, quin qui habet generaliter facultatem transferendi, possit illam transferre sub conditione.*
- 3 *Actui gerendo auctoritatem prabens non tenetur parti laesa, si actus fiat nulliter; immo verius videtur quod teneatur, cum per hanc auctorizationem conseatur asserere actum esse validum. num. 4.*

CONSILIVM XI.

QVIDAM facultatem habens transferendi certam pensionem, coram tamè persona in ecclesiastica dignitate constituta, eam coram canonico cathedralis trātulit sub conditione, scilicet si moreretur in illa infirmitate, qua tempore translationis tenebatur, prout paulo post mortuus est. Canonicus autem prædictus nesciebat, an d. translatio esset valida; nec notarium, quomodo, & quid scripturus esset, monuit. Nunc autem de dictæ translationis validitate dubitatur, eo quod sit facta sub conditione.

Quæritur, an dictus canonicus teneatur refarcire damnum, quod ex dictæ translationis invaliditate eueniet.

AD QUÆSTIONEM PROPOSITAM respondeo primo, quod translatio præfata pensionis videtur nulla ex alio capite, quod non tangitur in eius propositione, scilicet quod non fuit translata coram persona in dignitate ecclesiastica constituta: quoniam præsupponitur in casu, quod is, coram quo fuit facta, erat tantum canonicus ecclesiæ cathedralis; & constat inter plerosque omnes canonicum Ecclesiæ cathedralis non habere dignitatem, nec esse constitutum in dignitate ecclesiastica, per textum in cap. *statutum*. f licet quo ad illum casum specialem, de quo ibi agitur, scilicet ut possit esse delegatus Papæ, æquiparetur habenti dignita-

tem ecclesiasticam. Vnde secundum receptam sententiam canonicatus est beneficium simplex, & non est de numero dignitatum, personatum, vel curatum, de quibus disponit, cap. *de multa*. a

2 Secundo, quod ratio, quæ videri posset alicui vrgere ad dicendum, quod translatio conditionalis non valet, scilicet quia beneficium non potest conferri sub conditione, nullius valoris est. quia pensio, qua non datur in titulum, quales erant illæ de quibus loquimur, nullatenus est beneficium, secundum omnes: & defendi potest, eum qui habet facultatem transferendi generaliter, non addito purè, nec sub conditione, posse transferre sub illa conditione, si moreretur ex infirmitate præsentem, per aliqua, quæ non vacat citare.

3 Tertio, quod is, coram quo agenda est translatio pensionis, non tenetur ad sciendum an translatio rectè nec ne fiat, neque ad docendum notarium verba quæ debet scribere, per iura quæ disponunt de tali translatione: sicut neque testes, coram quibus debet fieri, tenentur ad illa, sed tantum ad exhibendam præsentiam suam, & intelligendum id quod agitur: nam ad partes, quarum interest, pertinet an actus coram eis factus valeat, nec ne. & in casu proposito ad pensionarium, & ad personam, in quam illa transferebatur, spectat scire an illa valuerint, nec ne, & non ad præfatum canonicum, neque ad alium in dignitate constitutum, nec ad testes, coram quibus fuerunt facta: quia non interest eorum id discutere, neque examinare.

4 Quarto, his esse consequens, nec præfatum canonicum, neque alium constitutum in dignitate, si tali id contigisset, teneri ad aliquam restitutionem faciendam illi, vel illis, quibus ex præfata translatione inualiditate aliquod dānū cōtigisset vel cōtigerit. Quia tamè negari non potest ad officium huiusmodi auctoritatem præstantis & subsignantis pertinere intelligentiam rei gestæ; quia videtur testari talem verè esse rem gestam, ut scribitur in scriptura notarij: consultius videtur eius indemnitati dicere, quod ex alio capite fuit nulla prædicta translatio, vel quod ita fuisset valida facta sub conditione, ac puro modo facta fuisset: & ita quod nihil refert an fuisset facta sub conditione, vel purè, cum paulo post eam factam obierit mortem transferens. Salua, &c.

Hoc responsum videtur egere maiori discussione. Nam cui per has translationes extinguatur antiqua pensio & noua constituatur coram electo, seu per electi auctoritate Apostolica videtur quod dicta facultas transferendi non possit sibi locum vendicare, nisi in absoluta translatione, & quod canonicus cathedralis in hoc casu sit delegatus Apostolicus, & sic quoad eum actum reputetur quidem in dignitate constitutus, sed quoad translationem non tenuit; nec tamen ob id canonicus de damno tenetur, quia error non tam credulo canonico, quam parti asserenti prædicta coram ipso fieri posse, est ascribendus.

DE POENIS.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pæna perpetui carceris cum taxatione quatuor vnciarum panis, & totidem aqua, non est pæna mortis, nisi addatur, ne plus edat vel bibat, & iudicio medicorum tale alimentum non sufficeret illi ad longam vitam viuendam: tuncque sequens morte iudex esset irregularis. nu. 2.*
- 2 *Carceratus si in carcere moriatur, non imputatur iudici ad irregularitatem: quia ex illo immediate non causatur mors, nisi carcer esset adeo arctus, vel malus, quod verisimiliter in illo inclusi intra paucos dies sint morituri.*
- 3 *Ignorantia eius, quod quis scire debet, non excusat nec à pæna irregularitatis.*
- 4 *Consuetudo imponendi pænam limitati alimenti, puta quatuor vnciarum panis & vini, excusare debet ab irregularitatis pæna, sed non à peccato.*

CONSILIVM I.



N condemnatio alicuius ad perpetuum carcerem cum assignatione quatuor vnciarum panis pro cibo, & totidem aquæ pro potu singulis diebus, sit condemnatio ad vltimum supplicium; ita ut, si sic condemnatus moriatur, censendus sit condemnatus irregularis?

Secun

a Ca. 17. à n. 69. usque ad 74.

b Conf. 21. de prob.

c Ca. 17. à n. 14. de rescriptis.

d ff. de iud. c. Verbo idè. 7. que. 1. &c.

f In prius. de rescript. lib. 6.

a De probem.

Secundo, an excuset ignorantia terminorum?
AD HORVM dubiorum prius respondeo primo, quod non est iuriconsulti, sed medici, vel alicuius alterius experti iudicare, an possit quis vivere diu pane quatuor vnciarum, & aqua totidem, iuxta illud, *Quod medicorum est promittant medici, Tractant fabrilis fabri*, relatum à Hieronymo in prologo bibliorum.

1 Secundo, quod præsupposito quod potest damnatus ad perpetuum carcerem vitam agere longam prædicto solo cibo & potu utendo, saltem attenda conditione suæ personæ, vt Paulus eremita; & alij multi Patres referuntur vixisse; certum est taxationem eius, & damnationem ad talem vitam agendam, non esse vltimum supplicium, nec propriè, nec largè.^a

Tertio, quod præsupposito contrario, scilicet huiusmodi victum non esse sufficientem ad sustentandum diu damnatum; dicimus taxationem quidem illius non esse propriè vltimum supplicium; sed damnare aliquem, vt nil plus in die edat & bibat, esse in effectu damnare illum vltimo supplicio, vel ad vltimum supplicium. Tum quia nil refert quid de æquipollentibus fiat.^b Tum quia Panormitanus communiter receptus,^c sic ait.

2 *Aduerte tamen, quia vbi quis facit aliqua delicta, ita quod debita poenitentia sit imponenda; non tamen per hoc tantum vita debet attenuari, quod verisimiliter citius moriatur. Vnde notat Ioannes de Lignano,^d quod carcer istius deputandus non debet esse nimis arctus, vt certè infra paucos dies verisimiliter moriatur. Vnde tales officiales sic eum includentes efficiuntur irregulares secundum eum, quod bene nota in practica; quia multi decipiuntur. & intellige quod efficiuntur irregulares, sequuta morte. & pro hoc vide textum singularem, ^e vbi dicitur, quod est pane doloris, & aqua angustia sustentandus, &c. & sic nota verb. sustentandus, non ergo illico consumendus est. Item quod dicit ibi, quod mors debet esse solatium, vita tormentum. & sic vult quod viuant, vel vitam ducant in iugi poenitentia. Vnde caueant sibi pralati nostri temporis, qui aliquando ponunt in gabia, & necessaria subtrahunt; adeo quod mors verisimiliter est cito consequuta, siue subsequuta. Hæc ille, cui concordat Decius in fine sic scribens: Postremo uotandum est, quod Abb. dicit circa poenitentiam, qua taliter imponi debet, ne quis verisimiliter breui moriatur, vel quo ad qualitatem carceris, vel quo ad vita necessaria; alias, sequuta morte, pralatus erit irregularis. Concordat etiam Alciatus in fin. & ante illos Felinus, in hæc verba: Circa poenam eorum qui iniungunt carcerem mortalem, ponit sic Abbas. Ego vero allego Baldum, & vbi consuluit, quod si quis moriatur in carcere, Episcopus non sit irregularis, quia eius actus non est immediate causa mortis, nisi posuisset in loco arcto, qui careret sufficienti aere, vel ex paucitate cibi consumptus periret: quia tunc est irregularis, allegat l. necare. ^h vbi necare dicitur, qui non aluit, & cap. palee fame morientem. 86. dist. ibi. si non paucis, occidisti. & allego Ioannem Andream ⁱ vbi dicit, Caueant multum pralati, quia carceris vita relinquuntur, licet cum miseria; & ideo si moriuntur ex nimia miseria, incurritur irregularitas. & sequitur ibi Anania. ^k*

3 **AD DVBIVM** posterius elicitur responsio ex solutione prioris, hoc addito, quod ignorantia prædictorum terminorum non posset eum exculare; quia est ignorantia eius, quod oportuit per eum sciri, quæ non excusat, ^l quamuis exculare posset iudicium medicorum, qui iudicarent præfatum victum in insula temperata, in qua erat carcer, sufficere ad sustentandum saltem iniserrimè vitam.

4 Consuetudo item, si qua esset in illa regione, imponendi huiusmodi victus poenam non damnatis ad mortem, posset excusare à pœna, licet non à peccato, iuxta glossam memorabilem & receptam.^m

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.

SVMMARIVM.

1 Confessiones bona fide factæ non habenti potestatem, cognito defectu, sunt reiteranda; & si cum eodem sacerdote, potest unico verbo dicere, Confiteor de omnibus qua alias confessus tibi fui, & præterea hæc & hæc, quæ postea commisit; requiritur tamen quod confessarius habeat prædictorum omnium, vel poenitentia iniuncta memoriam, vel saltem quod paulo plus minus inemerit statam vita poenitentis, quem tunc ei in confessione detexit.

^a Arg. l. qui vltimo suppli. do. ff. de poen.

^b Lo. ff. mada. o. licet ex quadam. de testib. c. in c. cum no. ab homine. de indic. n. 31. d. in cle. 1. de poenit.

^c In ca. noni. mon. de verb. signific.

^f Num. 13. glo. l. de peccorib. in fi. C. ad l. Aquil.

^h ff. de lib. agnos. l. in c. 1. de a. poss.

^k Et in c. qua. liter. in 3. col. de accusat.

^l l. 9. §. nota. dum. c. 6. ignorancia. de reg. iuris li. 6.

^m In c. demig. 4. d. c. cum venera. de ed. sac. & c.

CONSILIVM I.

A. SACERDOS audiebat multorum confessiones. B. persuadens sibi illum habere potestatem audiendi confessiones, eidem sæpius confessus est: inde ad plures dies declarauit A. ipsi B. non habuisse iurisdictionem ad audiendas ipsius confessiones. Quæritur, an, postquam hoc rescit B. teneatur ad reiterandas confessiones factas ipsi A.

1 Respondeo, quod est obligatus ad reiterandas prædictas confessiones, potest autem facile reiterare illas, si ambo sunt in eadem ciuitate, vel possunt conuenire in eodem loco, procurando, quod prædicto confessario fiat facultas audiendi confessionem prædicti poenitentis, quod facillime faciet Vicarius Papæ, vel Poenitentiarius maior, vel proprius parochus poenitentis: & facta ista facultate reconfitetur ei dicendo, Ego confiteor tibi hac vice omnia peccata, quæ confessus sum tibi alijs tribus vicibus, & præterea illa, & illa, quæ postea commisi, &c. Et sufficit quod confessarius prædictus meminerit illa peccata, vel poenitentiam, quam pro eis imposuit, vel quod paulo plus vel minus recorderetur statum vitæ ipsius, quem ei lignificauit in prædictis confessionibus, per ea quæ habentur in nostro Man. confessi.^a

SVMMARIVM.

1 *Scrupulosus iudicans se excommunicatum potest & debet contra proprium iudicium credere suo confessario egregie erudito & insigniter pio contrarium ducenti, nec tenetur nec debet alios consulere; immo attenda sua conditione peccaret saltem venialiter faciendo habitum vitiosum scrupulosum inquietatumque. num. 4. & non solum tenetur credere in iis que sunt iuris, sed etiam in iis que sunt mixta ex facto & iure, vt est iudicium sufficientis examinis, & explicationis peccatorum: & successiue sic credendo suo confessario potest interesse sacris. nu. 6. Nec id, etiam si coram Deo esset vere excommunicatus, ei imputabitur ad culpam, vel poenam. nu. 2. & hoc nedum in hoc, sed etiam in alio seculo. nu. 4. gaudebitq; communibus Ecclesie suffragiis, vt facit vere excommunicatus: contritus querens absolutionem; cum hoc consilium confessarij perinde operetur, ac si absolutionem quereretur. nu. 3.*

2 *Poenitens scrupulosus tam in iis que sunt iuris, quam in iis que mixta ex iure & facto simul sunt, confessario probo & docto se submittat.*

3 *Scrupulosus credendo confessario satisfacti, & sibi medetur.*

CONSILIVM II.

QVID AM scrupulosus iudicat iuxta suum iudicium, se esse excommunicatum, & quampluribus excommunicationibus innodatum & à iure, & ab homine, &c. & etiam bulla Cœnæ Domini reseruatis. consuluit super his suum confessarium virum habitum pro docto & probo.

Primo quæritur, an iste consulens iuxta conscientiam possit & debeat acquiescere ac credere responsis & dictis sui confessarij, etiam si dictus suus confessarius circa hæc quæ sita erraret, eo quod in rei veritate iste consulens, vt ipse iudicat, sit excommunicatus, &c.

Secundo, posito, quod in rei veritate confessarius circa hæc erraret, & esset iste consulens in rei veritate, vt ipse iudicat, excommunicatus, &c. quid dicendum sit.

Tertio, quod si ita sit, vt supra narratur, vtum iste consulens subiiciens se prædicto responso sui confessarij, & faciens quod ei confessarius dixerit, sit in statu salutis, & sit particeps omnium bonorum? &c.

1 Respondeo, quod si confessarius est vir eruditus egregie, & pius insigniter, quales solent esse magistri, & doctores, & confessarij Illustrissimæ Societatis I E S V, proculdubio & sine aliquo scrupulo potest, immo & debet credere; adeo quidem, vt mea sententia non credendo, & non se eius auctoritate tranquillando, peccaret. Ratio est, quia, vbi, quando, & cur oportet, non acquiescit consilijs peritorum, non potest esse immunis ab aliqua culpa, per multa iura naturalia, diuina, & humana, quæ in hoc facile adduci possunt. Vnde ad primam quæstionem respondeo, quod consulens debet tranquillare conscientiam suam, subiiciens se humiliter iudicio prædicti confessarij.

2 **AD SECVNDAM**, quod huiusmodi poenitens esset omnino saluus, & liber ab omni pœna, quam mereretur propter dicta peccata, & censuras, licet in veritate eis irretitus esset, quia probabiliter credit se non esse irretitum: non enim obligat nos Deus ad habendam scientiam, quæ non

^a Ca. 6. n. 10. & sequent.

potest haberi à nobis, nec requirit illam in moralibus, sed est contentus, vt operemur bene secundum probabilem credulitatem, quam habet eiusmodi pœnitens credendo suo confessario, & magistro perdocto, perpio, & perbono: nam & qui credit alij viro bono prudenti bona fide, excusatur ab omni peccato, secundum omnes regulariter.

3 AD TERTIAM dico primo, quod huiusmodi pœnitens est in bono statu salutis & gratiæ, & quod participat in omnibus bonis, quæ fiunt in tota Ecclesia, perinde ac alij, qui non sunt excommunicati: quoniam etiam verè & iustè excommunicatus post habitam contritionem gaudet suffragiis generalibus totius Ecclesiæ, & communicat in omnibus bonis spiritualibus bonorum, perinde ac si non esset excommunicatus, vt post D. Thomam dixi in Manual. ^a nam solum peccatum mortale quem excludit à communicatione illa interna. Nec obstat, quod ibi additur, id esse verum, quando fatagit quærere absolutionem: quod hic non fit: non enim aliter facit, quam viri doctissimi consulunt; nec tenetur quærere absolutionem, quam ei consulunt non esse quærendam, etsi coram Deo male consulerent: eo quod eorum auctoritas excusat ipsum ab omni culpa negligentia.

4 Secundo, quod erit immunis ab omni culpa, & pœna in hoc sæculo, & altero, credendo & parendo consilijs prædictorum confessariorum, etiam si illi errarent.

Tertio, quod non tenetur quærere alios: quia sufficit consilium vnius confessarij talis; immo & mea sententia peccaret, saltem venialiter, quærendo alios. Tum quia eadem ratione teneretur quærere alios & alios in infinitum, quod esset stultitia fere mortifera. Tum quia, attenta sua conditione naturali scrupulosa, faceret habitum vitiosum inquietandi se in omnibus, & separandi se ab illa tranquillitate & pace Dei, quæ exuperat omnem sensum, & quietat spiritum amantem Deum: & generare talem habitum vitiosum, est peccatum, saltem veniale; & contra procurare tranquillare se, subdendo suum iudicium humiliter iudicio peritorum & piorum, est quærere habitum quietandi animum, per quem pax prædicta paulatim acquiritur. quod mea sententia is dominus consulens tenetur, saltem sub pœna venialis culpæ, procurare, assuefaciendo se ad parendum iudicio eorum, quibus ratio recta dicit esse parendum.

5 Quarto, quod non solum tenemur acquiescere iudicio eruditorum magistrorum, & doctorum confessariorum in ijs quæ sunt iuris, sed etiam in ijs quæ sunt facti, quando miscetur aliquid iuris super modo faciendi, vel non faciendi ea: & ideo doctoribus & confessarijs iudicantibus satis explicatum esse hunc vel illum casum, & non esse plus temporis nec diligentia adhibendum super eius explanatione, credendum est; & male facit, immo superbe, qui non vult humiliare se ad credendum medico spirituali, præsertim tali, qui non accipit alia stipendia, quam dirigere animam consulentis in viam pacis: & ideo arbitror illum, sub pœna peccati venialis superbiæ, debere acquiescere prædictis confessarijs consulentibus ei, satis esse explicata quæ proposuit, & non debere proponere similia, terendo tempus in occupando mentem siliquis & quisquilijs, cum posset eam occupare in cogitando de Deo, & diuinis, & diuis in amando eum, & eos sedato animo & quieto. quod si caperit facere, facile cognoscer, quàm puerilia sint quæ tractat, collata dulcibus alloquijs, quæ cum eis tractare deberet.

6 Quinto, quod proculdubio cõsulens satisfacit conscientia credendo prædicto confessario, & secundum eius consilium audiendo Missas quolibet die, & credendo humiliter, quod ipse habet animam ægrotam scrupulis agitã, & quod eius curatio & salus dependet ex implemento præceptorum medici spiritualis, & non ex implemento sui appetitus, & credendo quod ipse non est tam rectus iudex in sua propria causa, quàm est talis confessarius liber à tali ægritudine; credendo item, quod fallitur credendo, quod confessarius doctus & pius sit iudicaturus aliter, quàm iudicat, si eius scrupulos audiret; cum debeat credere, quod nullatenus id diceret condemnando animam suam, nisi pro comperto haberet consulentem decipi, & falli credendo, suadente diabolo, & sua conditione scrupulosa, esse aliquid quod nihil est, & esse grata Deo, quæ displicent ei, saltem venialiter. Equidem ex his propositis clarè colligo eum laborare nimia curiositate, & modo quod aiunt, *nodû in scirpo quærit*. Quare cõsulo ei amatissime,

vt diffidat suo iudicio & credulitati, & submittat se omnino vt ægrotus medico suo spirituali, tamquam vicario Dei, & ipsius præcepta & consilia seruet, vt præcepta & consilia Dei, qui nos saluet æternum. Amen.

S V M M A R I V M.

- 1 Iniuriam passum etsi videatur decere vt humiliter rogatus consentiat aliquam pœnam, puta exilij, aduersario inflictam remitti: ad id tamen non tenetur sub pœna peccati mortalis. nu. 2. nisi quando videret inde sibi à diabolo talem odij tentationem inferri, vt probabiliter credat se illi mortiferum prabiturum assensum, & tunc absolutio ei esset à confessario deneganda. nu. 5. & 6.
- 2 Odium & rancorem malum, non iniuriarum actionem quis remittere tenetur.
- 3 Inimicum generalis, non speciali amore diligere tenemur.
- 4 Iniuriam passam non est deneganda absolutio ob id solum, quod nolit aduersarium alloqui; nisi ex eo scandalum oriretur: quia tunc ad illud euitandum teneretur.
- 5 Odium & rancorem, prout tenemur, ex animo abijcere, & simul nolle remittere iniuriarum actionem, difficile est.
- 6 Ieiunare tenetur qui credit aliàs se à tentatione carnis vitium iri.

CONSILIVM III.

C ANTONIVS noctu occidit filium cuiusdam pauperis mulieris, & cum via iuris ipsa vindictam prosequeretur, certis pactis & modis remisit accusationem ipsi Antonio, inter quæ illud erat, vt ipse Antonius teneretur exul esse à loco, vbi patrauerat homicidium. Adueniente autem quodam die Pasche, præfatus A. per internuncios cum omni submissione & humilitate petijt veniam à præfata matre offensa à se illi irrogata, & quod paratus erat omnem pœnitentiam subire, vt illi arbitrio boni viri satisfaceret, dum tamen liceret ei domum redire, & inter suos agere: quæ assentiri renuit. unde causa ad Vicarium Episcopi delata, interdixit ne absolueretur. Quæritur quid iuris.

1 Multa in hoc casu concurrunt, ob quæ præfata matrem deceret & perdeceret misereri prædicti Antonij, & mollire cor suum ad volendum, & faciendum, quæ ab eo tam submisit, tantaque cum reuerentia petuntur; quale est illud ^a *Diligite inimicos vestros, & benefacite eis.* & quale illud ^b *Non diligamus lingua & verbo, sed opere & veritate.* qualia sunt multa quæ adducit Gratianus ^c præsertim in c. *si quis contristatus*. ibi. *Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciendo eo qui contristauit, acerrimis maceretur inedijs, vsque dum gratanti animo satisfactionem recipiat.* Et super omnia illud orationis dominicæ, quod prædicta mater quotidie dicit Deo, *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

2 Quod autem de necessitate salutis & præcepti, & sub pœna peccati mortiferi non teneatur, & quod possit absolui à confessario, licet nolit facere præfata, quæ ab ipsa petuntur, facit, quod licet iniuriã passus teneatur remittere odium & rancorem, quem concepit in iniuriantem, non tamen tenetur remittere actionem iniuriarum, vel alia remedia, quæ iura ei tribuunt ad quærendam satisfactionem debitam sibi, iuxta glossam singularem & receptam. ^d

3 Et quod licet iniuriam passus teneatur diligere iniuriantem in genere, ita quod non eximat ab amore generali, quo prosequitur in communi omnes, nec ab oratione generali, qua orat pro omnibus in communi; non tamen tenetur de necessitate salutis amare illum speciali amore, neque orare pro ipso speciali oratione, neque monstrare illi signa specialis amoris, loquendo, conuersando, & alia similia exhibendo extra casum necessitatis extremæ, vt firma ratione concludit S. Thomas communiter receptus. ^e

4 Vbi Caietanus admonet confessarios, ne facile denegent absolutionem iniuriam passis nolentibus alloqui eos, qui sibi fuerunt iniurij; nisi ex eo scandalum aliquod oriretur, ob quod euitandum huiusmodi iniuriam passus teneretur de necessitate salutis illa exhibere; quale non videtur occurrere in hoc casu, in quo nulla necessitas extrema id exigit, nec vllum tale scandalum imminere videtur: attento quod prædicta mater remisit accusationem, quam habebat aduersus prædictum Antonium, cum certis pactis & modis, quæ obseruari possunt sine legis diuinæ violatione.

2Ca. 27. n. 17. & 18.

^a Matth. 5. ^b Ioan. 3.

^c Per totã 90. dist.

^d In d. cap. si quis contristatus.

^e 2. 2. q. 25. a. 8. & 9.



Admonenda tamen est praedicta mater, difficile sibi esse, & futurum, eximere se ab omni odio & rancore praedicti Antonij, nolendo annuere petitioni tam honestae post tantam satisfactionem, & tantorum malorum passionem tam sub-

missae & reuerenter factam: & quod, si experitur tentari se a deo a spiritu maligno ad praedictum odium & rancorem concipiendum, quod probabiliter credit se victum iri a tentatione, nisi huic petitioni annuat, tenetur ad annuendum: & quod nolentem id facere confessarius non debet absolvere, arg. eorum quae S. Thomas receptus ait in 2. 2. qu. 147. a. 3.

6 Nepe quod iure naturali tenetur ieiunare is, qui probabiliter credit se victum iri a tentatione carnis, nisi se ieiunio premuniat. An autem tanta tentatione praedicta mater agiteretur, an non, conscientia ipsius & confessarii eius relinquendum est, argumento gloriose singularis, & c. significasti. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

- 1 Famulari alicui etiam malo & idololatrae quo ad ea quae non sunt contraria legi nec divinae, nec naturalis, nec humanae obligatoria, non est peccatum.
2 Seruiens heres concubinaris in ijs quae sunt illicita, peccat.
3 Famuli consentientes peccato dominorum peccant, & nouem modis consentire possunt.
4 Consulens, adiuuans, consentiens peccat, quando est causa sine qua non fieret peccatum.
5 Absoluti famuli dominorum peccata consentientes non nisi contrarii possunt.

CONSILIVM IIIII.

FAMVLVS alicuius habentis concubinam extra domum suam, an peccet mortaliter deferendo ad illam aliqua nuncia & mandata sui heri, & renunciando heri mandata concubinae, & inferuendo vtrique, nunc comitatio herum aduentem illam & illam venientem ad domum heri, & inferuendo vtrique in mensa, & in alijs rebus.

1 Respondeo primo non esse peccatum seruire alicui quo ad ea, quae non sunt contraria legi saltem diuinae, & naturali, esse tamen peccatum seruire illi, contraueniendo legi diuinae, vel humanae obligatoriae, iuxta c. non semper, quatenus probat milites Christianos sub Iuliano sancte militasse contra inimicos Imperij, noluisse autem obedire illi contra Christianos: attamen constat Iulianum Imperatorem, cui seruebant, malum & idololatram fuisse.

Secundo, quod ex hoc sequitur, quod seruire concubinationi in ijs quae sunt licita, non est peccatum: seruire autem illi in ijs quae sunt illicita, est peccatum, etiam si sit heres & dominus eius.

2 Tertio, quod minister concubinarum consentiens, vel complacet heri, ita quod placeat ei ipsius fornicatio, peccat, iuxta illud Apostoli, Digni sunt morte qui talia agunt, & qui consentiunt illis.

4 Quarto, quod noue modis dicitur quis consentire peccati, vt diximus in Man. confess. f qui modi continentur in illis duobus senarijs.

Iussio, consilium, consensus, palpo recursus, Participans, mutus, non obstant, non manifestans.

3 Quinto, quod consequenter praedictus famulus peccat, si consulit heri concubino concubinarum, vel consentit ita, quod ei placeat, & si ei laudat illum, vel si opem fert, seu ad id adiuuat comitando eum nocte, aut die, ita quod heres non iret ad domum concubinae, nisi & ipse comitaretur: aut defert, aut refert nuncia contingencia concubinarum, puta condicendo quo die, vel qua hora, vel quando, & soli conueniret, vel ad conueniendum se pararet, & id genus alia.

4 Sexto, quod consulens non potest absolui, nisi deserat herum, vel saltem non placeat ei concubinarum, nec consentiat illi in eo; nec laudet ei concubinarum, nec adiuuet, vel opem ferat illi quo ad vtendum eo, comitatio illum, vel concubinarum ad usum concubinarum, vel ferendo, aut referendo nuncia concubinarum, & eius usum contingencia. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

- 1 Locare possum meretrici & usurario domum, in qua credo conductores peccaturos, modo nec consentiam eorum peccato, nec locem ad meretricandum, vel usuras exercendum: & hoc, etiam si sciam quod sine domo non meretricaretur nec fueraretur. numer. 3.

a In §. sed & alia. Inst. de a. dionib.
b De homici.

c Co. si domi. nu. 11. qua. 1.

d Ad Rom. 1. c. Et c. 1. de of. si. deleg. f Co. 11. n. 11. & c. 17. n. 17. & 130.

A 2 Peccanti qui inferuit aliquo nouem modorum contentori illis versuculis, Iussio, consilium, & c. consentiendo peccat.

2 Iuuans, & ferens opem peccanti peccat etiam si pigeat peccati, & doleat quod is peccet.

4 Meretricis famula amasijs ad eam venientibus ostium domus aperiendo, eandem ad domum amasijs comitando, lectum sternendo, literas per quas inuitantur, vt apud ipsam carnaturi veniant, deferendo, non peccat mortaliter, modo non placeat ei peccatum, dictaque opera praestet, non ea intentione vt peccet, sed vt inde ex suo labore debitam accipiat mercedem; secus esset, si deferret literas, per quas amasijs inuitarentur ad eam ipsa meretrice peccandum.

CONSILIVM V.

ANCILLA, quae cum meliorem non reperiat conditionem, cogitur, conuenta mercede menstrua, tamquam serua meretrici publicae inferuire, an possit sine peccato mortali eidem expolita peccato praestare infra scripta obsequia: supposito, quod in peccatum dominae nullo modo consentiat, nec ei placeat, sed maxime displiceat.

Primo, an amasio venienti, quem scit ideo venire, vt cum domina peccet, possit ostium domus aperire?

Secundo, an eandem ad vineam, vel domum amasijs cunctem comitari possit, sciens quod ibidem solent peccare?

Tertio, an iubente domina possit lectum sternere, quem scit ideo sterni, vt in eodem cum amasio dormiat?

Quarto, an possit amasio literas deferre, per quas domina eundem amasium rogat, vt ad se veniat, sciens ideo vocari, vt simul peccet?

Quinto, an iubente domina possit dicere amasio, Domina mea te expectat, vt secum hac nocte coeas, sciens futurum, vt dormiat cum illa.

Sexto, an idem circa praedicta sit dicendum de illa, quae dicitur meretrici non locauit absolute operas suas menstruas, sed particulariter rogata praestat modo vnum modo aliud ex supradictis obsequijs?

Septimo, an quae inferuit in illa domo, in qua dominus domus tenet concubinam publice loco vxoris, possit praedicta seruitia praestare?

1 Respondeo primo, quod hi casus non videntur esse minus graues, quam quotidiani, & quod habent quandam cognitionem cum quibusdam, quae ipse tango in Manu. confess. a in quibus est illud, an quis possit iuste locare domum suam ei, quem credit illa male usurum, puta ad exercendas vsuras ad meretricandum, & ad similia. vbi tandem conclusi, quod quamuis non liceat cuiquam locare domum suam usurario ad exercendas vsuras, nec meretrici ad meretricandum, nec periuro ad periurandum, neque alicui peccatori ad peccandum; licet tamen locare ipsis ad viuendum, sine tamen villo consensu in peccatum.

2 Secundo, quod huic videtur consonans, posse quem inferuire peccatori in alium finem, quam peccandi vt usurario scriuit rusticus in colendis agris, medicus in curando eu a morbo, sartor in fingendo ei vestes, alius coquendo panem, vendendo carnes, & id genus alia faciendo.

3 Tertio, quod nemo potest alteri inferuire consentiendo peccato: & quia sunt noue modi consentiendi ei, vt diximus in d. Manu. b ideo oportet ad hoc vt seruiens peccatori non peccet, caueat ne consentiat villo illorum nouem modorum contentorum in illis duobus senarijs.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus, Participans, mutus, non obstant, non manifestans.

In quibus includitur qui iuuat & fert opem, vt in d. Manual. t exprimimus. Et ita omnis qui adiuuat ad peccandum, videtur peccare, etiam si pigeat peccati, & displiceat quod peccet is, quem iuuat. Quod plurimum urget ad damnandum peccati omnes, de quibus hic quaeritur: quia omnes hi videntur consentire iuuando.

4 Quarto, quod per supradicta de locante domum meretrici ei, quae in dicto Manu. d latius traduntur: dicendum videtur, non omnem qui iuuat eum qui peccat, iuuare peccantem, ita vt peccet, etiam si iuuat in eo, sine quo non peccaret: licet enim meretrici non meretricaretur, si non ederet, biberet, vel haberet habitaculum, vel illas, vel illas vestes; non tamen per ibi dicta peccat qui locat ei domum, vel vendit carnes, vel vinum, aut fingit vestes, modo non faciat haec illi ad finem vt peccet, sed ad alium honestum finem, puta, vt de re &

a Cap. 17. nu. 195.

b Co. 11. n. 13. & c. 17. n. 17. & 130.

c Co. 11. n. 13.

d Cap. 17.

opera & industria sua quarat sibi pretium, vel iustam mercedem, ex qua viuat honestè.

Quinto, quod ex his videtur colligi ratio defendendi omnes prædictos à peccato, saltem mortifero; modo, vt in casu proponitur, non placeat eis peccatum, & faciât obsequia prædicta ob aliquem bonum finem, puta, eo quod habent illa causa officij sui, vel ob iustam mercedem: licet enim hæc officia & obsequia sint valde cõiuncta peccato, non tamen sunt in sese & suapte natura peccata; & ideo seiungi possunt à peccato per finem diuersum & seiunctum. Aperire enim ostium, sternere lectum, deferre literas inuitatorias ad cœnam, non est suapte natura peccatum; licet scribere illas, vt post cœnâ peccet, sit peccatum ob circumstantiam mali finis. Salua, &c.

Videnda etiam sunt quæ dicit in consilio precedenti, & conferenda: maxime quia aliquibus D. Nauar. in hoc responso visus fuit indulgentior.

S V M M A R I V M.

- 1 Inducere etiam rogando, aut iuuare aliquem ad actum, in quo rogatus peccat, an liceat, per multa traditur exempla.
- 1 Cooperando factò alieno malo tunc vere vel præsumptiue mortaliter pecco, quando vere vel præsumptiue factò alterius, quatenus est mortale peccatum, consentio, alias non: vt patet per omnia exempla, quæ hinc inde afferuntur per totum hoc responsum.

CONSILIVM VI.

ROGARE, vel alio modo inducere, aut iuuare alium ad actum, in quo ille peccaturus creditur, an liceat?

Pro parte quidem negante facit primo, quod qui cõsentit in suum vel alterius peccatum peccat, iuxta illud^a facientes, vel consentientes. relatum in cap. notum, b & cap. i. de offic. deleg.

Secundo quod in Pfal. 3. reprobatur currens cum fure, id est comitans furem ad furandum. c

Tertio, quod qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. d

Quarto, quod repetens mutuum pro alio sub vsuris peccat, secundum mentem omnium. e

Quinto, quod qui prouocat aduersarium ad iurandum id, quod scit esse falsum, grauissime peccat. f

Sexto, quod qui suscipit lusores, & eis aleas & alia necessaria in ludum mortaliter malû ministrat, peccat quod defendimus in Man. nostro conf. h

Septimo, quod iuuans bellantem iniuste, vel vendens arma militi in bellum iniustum, peccat arg. eorum, quæ late citat Gratianus, i adiuncto cap. qui culpatur, & cap. militare, k per quæ probatur, licere quidem arma in bella iusta sumere, non autem in bella iniusta nec pro se, nec pro alio, prout post alios retulimus in d. nostro Man. l

Octauo, quod qui facit idola Gentili, vel synagogam Iudæo, vel melchitam Sarraceno, peccat, m per tradita ab utroque Thoma, n & etiã nos post eos tradimus in nostro Man. o

Pro parte vero affirmante facit primo, quod ipse Deus concurrat, immo iuuat omnes peccantes quo ad actum, vel actionem actus peccati, & substantiã peccati: quia omnia per ipsum facta sunt, p vt tradimus nos post alios in d. Man. q

Secundo, quod gaudent serui Dei de acerbissima Domini nostri Iesu Christi passione, quatenus fuit actus illius patienti sanctissimus, & nobis vtilissimus; quamuis quatenus fuit ab infidelibus illata, displiceat vt crudelissima, iuxta illud relatum à glo. r Actio displicuit, passio grata fuit.

Tertio, quod licet gaudere de occisione tyranni, in quantum est liberatio populi, licet non quatenus est peccatum, vt post alios in præd. Manu. s tradidimus.

Quarto, quod licet egenti petere mutuû ab vsurario, qui scitur non esse mutuaturus sine vsuris, immo licet accipere mutuuum ab eo sub vsuris, vt etiam nos post alios tradidimus in d. nostro Manu. t cum tamen actus dandi sit peccatum, v

Quinto, quia licet parochiano petere & accipere à suo parochio sacramenta, in quibus dandis ille peccat, & creditur peccare, vt dictum est supra.

Sexto, quia licet locare meretrici domum, in qua creditur meretricatura, sitã in ea parte vrbis, in qua permittitur, vt dictum est vt supra, x dicto Manu a li,

Septimo, quia licet vendere, aut dare peccatoribus nõ excommunicatis necessaria & vtilia ad sustentationem: licet dare ad peccandum, sit peccatum, a immo & oportet id facere extreme egentibus, immo & infidelibus volentibus infideliter viuere, secundum omnes.

Octauo, quia licet petere à Gentili, Iudæo, vel Sarraceno, vt confirmet iuramento contractum, licet sciatur, vel credatur superstitiose & cum peccato iuraturus, b per quod fundatur illud vulgare, Licet vti peccato alterius ad bonum.

Nono, quod Caietanus determinat, c non peccare qui ex vrbantate & quadam hospitalitate inuitat ad cœnam vesperi die ieiunij alium, quem scit alibi cœnaturum esse, vt cœnet secum, quatenus cœna est actus de se sustentandi, & nõ peccatum. & d ait posse quem sine peccato vendere meretrici fucos, licet credatur esse vsura eis ad alliciendos aliquos ad peccandum, quamuis non liceret ei vendere ad alliciendos.

i His præmissis, & ponderatis eis, per quæ in præd. nostro Manu. e profunde soluimus quis præbendo occasionem peccandi peccet mortaliter, f vique in finem: respondetur ad questionem, omnem illum, qui verè consentit in peccatum mortale suum; vel alterius, quatenus est tale, peccare mortaliter verè coram Deo, & in foro conscientiæ; qui verò solum præsumitur consentire, solum peccare præsumptiue quo ad forum exterius: & consequenter, eum qui consentit in actum sub genere bonum, vel indifferetem, vel in casu quo est bonus, vel indifferens, quatenus est talis, & non quatenus est peccatû, non peccare. Per quam resolutionem respondetur ad omnia opposita pro parte negante, quod loquuntur de consentiente verè, vel præsumptiue, quos concedit nostra resolutio peccare.

Primum enim loquitur de consentiente expressè vel tacitè in suum vel alterius peccatum, quatenus est tale.

Secundum loquitur de currente cû fure consentiendo ei.

Tertium loquitur de consentiente in causam peccati laudendi.

Quartum loquitur de consentiente in actum malum mutuari sub vsuris.

Quintum loquitur de consentiente in periurio, quatenus vult vt aduersarius mentiens saltem periurij reatum incurrat, vt colligitur ex fine textus.

Sextum loquitur de consentiente in peccatum. Vnde qui locaret cameram lusoribus vna cum instrumentis lusoriis, sine consensu peccandi, sola causa vtendi iure suo locandi, non peccaret plusquam qui locat eadem de causa domum meretrici sine vilo consensu in peccatum, vt dictum est in argumento sexto pro parte affirmante.

Septimum loquitur de consentiente in peccatum iniustitiæ belli, non de alio.

Octauum agit de consentiente in peccata, vel faciente actum in finem malum directum, & non de alio.

Non enim obstant pro parte affirmante adducta, quæ loquuntur de consentientibus in actum suo genere bonum, vel indifferentem, vel malum, sed non quatenus est talis, sed bonus. Nam primum agit de Deo, qui, licet vt causa prima concurrat cum omni causa secunda ad faciendum actus, qui sunt peccata, non tamen concurrat quatenus illi sunt peccata mortalia, sed vt sunt quædam entia vel res, quæ in se sunt bona, licet per deformitatem ad rationem sint mala, vt post alios declaramus in dicto nostro Manu. s & sicut Deus ipse maximus & optimus cõsentit in eis, quatenus sunt opera eius quo ad suam essentiam & substantiam naturalem, ita etiam possunt serui eius eadem ratione in eis consentire, iuxta illud Apost. Imitatores estote Dei. h

Et si ad complementum huius responsi aliqua desiderentur non tamen ob id visum fuit illud omittere. Sciat igitur cautus lector nõ omnia prædicta habenda pro resolutiue dictis. Quæ autem à deformitate peccati moraliter nõ possunt separari à resolutione affirmatiua, excludenda videntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Balneorum magistri, qui nudas mulieres per nudos ministros lauare mandant, non sunt absoluendi, non obstante quacunque consuetudine, quæ corruptela est.
- 2 Maritus, qui antequam naturali in sexu vxoris seminet, prius membrum in vase non naturali ad delectationem citra animum sodomiam complendi inmittit, peccat peccatum tactus illiciti.

a Cap. nolite. & c. ad mensam. 11. q. 3.

b Ca. illorum 22. quæst. 1.

c 2. 2. qu. 147. art. 4.

d In q. 104. n. 2.

e In d. ca. 14. f. Num. 32.

a Rem. 1. b 2. quæ. 1.

c Cap. qui cû fure, de furt. d Ca. si. de iniurijs. e In c. Michæ gl. de vsur. f Ca. ille. 22. quæst. 5. g Le. 1. 2. & 3. ff. de alea lusu.

h Ca. 17. n. 17. i 27. quæ. 1. in principio. k Ead. causa & quæst. l Ca. 14. n. 30.

m Ca. consilii de Iudæis. n 2. 2. qu. 111. art. 4. o Di. c. 14. num. 30. p Ioan. 1. q Pral. 7. nu. 14.

r Ca. 1. de consecrat. eccles. verb. sanguinis. lib. 6. s Ca. 15. n. 3.

t Ca. 14. n. 38. v Clo. 1. de vsuris.

x In d. c. 17. n. 195.

g Pra. 7. n. 14. & seq.

h Ephes. 5.



3 Fornicatione completa, qui consequenter ad maiorem delectationem pluries osculatur amantem, vnum tantum quo ad necessitatem confitendi committit, peccatum.

CONSILIVM VII.

QVÆRITVR primo, Magister balnei habet duo hypocausta, seu balnea, in quorum altero admittit mulieres, quas tamen nudas per iuvenes nudos, operis tantum membrum genitalibus, mandat lauari. Dubitatur an sit absolueudus. Nam pœnitens adducit pro se consuetudinem & permissionem, item quod dicti iuvenes eius pueri asserunt ex vsu non solere iam amplius nisi raro eas concupiscere, vel de tactu luxuriose delectari. Et quid de illis, qui vtuntur opera puerorum incipientium, qui in principio solent quasi semper mortaliter peccare, dum dictum exercent ministerium.

Secundo queritur. Vxoratus, dum vult ab vxore debitum exigere, vt magis delectetur, incipit cum vxore actum sodomiticum citra animum illud perficiendi, prout nec perficit, immo tandem seminat in legitimo vase. Dubitatur, an hæc actio sit peccatum mortale, & an sufficiat, si pœnitens dicat, retigi meam coniugem tactu illicito, vel teneatur explicare factum clarius.

Tertio queritur, quidam fornicatur cum amica, & postea delectationis causa multoties eam deosculatur cum intentione iterum nequaquam fornicandi: An vnum dicatur peccatum, vel multiplex.

AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo, quod non videntur absolueudi, & quod non est consuetudo, sed corruptela contra legem naturalem & diuinam; & quod ea, quæ allegantur contra hoc, sunt excusationes ad excusandas excusationes in peccatis, per ea quæ insinuantur in Manu. conf. a

2 **AD SECUNDAM** quæstionem responderetur, quod in casu illius videtur tantum esse peccatum tactus illiciti.

3 **AD TERTIAM** quæstionem responderetur, quod semel tantum videtur peccare quo ad necessitatem confitendi numerum, qui post vnam fornicationem cum amica habitam, eam vigesies osculatur, non ad iterandam fornicationem, sed ad maiorem delectationem: quia illa omnia oscula videntur consequentia fornicationis iam habitæ, vt in vltima editione nostri Man. conf. b diximus. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Confessarium habentem plura beneficia, nec de hoc se accusantem, tenetur interrogare quomodo illa teneat: cumque respondente quod iuste retinet, tenetur absolue, absque eo quod cogat illum inuitum ad ostendendam dispensationem.

CONSILIVM VIII.

AN CONFESSARIVS possit absolue beneficiarium habentem nimiam pluralitatem beneficiorum, & non se accusantem illius pluralitatis, non monendo prius eum illud peccatum, nec inducendo eum ad propositum excundi ab illo: & quid si dicat quod conscientia non accusat eum illius peccati?

Respondeo primo, quod non debet audire, donec prius interroget eum an licite retineat illa plura beneficia: cum probabiliter dubitare possit confessarius de iusta causa retinendi ea, vt in specie determinat Caietanus in verbo interrogationes confessarij.

Secundo, quod tenetur illum absolue: quia potest subesse aliqua iusta causa, & dispensatio, quæ illum a peccato saltem mortali excusaret, quam non tenetur confessario ostendere, si non vult, per notata in cap. omnis. c Salua, &c.

Aduerte, quia resolutio non tam late patet, vt quæstio restringatur ad illum, qui respondet se ex iusta causa dispensatum ad illa retinendum.

S V M M A R I V M.

1 Confessiones factæ ab eo, qui perseuerauit retinere beneficia male obtenta, reiteranda, quia factæ sine necessaria attritione.
2 Irregularis non est, qui rixis sepe interfuit, si inde nõ est sequuta mors, vel mutilatio; & hoc, etiam si magna interuenerunt percussiones. num. 3. quod si nesciat, sed dubitet an sit sequuta mors, videtur petenda dispensatio. num. 4. in fin. & nu. 6.

a Ca. 4. n. 31. v. 30. ad 36.

b Ca. 6. n. 18.

c De pen. & remiss.

A 4 Index criminalium causarum ex actibus suis non incurrit irregularitatem, etiam iubendo reos torqueri, vel mittendo eos ad triremes, nisi mors vel mutilatio sequatur: qua sequuta, dispensatione eget pro tot actibus, quos fecit, inducentes irregularitatem.

5 Iobeta regulariter non concedunt facultatem dispensandi super irregularitate.

6 Formula petendi dispensationem in officio sacre Pœnitentiaria pro iudice irregulari ex homicidio, qui etiam obtinuit beneficia.

CONSILIVM IX.

AD QUID teneatur clericus, qui post irregularitatem incurtam sine dispensatione accepit ordines, & beneficia, quæ multo tempore retinuit, & interim semper cõfessus fuit, & virtute Iobetai absolutus?

1 Respondeo primo, quod prædictus D. consulens est multis modis irregularis, & semper peccauit mortifere, quoties accepit beneficia, quæ ait sibi fuisse collata; & quod nullæ vel pauca confessionum sacramentalium, quas fecit posteaquam accepit primum beneficium, fuerunt validae, & ita multæ illarum sunt reiterandæ, & numquam ei quæsitum est vllum verum ius in beneficijs suis, & tenetur omnes fructus eorũ, si quos ex eis percepit, restituere: quare consulendum esse prædicto D. consulenti, & à Deo misericordissimo illuminato, vt eligat aliquem confessarium pium, eruditum, & in audiendis confessionibus exercitarum, & monstrat ei hanc informationem, quam tradidit nobis, vt dicat ei quales confessiones à se factas teneatur reiterare, eo quod non fuerunt integre, neque cum debita & necessaria contritione, vel attritione sufficienti comitata, vt sciat à quo tempore obligetur renouare ad memoriam peccata mortifera, quæ admittit, vt vnam integram confessionem sacramentalem efficiat.

2 Secundo est etiam consulendum, quod nullam incurrit irregularitatem propter rixas, & percussiones quas fecit, vel quarum causa fuit etiam propinqua, si nullus ob eas mortuus fuit, nec vlllo membro mutilatus, etiam si prima tonsura vel quolibet alio ordine erat nunc insignitus, per mea quæ non vacat citare.

3 Tertio, quod ex præfata informatione nõ colligitur eum incurrisse irregularitatem, quæ nata sit ex homicidio, vel mutilatione iniusta & voluntaria; quamuis de mutilatione nil dicitur in ea: & ideo debet reducere ad memoriã, an vlla mutilatio membri consequuta fuerit præfatis percussiones, quarum aliquas fuisse magnæ importantiæ confitetur: quod diligenter faciendum est, vt nouerit confessarius, à quo tempore cepit esse irregularis.

4 Quarto, quod ex omni actu, quo auctoritate iudiciali, vel alia priuata sequitur mors, aut mutilatio, incurritur irregularitas. Si ergo ipse rogauit, mandauit, consuluit, vel sententiã aliquam dedit, vel confirmauit, vel exequutus est, aut iussit, vt aliquis occideretur, vel mutilaretur etiam iuste, vel cepit, vel iussit capere aliquem bannitũ, ex omni in quã prædictorum actuum, ex quo mors vel mutilatio sequuta fuit, factus fuit irregularis, & incapax beneficiorum ecclesiasticorum, donec iuste dispensaretur cum eo, quamuis non sufficeret, quod deferretur ad triremes, vel torqueretur chorda, vel alio genere tormetorum, nisi mors vel mutilatio consequeretur: neque sufficeret exercuisse iurisdictionem criminalem, vel officium habens illam, nisi aliquem prædictorum actuum, vel aliorum similium exerceret, & consequeretur mors, vel mutilatio. cui cõsequens, quod satagat reducere ad memoriã numerum verum, vel verisimilem actuum prædictorum, quos fecit sufficientes ad incurrendam irregularitatem prædictam, vt nouerit dispensationem necessariam petere in sacra Pœnitentiaria, quæ facile dabitur ei.

5 Quinto, quod non sufficit ei absolutio virtute Iobetai S. D. N. neque alicuius alterius, in quo expresse non concederetur confessario facultas dispensandi super irregularitate, vt regulariter non conceditur, vt nos alibi scribimus, & sæpe consulimus, & sacra Pœnitentiaria seruat. Et quamuis grauius peccauerit D. consulens recipiens ordines, antequam dispensaretur cū eo, tamẽ ob id nõ incurrit irregularitatem nouã, super quã noua dispensatio faciẽda, vt alibi probam, si nõ suscepit factos à legitimã çtate, vel extra tẽpora iuris ab ordinario, vel

sine literis dimissorijs. Et quia, vt dictum est, collationes beneficiorum ei facta: tempore quo erat irregularis, non valuerunt, neque quidquam iuris ob eas ipse quaesuit; necessarium est, vt dispensatio petatur, & detur ei cum facultate retinendi praedictum canonicatum, & alia beneficia sibi collata.

Sexto, quod nobilitas, & virtus, amor & timor Dei quibus apud me commendatur D. consulens, mouet me ad scribendum ei memoriale sequens, ex quo conficere possit supplicationem petendi ea quae illi conueniunt petere in sacra Penitentia, vbi etiam meo suffragio iuuabo, & non oportet exprimeri nomen suum, neque sui heri, vt res sit magis secreta.

B E A T I S S I M E Pater N. familiaris cuiusdam principis ecclesiastici in iuuentute sua prima tonsura donatus, & in studijs literarum educatus, & nunc quadraginta quinque annos natus exponit Sanctitati vestrae, & Illustrissimo Reuerendissimoque eius summo Penitentiarario, quod ipse multis rixis interfuit, in quibus percussiones armis ab vtraque parte factae fuerunt, quamquam non meminit vllum ex illis mortem obijisse, neque membri mutilationem interuenisse: & quod fuit auditor praedicti principis heri sui tot annis gerendo officium, habens iurisdictionem criminalem, & eam exercendo, vt communiter alij similia officia & iurisdictionem exerceret: & quod verisimiliter capiendo & iuuando capi reos, & procedendo contra eos iudicialiter vel extrajudicialiter per se vel per alios, & ferendo, vel confirmando, vel exequendo sententias criminales, & iuuando, mandando, rogando, consulendo, vel alia id genus dicendo & faciendo ad capiendos bannitos, praedictus N. verisimiliter tot vicibus incurrit irregularitatem, & a paucis tempore antequam super ea legitime dispensaretur, obtinuit quendam canonicatum, & alia duo beneficia simplicia, & postea suscepit ordines omnes, etiam sacros, & presbyteratum, sed alijs rite, licet non fuerit vsus nisi tantum subdiaconatu. Quare supplicat humiliter Sanctitati vestrae, vt dignetur dispensare quo ad forum conscientiae tantum secum super praefatis irregularitatibus, ita vt liceat ei retinere praedicta beneficia, & alia quaecumque sibi legitime conferenda recipere cum condonatione fructuum perceptorum, qui sunt pauci, cum orator secundum suam conditionem sit pauper.

Aduerte, quia modo officium Penitentiararia exigere solet, vt exprimitur valor beneficiorum, & summa fructuum perceptorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Scire quisque tenetur articulos fidei, praecepta Decalogi, generaliaque praecepta Ecclesiae: & si habet statum, vel officium necessaria ad illud administrandum, vel saltem habere aliquem per quem possit illud exercere.
- 2 Ignorantia communiter excusat coram Deo; nisi fuerit alicuius iuris naturalis, vel humani, quod homines suae conditionis sciunt, vel scire tenentur.
- 3 Consulens de aliquo dubio ordinarium parochum, vel etiam suum confessarium, bona fide credens eos ad id habere sufficientem scientiam, excusatur, etiam si non accedat ad doctiores, qui ibi reperiantur.
- 3 Doctiores etsi de consilio sit melius adire, attamen Deus contentus est, vt etiam omnia nostris superioribus, adaeamus eos, quos, cum publica fama reputentur docti, tales bona fide credimus. num. 4. & 5.
- 5 Duorum, quos bona fide quis reputat doctos, & pro talibus publice reputantur, contrarias audiens sententias potest absque eo, quod querat tertium, adherere vni illorum, modo adhaereat ei, qui sibi videtur ratione magis conformi dicere.
- 6 Docto de aliquo dubio interrogato respondente communem quae est pro vna, & contrariam, quam tenent aliqui docti, posse iuste teneri, possum vtrilibet adherere: quod si ipse responderet praefatarum alteram tantum esse veram, tunc contraria, etiam si esset communis, non possum adherere, nisi aliunde de illius veritate cognoscam.
- 7 Dubitans an sit peccatum aliquid agere, non potest nisi deposito dubio illud agere, nec excusatur ex eo quod non possit tunc consulere peritiores, & si differat, conturbabit domum, vel aliud temporale damnum subibit.
- 8 Scrupulus a dubio vt discernatur.

CONSILIVM X.

P R I M O quaeritur, quid generaliter debeat quilibet Christianus scire sub poena peccati mortalis; maxime vir nobi-

lis, cui familiam & vasallos gubernare incumbit.

Secundo quaeritur, dato quod scit omnia requisita etiam ad suum statum, an si faciat aliquem actum, qui est peccatum mortale, tamen ille eum facit ex ignorantia, nesciens esse mortale, an excusetur a mortali.

Tertio quaeritur, an subditus, qui dubitat aliquem actum esse mortalem, satisfaciatur de hoc interrogando aliquem eius superiorem, videlicet Episcopum, eius vicarium, vel parochum: & an si illi constasset praedictos suos superiores esse ignorantes & illiteratos, sequendo eorum consilium, eo quod sunt sui superiores, satisfaciatur, etiam si in illa ciuitate sint alij doctiores, quos posset consulere?

Quarto quaeritur, an si noller in praecedenti casu consulere superiores, si satisfaceret suae conscientiae sequendo consilium alicuius Theologi in dicta ciuitate communiter pro docto reputati, & bonae famae, sine eo, quod aliam diligentiam & inquisitionem faciat de sua doctrina, vel bonitate, praeter vniuersalem de eo opinionem & famam.

Quinto quaeritur, an, si interrogando duos ex praedictis Theologis, inter quos non cognoscitur notabilis excessus in doctrina, vel virtute, & illi essent contrariae opinionis, si teneretur alium tertium consulere, an poterit vnam illarum opinionum sequi, & an possit sequi illam, quae minus suo iudicio satisfaciatur, cuius contraria ei conformior rationi videtur: eo quod ei videtur temeraria arrogantia, cum sit laicus & illiteratus, velle se iudicem constituere inter duas duorum Theologorum literatorum opiniones.

Sexto quaeritur, an, si praedictus Theologus, quem de dubio consulit, dicat ei praedictam opinionem esse communem Theologorum, quamuis alij viri docti contrarium teneant, possit consulens cui maluerit se opinioni conformare, cum doctor illi graui & virtuoso permittitur dictam opinionem scribere, tenere, sustentare, & docere.

Septimo quaeritur, an qui vult aliquam actionem facere, & tempus illi deest ad consulendum aliquem Theologum de modo, quo debeat illam sine Dei offensa facere, quem nequit consulere sine iactura aliquorum bonorum, vel magna suae domus incommoditate, &c. si potest tuta conscientia dictam actionem executioni mandare secundum dictam suae rationis post factam orationem, qua Deum deprecatur, ne permittat, vt sua diuina bonitas in ea offedatur, an teneatur praedictam occasionem, in qua suae familiae ac statui maximum commodum euenire potest, relinquere potius, quam sine praedicto consilio aliquid facere, in quo dubitat aliquod peccatum fore posse.

Octauo quaeritur super differentia inter scrupulum, & rationabile dubium, nempe, quod scrupulum potest quis & debet se abiciere, & contra eum facere, dubium autem tenetur consulere: quaeritur in quo cognoscatur aliquid esse scrupulum, vel dubium: nam alias idem esset teneri quem consulere, an talis actus sit scrupulus, vel dubium, ac teneri consulere omnes scrupulos, qui se suae conscientiae obtulerint: & in omnibus praedictis dubijs praesupponitur solum quaeri, quid teneatur quilibet facere sub poena peccati mortalis.

Ad omnes has octo quaestiones in generali respondeo, quod sicut ipsae sunt generales, ita earum responsa generalia erunt, in quorum applicatione ad casus particulares tanta erit difficultas, quod ex responsione nesciet quilibet decisionem dubij colligere in omni casu particulari.

1 **A D P R I M A M** respondeo, quod quilibet Christianus vt Christianus, etiam si Papa vel Rex sit, debet, & sufficit ei scire 12. vel 14. articulos nostrae fidei, & 10. Decalogi praecepta, & sancta generalia Ecclesiae praecepta: quamuis si aliud habeat officium, vel statum, teneatur ea discere, quae ad suum praedictum vel officium vel statum necessaria sunt de praepcepto sciri, vel secum habere viros doctos, & consiliarios literatos quo ad illas res, in quibus alienum consilium sufficit.

2 **A D S E C V N D A M** dico primo, esse vnam ex difficilioribus quaestionibus iuris humani, scripti, & diuini in materia morali; & quod potest super illa bonus aliquis liber componi super eius radicibus, ac ramis non parui valoris & necessitatis, descendendo ad particularia. Secundo, quod communiter ignorantia, de qua loquitur quaestio, excusat coram Deo, & in foro conscientiae, nisi fuerit alicuius iuris naturalis, vel humani, quod omnes suae conditionis, artis, & status sciunt, vel scire tenentur.

3 AD TERTIAM dico, quod non satisfacit suæ conscientia, si credit quod suus ordinarius, parochus, vel confessor sunt ita ignorantes, ut dubio eius nesciat satisfacere; sed si ipse bona fide coram Domino crederet, quod ipsi habent sufficientem scientiam, satisfaciet, etsi dubium suum ab alijs peritioribus non interroget, casu etiam quod reperiantur: quia nemo tenetur in dubijs suis doctiores consulere; sed sufficit consulere idoneos ad ea dissolvenda, maxime si superiores sint; quia pauci sunt eminentes reperi: & quamvis esset melius istos consulere, sed Deus ex præcepto non obligat ad melius bonum, licet circa illud consilium det; quia ipse contentus est bonitatis præcepta, etiam si alia maior detur ex consilio ipsius.

4 AD QUARTAM respondeo, quod satisfaciet tale virum consulendo, si ipse bona fide credit esse talem, quem fama publica indicat: quia sufficenter satisfacit præcepto, quod habet circa dubia sua consulenda; & multa circumstantia dari possunt, quibus ei non expediat suum ordinarium vel parochum in dubijs suis consulere.

5 AD QUINTAM respondeo, quod satisfaciet eligendo unam ex dictis opinionibus, eam tamen eligendo, non quia gustui suo placet, sed quia ei conformior rationi videtur, ut in quaestione proponitur, propter rationem ibi allegatam; & quia non tenetur ex præcepto melius consilium mundi investigare, nec etiam doctiores illius provinciae consulere, sed sufficit consulere idoneum, secundum suum & communiter aliorum iudicium.

6 AD SEXTAM respondeo, quod dupliciter potest respondere doctor consultus dubio alicui, in quo duæ sunt opiniones contrariæ, quarum una est communis, & altera gravissimorum doctorum. Primo fatendo, quod vtra illarum potest iuste teneri. Secundo dicendo, quod iudicio suo una earum est vera, alia verò non, etiam si sit communis. Si respondit primo modo, potest consulens, quam voluerit illarum sequi. Si autem respondit secundo modo, non potest sequi nisi eam, quam doctor consultus definit esse veram, si aliunde ipsi non constat contrarium: quia cum consilium petat ad illud sequendum, si aliud non inveniatur melius, non poterit suo iudicio opinionem, quam ipse iudicat falsam, tenere & sequi.

7 AD SEPTIMAM dico, quod si revera dubitat talem actum esse mortalem, nec ne, non debet illum facere, donec ab illo dubio exeat: nam aliàs, ut ait S. Thomas anteponeat ac præferat amicitiam creaturæ amicitia creatoris. Dixi, si revera dubitat, id est, si non inclinat magis ad credendum verum, quam aliud: nam si ex aliquibus rationibus inclinaret magis ad credendum esse bonum, quam esse malum, poterit per illas scrupulum deponere, & quodlibet aliud dubium, & facere id, quod sibi bonum videbitur sine alia consultatione, de effectu commoditatis ad consulendum.

8 AD OCTAVAM dico, quod vni eius parti satis responsum est in quaestione præcedenti. Et ad aliam respondeo, quod regula vera ad discernendum scrupulum à dubio, est, quod dubium est, quando intellectus non magis in unam, quam in aliam partem inclinat, & scrupulus est argumentum, vel apparentia, quæ intellectui repræsentatur contra id quod scit, quod Latine vocatur scientia, vel contra id quod firmiter credit ita esse, quod Latine dicitur fides, aut credulitas: vel contra id quod ipse cogitat verum esse, etiam si id firmiter non credat, quod Latine dicitur opinio, vel contra id quod intellectus nec tenet pro vero, nec pro falso, quod Latine dicitur dubietas, vel dubitatio; sicut nos clarius, quam alij, in multis locis diximus in nostro Manuali. & in cap. novis. inferendo, quod licet nulli horum quatuor, scilicet scientia, fidei, opinioni, & dubio alia compatiantur, scrupulus tamen corripitur omnibus & singulis eorum, eo quod non est nisi argumentum vel apparentia, quæ contra illa quatuor potest haberi. Salva, &c.

SUMMARIUM.

1 Confessarius penitentem, qui putat se sufficienter in præcedentibus confessionibus confessum, non tenetur interrogare in specie, an confessus sit peccata secundum numerum, etiam si confessarius suspicetur seu putet illum numerum non expressisse; modo penitens nec dubitet circa hoc: nec exprimat se alias numerum non explicasse.

CONSILIUM XI.

CONFESSARIUS audientes rusticorum confessiones an teneantur interrogare eos, an de omnibus suis

A peccatis in præcedentibus confessionibus accusaverint se secundum numerum, etiam si credant in alijs suis confessionibus sufficienter fuisse confessos?

Et quid, quando ex probabili coniectura confessarius putat, quod rusticus nec confessus, nec interrogatus secundum numerum in præcedentibus confessionibus fuerit?

Et quid, quando pro certo confessarius ex discursu confessionis tenet dictum rusticum, nec interrogatum, nec confessum fuisse de numero?

1 Ad has tres quaestiones respondeo, quod mea sententia confessarius non tenetur interrogare confitentem, etiam si suspicetur eum non fuisse confessum numerum, modo putet se satis bene confessum fuisse; nisi confitens interrogaret, an debuisset id facere, vel aliqua de causa diceret se id non fecisse: quia id non videtur iure cautum, nec vlla efficaci ratione probari, & quia qui nimis emungit, elicit sanguinem.

SUMMARIUM.

1 Peccatorum mortalium numerum qui ob ignorantiam confessarius omisit rusticus, detecto errore tenetur non quidem confessiones reiterare, sed numerum verisimilem dictorum peccatorum denuo confiteri, & confessarius id ab eo exigere, ut sitis sit durus.

CONSILIUM XII.

RUSTICVS, qui inter confitendum asserit se à suo paracho non solere, nec solitum esse interrogari de numero peccatorum, nec etiam de speciebus blasphemiarum, sed parochum ipsum contentum esse, si ipse penitens dicat, Ego blasphemavi Deum, & sanctos, omnibus vel pluribus modis, ac pluries.

Quæritur primo, an sit cogendus ad reiterandas confessiones, vel non?

Secundo, an in casibus prædictis, dato quod non sint penitentes cogendi ad reiterandas confessiones, saltem obligatus sit confessarius interrogare dictum penitentem, ut explicet quoties toto tempore vite suæ sibi videatur blasphemasse Deum hoc & hoc modo, & quoties Sanctos hoc vel alio modo, & sic de alijs peccatis, quorum numerum ex prænarrata ignorantia numquam expressit. hoc tamen etiam durum admodum esset tam rustico penitenti, quam confessario, qui in effectu cogentur ad repetendas omnes confessiones.

1 AD PRIMAM QUÆSTIONEM respondeo, non esse obligatum huiusmodi rusticum ad reiterandas huiusmodi confessiones bona fide factas, per ea, quæ tanguntur in propositione quaestionis.

AD SECUNDAM respondeo non solum huiusmodi penitentem obligari ad confitendum, numerum verisimilem peccatorum, quem in alijs confessionibus non fuit confessus, sed etiam confessarium obligari ad dicendum ei, ut confiteatur verisimilem numerum peccatorum mortalium à se admissorum, quem antea non fuit confessus: quæ res certe dura est & penitenti, & confessario; tamen ita scriptum est, non solum lege humana in c. omnis, sed etiam diuina & Evangelica, ratione naturali confirmata à S. Thoma, & alijs, & etiam à nobis in Man. & in cap. consideret. & satis de claratum in Concilio Tridentino, sibi.

Omnia & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, quæ sunt contra duo ultima Decalogi præcepta, &c.

SUMMARIUM.

1 Absolvendus est ab omnibus, qui unum vel alterum peccatum tantum ob ignorantiam lingua confiteri potest. 2 Confessor periclitans in nave audiens, nisi integre confessos, non absolvas; nec ut alios possit audire, debet omittere interrogationes, quas facere de præcepto tenetur.

CONSILIUM XIII.

QUÆSITUM fuit primo, an absolvendus sit ab omnibus peccatis Aethiops in Brasiliæ provincia serviens, qui solum unum, vel duo confitetur peccata, ita

a Ca. deniq. d. 4. Proverbiorum c. 30.

b De pen. & remiss. c Ca. d. n. 10. d De pen. d. s. n. 5. & 41. e Sess. 14. de sacramento penitentia canon 7.

a Cap. 27. an. 279. b De iudiciis in rub. an. 43. c De pen. di. 7. c. si quis an rem. d. n. 9. v. f. que ad 25.

vt à confessorè intelligatur, & omnia vult & conatur confiteri, licet propter linguæ impedimentum non possit.

Secundo, an confessorius, periclitantiū confessiones in nauī audiens, licetè possit eos absoluerè, interrogationibus debitis non præmissis, & fortè minus integrè confessos.

2 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respōdetur affirmatiuè quod Aethiops seruiens in prouincia Brasilia potest absolui sacramentaliter ab omnibus peccatis suis si solum vnum vel alterum tantum confiteatur, ita vt intelligatur à confessorio, & omnia velit confiteri, & conetur id facere, licet non possit proferre propter ignorantiam linguæ, ita vt confessorius alia intelligere nequeat, per ea quæ tradimus de multis & alijs ignorantibus linguam confessoriorum terrarū in quibus degunt, in Man. confess. 2

a Cap. 21. nu. 30.

2 AD SECUNDAM respondetur primo, quod non licet sacerdoti audienti confessiones nauatarum & vectorum periclitantium in nauī fluctibus iactata, confitentes sibi peccata, priusquam perficiant confessiones, aut saltem confiteantur omnia peccata mortifera sibi tunc occurrentia, absoluerè, vt audiant etiam alios periclitantes, Tum quia confessorius est iudex, vt definit Concilium Tridentinum, b & iudex non debet ferre sententiam de rebus, quas minime nouit. c Tum quia confessio, quæ non est integra omnium peccatorum, non est legitima, d & confessio integra est vna triū partium principalium ad sacramentum penitentia requisitarum sine quibus illud subsistere nequit. Tum quia faceret contra monita illius distichi:

b Cap. 6. sess. 14. c Leg. de qua re. ff. de iudic. d Cap. omni. de penit. & remiss.

Qui binos lepores vna festabitur hora, Vno quandoque, & quandoque carebit vtroque.

Secundo, quod neque debet omittere interrogationes, quas de præcepto tenetur fecere, vt breuius possit audire confessionem alterius, per easdem rationes supradictas: quamuis sic eas, ad quas faciendas de concilio tantum tenetur.

S V M M A R I V M.

- 1 Peccatum vnum in genere mori constituant plures actus externi in vnum tendentes sicut & actus peccatum ipsum principale antecedentes & sequentes. nu. 3. etiam quod ob aliquam notabilem interruptionem fierens plura peccata in genere mori. nu. 5. & hoc quo ad obligationem confitendi numerum. nu. 1. quia per confessionem principalis actus confessarius satis potest cognoscere penitentis statum. nu. 4. contritio tamen debet se saltem virtualiter extendere ad omnes actus. nu. 4.
- 2 Vno impetu qui eundem peccati actum reiterat, pluribus putatis iudicibus sacerdotem percutiendo, vnicam incurrit excommunicationem, & vnicum peccatum committit, sicut & qui pluries idem replicat verbum iniuriosum. Quod si persona, qui bus iniuriatur, vel quas male concupiscit, vel facta ipsa seu verba iniuriosa sint distincta, peccata multiplicantur. nu. 6. 7. 8. & 10.
- 3 Plures persone considerata vt vnum corpus, pro vnica reputantur persona: vnde qui blasphemat sanctum Petrum, & omnes Apostolos, duas solum perpetrat blasphemias; & qui vnam domum vult comburere, vnum peccatum facit, & non tot, quot ibi sunt persone.

CONSILIVM XIII.

AD SOLVENDAS quaestiones, quas admodum AR. in Christo Pater Rector Collegij penitentiariorum S. Petri, quod Patribus illustrissima Societatis I E S V est commendatum proposuit, dicimus primo, quod plures actus exteriores tendentes in vnum peccatum principale, qui sunt diuersi in genere entis, censentur constituere vnum peccatum in genere moris, saltem quo ad effectum confitendi numerum peccatorum, non solum quando vnus est ad alium via, sed etiam quando quis vno impetu fertur in illos omnes.

2 Tum argum. cap. cum pro causa, e quatenus probat, eum qui vno impetu pluries percussit clericum, semel tantum excommunicari. Tum argum. aliorum iurum, per quæ Ioannes And. f concludit, quemdam Anglicum qui tres ictus vno impetu intulit clerico, semel tantum excommunicatum fuisse. Tum quod ille vnicus impetus videtur inducere quædam vnitatem in genere moris; & efficere, vt quadamtenus vnus eorum sit ad alium via, vel consequens; licet suapte natura in genere entis per se subsistat. Tum quod qui vnico impetu bis vel ter appellat, semel tantum appellare dicitur, &

e De sens. ord. dom. f In mercuria e. delictum. de reg. iur. lib. o. sal. pen. g Cap. Lothar. ius. iuncta gloss. verb. ap. pollauis. 21. 2.

& qui bis vel ter eandem rem in testamento vel codicillis legauit, videtur semel legasse.

3 Secundo addimus, quod sicut actus præambuli ad principalem actum peccati non augent numerum peccatorum necessario confitendum, sic nec eadem ratione actus consequentes, vel subsequentes actum principale peccati, quales videntur esse actus, quibus qui fecit aliquod peccatum principale, postea gaudet inordinate, lætatur, tristatur, dolet, vel loquitur de illo, vel accessorijs eius. Tum quod eadem videtur ratio, & sic idem est de vtrisque iudicandū b. Tum quod qui furatus est infantem, qui apud eum adoleuit, vnum furum fecisse dicitur. c Tum quod pauci, collatione aliorum; inueniuntur, qui post vindictam iniuriam, post fornicationem in domo secuta habitam, post furtum & dolū admissum, nō velit, dicat, vel faciat aliqua inordinata gaudēdo, comedēdo, bibendo, ridendo, iuxta illud: Et lætantur, cū male fecerint. attamen nemo dicat eorum omnium numerū esse nominatim confitendum. Tum quia totius Ecclesiæ Christianæ vsus videtur habere, quod sicut sufficit homicidæ confiteri se occidisse talem hominem, non confitendo numerū voluntatum & aliorum actuum inordinatorum præambulorum illius homicidij, sic sufficit confiteri illud, non confitendo numerum actuum consequentium, quibus id ei placuit, & morstauit alijs verbis, vel factis, placuisse sibi: & quod sicut foris tātū sufficit confiteri principalem actum, non confitendo numerum voluntatum, dictorum, & factorum præambulorum inordinatorum, ita sufficit confiteri principalem actum non confitendo numerum voluntatum, dictorum, & factorum inordinatorum consequentium.

4 Tum quod licet singuli præfatorum actuum sint per se ipsos peccata mortifera quo ad iudiciū exactū, & licet oporteat, vt contritio, per quam sunt remittenda, formaliter vel virtualiter perueniat ad omnia illa, quo tamen ad iudicium salutare penitentia, & vsus vitæ, quod debet facere confessorius, satis est, vt numerus eorum sic pateat ei, vt status penitentis satis pateat confessorio ad iudicandum qualem ei debeat exhibere medicinam, vt æquè pulchreque declarauit Caietanus. d Cum ergo communiter post & ante actū principalem multa cogitata, dicta, & facta inordinata soleant haberi, satis constat confessorio quo ad iudicium suum salutare ferendum status penitentis quo ad illam speciem peccati.

5 Ex quibus inferitur primo, quod licet quando inter præambula, & consequentia, & actum principalem sit aliqua interruptio notabilis, illa sint peccata diuersa, etiam in genere moris, etiam ad effectum vt contritio formaliter vel virtualiter debeat peruenire ad illa, non tamen videntur diuersa quo ad effectum necessario confitendi numerum eorum, eo quod sine illa specificatione satis videtur constare status contritæ quo ad iudicium salutare sacerdotis.

6 Secundo inferitur decisio primæ quaestionis, scilicet quod qui eodem impetu dicit alteri quatuor vel quinque iniuriosa verba significatia diuersas iniurias, puta quod sit fur falsarius hæreticus, censendus est peccare diuersa peccata. Tum quia non sunt antecedentia neque consequentia ad vnum principale peccatum, neque sunt vnum, vel vnus speciei peccatū in quod quis vno impetu fertur, sed separata, & diuersa speciei.

7 Tum quia licet quis vno impetu inferat vni clerico tres ictus, non est nisi semel excommunicatus: si autem vno impetu etiam vnico ictu ferit tres clericos, ter est excommunicatus, secundum Ioannem Andream. e Tum quia eadem ratione, qui vno impetu ferit, & blasphemat, & hæresim asserit, tria peccata committit cum numero necessario confitenda: qui verò dicit totidem verba iniuriosa significatia tantum vnā iniuriam, vt quia appellat aliquem quater, vel quinque furem, vel latronem, vnum tantum peccatum admittit quo ad necessitatem confitendi numerum, instat bis vel ter vnico contextu appellantis.

8 Tertio inferitur decisio secundæ quaestionis, scilicet, quod qui dicit alicui vnum verbum iniuriosum; & ille respondet, vnde prouocatur replicat, & successiuè triplicat, eidem dicens tria verba iniuriosa, peccat tria peccata, si tres diuersas iniurias significat, vnum autem solum, si tantum vnā.

9 Quarto, decisio tertie quaestionis, scilicet, quod qui imprecatur mortem alicui; & toti familiae eius, duo tantum peccata committit, non tot, quot sunt persone familiae. Tum

a Le. cum q. §. ff. C. de leg.

b L. illud. ff. ad l. Aquil. c. adum. 2. de e. le. c Le. infans. do. §. infans. ff. de furis.

d In 10. 1. tra. 1. quest. 3.

e In d. mercur. col. fin. f Arg. l. praetor. edixit. §. fin. ff. de iniur.

g Ca. Lothar. ius. iuncta gloss. verb. ap. pollauis. 21. quest. 2.

quod

a l. o. i. ff. si familia furti fecerit dic.

b Arg. l. cum qui ff. de v. u. cap.

c Arg. l. vult. gari ff. de fu. & ca. vulgari. de penit. dist. 1.

d Capit. 9. in principio.

e 22. quæst. 5.

f 11. quæst. 3. g Cap. 18. nu. 27.

h Ca. 6. nu. 5.

i Nu. 5. de penit. dist. 5.

quod tota familia pro vna persona ficta accipitur. * Tum quod familia licet significet multos, eos tamen collectivè tamquam vnum corpus fictum significat. Tum quod qui vnam domum vult exurere, non videtur peccare tot peccata, quòt partes habet, sed vnum: quia vnum corpus compositum ex multis vult exurere, & qui vult furari vnam miliarum ducatorum, vel vnum aceruum tritici, vnum peccatum videtur peccare. c

Quinto, decisio quatræ quæstionis, scilicet quod qui blasphemando maledicit Petro, & duodecim Apostolis, duo peccata videtur admittere, eisdem rationibus.

10 Sexto, decisio quintæ quæstionis, scilicet quod sex peccata peccat, qui molliciei peccatum inducit sibi in memoriam, vt magis delectetur, virginem, viduam, nuptam, cognatam, & sacram; quia sunt quinque peccata diuersarum specierum, cum virtualiter quinque illis commisceatur, vel eis mortiferè delectetur, & nulla illorum sint antecedentia, vel consequentia aliorum.

Aduertendum, has quæstiones dedisse occasionem auctori addendi ad Manuale cap. 6. num. 16, & 17. Et successius si quid in hoc responso desideratur, ad illum locum, vti posterius & magis expensum, recurrendum.

SUMMARIUM.

- 1 Virgo qua reputatur cum esset corrupta, confitendo secundum peccatum carnis, non tenetur etiam interrogata fateri primum iam confessum.
- 2 Peccatum legitime confessum nemo tenetur vllò iure iterum confiteri.
- 3 Peccatum iam confessum non tantum tacere, sed negare potest penitens commississe, intelligendo, ita vt teneatur illud confiteri.
- 4 Penitens confitendo iam confessa & occulta; infamando seipsum, saltem venialiter peccat.
- 5 Penitens non tenetur confiteri circumstantiam extenuantem peccatum.
- 6 Confiteri sufficit vltimam speciem peccati necessario confitendam, tacendo vltimam peccati necessario non confitendi.

CONSILIVM XV.

AN penitens, quæ putatur virgo, & tamen aliàs commisit peccatum molliciei, de quo fuit confessus, si deinde committat aliud peccatum carnis cum viro, teneatur respondere confessario interroganti an esset virgo, se antea fuisse corruptam? Si enim id non confiteretur, nesciet confessor vltimam speciem peccati, an scilicet sit stuprum, vel simplex fornicatio; & sic non potest legitimam & conuenientem penitentiam imponere.

1 Respondeo, præfatam penitentem non teneri ad confitendum confessario interroganti eam, an maneret adhuc virgo, an esset corrupta, si corruptionem illam antea alij confessario legitime confessus fuit. Tum quia nemo tenetur iure naturali, diuino, nec humano communi ad confitendum iterum peccatum, quod legitime fuit confessus, vt post alios late tradimus in Manual. confess. d

2 Tum quia potest talis penitens absque vllò peccato tacere illud stuprum, immo & negare se illud commississe, intelligendo intra se, quod non fuit corrupta, ita vt teneatur illud confiteri, per ea, quæ nos firmissimis rationibus probamus in comment. cap. humana aures. e

3 Tum quia confitendo illam corruptionem, si erat secreta, peccaret saltem venialiter infamando seipsam, per cap. non sunt audiendi. f & tradimus nos late in d. Manual. confess. g Tum quia eiusmodi penitens tacendo, vel negando illud stuprum, non efficit, vt confessarius ignoret vltimam speciem peccati necessario confitendam, eo quod non sit ei notum an corruptio illi sit virginitatis fractio, an simplex fornicatio.

4 Tum quia penitens non tenetur circumstantiam confiteri extenuantem peccatum, vt tradimus in d. Manual. h immo sunt qui dicant id non licere, quamuis falso, vt diximus in cap. consideret. i Tum quia tacendo illam corruptionem, auget gravitatem aliorum peccatorum carnis: & secundum omnes licet tacere circumstantias minuentes culpas.

5 Tum denique quod sufficit confiteri vltimam speciem peccati necessario confitendam, tacendo speciem vltimam peccati, quod necessario non est confitendum, qualis est corruptio, de qua loquimur.

SUMMARIUM.

- 1 Reuelare teneor ad præceptum superioris concedentis monitorium in forma, id quod aliquis mihi ita serio de se confessus fuit, vt putem ita esse: nisi pro habendo consilio, vel patrocinio, id mihi tamquam medico, aduocato, procuratori, vel patrispirituali detexisset: aliter incido in excommunicationem, à qua alius, nisi is cui fuit reseruata, non potest me absoluerè. & num. 5.
- 2 Aduocati, medici, & quicquid consultores non tenentur ob monitoria publicata reuelare secreta sibi communicata.
- 3 Consiliens tacendo illud, quod secundum suam conscientiam inducit nullitatem absolutionis, peccat.
- 4 Consiliens, cui conscientia dicitur, quod absolutio non valebit, peccat inducendo confessarium, vt eum absoluat.
- 5 Confessus non integre tenetur iterare confessionem: & si fiat cum eodem, satis est addere peccatum ommissum.
- 6 Excommunicatus per monitorium generale iudicis, qui absolutionem sibi, vel superiori suo reseruauit, non à confessario, sed ab ipso iudice, vel de eius licentia est absolendus.

CONSILIVM XVI.

EXCOMMVNICATVS per monitorium generale Vicarij Papæ ob non restitutionem & reuelationem quorundam bonorum, de quibus dubius erat an essent restituenda, licet potius inclinaret in partem affirmatiuam, in Paschate absolutus est à suo confessario, cui totam rem reuelauit, & alia peccata, excepto eo, quod iudicabat absolutionem sibi non prædesse, stimulantem eum conscientia, quod teneretur restituere. Quærit vero nunc:

Primo, an confessarius inciderit in excommunicationem ex eo, quia non paruit monitorio non reuelando.

Secundo, an confessio illa fuerit valida, quia confessus est excommunicato, nec confessus est circumstantiam illam stimuli conscientia.

Tertio, quod remedium superest, vt conscientia suæ satisfaciatur bene confitendo.

Quarto, an iterum confitendo possit absolui sine licentia Vicarij, cum iam restituerit.

AD QVÆSTIONE S propositas responsurus laudo primum curam, quam salutis suæ animæ habet D. consulens, eruditionem non vulgarem in propositione illarum significans. Ad primam autem quæstionem respondeo, quod de materia ipsius nemo, vt opinor, ita late scripsit, ac nos in repet. cap. inter verba. a & quod ibidem, b & in nostro Manual. confess. c determinamus, aduocatos, procuratores, consultores, & medicos non teneri ob similia monitoria ad reuelanda secreta, quæ sibi clientuli, ægroti, & alij consulentes reuelant. Et ita si D. consulens reuelauit illud secretum præfato patri spirituali, ad finem vt ei consuleret, quid facere deberet, non tenebatur ratione præfati monitorij ad reuelandum id, quod ab ipso D. consulente didicit, & consequenter non fuit excommunicatus.

2 Si autem alia ratione, quam consultationis, ei reuelauit illud serio, ita quod pater ille spiritualis deberet credere id esse verum, videtur incidisse in excommunicationem non reuelando iuxta superioris mandatum, per ea, quæ ibidem ipse tracto. d

3 AD SECVNDAM respondeo, quod D. consulens perdocte & subtiliter concludit confessionem illam non fuisse validam, etiam si pater ille spiritualis non incidisset in excommunicationem; quia inducendo illum ad audiendam confessionem, & confitendo illi contra suam conscientiam, peccauit, & aduertit se peccare; & non confessus fuit illud peccatum, quod tunc admittebat, &c. vt ipsemet pulchrè profequitur.

4 AD TERTIAM respondeo, quod ipse debet reiterare illam confessionem: quod facile facere posset, si eidem patri spirituali denuo eam faceret, adiecto hoc peccato; præsupposito quod pater ille non incidisset in excommunicationem ratione præfata, vel certè iam esset absolutus ab ea; & præsupposito quod mediocrem memoriam peccatorum ante sibi confessorum haberet.

5 AD QVARTAM respondeo, quod cum Vicarius Papæ reseruauerit sibi & superiori suo absolutionem eius, qui incideret in excommunicationem sui monitorij, cumque consulens nunquam restituerit, neque reuelauerit se

a 11. q. 3. cõcl. 6. coroll. 65. a num. 775. b Num. 799. c Cap. 25. nu. 42.

d Nu. 777. b 109.

tenere bona præfata, non potuit absolui à confessario suo. Tum quia absolutio erat reseruat. Tum quia nunquam paruit monitorio, & ita semper mansit excommunicatus, & non potest absolui nisi ab eo, vel de eius facultate.

SUMMARIUM.

- 1. Papa reuocare potest indulgentias omnes à prædecessoribus concessas.
- 2. Iustum, & decens differunt, nec de vno ad aliud infertur.
- 3. Papa statim creatus indulgentias, vt putat Viguerius, non reuocat, sed solum quasdam gratias, & indulta ad beneficia.
- 4. Indulgentias tantum plenarias ante concessas Papa reuocat in indictione Iobelai.
- 4. Facultas absoluendi ab omnibus peccatis non est indulgentia, nec per bullam Iobelai reuocata. & num. 5.
- 6. Cautela abundans nemini nocere debet.
- 7. Indulgentia quasitua omnes reuocata.
- 7. Derogatoria cum clausula, vt contraria habeantur pro expressis de verbo ad verbum, omnibus derogat ex stylo curia.

CONSILIVM XVII.

LEO X. visitantibus ecclesiam Treuerensem, & peccata sua contentibus concessit, vt ab omnibus peccatis, etiam reseruat, absolui possent. Clemens VII. dictam ecclesiam deuote visitantibus, & ei aliqua sua bona distribuentibus certorum dierum indulgentiam concessit.

Queritur, an gratia prædicta sint derogata; vel ex eo, quod, vt Viguerius, a dicit, Summus Pontifex à principio sue creationis reuocat indulgentias per prædecessores concessas; vel ex eo, quod Clemens VII. anno Iobelai reuocauit indulgentias à prædecessoribus concessas.

Ad difficultates præfatas respondeo primo, certum esse, quemlibet Pontificem Maximum pro sua summa, quam habet, potestate, posse reuocare omnes indulgentias concessas à suis prædecessoribus. Tum argumen. cap. *cuncta per mundam.* & cap. *proposuit.* Tum quia nullus prædecessorum suorum potest imponere ipsi legem, quæ suam potestatem tollat, vel minuat.

Tum quia licet deceat, vt beneficia principum sint permansura, non tamen est necesse, neque aufert illa decencia potestatem reuocandi ea, nec faceret reuocationem iniustam, licet nonnunquam faceret indecentem: quia iustum, & decens differunt, iuxta cap. *magna.* quatenus habet decere Episcopum dicere, vel audire quotidie Missam, quem tamen ad id non teneri diximus post alios in Manual. confess. & decet seruare omnia consilia Christi, non tamen est præceptum.

Secundo, quod difficultas primo posita non tangit ius, nec potentiam reuocandi, sed tantum factum, scilicet quilibet Papa ab initio sue administrationis reuocet indulgentias à suis prædecessoribus concessas, quod dixit vir pius & eruditus vbi supra.

Tertio, quod præfatus Viguerius videtur dixisse id deceptus ab aliquo, qui putauit per regulas Cancellariæ, quas in crastinum sue assumptionis renouat Papa, reuocare omnes gratias, & indulgentias, quas præcessor fecit. quod tamen non est verum: nam licet regula decima, propterea quod habet verbum *gratias*, & verbum *indulta*, videri posset alicui dormitanti reuocare omnes indulgentias nondum lucrifectas, cum sint quedam gratia, & quedam indulta; nullatenus tamen id facit, quandoquidem solum reuocat gratias expectatiuas, & indulta beneficiaria concessa ad querenda beneficia ecclesiastica, vel ad nominandum ad ea, vel conferendum illa; sicut & regula II. reuocat vniones eorumdem beneficiorum nondum sortitas effectum. & nec regula 57. & duæ insequentes, quæ tractant de indulgentiis, neque glossæ illarum vllam de huiusmodi reuocatione mentionem faciunt, immo meminerunt indulgentiam perpetuam.

Quarto, quod est alia reuocatio, siue suspensio indulgentiarum, quam ille non meminit, quæque fit ante quemlibet annum Iobelai: quæ an per illius lapsum reuocetur, vel an post eum Papa illam reuocet, disputauit olim ipse in comment. cap. *quis aliquando.* & postea anno Iobelai proximo in Vrbe, vbi typis excusus est iterum ille commentarius auctus tribus notabilibus, scilicet 32. 33. & 34. & in 32. continetur bulla indictionis anni Iobelai facta à S. D. N. Gregorij XIII.

instit. regia ca.

b. p. quæst. 3.
c. De concess. præb.
d. Cap. inno. suit. de elect. l. penult. ff. de recept. arb.
e. Cap. dicit. cum similibus de reg. iuris. lib. 2.
f. De voto. & potest. in c. fin. de priuileg. li. 2.
g. Cap. 21. nu. 2.
h. Cap. quis. quæ. 1. q. 1. §. 1. d. glo. ce. lab. in ca. quis. ant. pp. 20. d.

§. in Leuitic. de poen. dist. 1. notab. 28.

cum glossis non omnino penitendis: & in 33. inferitur bulla suspensionis indulgentiarum factæ ob annum Iobelai, cum glossis, in quarum vltima tractamus de reuocatione illius suspensionis, facta mentione de disputatione facta in d. notat. 26. Cuius, vt copiam legendi habeat D. consulens, idemque D. meus colendissimus, tradam cum hoc responso vnum exemplar compagnarum, sed nudum tegumento, ne nimis constet portatio.

Quinto, quod suspensiones præfate Gregorij XIII. & prædecessorum eius factæ ob Iobelai, licet non sint reuocatae expresse, nec tacite, nihil tamen obstat votis D. consulentis: quoniam, vt ego in glossa prædicta monstro, per illas solum fuerunt suspensæ indulgentiæ plenariæ: & dubium primum particulare, quod proponitur, non est de indulgentia plenaria, nec non plenaria, sed de facultate absoluendi à peccatis reseruat Papæ alibi, quam in bulla Cœnæ Domini, quæ longè alia res est, quam indulgentia, vt in prædicto commentario. Et secundum proponitur de reuocatione indulgentiæ non plenariæ, sed tantum certorum dierum, & annorum, quam non fuisse vnquam per præfatas suspensiones reuocata, in præfata glossa, & præfate notab. 28. sine vlllo scrupulo concludimus.

Sexto, quod clausula, qua Clemens VII. derogauit eis, quæ poterant sue concessionis obesse, nihil obest durationi, & perpetuitati præfatarum gratiarum, & indulgentiarum, immo prodest. Tum quia corroborat illam: & posita ad augendum, non debent operari diuersimode, neque è contrario. Tum quia abundans cautela non nocet, per l. *testamentum.* ex qua id ibi adnotat Baldus, & concessionibus præfate absque illa clausula valuissent, & fuissent perpetuæ, ergo à fortiori cum illa.

Septimo, quod nihil obstat votis D. consulentis Concilium Tridentinum, quatenus prohibet, ne occasione indulgentiarum detur facultas colligendi elemosynas; si quidem non ex hoc gratias ante concessas derogat.

Octauo, quod licet non sit verum id, quod præfatus vir pius Viguerius dixit ab aliquo deceptus; est tamen verissimum, quod Pius V. per quamdam extrauagantem suam reuocauit omnes indulgentias, & peccatorum remissiones à se, & à suis prædecessoribus, & successoribus concessas, & in posterum concedendas quibuscumque personis, & pijs locis, pro quibus consequendis manus sunt porrigendæ adiutrices, & quæ querendi facultatem quomodolibet continent; per quam arbitror esse reuocata indulgentiam præfata concessam à Clemente VII. visitantibus præfata ecclesiam Treuerensem certis diebus, & distribuentibus ei aliqua sua bona secundum deuotionem; quoniam indulgentiam concedere distribuenti aliqua bona sua pro indulgentia consequenda, est indulgentiam concedere manus adiutrices porrigenti, & dare facultatem aliquo modo querendi.

Nec obstat clausula derogatoria derogatarum appositæ concessioni præfate Clementis VII. quia per clausulas derogatorias præfate extrauaganti Pij V. latissimè derogatur omnis clausulis derogatorijs, quæ alicubi possint inueniri, habendo illas prout de verbo ad verbum expressas: quæ secundum stylum curiæ sufficere, non obstante aliquorum doctorum opinione scribentium in cap. *accedentes.* An autem omnes gratiæ præfate Clementis sint reuocatae, an illæ solæ, quæ ad indulgentias pertinent, non potest satis securè responderi, nisi lecto tenore bullæ, & quia ponderandum est, quæ illarum principaliter, vel æquè aut minus principaliter concessæ sint.

Nono dicendum, gratiam præfate Leonis X. si non continet alias clausulas, non esse reuocata; quia per eam non conceditur indulgentia & remissio peccatorum, sed quedam dispensatio longè ab ea distans, vt palam in præfate notab. 28. traditur.

SUMMARIUM.

- 1. Casuum reseruatorum relaxationem etsi concedat Papa per bullam Cruciatæ certa elemosyna iuuantibus bellum, vel aliud iustum & pium opus; at inferiores id non possunt: quia hoc concedentes censentur concedere spiritualia sub modo vel conditione dandi temporale; quod eis non licet, & à positua simoniaca prauitate vix posset defendi: qua in Papa

cessat.

a. Not. 20.

b. Cap. fin. de verborum signifi. & l. rem legatam. ff. de optio. leg.
c. C. de testib. d. Cum similib. e. Cap. ult. de refer. ff. 22.

f. De præfati. & in l. quis ff. de legib. 3.

g. Arg. l. incivilis. ff. de leg.

- 1 cessat, qui potest hac licite facere, num. 5.
- 2 Legislator etsi non subiciatur sua legi quo ad vim coactivam, subicitur tamen quo ad vim directivam: unde si ipse illam non servet, vel cum alijs sine causa & delectu dispenset, peccat; licet actus teneat. & num. 4.
- 3 Iure communi qua subditu competunt, si superior ea illu interdicit, & postea recepta pecunia concedat, peccat, vendendo quod gratis dandum est. & num. 4.
- 5 Spiritualia sub modo vel conditione etsi iuste possit Papa concedere, at secus est in inferioribus, qui id facientes etiam a simonia positivi iuris vix possent defendi.
- 5 Dari posse & debere a proutis de beneficijs aliquid in adeptio- ne possessionis convertendum in pios usus, quod non sapiat avaritiam, etsi ex causis maximis concedere soleat Papa, hac tamen facultas ab Episcopo non solet usurpari.
- 6 Ordinarij locorum, etiam si sint Cardinales, dum per suas bul- las concedunt aliquas gratias spirituales, debent se restrin- gere ad suos subditos, & num. 12. cum non sint vocati nisi in partem sollicitudinis, num. 6. & cauere ne superuacane con- cedant, qua iure sine alia speciali concessione concessa sunt & licent, num. 7. & 15. vel ne per non satis circumscriptas concessiones dent occasionem errandi, num. 8, 10. 11. & 15. vel ne decipiantur subditi, nu. 9. vel ne immoderatas concedant indulgentias, num. 12. & 14. vel ne concedant qua non pos- sunt, num. 13. & 16.
- 9 Penitentias iniunctas ab vno confessario potest alter iure com- muni commutare. unde frustra administrator episcopatus per suas bullas id concedit.
- 10 Votum castitatis ab vno ex coniugibus altero iniuncto, emissum non potest ab Episcopo omnino relaxari: & quatenus est al- teri praiudiciale, non tenet. unde frustra administratores episcopatum per suas bullas faciunt facultatem dispensan- di super huiusmodi votis.
- 13 Archiepiscopus non potest largientes aliquid sua ecclesia face- re participes indulgentiarum concessarum beneficientibus alijs ecclesijs sui archiepiscopatus.
- 15 Matrimonium consummantes ante benedictionem, non inci- dunt in casum Episcopo reservatum; cum sit etiam dubium an sit peccatum saltem mortale.
- 16 Patrimos ultra duos, videlicet ultra unum & unam accedere posse, concedere, est contravenire canonibus, immo & sacro Concilio.
- 16 Interdictum suum etsi Episcopus possit tollere, vel suspendere; at vs eo durante, qui possit etiam ianuis clausis sacro in- teresse, non potest concedere.

CONSILIVM XVIII.

CIRCA bullas Hispaniae quaeritur, an aliquis Praeful inferior Papa iuste possit concedere gratias, siue bullas, per quas faciat facultatem absoluedi a casibus suis referua- tis eos, qui dederint singulos iulios in aliquod opus pium im- pendendos, & concedere indulgentias, & alias gratias, vt per bullarum clausulas patet.

1 Pro parte affirmatiua facit primo illud Euangelicum: *Estote & vos perfecti, sicut pater vester caelestis perfectus est.* & illud Apostol. ad Ephel. *Imitatores Dei estote, sicut filij carissimi.* ad- iuncto illo, *A bone maiore discat arare minor.* & quod Papa, qui omnium est maximus, & omnium maximè imitandus, concedit quotidie gratias (quas appellat vulgus Cruciatas) per quas concedit absolutionem casuum sibi referuatorum, & alia spiritualia, adiuantibus bella iusta, vel aliqua opera pia, quantitate aliqua pecuniae.

2 Sed respondendum est primo, quod peccat ille, qui ab- que iusta causa id facit: quia legislator, etiam si sit monarcha, subditur suae legi quo ad vim directiuam, iuxta illud: *Patere legem quam tuleris.* & rubricam ff. *Quod quisque iura in aliam statuerit, ipse eodem iure utatur.* translata in cap. *hac verba.* & tradit vterque Thomas. & Et ideo non solum dispensando cum alijs absque iusta causa peccat, sed etiam ipsemet eam non seruando.

Secundo, quod licet qui facit aliquam legem, vel succedit eam facienti, quidquid contra eam fecerit, siue dispensando, siue alijs, valebit quidem, argu. cap. 1. & cap. *venerabilibus.* quatenus habet, absolutionem ab excommunicatione, etiam in iustam, si detur ab habente potestatem eam dandi, valere;

peccat tamen eam non seruando sine etusa, vt dictum est.

3 Tertio, quod peccaret Praeful inferior Papa, qui etiam iusta de causa concederet gratiam, vel bullam, seu dispensatio- nem subdito, ad faciendum aliquid, quod iure communi ei competit, pro aliquo adiutorio temporali, iuxta illud Thron. *Aquam nostram pecunia bibimus.* & iuxta illud, *Non est pecunia dandum, quod iure communi gratis debetur.*

4 Quarto, quod ex his inferitur, quendam indignum Archiepis- chipraefulem peccasse, concedendo contra suas constitutiones synodales peccatorum referuantes fati sine iusta causa & delectu facultatem absoluedi a casibus sibi referuatis omnibus, qui singulos iulios in adiutorium cuiusdam belli iusti darent: peccasse item eundem, concedendo facultatem absoluedi parochis suis in casibus, quibus iure communi ip- si absoluedi potestant: quia non est pecunia dandum, quod iure communi gratis conceditur, vt supra dictum est; nisi res controuersa esset inter doctores, in casibus esse referua- tus, necne: quia tunc gratis, & cum discretionem iuste concedi posset ad cautelam.

5 Quinto, quod difficile potest a labe simoniae saluari con- cessio facultatis absoluedi, quae sane spiritualis est, pro pre- cio vnius quummi argentei, seu regalis, quod est temporale. Tum quia neque beneficium, nec aliquod spirituale potest conferri alicui ea conditione, modo, vel pacto, vt aliquid temporale detur, & etiam pauperibus, vel fabricae. casus est singularis in cap. *ex multis.* quod magni facit Panormitanus & alij alibi. Tum quia omnis pactio, modus, vel conditio, quae iure non inest, inducit in spiritualibus simoniam, saltem iuris positivi. At concessio potestatis absoluedi est spiritualis; ergo non potest ea concedi lege, quae iure non inest: quia illa, quae tacite inest, exprimi potest; dummodo exprimat eum solo modo, quod inest, vt post alios declarat Felinus, & tradimus nos in nostro Manual. confess. *Dixi, inferior Papa:* quia ipse sua que sancta Sedes Apostolica id consuevit face- re, concedendo bullas Cruciatas, ac alias similes, quibus solet facere huiusmodi facultatem erogantibus ad opus pium Cru- ciatae, vel alia similia certam quantitatem pecuniae; & iure id potest facere. Tum quia Papa non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris, vt est in cap. *quanto.* adco quod glossa eius ait, *Non potest dici ei, cur ita facis?* Tum quia est supra omne ius positiuum. Tum quia Papa licet non possit iuste committere simoniam iure naturali & diuino veritatem, qualis est vera emptio & venditio rei spiritualis, vt post alios tradi- mus nos in praefato Manual. potest tamen committere iuste simoniam iure tantum humano inductam, qualis est ad- missio, vel commissio renunciationis beneficii spiritualis in fa- uorem cuiuspiam, velate post alios per Felinum, P vel si re- feruerit id sub conditione, vel modo traditionis alius rei spi- ritualis, puta elemosynae; quod tamen non potest facere in- ferior Papa, per notata ab Innocentio Panormitano & alijs.

6 Qualis item est illa conuentio electorum, vel collatorum, qua promittit alter alteri dare suffragium, vel beneficium, vt alter alteri det simile; id quod post Raymundum rectè tradit Siluester, quod iustificari non potest auctoritate ordinaria, licet sic Papali, vt etiam nos tradimus in praefato Manual. quod in alio consilio limitatur: & consuetudo laudabilis in- ducere potest, vt a suscipientibus detur pro administratione sacramentorum aliquod temporale; & quod ad seruandam huiusmodi consuetudinem compelli possint ab Episcopo, iuxta cap. *ad Apostolicam.* Immo etiam quae per constitutio- nes & statuta ante Concilium Tridentinum nuperrimum dabantur ab Ecclesiasticis in prouisionibus, & admissionibus ad possessionem rerum prouisarum, possunt etiam iuste nunc accipi, modo conuertantur in vsus pios, & non sapiant auari- tiam, vel simoniam, vt habet d. Concilium Tridentinum, & per quod videtur corpectum cap. *ex multis.* disponens, ne darentur, etiam conuertendo in vsus pios. Et Papa ex maxi- mis causis consuevit facere eiusmodi facultates; ordinarij ve- ro numquam id a tate nostra fecerunt.

6 Sexto, descendendo ad clausulas bullarum admissi tan- tum ecclesiam cathedrali N. quae dicuntur casuum referua- torum. Videntur quod prima clausula concessionis bullae Cardinalis Archiepiscopi N. nimum late concipitur, quate- nus omnes fideles Christianos comprehendit; cum in par- tem sollicitudinis sit vocatus, & non in plenitudinem potesta- tis, vt Papa: licet enim omnibus sui Episcopatus possit

peccat tamen eam non seruando sine etusa, vt dictum est.

1. Mat. 5.
2. Ca. de qua. de re iud.
3. Ca. cum om. me. de cons. 8. De pe. d. 1. c. 1. 2. q. 95. ar. 4.
4. Arg. c. inio. sum. p. dist.
5. 11. quest. 3. h. 9. ubi de st. excom. lib. 6.

a Cap. fin.
b Ca. 2. & se. ff. de cond. ob. in p. caus.
c 3. disto.
d Arg. c. soler. de iur. excom. lib. 6. cum es. ad nos.
e Ca. Iacobus de simon. si. quest. 3. g. in d. e. Iacobus.
h Cap. quam pio. 1. q. 2. c. fi. de pact. c. du. d. 2. de preb. li. 6. adiuncta. glof. ver. libe. ro.
i Cap. signifi. ca. de elec. c. 1. ff. de leg. 1. k in e. ad au. diencia. 2. de re. script.
l Ca. 23. n. 100. m. De trans. lat. preb.
n Ca. propo. sio. de conce. preb. l. prin. cess. ff. de li. 1. Cap. 23. nu. 108.
p in c. ad au. diencia. m. de refer. p.
q In c. signifi. ca. de preb.
r Ver. simonia q. 13. ar. c. qua. pio. 1. q. 2. s. Cap. 23. nu. 101.
t De simon.
v Cap. 4. x Sess. 24. de refer.
y 1. quest. 3.

a Depan. & remiss. lib. 6. b Ver. presbyteri. de priuile.

c In cap. sicut dignum. de homic. d In cap. cum sit. de Indais. e Col. fin. f In c. 2. de priuile. & remiss. lib. 6. g Cap. 17. nu. 92. & seq. h Ver. reseruatum. in d. c. 2. de priuile. & remiss. lib. 6. i De maled.

k 23. diff. l De sacra. no. iterum.

m 50. diff.

n 10. q. 7. o Cap. 20. nu. 22. & 23.

p In 4. di. 38. q Ca. 12. nu. 19. & 40.

r De simon. & 5. notandū 1. q. 4. & c. ignorantia. cū ei adnot. de reg. iur. lib. 6.

s Depan. & remiss.

t In d. c. cum ex eo.

v In ca. quod autem. de priuile. & remiss. 2. In 4. diff. 21.

Episcopus facere huiusmodi facultatem, iuxta cap. 2. adiuncta glossa l. a & glossa clem. 1. b quæ ambæ communiter recipiuntur; non tamen eam potest facere alijs, vt ipsæmet glossæ sentiunt.

7 Septimo, quod clausula secunda, quatenus facit facultatem absoluedi eos, qui debent decimas, & alia incerta, præmissis prius his, quæ continentur in ea, videtur superflua: quia iure communi competit illa parti, & confessarijs, secundum communem sententiam, quam Panormitanus & Ioannes ab Anaunia sequuntur, c per illum textum contra Hostiensensem, d vbi etiam Felinus, e contra eum tenet, immo & Ioannes Andreas, f vbi in glossa illius adhæsit Hostiensis & nos quoque communem tenuimus in Manual. confess. 8

8 Octauo, quod tertia clausula, quæ facit facultatem absoluedi blasphemos & iniurios in Deum & Sanctos, est superflua; nisi constitutiones dictæ ecclesiæ N. illum casum referrent Episcopo; quod facere facile credimus: quia est casus solitus per Episcopos sibi reseruati, vt ait glossa, b licet quicquid illa dicat, iure communi non reseruatur: quia ca. 2. l quod ea in hoc allegat, non agit de penitentia fori puri interioris, sed mixti.

9 Nono, quod clausula quinta, quatenus significat omnia peccata fornicationis & contra naturam (de quorum numero est mollicies) esse reseruata Episcopo, sicut alia contenta in eadem clausula, non est vera iure communi, neque hæcenus vidimus eam seruata iure speciali.

10 Decimo, quod clausula decima videtur nimium generaliter concepta, quatenus facit facultatem absoluedi ab omni defectu in ordine suscipiendo commissio: quia videtur comprehendere etiam defectum substantialem, ad quem non extenditur potestas episcopalis, iuxta cap. presbyter. k & cap. diaconus. & cap. subdiaconus. k & notata in cap. fin. l

11 Vndecimo, quod videtur populum fallere clausula duodecima, quæ potestatem commutandi penitentias facit; cum penitentia solemnem, de quibus in ca. in capite ieiunij. m non sint in vsu, & alia penitentia iniuncta ab vno confessario iure communi possint commutari per alium, argumen. glossæ receptæ cap. tempora penitentia. n quam nos quoque declarauimus in præd. Manual. o

12 Duodecimo, quod idem videtur dicendum de clausula decimatercia, quæ facit facultatem absoluedi percutientes casualiter parentes: quia videtur quod nullibi sit reseruatum.

13 Decimotertio, quod clausula quattodecima videtur nimium late concepta: quia concedit facultatem absoluedi coniugatum à voto castitatis inuita coniuge emissio. Episcopus enim non potest absolueri omnino à tali voto, sed solum quatenus est præiudiciali alteri coniugi; & quantum ad hoc nulla indiget absolutione, secundum communem sententiam, p quod etiam nos sequuti sumus in d. Manual. q

14 Decimoquarto, quod clausula quintadecima videtur nimis generaliter concepta, non distinguendo simoniam in ordine & beneficio ex vna parte, & simoniam in alijs rebus ex altera; nec distinguendo ignorantiam iuris ab ignorantia facti, nec ignorantiam probabilem ab ignorantia improbabili, contra extrauagantem 2. r

15 Decimoquinto, quod videtur etiam superflua clausula sextadecima; cum peccatum, quo mulier procurat, ne fiat prægnans, numquam videtur reseruatum.

16 Decimosexto, quod clausula vigesima secunda videtur continere immoderatam indulgentiam, quatenus concedit centum dies indulgentiæ pro qualibet vice, qua quis dixerit, Laudata sit Mater Dei. quod est contra cap. cum ex eo. s quod solum permittit inferioribus indulgentiam quadraginta dierum. Et quamuis Cardinales habeant priuilegium concedendi centum; videtur tamen contra mentem Concilij, t quod pro tam parua causa tam facile iterabili concedatur tanta indulgentia. Offendit item illa clausula eo nomine, quod non se restringit ad subditos, immo generaliter & vniuersaliter eam concedit omnibus fidelibus Christianis eius casus recipientibus: quod est contra communem sententiam; v & S. Thomam & communem, u quatenus docent, neminem posse concedere indulgentiam, nisi subditis suis.

17 Decimosextimo, quod clausula vigesima septima nimis late concepta est, quatenus accipientes bullas facit participes omnium indulgentiarum concessarum à Romanis Pontificibus, Cardinalibus, Archiepiscopis, & Episcopis, omnibus be-

A nefactoribus totius Archiepiscopatus Ecclesiæ N. quia non poterat ipse ampliare indulgentias concessas benefactoribus omnium locorum illius diocesis, ad benefactores Ecclesiæ suæ cathedrali N. cuius vtilitati applicatur præfatus iulius soluendus per bullam præfatam in pretium, ob quod illa concedebatur. a

14 Decimo octauo, quod clausula vigesima octaua nimiam videtur concedere indulgentiam, quatenus concedit centum dies pro quacumque vice, qua rogarit pro anima eius, pro quo bullam, seu gratiam accipit. Peccauit item eisdem rationibus, concedendo indulgentiam centum dierum pro qualibet vice roganti, ac dicenti eadem de causa vnum Aue Maria ante imaginem Virginis Matris.

B Decimonono, quod idem dici potest de clausula vigesima nona, quatenus eandem indulgentiam concedit omnibus dicentibus vnum Aue Maria ante imaginem Virginis Matris.

CIRCA bullam administrationis alterius Ecclesiæ: videtur primo, quod clausula prima nimium late concipiatur, quatenus comprehendit omnes fideles Christianos, vt supra dictum est circa bullam Cardinalis ecclesiæ N.

Secundo videtur, quod clausula secunda, quæ de absoluedo à peccato eius ouorum quæstoribus solito, multis male intelligentibus, visa est concedere indulgentiam comedendi oua, & lactinia præfatis diebus, vt ex illa Ecclesia ad nos scribitur; quod facere non poterat.

Tertio, quod idem est dicendum de clausula tertia, quæ continet restitutionem incertorum, quod supra est dictum de clausula secunda bullæ Cardinalis.

Quarto, quod clausula quinta, quatenus agit de absoluedis eis, qui cum Sarracenis vel Iudæis comederunt panem eorum, vel interfuerunt eorum nuptijs, vel sepulturis, videtur concedere absolutionem fauorum hæreticorum; quia hodie in Hispania nulli sunt Sarraceni, neque Iudæi; immo si qui sunt ab illis prognati, & vtuntur ritibus eorum, sunt hæretici; & qui fauent eis in suis caeremonijs, videntur fautores hæreticorum.

D Quinto, quod idem est dicendum de clausula sexta, quatenus agit de fornicatione, & peccato contra naturam, quod supra dictum est de clausula quinta Cardinalis.

Sexto, quod clausula duodecima de absoluedis clericis, qui non recitauerunt ob ægritudinem, necessitatem, vel libri defectum, videtur superflua; quia non tenentur.

15 Septimo, quod etiam est superflua quintadecima de absoluedis eis, qui consummarunt matrimonium ante benedictionem; quia nusquam videtur id reseruatum, immo est controuersia, an sit peccatum, saltem mortale. Caietanus enim tenet non esse, & S. Thomas, b quem nos sequimur etiam in nostro Manual. c

E Octauo, quod idem est dicendum de clausula vigesima tertia, quæ agit de coniuge vouente castitatem, quod diximus supra de clausula decimatercia Cardinalis.

Nono, quod magis errat administrator in clausula vigesima quarta, quatenus permittit absolutionem à simonia simpliciter, quam Cardinalis, qui in clausula decima quinta facit eandem facultatem absoluedi à simonia ignoranter commissa.

Decimo, quod videtur superflua clausula vigesima quinta de muliere quærente modum, quo non concipiat, sicut etiam decima quinta Cardinalis: quia id nusquam videtur esse reseruatum.

F 16 Vndecimo, quod clausula trigesima prima, quæ facit facultatem accipiendi duos paternos vltra permittos per constitutiones synodales, est contra cap. non plures. d quo non permittitur nisi vnus, & contra Concilium Tridentinum, e quod ad summum permittit vnum, vel vnum & vnam.

Duodecimo, quod clausula trigesima tertia continet facultatem, quam non poterat concedere ipse gubernator, videlicet, quod non obstante interdicto auctoritate ordinaria lato, capiens bullam, & filij famulique eius, ianuis clausis, audire possint diuina certis diebus: quia licet ipse posset tollere, vel suspendere interdictum in rotum ad aliquod tempus: non poterat tamen dare priuilegium, vt aliquis, extante interdicto in suo vigore quo ad alios, ipse non seruaret illud: quia non poterat tollere legem superioris, f & lege Papæ, qui

a Arg. clem. quia contingit. de relig. dom. & l. lo-gasam. ff. de admin. rer. ad ciuili. pert.

b De sacra. men. marri. quæst. 4. c. Ca. 10. n. 38.

d De consecr. dist. 4. c. Sess. 24. c. 2. de refo. mas.

e Ca. inferior. 21. dist.

est supe

a Ca. quod in re de poen. & remiss. ca. al. ma. de sem. ex com. lib. 6.

est superior lege ordinariorum, iubetur seruari interdictum etiam ab ordinario latum.

Decimotertio, quod clausula trigesima sexta videtur nimum lata quo ad indulgentias Summorum Pontificum, vt dictum est supra de clausula trigesima septima Cardinalis.

S V M M A R I V M.

- 1 Absolutus a reſeruatū vigore Iobelai, quod intendebat faciendo omnia requiſita lucrari, licet poſtea omnia non adimpleat, remanet valide abſolutus: quia abſolutio datur ſimpliciter, & non ſub conditione. num. 3. non tamen lucratur ipſam indulgentiam. num. 2. ac ſi conſiteretur animo non adimplendi reliqua, nec à non reſeruatū eſſet abſolutus. m. 4.
- 1 Abſolutus ſemel valide à peccato, nulla humana poteſtate cogi poteſt, vt illud iterum contra eius voluntatem conſiteatur.
- 3 Confeſſarius electus per bullam Iobelai peccaret abſoluendo ſub conditione, ſi à Iobelai requiſita perfeceſſerit. Vnde & credendum Papam mandare, vt ſimpliciter, & non vt ſub conditione abſoluat.

C O N S I L I V M X I X.

AN volens indulgentiam Iobelzram querere, qui tenebatur ieiunare feria quarta, ſexta, & ſabbato, & communicare die Dominica, & intra hebdomadam confiteri omnia ſua peccata, confeſſus die Lunæ præcedentis omnia peccata ſua confeſſario electo virtute Iobelzai, qui abſoluit eum ab omnibus caſibus reſeruatū virtute Iobelzai, idque fecit cum propoſito firmo faciendi omnia requiſita ad querendam præſatam indulgentiam, & poſtea ieiunavit feria quarta, ſed non curavit amplius ieiunare, nec orare vt tenebatur, & ita non quaſiuit Iobelzram.

Queritur, an abſolutio de reſeruatū ſibi facta valeat quo ad reſeruata, ita quod non teneatur illa iterum confiteri.

1 Reſpondeo affirmatiue. Primo quidem, quod qui ſemel confitetur legitime peccata ſua, & abſoluitur, non tenetur illa vnquam iterum confiteri iure naturali, nec diuino, nec canonico communi: immo nulla lege humana poteſt conſtitui, vt quis abſque conſenſu ſuo obligetur ad conſitendum bis idem peccatum, vt poſt D. Thomam, b & poſt alios, c alibi tradidimus, d & in Manual. confeſſ. e At is, de quo queritur, legitime fuit ſemel confeſſus peccata reſeruata, & legitime abſolutus: ergo non tenetur iterum confiteri.

Secundo, quod ſi præſatus poenitens feciſſet omnia ad Iobelzram querendum requiſita, vel obiret mortem ante diem Dominicum, iudicaretur abſolutus etiam quo ad reſeruata, & non per aliam abſolutionem; ergo illa abſolutio fuit valida etiam quo ad reſeruata.

2 Tertio, quod non obſtat primum argumentum in oppoſitum formatum. Quia reſponderetur concedendo quidem, nullam indulgentiam quaeri ei qui non facit omnia, quæ ad eam querendam indulgens requirit; negando autem, quod in propoſito agatur de querenda indulgentia, ſed ſolum de quodam ad eam querendam requiſito, ſcilicet de confeſſione, & abſolutione, quæ antea fieri debet.

3 Item nec ſecundum: quia negamus intentionem fuiſſe Papæ, concedere confeſſarijs eligendis poteſtatem abſoluendi ſub conditione, ſi facerent omnia requiſita ad querendum Iobelzram, & non aliàs. Tum quia nihil tale habetur in bulla, immo per eam fit poteſtas abſoluendi abſolute. Tum quia nullum mandatum generale extenditur ad delicta, f ac confeſſarius, qui abſoluit ſacramentaliter ſub conditione rei future, delinquit; quia abſolutio eſſet incerta, vt poſt D. Antoninum tradimus nos pridem, g & poſtea in Manual. h ergo non fuit intentio ſuæ Sanctitatis, vt confeſſarij abſoluerent conditionaliter.

4 Quarto, quod etiam non obſtat, quod daretur occaſio delinquendi, & fraudandi fructum Iobelzai, illis quinollent aliud, quam abſolutionem à reſeruatū: quia nos loquimur de illo, qui verè contritus, & cum propoſito firmo querendi Iobelzram, & faciendi omnia in id requiſita, legitime confitetur: & qui tali fraude vteretur, non eſſet legitime confeſſus, nec abſolutus à reſeruatū, neque à non reſeruatū: quia confeſſio ſua non eſſet integra, eo quod peccatum illud fraudandi admiſſum taceret: ſicut in ſimili tradimus in Manual. i de excommunicato, quod licet confeſſio ab eo facta, & abſolutio ei data valeat, ſi ignorat vel non aduertit ſe eſſe excom-

b In quodlib. 1. art. 12. c In 4. d. 6. & 17. d Ca. fratres. m. 30. de poenit. d. 1. & c. p. n. 11. e Ca. 9. m. 1.

f Le. procurator. ff. de ed. indob. ca. 1. de iur. iur. lib. 6. g Ca. 1. in prin. ep. m. 62. de po. diſt. 6. h Ca. 26. m. 12.

i Ca. 9. m. 4.

municatum, vel excommunicato non licere ſuſcipere ſacramentum; non tamen valent, ſi ſiant ei hæc ſcienti, & aduertenti; quia non poenitet, nec confitetur integrè: non enim poenitet eum peccati, quod in hoc committit, nec confitetur illud.

S V M M A R I V M.

- 1 Poenitentiarium cathedralis ex ſola vi ſui officij non abſoluit à caſibus Episcopo reſeruatū.
- 1 Intellectus Concilij ſeſſ. 24. cap. 8. de reſeruat.

C O N S I L I V M X X.

AN Poenitentiarium electus ad formam ſacri Concilij, a poſſit abſoluere à caſibus reſeruatū?

1 Reſpondeo, quod non, immo per præſatum canonem ipſe Poenitentiarium non poteſt abſoluere à reſeruatū, niſi aliunde ea ſibi facultas fiat, cum ille nihil de hoc noue ſtatuat; & à iure antiquo non eſt recedendum, niſi quatenus nouè id ſtatuitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Mendicantes non poſſunt abſolueri exterum ad ipſos venientem à caſibus, quos Episcopus poenitentis ſibi reſeruat, niſi habeant caſus Episcopales loci, vbi audiunt confeſſiones.

C O N S I L I V M X X I.

AN mendicantes Romæ commorantes, vbi Pontificis vicarius nullos ſpeciales caſus episcopales ſibi reſeruare ſolet, poſſunt abſoluere extraneum venientem ad ipſos à caſibus episcopalis, quos ordinarius dicti poenitentis ſibi reſeruauit, tenendo opinionem D. T. in Manual. confeſſ. c

1 Reſpondeo, quod mea ſententia non poſſunt. Tum quia ſecundum communem, quam contra Silueſtrum in quaſtione citata ſequutus fui, nō poſſunt mendicantes præſentari iuxta clement. dudum. d abſoluere à peccatis reſeruatū Episcopo, cui ſunt præſentari, niſi facultas fiat in id ab eo. ergo à fortiori non poterunt abſoluere à peccatis extero Episcopo reſeruatū. Tum quia magno labore ibidem ſuſtineo, quod præſati præſentari habentes caſus episcopales Episcoporum, quibus præſentantur, poſſunt abſoluere à caſibus episcopalis alijs Episcopis reſeruatū. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicarius Episcopi non ſacerdos habens poteſtatem ſuper caſus reſeruatū, poteſt per ſe reſeruationem remittere, vel alteri ſacerdoti, vt abſoluat, demandare.

C O N S I L I V M X X I I.

EPISCOPVS dedit inter alia auctoritatem vicario ſuo generali abſoluendi à caſibus reſeruatū. Et quia ipſe vicarius non poteſt abſoluere, cum non ſit ſacerdos; dubitatur, an alij poſſit eandem delegare.

1 Reſpōdetur, quod dicta facultas, ſiue auctoritas in hoc reſoluitur, vt liceat vicario auferre, ſiue remittere dictas reſeruationes: quæ facultas ſiue reducatur ad ſimilitudinē aliarum facultatum, quæ vicarijs conceduntur, cum eorum iuriſdictio ſit ordinaria, e ſiue reducatur ad delegatam, cum ſit facta ad vniuerſitatem cauſarum, non eſt dubium quod poteſt ſubdelegari, iuxta l. more. & ibi gloſſam, f & gloſſam quæ prima eſt, g & ita læpe ſeruatū ſcio.

S V M M A R I V M.

- 1 Mortis in articulo conſtitutus poteſt ab omnibus etiam quantumque reſeruatū peccatis & cenſuris abſolui à quantumque ſimplici ſacerdote, modo non adſit præſens proprius ſacerdos: immo poſt ſacrum Concil. Trident. etiam & eo præſente videtur quod poſſit abſolui. num. 2. licet conſulto faciat poenitens, ſi proprio conſiteatur parochio, qui præſens eſt. num. 3.
- 4 Obediendum ſuperiori paciſice poſſidenti, etiam lite ſuper proprietate pendente, eiusque ſententia tenet & ligat.
- 4 Interdictus ab Episcopo non poteſt eo præſente, etiam in mortis articulo ab alio abſolui.
- 5 Interdicto Capitulo, ac etiam denunciato, non ideo ſinguli cenſentur nominati interdicti, vel nominati denunciati. Vnde poterunt tales ab ijs, ad quos ſpectat, tradi eccleſia-

a Seſſ. 24. c. 8. de reſeruat.

b Le. præcipuum. C. de ap. pollat.

c Cap. 27. m. 265.

d De ſepulc.

e Cap. Romana. in prin. & ibi gloſſ. in verbo generaliter de ap. pollat. lib. 6. f De iuriſd. omnium indicum. g Le. a iudice C. de iudic.

stica sepultura. & num. 6. verum tamen est, quod si post sepulturam denunciaretur interdictus & non absolutus, esset exhumandus num. 8.

7 Notorium quo ad effectum perdendi beneficium extrauagantis ad euitanda. non dicitur illud, quod potest aliqua tergiuersatione celari.

8 Interdictus, nisi prius citetur, denunciari nequit aliquis.

9 Interdictus etiam non declaratus, nec denunciatus, mandans sepeliri in ecclesia peccat mortaliter, nisi excusetur ex ignorantia, qua putabat se absolutum.

CONSILIVM XXIII.

AN possit quis in mortis articulo absolui à quocumque sacerdote, proprio etiam praesente?

1 Communis conclusio est, quod existens in mortis articulo potest absolui à peccatis, & à censuris, etiam reseruatis, à quocumque sacerdote simplici, argum. ca. quem panitet. cap. quod in dubijs, iuncto cap. si quis suadente. & alijs similibus. sed clarius, quam alibi, nouissime tradit Concilium Tridentinum, declaratum à nobis in Manual. vbi tamen insinuamus intelligendum esse, quando non est praesens superior, vel proprius sacerdos, secundum Innocentium, & vbi tenet, quod absolueudus à Papa ob percussione clericum, possit absolui à quocumque sacerdote, si aliquo impedimento corporali, vel alio impediatur ire ad ipsum, requisito tamen prius Episcopo, si haberi potest. sequitur Siluester, & Sotus. h Cessat enim eo casu necessitas recurrendi ad alienum, vel simplicem sacerdotem, dum praesens est proprius sacerdos, vel superior. i

2 Nunc vero, altius re inspecta, videntur contra istam limitationem facere verba praefati Concil. Tridentini scilicet, in articulo mortis nullam esse reseruatiorem, & paulo inferius, quod omnes, &c. Moueor etiam, quod nullus classicus auctor posuit hanc limitationem vsque ad Siluestrum, qui obscure loquitur; Innocentius vero non loquitur de articulo mortis, sed de alijs impedimentis non tam priuilegiatis: & verba Concilij Tridentini non solum sunt generalia, sed etiam vniuersalia, ibi, omnes sacerdotes, & ibi, quoscumque penitentes, & ibi, quibusuis peccatis. & ita generaliter & vniuersaliter sunt intelligenda. k

3 Propter quae puto conclusionem praedictam tenendam esse sine praefata limitatione post Concilium Tridentinum, quod determinat, quod in articulo mortis nulla est reseruatio: quae conclusio fauorabilis est animarum salutem, quamuis crederem consulte facturum, qui praesente suo parochio, vel superiore, faciat se potius ab eo absolui, quam ab alijs.

4 Quid autem, si est in articulo mortis interdictus ab Episcopo, qui praetenditur ab eo esse incomperens iudex, & pender lis super proprietate, & non super possessione? & videretur idem dicendum de tali Episcopo, ac de illo, qui iurisdictionem habet pacificam: quia obediendum est superiori possidenti, donec lis pender super proprietate, & ideo si moriatur absolueudus à simplici sacerdote, non requisito Episcopo, qui praesens erat, non est bene absolutus.

5 An autem interdicto Capitulo potuit in sacro sepeliri canonicus, qui est vnus de Capitulo, ab haeredibus, vel cognatis, vel amicis: arbitror quod sic. Tum quia qui non est nominatum interdictus, iuste potest sepeliri vt habet glossa notabilis, m & ibi textus. n Tum quia per extrauagantem ad euitanda scandala. Martini V. nemo tenetur euitare excommunicatos, nec interdictos, nisi fuerint denunciati. At hic, super quo consultatio vertitur, nec fuerat denunciatus, nec nominatum interdictus: quia aliud est Capitulum, aliud singuli de Capitulo. o Vnde licet denunciarum sit Capitulum pro interdicto, non tamen sunt denunciati singuli de Capitulo.

6 Non obstat dicere, quod interdicto Capitulo, sunt interdicti singuli de Capitulo, vt in cap. Romana. p iuncta glossa, q & interdicto populo, censentur interdicti singuli de populo, & interdicto clero singuli de clero, r quia non propterea singuli de populo vel clero censentur denunciati, vel nominatum interdicti.

7 Non etiam obstat, quod aliquando tenuerim in cap. i. s declarando praefatam extrauagantem, quod exceptio illius in fine posita, qua excipitur excommunicatus ita notorie, vt nulla tergiuersatione possit celari ob manuum iniectiorem in clericum, extenditur ad omnes alios notorie excommuni-

a De pcc. d. i. b De sententia excommuni. c 17. quaf. 4. d Sess. 14. de sacram. pcc. cap. 7. e Cap. 27. nu. 272. & meli. in c. 26. n. 20. f In c. 1. de sententia excomm. prope finem. g Verbo confessor. 3. qu. 6. h In 4. d. 18. q. 4. artic. 4. i Arg. c. cum cessante. de appellat.

k Leg. de praetio. ff. de public. in rem act. cum similib.

l Ca. i. vt lite pen. c. cum no liceat. de pra. c. nouos. 8. q. 4.

m In clem. i. verbo nominatum. n De sepult.

o Ca. nam se de reser. vbi lato Felin. co. 11. vers. aliud capitulum. p §. vniuersalitatem. q De sententia excomm. lib. 6.

r Ca. si sententia. de sent. excomm. lib. 6. s §. labore. de pcc. d. 6. n. 27.

atos, & etiam ad interdictos, & suspensos notorie, ad hoc, vt ante denunciationem euitari debeant: quoniam iste non erat ita notorie interdictus, etiam si notorium esset Capitulum esse interdictum; quia potuit esse absolutus particulariter, & potuit esse priuilegiatus, ne interdici posset ab ordinario, vel ne sub generali personarum vel Capitulorum interdicto comprehenditur; maxime quia illa qualis qualis absolutio, & illa liti pendentia efficiunt, ne res adeo esset notoria, vt nulla tergiuersatione possit celari, prout requirit finis praedictae extrauagantis & adeo notorietas ista tergiuersatione aliqua celari potest, vt cuilibet praetorio negotium faciat.

8 Non etiam obstat, quod facile dictus canonicus potest denunciari interdictus, & minime absolutus: quoniam hoc non potest fieri sine partis citatione, a & nec cum illa, nec sine illa est facilis denunciatio; quod si fieret, postquam facta esset, posset exhumari sepultus, d sicut illicitum fuisset eum sepelire, si antea denunciatio facta fuisset.

9 Non etiam obstat dicere, quod praefatus canonicus peccauit coram Deo, iubendo quod in sacro sepeliretur: quia potuit excusari per ignorantiam inductam ex absoluteione praefata, iuncta vulgari conclusione, quae habet posse simplicem sacerdotem absoluere ab omnibus censuris in articulo mortis, vt tenet glossa, e quae dixit etiam laicum id facere posse: & limitatio supradicta, quod intelligatur in absentia superioris, numquam, vel raro inuenitur per aliquem textum expressa. Denique licet ille canonicus male iussisset, potuit tamen ab haeredibus, cognatis, & alijs bene sepeliri: quia diuerfa est in eis ratio. argumento praefatae extrauagantis quatenus habet, per eam multum faueri, consuli, & prouideri communicantibus ijs, qui sunt ligati censuris, nihil autem ipsis ligatis, &c.

Aduertendum, quia refertur, quod Congregatio Concilij censuit, sacerdotem alioqui idoneum, non tamen ad audiendum confessiones approbatum, iuxta cap. 11. sess. 23. non posse valide à peccatis mortalibus absoluere penitentem in articulo mortis constitutum, vbi citra morae periculum haberi potest copia sacerdotis approbati; & longè id minus, si ipsomet parochus praesens id prohibeat, paratusque sit infirmi confessionem audire, nec vlla subsit causa parochum ipsum recusandi.

SVM MARIVM.

1 Casus reseruatus Episcopo non ideo parochus potest absoluere, quod credat fore nociturum penitenti, si illum ad Episcopum remittat; nisi forte adesset talis circumstantia, qua praerberet potestatem inferiori contra legem superioris eundem.

1 Parochus non competit regulariter potestas iudicandi, an hic vel ille casus reseruatus Episcopo, sit, vel non sit ei remittendus.

CONSILIVM XXIII.

PAROCHVS potest absoluere parochianum à casu reseruato ab Episcopo sibi, si credit fore malum & nocium penitenti remittere illum ad superiorem, vt dicit Angelus, d allegando Panormitanum, e vbi nihil tale dicit.

1 Sed contrarium videtur verum. Tum quod Panormitanus non dicit illud. Tum quod, f Concilium Tridentinum nihil prodest; nec nocet ei, si satis expendatur. Tum quod nullo iure id probatur: quia licet parochus habeat iurisdictionem spiritualem in penitentem quo ad omnia, non tamen quo ad absoluendum eum à reseruatis, vt praefatum Concilium probat. Tum quod regulariter parochus non est iudex ad cognoscendum de absoluteione casus reseruati, an debeat mitti ad Episcopum, an non: quamuis possit occurrere aliquis casus tot circumstantijs vestitus, vt id liceret, iuxta dictum Innocentij, g quatenus ait Episcopos, & alios iudices ex magna causa posse contrauenire constitutioni etiam Papae; quem refert & sequitur ibidem Felinus. h

SVM MARIVM.

1 Penitentiam impositam à superiore in absoluteione à peccato reseruato; etsi inferior, adueniente necessitate, vel vtilitate ob praesumptam mentem superioris commutare possit; secus tamen est quo ad penitentiam impositam in commutatione voti, vel dispensatione. num. 2.

a Gloss. in cle. i. verbo confiteris. de cens. lib. b Ar. c. sane. i. c. sane. 2. 24. q. 2. c. c. sacris. de sepult.

c In ca. nobis. 2. de sententia excommuni.

d In summa, verbo casus in fine. e In c. quod dilecto. de cons. f Capis. 7. de casuum reser. nu. sess. 14.

g In c. i. de off. hit. h Num. 49.



CONSILIVM XXVI.

GLOSSA solemnis a habet Episcopum posse in sta de causa mutare poenitentiam a Papa impositam, quod probat illud cap. quatenus habet posse Episcopum minuire poenitentiam per legem Papae impositam, arbitrando id conuenire poenitenti. Contra quod facit dictum Cardinalis Sancti Sixti, a quatenus ait inferiori non posse minuire poenitentiam impositam a superiore pro peccato sibi reseruato. pro quod facit quod aliqui frustranea esset reseruatio, cum absolutus post habitam absolutionem posset statim adire aliquem inferiorem, qui minueret poenitentiam, confitendo iterum ei. Fatetur tamē ipse Cardinalis quod ob necessitatem, vel vtilitatem posset id facere inferior: quia pium est credere superiorem tacite voluisse committere absolutionem inferiori, quando talis necessitas, vel vtilitas occurreret. 2 Sed nullo iure hoc ipse probat, & aliud videtur dicendum de poenitentia imposita a superiore pro absolutione a peccato reseruato, & aliud de onere imposito a superiore per viam commutationis, vel dispensationis voti, in quo procedere videtur dictum Cardinalis, & quod praefata glossa loquitur in poenitentia iniuncta pro absolutione. pro quo facit quod dicimus in Man. confess. c. scilicet quod confessio non est iteranda ob defectum implementi poenitentiae.

SVMMARIVM.

1 Confessor secundus per Cruciatam electus potest ex causa, qua iusta videatur, poenitentiam a primo impositam mutare, non auditis peccatis, pro quibus imposita est.

CONSILIVM XXVI.

AN secundus confessarius per bullam Cruciatæ electus possit commutare poenitentiam impositam a primo, non auditis peccatis, pro quibus imposita fuit? 1 Respondetur, quod sic, iuxta glossam iuris optimam d. cui aliquas similes allegat Decius e, & hoc tenet simpliciter Ludouicus Romanus per illam gl. & l. si hominē. cuius apostillator allegat multos idem tenentes. Quod tamen videtur limitandum, ut procedat concurrente iusta causa id faciendi, & non aliā, ut satis resoluit praefatus Decius vbi supra, quem ea ratione sequor, quod minor non potest dispensare super lege maioris, nisi iusta causa interueniat; etiam si Papa concesserit potestatem dispensandi: quia dispensatio legis superioris requirit causam, iuxta textum adiuncta glo. & addita a nobis in Manu. confess. Non autem arbitror cognitionem peccatorum confessorum primo confessario esse necessariam, sed satis est cognitio causae, quae ad poenitentiam commutandam iusta videatur; nec requiritur probatio quo ad forum conscientiae, licet quo ad forum exterius. Salua quae iustior fuerit sententia.

SVMMARIVM.

1 Confessarius ad impediendum peccatum, quod perpetratur in aliquo monasterio, tacitis nominibus; potest Praelato dicere, Caveas, quia in tuo monasterio sic peccatur.

CONSILIVM XXVII.

MVLIER tacito nomine monachorum conuentus, in quem veste virili religiosa introducta ad malos fines fuerat, confessi fuit cuidam confessorio, qui admonuit praelatum illius conuentus praefatum modum peccandi, ut illi obuiaret, & ille praefata dixit suo conuentui, confitentis & confessarii nomine tacito. Queritur, an in hoc fuerit peccatum aliquod admissum. 1 Respondetur primo, quod illa mulier discretè tacuit nomina monachorum conuentus, in quae introducta fuit veste religiosa virili obducta & induta. Secundo, quod praefatus confessarius non peccauit, immo bonum opus fecit, monendo praefatum praelatum illum peccandi modum in suo monasterio consuetum, ut obuiaret illi: quia, ut diximus, h confessarius potest, immo debet impedire, ne peccatum sibi confessum iterum committatur, sine reuelatione tamen confitentis: & praefatus confessor ita fecit: quia non reuelauit personam confitentis, & procurauit ne peccatum sibi confessum iterum vel pluries in illo monasterio committeretur.

a In c. tempo ra. 26. q. 7. su per verbo iudicio.

b In d. c. sem pora. num. 4.

c Ca. 9. n. 17.

d In c. tempo ra. 26. qua. 7. c. l. c. et si ele ric. de adul terijs col. 3. d. iudic. c. ff. mand. in sing. 460.

e In §. nisi ri gor. 1. quaest. 7. §. Pra. 9. n. 15.

h In c. sacer dos. de poe. ni. c. num. 11. 4.

Tertio, quod nec prelati, qui praefata dixit suo conuentui ad impediendam iterationem tam feci peccati, vlatenus peccauit, immo bonum opus operatus fuit dicendo illa secreto sine praefata mulieris & praefati confessarii reuelatione, & ita de bono opere non debet lapidari, iuxta illud Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Poenitentiarius maior presbytericida priuationem feudi, iurisve patronatus, publicam poenitentiam imponere nequit, nec filijs eius inhabilitatem ad beneficia. num. 2. 3 Confessor pro occulto crimine publicam poenitentiam imponens deponendus. 3 Confessor sicut de consensu poenitentis, iusta subsistente causa, potest confessionem reuelare; sic & publicam poenitentiam imponere; quatenus in peccato occulto vix possit subesse iusta causa id faciendi.

CONSILIVM XXVIII.

AN clausula, qua Poenitentiarius maior solebat olim absolueri presbytericidas, videlicet, quod per quinque ecclesias nudus solis femoralibus indutus cum virgis accedat, ipseque, & eius heredes sint perpetuo priuati feudo, & iure patronatus, si quae Ecclesia habet, nec non ipse, & eius liberi vsque ad quartam generationem sint inhabiles, sit iuri consona?

Dico primo, illam secum pugnare quatenus continet, ut presbytericida sic absoluat, ut crimen eius non detegatur, & postea, ut ipsemet factus & verbis confiteatur crimen suum. Secundo, quod nullo canone poenitentiarius ponitur huiusmodi poenitentia presbytericidæ: canon enim poenitentiarius super hoc crimen, qui ponitur in cap. 2. b. solum habet, ut poeniteat 12. annis; & quod non contrahat matrimonium, & a militia deponatur.

Tertio, quod nullo canone imponitur ei poena ipso iure perditionis iuris patronatus Ecclesiae, vel feudi, vel aliorum bonorum; & quod licet summi Poenitentiarii potestas sit maxima, tamen est ordinaria, & inferior Papali; & ita iure communi non extenditur illa ad imponendam tam grandem poenam, quae non potest imponi, nisi expresso iure, quaeatur; iuxta glossam singularem & receptam.

Quarto, quod longe minus potest summus poenitentiarius imponere poenam inhabilitatis ad beneficia ecclesiastica liberis huiusmodi presbytericidæ, cum, etiam propter crimen hereticos non imponatur illa poena nisi filijs, vsque ad secundam generationem per lineam masculinam. Quinto, quod qui confessarius huiusmodi poenitentiam imponeret alicui presbytericidæ sibi confesso, dignus esset depositione & in carcerem perpetuum inclusione, per cap. sacerdos 4 & cap. omnis.

Sexto, quod confessarius, qui huiusmodi poenitentiam imponeret, deberet legere d. cap. omnis. ibi, caveat autem: quamuis de consensu eius iusta de causa praestito, sicut possit reuelare confessionem, secundum S. Thomam communiter receptum contra Scotum, Ioannē Maiorem & sequaces eorum, possit etiam poenitentiam praedictam imponere, quantum tamen iustam causam in crimine occulto nunquam aut raro arbitror inuentum iri.

Aduertendum primo, quod hoc responsum videtur intelligendum de presbytericida omnino occulto. Secundo aduertendum, quod etiam hodie, ut refertur, Poenitentiaria officium, quando das literas pro publico presbytericida, apponit adhuc dictam poenam, quae tamen ita restringitur, videlicet, quod si vbi nunc reperitur, delinquens eius delictum sit occultum dicta publica poenitentia non imponatur, sed ab eo exigatur iuramentum, quod quam primum venire poterit ad locum perpetrati delicti, illam exequetur: septimam autem poenam de amissione feudi & iuris patronatus restringit ad illa quae obtinebat in Ecclesia, cui presbyter seruebat. quo ad tertium de inhabilitate descendenti ad beneficia, absolute dicit quod eius liberi sint inhabiles ad beneficia, nisi cum eis per Sedem Apostolicam dispensetur. has autem vltimas duas poenas non tam per modum poena imponenda, quam per modum declarationis dictarum poenarum ipso iure incursum iniungit. fuit quae haec formula obseruata post hoc responsum auctoris, qui erat consultor Theologus, dicti officij. & potest pro ea adduci cap. in quibusquam. de poenis. & a simili cap. felicis. de poenis in 6.

a Ioan. ca. 10.

b De poen. & remiss.

c Qua penul. est c. si de iure patr.

d De poe. d. 6. c. De poen. & remiss.



SVMMA RIVM.

- 1 Compositio, que pro gratia reformatoria in utroque foro obtinenda exigeretur, non potest exigi, si eadem gratia in foro tantum conscientia impetretur. num. 3.
- 2 Stultus etsi melioris conditionis esse non debeat, quam sapiens, per accidens tamen & mediate quandoque aliter se res habet. num. 5.
- 3 Pœnitentiaria omnia gratis sine vlla exactione concedere, & expedire tenetur, & sequen.
- 6 Impedito, seu suspenso propter suã culpã, non currit prescriptio.

CONSILIVM XXIX.

AN quando gratia à Papa in utroque foro obtenta ad contrahendum matrimonium in aliquo gradu prohibito, propter occultam surreptionem efficitur inualida, & impetrantes in Dataria solent compositionem soluere, Pœnitentiarius maior ad dictam compositionem soluendam cogere, si desuper dispenset, valeat?

1 Pro parte affirmante facit primo, quod impetrans aliquod beneficium, expresso minore valore, si postea impetret aliã gratiam, quę appellatur, perinde valere, expresso vero & maiori pretio, cogetur soluere partem annarę, quam non fuit coactus soluere propter expressionem minoris valoris.

2 Secundo facit, quod non debet esse melioris conditionis stultus, quam sapiens. ^a At prudens, & verax, qui expressisset huiusmodi copulam, soluisset compositionem: ergo & is debet soluere.

3 Pars autem negans est tenenda. Tum quia pœnitentiarius maior tenetur expedire vbiq; gratis, vt in eius facultatibus exprimitur, & non dicitur gratis expediri, cum aliquid exigitur per viam compositionis, secundum vsum loquedi Curia, & recte quidem: quia exigere ab inuito, est extorquere. ^b

Tum quia Pœnitentiarius maior non solũ non potest quicquam exigere, sed neque sponte datum etiam pro munere accipere, vt in prescriptis facultatibus habetur. Tum quia ob nullam causam licet, vel licuit vniquam alicui mentiri, ^c & prefatus Illustrissimus tenetur in literis suis testari, eas gratis vbiq; esse expeditas: & ita si tenetur cogere ad soluendam compositionem, cogetur mentiri, quod est absurdum.

Tum quia tam summo Pœnitentiario, quam alijs omnibus sui pratorij officarijs indictum est onus seruandi tantum secretum, quantum confessorius debet de his, quę ratione sacrę confessionis nouerit. At imponere onus componendi, esset reuelare saltem indirecte secreta sui pratorij: ergo non licet. ^d Tum quia nulla est causa, cur prefatam compositionem cogantur prefati soluere. Non quidem prior illa dispensatio, quę ad vtrumque forum fuit data: quia illa fuit nulla, & ex nihilo nihil fit, iuxta Philosophum ^e & quod pro nihilo, siue sine causa datur, repetitur. ^f Non etiam posterior ad forũ conscientia tantum data; quia illa debet omnino gratis fieri, & causę secretum seruari, vt prescriptum est.

4 Non obstat prius oppositum, quia arguitur à separatis, contra l. Papinianus, & in quibus est diuersa ratio. nam in opposito agitur de reformatione gratiæ quo ad vtrũque forum, cui congruit exactio, & solutio; in casu autem nostro de reformatione gratiæ quo ad forum conscientia tantum, cui repugnat exactio, immo & solutio spontea.

5 Ad posterius oppositum respondetur primo; concedendo, quod stultus non debet esse melioris conditionis quam sapiens; negando tamen, quod in hoc casu melioris conditionis fuerit stultus, id est surreptitię impetrans, quam sapiens, id est abque surreptione impetrans: quia immo fuit peioris; quia impetratio stultę, id est surreptitię facta, non valet; & sapienter, id est, sine surreptione facta valuisset.

6 Secundo respondeo, quod assumptum est verum solum quo ad ea, quę immediate procedunt ex illis, non autem quo ad ea quę mediate: nam semestre ad conferendum currit collatori non suspenso, & ita sapienti à die scitę vacationis, non autem collatori suspenso, & ita stulto, iuxta ca. quia diuersitatem, ^h per quod maxime commendatum dixit Lalou, ⁱ quod impedito propter culpam suam non currit prescriptio. cuius ratio est, quod illud priuilegium non nascitur immediate ex culpa, sed mediate ex suspensionis impedimento, quod nascitur ex culpa: & in casu proposito non agitur de ijs quę immediate sequuntur ex eo, quod factum est stultę, vel

^a Ca. eil qui de preben. li. 6.

^b Le. fidei commissi. §. si vt ff. de legat. tercio. §. gloss. ce lebris c. exigit de consib. li. 6. ver. exigere. c. a. primũ. c. no quis. a. 2. g. 2.

^d Ar. c. sacer dos. de pre. d. 5. c. omnis. de pre. & remiss. cum ei adnot. e In 2. Phys. ff. de condic. sin. cau. l. a. & vltim. ff. de mmo.

^h De concess. preben. l. in §. vniuers. col. 6. de acti.

A sapienter, vt palam est. Salua, &c.

SVMMA RIVM.

- 1 Papa habet super omnes Christianos iurisdictionem immediatã à Deo quo ad omnia spiritualia.
- 2 Ius referuandi casus non tollitur ab Episcopis, etiam si Papa concedat aliquibus aliis potestatem absoluendi a sic referuatis in quibusdam casibus.
- 3 Presbyter omnis potest solo iure diuino attento absoluere quemlibet à quolibet peccato, non tamen iure humano.
- 4 Contrahere, & cõuentiones facere iure naturali omnibus licet, & tamen iure Casareo multi ad id inhabilitantur.
- 5 Iure naturali & diuino aliqua competunt multis, quę tamen Pontificio quo ad spiritualia, & Casareo quo ad temporalia restringi & limitari possunt.
- 6 Glos. cap. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remiss. error, quod parochiani de iure diuino tenentur confiteri proprijs parochis.
- 7 Ius naturale & diuinum potest per rationem naturalem declarari & limitari, non tantum per legem à Papa latam quo ad spiritualia sed & Principis quo ad secularia, & etiã per consuetudinem rationabilem.

CONSILIVM XXX.

AN PAPA possit concedere facultatem absoluendi à casibus referuatis ab Episcopis, eis inuitis, cum talis referuatio videatur de iure diuino?

1 Non videtur satis tuta opinio cuiusdam viri eruditi, quã publicauit in tractatu suo de casibus Sedi Apostolicę referuatis, sub finem; nempe quod confratres sanctissimę Trinitatis, & alij Christi fideles non possunt absolui à casibus referuatis Episcopis, eis inconsultis, auctoritate bullę Gregorij XII. per quam facit eis facultatem in hæc verba. *Et insuper ipsi confratres, vsque, iniungere.* Prefatus enim auctor fundat suam opinionem in eo quod Papa non potest tollere ius diuinum, & quod iure diuino est concessa potestas Episcopis referuandi sibi aliquos casus, quę potestas videretur eis auferri, si virtute predictę concessionis possent prefatis Christi fideles absolui à peccatis referuatis Episcopis. Quę tamen opinio non est vera, nec bene fundata.

Tum quod Papa habet super omnes Christianos iurisdictionem, iuxta extrauag. *vnam sanctam*, ^a & dictum Innocentij ^b ampliatum per Felinum, ^c & non solum qualem qualem, sed immediatam quo ad omnia spiritualia, vt colligitur ex S. Thoma recepto. ^d Et sicut habet illam immediatę super omnes, ita eam accepit immediate à Deo, & ideo nemo alius potest eam illi tollere, vel minuere ^e.

2 Tum quia non satis cautę arguit tolli ab Episcopis ius referuandi casus, eo quod Papa conferat facultatem absoluendi ab eis aliquibus aliis in aliquot casibus, vt in casu proposito: quia effectus arguit à sublatione partis ad sublationem totius, & sic à minori ad maius affirmatiuę, contra regulas dialecticorum, & Baldi. ^f

3 Tum quia etiam omnis presbyter, solo iure diuino attento, potest absoluere quemlibet à quolibet peccato, vt aliàs diximus, & efficaciter probauimus in cap. *placuit*. ^g Attamen plurimis id non licet iure humano Papę id vetante: nec sequitur ex hoc tolli eis potestatem illam diuinitus eis datam.

4 Tum quia iure diuino naturali licet pacisci, & contrahere, ^h nihilominus iure non solum Pontificio, sed etiam Regio vetantur multi ad paciscendum, & contrahendum; nec propterea tollitur ius naturale, & diuinum, sed tantum ex æquo & bono restringitur.

5 Tum quia omniũ vna est conclusio, multa iura iure naturali & diuino competentia multis restringi; & limitari posse à summo Ecclesię principe quo ad spiritualia, & à seculari quo ad temporalia, tam per cap. *cum secundum* ⁱ & iuxta cap. *quod in dubiis*, & cap. *pœna*, ^k per interpretationem inter ius, & æquitatem interpositam, iuxta l. 1. ^l quã per pœnę impositionem, iuxta l. *quisquis*, ^m & ca. *cum secundum*: ⁿ quã per iustam dispensationem, cap. *ex multa*, & toto tit. *de voto*, & cap. *quanto*, cum eis adnotatis, ^o quã per rationem iustam naturalem, iuxta l. *Lucius*, ^p & l. *item si verb.* ^q & in l. *si venditor*, ^r & copiose tradunt Felinus & Decius, & alij moderni. ^s Et palam est in casu proposito solum ius Episcopi restringi,

^a De maiori. & obed. b In cap. 1. de consil. c à num. 4. d In tract. de erroribus Gregorij 7. 66. e In seq. alijs cap. 32. f Cap. cum in per mundum. g De pœn. di. 6. à num. 2.

^h Le. 1. ff. de pacis.

ⁱ De bar. li. 6. k De pœnis. l C. de legib. m C. ad l. tuam maiest. n De heret. lib. 6. o De iure iuram. p De iustitio. q ff. de rei v. r §. constat ff. commu. prad. s In d. c. qua in ecclesiã.

a De poenit. & remiss.

& limitari ex causa iusta, sancta, & honesta. 6. Tum quia glossa cap. omnia vtriusque. a damnatur ibi communiter, quatenus dicit confessum religiosi habentibus privilegium audiendi confessiones a Papa, teneri ad confitendum iterum suis parochis, si absque ipsorum licentia confessi fuerint ipsis.

b De hereticis.

Tum quia prefata opinio sapit heresim Ioannis Poliaci damnatam per extrauagantem. vas electionis. b quatenus asseruit, quod stante statuto cap. omnia vtriusque sexus. non potest Papa facere, vt parochiani non teneantur confiteri proprio sacerdoti, seu parochio Ecclesie, & quod Papa non potest dare licentiam audiendi confessiones, quin confessus habenti eam teneatur eadem peccata iterum proprio parochio fateri.

c De sepulchris.

Tum quod destruit clem. dudum. c & omnia Iobelea, & Cruciatas, & confessionalia, quibus fit facultas eligendi confessores, & consuetudinem generalem totius Ecclesie Christiane, quae contrariam eius opinionis sententiam vbiq; terrarum seruat.

d Casus qui dam. 25. q. 1.

Tum denique quod facile diluitur argumentum eius: concedendo quidem Papam non posse tollere ius diuinum in totum, d concedendo item potestatem reseruandi sibi aliquos casus iure diuino Episcopis conuenire: negando tamen, quod non possit Papa illam ex iusta causa limitare, & restringere aliquo predictorum modorum: negando item, quod per limitationem & restrictionem in hoc casu factam tollatur Episcopis potestas reseruandi potestatem absoluedi sibi in aliquot casibus, per supradicta.

e In ca. fm. de consuet. 2. 1.

7 Quin & Panormitanus dicit, e securus Innocentium receptum ab omnibus, quod per rationem naturalem potest declarari, & limitari ius naturale, & diuinum non solum per datam legem Papae quo ad spiritualia, sed per legem alterius principis quo ad secularia, sed etiam per consuetudinem rationabilem, vt passim limitatur preceptum de non occidendo, & de stando duorum vel trium testimonio.

S V M M A R I V M.

1 Episcopus dispensandi facultate a Concilio sibi concessa cum alterius Episc. subditis vti non potest; at sequendo opinionem Federici de Senis, cum monacho exempti monasterij existens in sua diocesi potest.

C O N S I L I V M XXXI.

AN liceat Episcopo per facultatem a Concilio sibi concessam absoluere, & dispensare cum exemptis suae diocesis, & cum extraneis aliarum?

f 5. penult. de oblatio. lib. 6. g 5. socias. ff. de dam. infec. h In c. nonnulli. li. cap. 31. de rescrip. i Consil. 14.

1 Respondeo primo, non posse Episcopum vti illa facultate in subditos alterius Episcopi: quia verba dispositionis non conueniunt eis, ergo nec dispositio, iuxta ca. indemnitate. f & l. 4. 8 & Felinum. h

Secundo, quod qui tenuerit opinionem Federici Senensis i scilicet, quod monachus monasterij exempti existens in episcopatu alicuius Episcopi, potest subdere se Episcopo illi ordinario quo ad huiusmodi absolutiones, renunciando quo ad illud privilegio exemptionis, poterit tenere, quod Episcopus possit in talem monachum volentem vti ea facultate, non autem qui tenuerit contrariam. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Puniendus proprie pro culpa alterius nemo est: vnde negligentia executoris, vel heredi non dimittit meritum gratiae, vel relaxationis poenae, quod defunctus viuens acquisiuit; fieri tamen potest, vt a bono consequendo impediatur. & num. 2. 3. 4. 5. 6.

2 Meritum, nec poena post mortem crescit defuncto: nec enim potest tunc amplius bene, vel male mereri; possunt tamen ei applicari, & non applicari suffragia conducentia ad citiorem liberationem. num. 6.

3 Negligentia heredi causare potest, vt anima testatoris in Purgatorio detineatur non restituendo eius debita; quia creditores forte non sic pro eo orabunt. & num. 5. & 6.

C O N S I L I V M XXXII.

Q V A E S T I O est, an, qui restatus, vt centum, vel mille Missae celebrarentur pro liberatione animae suae a poe-

nis Purgatorij post mortem suam tardius ab eis liberetur propter negligentiam executorum tarde celebrari facere procurantium dictas Missas, quam si maturius statim post mortem fierent.

1 Respondeo, pro parte negante facere primo, quod pro culpa vnus alter non est puniendus. a Ergo pro culpa & negligentia executorum non est retardanda relaxatio poenae, quam anima testatoris patitur in Purgatorio.

a Ca. quosdam de his que fiunt a mai. pa. & l. sacrum. C. de poen.

Secundo, quod licet remissio aliquorum peccatorum fiat post mortem, meritum tamen & poena non crescit post illam, iuxta cap. qualis. b ibi, Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio apparebit, & iuxta illud. c Si cecideris lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco cecideris, ibi eris. Ergo testator praedictus ante mortem suam meruit, quidquid iubendo celebrationem praedictarum Missarum meruit; & per diligentiam, vel negligentiam heredis non crescit, nec decrescit meritum eius: & consequenter remissio poenae, quam meruit per praedictum iussum, non debet retardari per negligentiam heredis post ipsius mortem admissam.

b 25. dist. c Eccles. 2.

2 His tamen non obstantibus, dico partem affirmatiuam esse veram. Primo quidem per cap. impletum. d in illis verbis, vt a peccato suo valeat liberari. per illa enim ibi Papa iussit, vt haeredes cuiusdam mortui cogerentur restituere quaedam ab eo erepta, vt a peccatis suis ipse valeret liberari; non obscure significans, quod negligentia heredis in restituendo debita defuncti potest esse causa longioris detentionis animae eius in Purgatorio.

d De raptor.

Secundo, quia negligentia heredum, vel executorum, licet non possit officere defuncto, diminuendo meritum gratiae, vel poenae, quod ipse meruit iubendo aliqua opera pia, potest tamen officere illi minuendo, vel tardando eam, quae ei superuentura est ex illorum operum executione, quam missantes, & alias preces per eum ordinatas facientes essent laturi.

3 Tertio, quod D. Thomas determinat, e expresse, quod mortuus aliquod detrimentum sentire potest ex eo, quod elemosinae, quas mandauit dari, retardantur; ea ratione, quod propter huiusmodi tardationes retardantur orationes, & sacrificia, quae fierent pro anima defuncti, ex quibus plurimum iuuaretur.

e In quod. 6. artic. 13.

4 Ad primum autem eorum, quae sunt adducta in contrarium, respondetur praemittendo, quod aliud est puniri quem pro alterius culpa, & aliud impediri per culpam alterius, ne veniat alteri bonum, quod euenisset ei, si culpa alterius non intercessisset. Filius enim innocens non punitur poena criminis laesae maiestatis diuinae, vel humanae a parentibus suis commissi, attamen impeditur euentus acquisitionis bonorum eorum, quae propter illud fuerunt publicata, vel confiscata, iuxta l. quisquis. f & ca. cum secundum leges. g Filius item aleatoris non punitur ob culpam patris alea ludentis; sed si pater sua bona sic ludendo perdat, impeditur euentus eorum in filium, qui eius erat futurus haeres. Hoc praemisso, respondeo, concedendo, quod nemo est puniendus pro culpa alterius vera poena: sed nego, quod frequenter non impediatur euentus aliquorum bonorum in aliquem innocentem propter alterius culpam: & ita concedo, quod poena animae luentis in Purgatorio non possit augeri ob culpam heredis, vel executorum: sed nego, quod bonum liberationis eius non possit impedi per culpam illorum.

f C. ad l. lul. maiest. g De here. li. 6.

5 Ad secundum vero respondetur, concedendo quidem, quod nemo post mortem bene vel male mereri possit: & consequenter, quod praedicti testatoris anima non potest mereri augmentum, vel diminutionem meriti, vel poenae: sed nego, quod ex hoc sequatur, quod non possit applicari, vel impedi remedium suae liberationis, quod alia via, quam meriti sui ipsi euenire poterat per sacrificia, preces, vel indulgentias, quas alij ei tenebantur, vel poterant applicare. Ex quibus inferitur, quod licet verum sit, quod nos dicimus, h videlicet, quod defunctus non detineatur in Purgatorio, donec eius debita soluantur; quia fieri potest, vt moriatur martyr, vel statim post baptismum, quem recta ire in caelum docet fides Catholica, i vel cum contritione ad omnem poenam delendam sufficienti, iuxta cap. mensuram. adiuncta glossa, k vel absolutus virtute Iobalei ad id efficacis, l potest tamen eius liberatio tardari ex

h In d. c. 12. n. 68.

i Ca. baptism. de conse. d. 4. c. cum Mart. tha. de celeb. missar. & ca. debitum. de baptis.

k De po. d. 1. l. Extr. 1. de po. & remiss.

eo, quod

eo, quod heredes eorum debita, præsertim pia, non soluant. 6 Quoniam fieri potest, ut creditores, quibus soluerentur debita, orarent, vel alia pia opera pro eo facerent, quæ liberationem eius maturarent: & inde sequitur, quod negligentia hæredis, vel executoris in soluendo debita, vel exequendo pia opera, nocet quidem defuncto, impediendo remedia prædicta accidentaliter, sed multo magis sibi, incurrando peccata mortifera. Ex quo subinfertur, ritum, aut potius commiseratione dignos esse filios, & alios hæredes, qui miserentes plurimum defunctis, quod propter debita tenerentur in Purgatorio, non miserentur sibi, quod tenentur in statu infernali, notabiliter eorum solutiones differentes, aut negligentes: quod plus satis contingit, ut vbi supra memini. &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Intellect. cap. 5. sess. 21. de quæstoribus, ut non procedat in illis, qui cum egeant, nec possint aliter vivere, per se, vel alios, abstinendo à predicatione, & publicatione indulgentiarum, mendicant. & nu. 3.
- 1 Lex etiam pænalis & odiosa generaliter loquens, generaliter est intelligenda, ita ut comprehendat omnia, quæ sub propria significatione verborum comprehenduntur, etiam si in vno maiori ratio quam in alio militet, fallit, quando reperitur alia specialis lex, siue anterior, siue posterior. nu. 2. vel aliqua ratio ex lege altera deducta illam limitans. nu. 3. vel sequeretur absurdum. nu. 4.
- 3 Mendicare illi qui non potest aliter vivere, etiam si sit sanus, lex naturalis, & diuina nedum permittit, sed quandoque præcipit, & hoc non solum pro se, & per se, sed pro alijs, & per alios. nu. 5. nec credendum in dubio per legem generalem hanc mendicandi & quæstionandi actum prohiberi. nu. 3. & 6.

CONSILIVM XXXIII.

AN verba Concilij Tridentini de quæstoribus elemosynarum abolendis, comprehendant fratres S. Antonij pro se & a grotis mendicantes?

1 Respondetur, quod non: & difficultas tota defendendi prædictam conclusionem, quæ mihi videtur verissima, videtur consistere in soluendo vnico argumento, quod contra eam primo aspectu videtur, videlicet, quod omnis lex generaliter statuta, generaliter est intelligenda, b et si maior ratio in vna specie, quam in alia inueniatur, c ut post & ante alios tradit Decius. d Ita quod etiam lex odiosa & pænalis comprehendit omnes, & omnia, quæ sub propria verborum legis significatione continentur, iuxta L. cum lege. e vbi hoc adnotat Atretinus receptus sapissime à recentibus eruditioribus, Decio, Alciato, & alijs, quos refert Decius f & quod d. g Concilium Tridentinum h tollit generaliter, & vniuersaliter omnes quæstos; & negari non potest religiosos prædictos S. Antonij quærentes à pijs fidelibus elemosynas, ex propria significatione vocabuli verè dici quæstos, cum verè sibi, & pauperibus, & ægrotis ad eos confugientibus quærant mendicando, & petendo elemosynas.

2 Huic autem argumento responderi potest primo, non esse locum fundamento assumpto in eo, quando per legem aliam limitatur lex generalis, vel excipitur aliquis casus ab ea, iuxta glossam receptam, i siue lex excipiens, & limitans legem generalem præcedat eam, siue sequatur, iuxta l. sed & posteriores. k & glossam in l. secundum. l iuncta glossa authentice offeratur. m At in casu proposito bulla Romanorū Pontificum præsertim illa Pij III. facta ante publicationem Concilij, & alia facta post publicationem eius, quæ vim legis habent, n excipiunt à dispositione prædicti Concilij, o quærentes elemosynas pro religiosjs, & infirmis S. Antonij, & ita non habebit locum in eis.

3 Secundo responderi potest, quod prædictum assumptum prædicti argumenti non habet locum in eo, quod ratione alterius legis excipitur à lege loquente generaliter, & indistinctè, ut adnotauit Baldus receptus. p At in casu proposito non solum vna ratio, sed etiam multa inueniuntur, per quas prædicti religiosi debent excipi à lege illa generali prædicti Concilij. q

Prima quidem, quod inferior non potest, nec in dubio intendit tollere legem superioris, r & consequenter nec lex humana legem naturalem, & diuinam, s & lex naturalis & diuina permittit & interdum præcipit quætere mendicando egen-

ribus ægrotis, & sanis, qui aliter quàm mendicatione vivere non possunt. * At prædicti religiosi, & ægroti ad eos confugientes, & eis inferuientes non habent unde se alant, & cutent, nisi mendicando à pijs fidelibus quærant, ergo non fuit intentio Concilij condentis legem humanam, quæ habetur ibidem, b tollere naturalem, & diuinam, quæ est illa superior.

4 Secunda ratio est vitandæ absurditatis, quæ consequeretur illud, c nisi sic limitaretur, consequeretur enim, quod nulli religiosi mendicantes possent mendicare: quod videtur quoddam absurdum, & quædam in obiecto repugnantia, videlicet, quod sint mendicantes, & non possint mendicare, contra l. vbi repugnantia. d Quod autem consequeretur, patet ex eo, quod tam verè & propriè ac alij ordines mendicantes dicuntur omnes illi quætere suis monasterijs, aut ordini in communi, aut S. Sedi Apost. quod dico præcipue propter Franciscanos, qui non possunt habere bona etiam in communi, iuxta e Concilium Tridentinum, sed possunt quætere S. Sedi Apost. f Tam inquam verè & propriè quærent prædicti mendicantes prædictis suis monasterijs, aut Sedi Apost. ea quæ quærant mendicando, quàm religiosi Antoniani quærant suis monasterijs, ut palam est: quia cum sint verè religiosi, ut prædictus Pius III. summus Pont. declarauit, non possunt quætere, nec habere quidquam, nisi in communi, iuxta cap. non dicatis. g cum iis quæ ei nuper late fuerunt per nos adiecta: ergo si prædicti ordines mendicantes possint ostiatium mendicare, poterunt etiam idem prædicti Antoniani facere,

5 Tertia ratio, quod lex naturalis & diuina non solum permittit, ut egentes, & qui non possunt aliter quætere victum, quærant sibi per semetipsos mendicando ostiatium, sed etiam ut quærant per alios pios ad id substitutos, immo & ut alij sponte sua in id oblato, aut publica auctoritate in id deputati id faciant pro eisdem, qui per se ipsos mendicare nequeunt, ut habet praxis, & vsus totius populi Christiani, quatenus multi pauperibus ægrotantibus in suis priuatis domibus, & multi pro sanis, quibus pudor est egere, & mendicare, h & multi pro monialibus, & alijs personis in carceres vel alia loca coniectis & inclusis, & multi pro varijs generis hospitalibus passim ostiatium publicè & priuatim mendicant, & nonnumquam concionatores ex ipsis suggestis, & consequenter prædicti religiosi Antoniani non solum poterunt per semetipsos pro se ipsis suscipientibus igne sacro ægrotos, & pro ipsis ægrotis, & seruientibus eis mendicare, sed etiam substituere, & nominare, & in socios & fratres accipere alios pios, qui id piè & fideliter faciant.

6 Quarta ratio, quæ prouenit ex abusibus, colligiturque ex legibus canonicis, i pro quorum declaratione additum fuit prædictum cap. 9. k limitat prohibitionem procedere solum in quæstoribus, qui quærant elemosynas mendicando, vel publicando indulgentias concessas eis, qui manus aditricas porrexerint pijs locis, quorum sunt quæstos, & pro quibus petunt: colligitur inquam dicta ratio ex eo, quod illæ leges ponuntur in tit. de pœnit. & remiss. & in capitulis, quæ tractant de indulgentijs, & de vsu, vel abusu quæstorum in eis publicandis. Colligitur etiam ex fine prædicti cap. 9. quatenus prohibet publicari indulgentias per quæstos, & permittit earum publicationem per deputatos in id ab ordinarijs.

Cum ergo solum sit argumentum prædictum, cum quo sit reddita ratio, qua necessario limitandum est prædictum capitulum nonnum, ut non procedat in eis, quibus lex naturalis & diuina permittit quætere mendicando, etiam si prædictus Pius III. non limitasset, cumque ipse ad redundantiam limitauerit, consequi videtur proculdubio prædicta conclusio. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Indulgentia nedum orantibus & ieiunantibus, sed etiam elemosynam porrigentibus à Papa concedi iuste potest, cum & ipsa sit opus pium, & satisfactorium.
- 2 Elemosyna locis religiosjs & pauperibus facilius conquiritur per indulgentias, quæ porrigentibus manus aditricas conceduntur, quàm per simplices bortatorias, vel alia media.

Cap. p. sess. 21.

b Cap. solita. s. f. de n. mo. & obediunt. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præst. c. l. 1. §. quod autem. ff. de elec. l. i. §. de alio. d. Consi. 609. c. ff. de testa. l. in l. factum. §. in pænali bus. v. 12. ff. de reg. iuris. g. Cap. 6. h. Sess. 21. i. In l. de presio. ff. de publ. in rem. act. k. ff. de legib. l. §. qui iuris. cog. m. C. de litisco. test. n. Ca. ipsi sunt canones. p. q. 3. & l. 1. ff. de const. t. princi. o. Cap. o. p. In d. p. 10. q. Cap. 9.

r. Cap. inferior. 21. di. & c. de. ne Romani. de ele. s. Ca. quo iure. r. d. & ca. iure quidam. 25. q. 1.

a Cap. quiescant. 42. d. c. 1. §. 1. de religiosjs domib. lib. 6. b In d. cap. 9.

ff. de reg. iuris.

c Ca. 3. de re. sess. 25. f. Ca. exij. §. porro. & §. 1. hac. de re. b signi. l. o.

g 12. quæst. 1.

h Cap. exprobranda. c. c. consideranda. 86. dist. 1.

i Ca. cum ex eo. de pœnit. & remiss. & c. abstinentibus. cod. 111. k Sess. 21. de re format.



CONSILIVM XXXIV.

PAPAE an liceat concedere indulgentiam aliquam plenariam porrigentibus manus adiutrices in elemosynam valde necessariam conuenibus religiosorum Hierosolymis degentium?

Secundo, an sit alius modus colligendi predictam elemosynam expedientior, quam per concessionem predictae indulgentiae?

AD PRIMAM questionem respondeo, licere. Tum quia vsus longaeuus Ecclesiae Catholicae id decreuit, & seruat hodie, cum concedit bullas Cruciatum. Tum quia sicut oratio & ieiunium, ita & elemosyna est opus satisfactorium, & pium, secundum S. Thomam & alios, & Sotum. Ar ob orationem, & ieiunium concedi potest indulgentia, ergo & ob elemosynam: pro quo est illud Danielis ad Nabuchodonosorem, Peccata tua elemosynis redimis.

AD SECUNDAM respondeo, vix inuentum iri aliam viam faciliorem & efficacior, quam per indulgentiam predictam: memini enim tam exiguam pecuniam fuisse coactam in Hispania, cum illa heros Christianissima Princeps Portugalliae donna Ioanna Castellae gubernatrix perisset subsidium voluntarium, & a toto regno in bellum recuperandi Bugiam tunc perditam, vt vix ministris ad id missis sufficeret. Romae etiam video aliquos mendicantes etiam de licentia Pont. Max. in piissimas causas parum colligere.

SVMARIYM.

- 1 Indulgentia concessa quari non potest, nisi vnus ad eam querendam impositum adimpleatur; ita vt nec vnus dies, nec vnus locus possit pro alio a parte etiam ex causa iusti impedimenti subrogari. nu. 2. cum sit quadam dispensatio, & sic odiosa, & stricte interpretanda. nu. 3.
4 Dominico die communicare melius videtur, quam die feriato.

CONSILIVM XXXV.

CONCESSA fuit quibusdam consuetis confiteri, & communicare octauo quoque die indulgentia plenaria comunicando die Dominica. Quiritur, an si ob aliquam causam loco diei Dominicae communicatio die hebdomadae, lucentur indulgentiam.

Videtur quod non. Tum quia quaeritur indulgentiam, debet facere opus, & subire onus, quod ad eam quaerendam imponitur ei, arg. extrauagantis vniuersus §. statuentes. d quem in hoc poteramus. e Tum quia Paludanus ait, f Non implenti conditionem, non profunt indulgentiae, etiam quod impediatur paupertate. At S. D. N. in casu proposito solum concedit indulgentiam plenariam consuetis confiteri & communicare singulis octo diebus, comunicando die Dominico; ergo oportet illo die comunicare, vt eam consequantur.

Tum quia valet argumentum de loco ad tempus, iuxta l. vinum. §. adiunctis plurimis, quae ibi citat Iason h in quibus est exemplum glossae elem. 2. i quae habet ita posse ob necessitatem comedi carnes in loco prohibito, sicut in tempore prohibito; sed ad quaerendam indulgentiam requiritur, vt quis adeat locum, vbi conceditur illa, vt probat praefata extrauagans vniuersus. in quod nos illam h ponderamus, quatenus probat etiam carcere, vel alio iusto impedimento detentum non posse quaerere indulgentiam, nisi adeat locum vbi conceditur illa, nisi aliud exprimat in concessione: ergo neque indulgentia quaerenda per communicantem die Dominico poterit quaeri die alia.

Tum quia concessio indulgentiae est quadam dispensatio, & ita odiosa, & stricte interpretanda, vt habet glossa antiqua, i & etiam Paludanus appellat eam stricte iuris, m quorum dicta confirmamus nos vbi supra. n

Tum quod maior ratio suadet concessionem indulgentiae plenariae comunicanti die Dominico, qui est festum celebre, quam die feriato: vnde & S. Augustinus magis commendat videtur communicationem die Dominico, quam alio die feriato faciendam. o Tum denique quod a proprio & pleno verborum sensu non est recedendum, nisi aliud de mente disponentis constet, p at proprior & planior praefata concessionis sensus est is, quem nos sequimur: ergo non est ab eo recedendum. Vt parerem autem patribus & dominis

a Li. 4. sent. d. 15.
b Distinc. 19.
c Cl. 1. de reliquis & vener. sanctorum.
d co. cum ex eo de pen. & remiss.

d De pen. & remiss.
e In tra. de indulg. super §. in Lounico.
f In 4. di. 20. q. 4. col. pen.

g ff. de re. cre. l. in 1. notat.
h De consub. uer. regulari

klm d not. 19.

l Reg. Can. col. 50.
m In 4. d. 20. q. 4. col. fin.
n Nos ab. 9. n. 7.
o In e. quorid. die. de cōsecr. dist. 2.
p L. e. non aliter ff. de lega. 3.

meis M. & N. & satisfacere aliquibus aliis suae Illustriss. Religionis, non parui medicis consulentibus, ne quaestioibus, & decisionibus animum intenderem, donec morbus meus auricularis recederet, confidens omnipotentis Iesu misericordiae, quod obsequium hoc eis serius exhibitum non cederet in peius, licet parum necessarium sit viris eruditissimis, quorum ipse consilium & desiderare, & exequi libenter soleam.

SVMARIYM.

- 1 Indulgentia magna an paruis de causis acquiratur, & an statim anima a purgatorio liberetur remissive.
2 Indulgentia concessa mortuo, per existentem in peccato quari potest, & per opus quod solo opere operato prodest.
3 Peccans spe veniae consequenda per bullam concessam, vel concedendam, potest nihilominus per illam absolui, nisi in bulla contrarium statuatur.

CONSILIVM XXXVI.

QVÆRITVR, an statim atque per viuos factum est quicquid in bulla Papa fieri praecipit pro defunctis, credere possimus, quinimmo teneamur, animas illas, pro quibus talia opera facta sunt, liberare profus ab omnibus poenis euadere.

Respondeo me hanc questionem valde serio tractasse in com. de indulg. & breuius in Enchiridio de orat. vbi adducuntur, & conciliantur omnia saltem praecipua, quae pro vtraque parte afferri possunt; concludendo quid credere possumus, quidque teneamur credere circa effectum magnarum indulgentiarum pro paruis causis concessarum.

AN PER OPVS existentis in malo statu possit quaeri indulgentia mortuo: Respondeo, quod sic, ea ratione, & eis testimonijs, quae tradimus in d. com. de indulg. & tangimus alibi d siue opera, ob quae conceditur indulgentia, sint Missa, quae ex opere operato profunt, siue alia, quae tantum ex opere operantis: quoniam ratio prior & efficacior ibi allata ad vtraque extenditur.

AN PECCANS spe veniae consequenda per bullam iam concessam, vel postea concedendam, possit absolui per eam? Respondeo quod sic, nisi concedens bullam, vel indulgentiam, exciperet etiam eo modo, vt latius disputando in vtramque partem tradimus in tract. de indulg. posteaquam duas quaestiones praecedentes plurimum contingentes determinauimus, &c.

SVMARIYM.

- 1 Indulgentia plenaria concessa per modum suffragij anima, pro qua super tali dicitur Missa, non requirit potius vnam Missam, quam alteram.
2 Missarum omnium quo ad opus operatum valor aequalis: & licet ex opere operantis Missa de requiem defunctis vno respectu plus proficit, alio tamen respectu alia; quia forte augetur deuotio, & quia longior potest plus prodesse.
2 Missarum valor ex opere operantis procedens variatur secundum maiorem & minorem deuotionem, cum qua dicuntur.

CONSILIVM XXXVII.

SANCTISSIMVS concessit priuilegium, vt quocies diceretur Missa in tali altari pro defunctis, anima illa per modum suffragij indulgentiam plenariam consequatur.

Quiritur, de qua Missa intelligendum sit priuilegium ad effectum praedictum operandum.

Ad quaestione respondeo, quod ad praefatam indulgentiam quaerendam, vel impetrandam pro anima defuncti, sufficit qualibet Missa, tam de sancto, quam de feria, quam de defunctis. Tum quia beneficium principis late interpretandum est, f modo non sit ambitiosum. s Tum quia bulla D. N. generaliter sine restrictione concedit praefatam indulgentiam pro qualibet Missa sine restrictione ad Missam de defunctis, vel de aliquo sancto, vel feria: & dispositio generaliter loquens, generaliter est intelligenda, h

Tum quia omnes Missae sunt aequalis valoris quo ad valorem, quem ex opere operato operantur, i Tum

a Super §. in Lounico ca. 11. ania. de pen. dist. 1. not. 15.
b Ca. 19. col. 43. num. 63.

c No. 22. n. 30
d In nota. 17. nu. 4.

e Not. 34 n. 6.

f Le. 1. ff. de const. prin.
g Ca. quamuis. de prob. lib. 5.
h Le. de pro. tio ff. de publ. in rem. actio. c. solita. sub ff. de maior. obed.
i Ca. instra. 9. 1.

quia

quia licet valor Missæ pro defunctis valeat aliquid amplius quo ad valorem operis operantis, ea ratione, quod totus fer e tenor eius resonet de functionum commemorationem: alio tamen respectu valet minus, quia breuior est, & breuius & minus attente ut plurimum dicitur, quam alia. illo item, quod frequenter memoria noua sancti, & nouitas officij auget deuotionem missantis, ex qua pendet valor operis operantis. Tum denique quod frequentissime contingit aliquem mori vespere, vel mane alicuius magni festi, cuius animæ desiderant propinqui opitulari, & non possent ope huiusmodi Missæ, quæ esset maximum & præsens remedium. Quo fit, ut ego, qui habeo priuilegium à S. D. N. datum, eo quod non ex eo domo, ut Missa, quam domi dixerit pro aliquo defuncto, tantum proficit ei, quantum solebat prodesse illa, quam dicere solebam, cum exibat domo, in altari priuilegiato Sanctissimæ Trinitatis, interdum soleam dicere Missam de defunctis, & frequentius alias, quæ occurrunt de sanctis, & aliquot feriis.

S V M M A R I V M.

- 1 Indulgentia stricte est interpretanda.
- 1 Indulgentia trium dierum ieiunium requirente, duorum non sufficit.
- 2 Indulgentia, nisi totum iniunctum fiat, non quaritur, nec in totum, nec in partem.
- 3 Copulatiua ut sit vera, debent omnes eius partes esse vera.
- 4 Dandum, vel faciendum aliquo tempore, potest ante fieri, quando est adiectum in fauorem debitoris.
- 4 Debitum in diem tunc demum ante diem solui potest, si dies sit apposita in maius commodum debitoris, alias non.

CONSILIVM XXXVIII.

INDVLGENTIAM concessam ieiunanti, oranti, & eleemosynam facienti feria quarta, sexta, & sabbato vnus hebdomadae, an consequatur is, qui vna præfatarum feriarum tantam facit eleemosynam, quantam omnibus tribus erat facturus?

1 Respondeo, quod pro parte negatiua facit primo, quod concessio indulgentiæ restrictè est intelligenda, arg. ca. *porro*.^a quod in specie dixit quædam glossa recepta^b quam ad hoc citamus in com. de indulg.^c

Secundo, quod non sufficeret vna vel duabus præfatarum feriarum ieiunare, & orare, ut expresse determinauimus in d. com. de indulg.^d ergo nec facere eleemosynā pari ratione.^e

2 Tertio, quod indulgentia nõ queritur alicui, nisi faciat totū illud, quod ad acquirendā illā præstituitur: adeo quod nihil queritur, etiam si bona pars illius fiat, arg. l. *cui fundus*^f & probat in specie contextus extrauagantis *vnigenitus*.^g ut ex ea collegimus.^h

3 Quarto, quod dispositio copulatiua ad sui veritatem requirit, ut omnes eius partes sint verae, i ergo ad hoc, ut quis verè dicatur largitus esse eleemosynam quarta feria, sexta, & sabbato, non sufficit ut largiatur vna vel duabus illarum.

4 Quinto, quod licet id, quod est dandum, vel faciendum aliquo tempore, possit fieri ante illud, quando tempus est adiectum in fauorem debitoris; non tamen potest id fieri, quando adiectum est in fauorem alterius, ut nos tradimus in Enchir. de orat.^k asserentes, quod pœnitens iussus recitare Psalmodos pœnitentiales septies septem hebdomadis, non satisfacit dicendo illos septies in vna hebdomada, si tempus non fuit adiectum in fauorem eius, ut leuius eos recitare possit, sed ad hoc, ut maiore tempore desisteret peccata: & in casu proposito videri potest onus de faciendo eleemosynā trib. diebus, adiectū esse, ut diutius & pluries bene operaretur. Per quæ omnia videri verior hæc pars de rigore iuris; quamuis ex quadam æquitate, & tacita concedentis mente dici possit partem affirmatiuam esse veram in eo, qui feria quarta expressâ mente largiretur eleemosynam, quam in illa & in aliis duabus facere intendebat, per ea quæ nos tradimus in d. Enchir. cap. 3. à nu. 23. &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Indulgentia pro mortuis concessa ad viuos non extenditur.
- 1 Indulgentia ut queratur per solum factum alterius viuo, raro conceditur.

CONSILIVM XXXIX.

AN indulgentia concessa per Papam capellis N. ad instar concessæ capellæ ad Præsepe, videatur respicere animas viuorum, ita ut qui viuens celebrabit vnam Missam in

A eis, illam consequatur, sicut eam consequitur anima mortui, si pro ea celebretur?

1 Respondendum videtur non respicere animas viuorum, neque alios viuos in eis celebrantes. Tum quia rarissime conceditur cuiquam, ut suo solo facto querat indulgentiam animæ alterius adhuc viuentis, & huiusmodi rara nec lex ipsa respicit, l. 3. & 4. ff. de legib. Tum quia Pontif. Max. non videtur voluisse maiorem gratiam facere celebrantibus in prædictis capellis, quam celebrantibus in capella ad Præsepe Domini: at celebrantes in ea non querunt indulgentias pro viuis, sed solum pro defunctis. Nec ad hoc prodest dicere, quod verbum *decesserint*, in concessione prædicta positum, reperitur tam in futuro tempore, quam in præterito: & ita videtur comprehendere tam animas decessuras, quam eas quæ decesserunt. Tum quia phrasis ipsa clausulæ videtur se restringere ad eas, quæ decesserunt ante celebrationem pro eis faciendam, per clausulam, quæ sequitur sequitur, de ijs qui celebrant in dicta capella ad Præsepe, quæ animarum defunctorum tantum meminit: & vna pars dispositionis per aliam eiusdem declaratur, l. i. ff. de reb. dub. Tum quia verba dispositionis remittentis, vel condonantis, debent intelligi de præteritis, & non futuris, l. cum lex. ff. de legib.

S V M M A R I V M.

- 1 Pœnitentia sacramentum ad mortem condemnato denegari non potest, & consuetudo contraria est corruptela, cum sit contraria iuri diuino. & nu. 6.
- 1 Eucharistia sacramentum de iure secundum gloss. receptam denegari non potest ad mortem condemnato. & nu. 12. nulloq; iure contrarium reperitur statutum. nu. 11. & hoc, etiam si esset tradenda per vnam horam ante trucidationem. num. 12. sufficitq; quod lapsus sit tantum temporis, quod species sint transmūtata. nu. 3. & hoc modo sit ieiunus. nu. 12. valet tamen consuetudo ne eidem eodem die occidendo tradatur. nu. 2. 6. 10. & 13. estq; rationabilis. nu. 12. quia indecens videtur, ut qui credi potest intra se abditam habere Christi humanitatem diuinitati coniunctam, trucidetur. nu. 3. Vbi autem non repugnat dicta consuetudo, videtur esse arbitrarium, an pridie diei trucidationis eidem adhuc ieiuno detur, vel ex reuerentia denegetur. nu. 13.
- 2 Sententiam capitalem reus, non nisi eo die quo exequenda est, notificare, rationi congruit; ne rei, vel eius propinqui ante præmoniti, ad euitandam infamiam à iustitia ministris inferendam, anteuertant mortem. nu. 12.
- 3 Reus confugiens ad Eucharistia sacramentum, licet liberetur à potestate ministrorum iustitiæ; secus tamen est, si illud communicando assumat. & nu. 11.
- 3 Corpus Christi manere, donec species digerantur, verius contra gloss.
- 4 Communicare semel in vita iure quidem diuino tenemur; at quod etiam teneamur in articulo mortis, non probatur. & num. 8.
- 5 Damnatorum cadauera non sunt necessario ad sepeliendum concedenda.
- 7 Consecrare ob necessitatem morientis solum panem absque aliis carimoniis, secundum Io. Maio. potest sacerdos non ieiunus: contrarium tamen tenendum. nu. 8.
- 7 Communicare post cibum egrotus, cuius vita an duratura sit in crastinum dubitatur, potest.
- 7 Preceptis duobus concurrentibus, minus maiori cedere debet.
- 8 Confiteri tenemur in articulo mortis peccatum mortale, si sit admissum post vltimam confessionem: quia iure diuino tenemur semel peccatum non confessum confiteri. at qui semel communicauit in vita, ut tenetur de iure diuino, & qui illo anno satisfecit præcepto Ecclesiæ, in articulo mortis communicare iterum non tenetur.
- 9 Lex negatiua fortior affirmatiua cum illa concurrente.
- 10 Infirmus post cibum communicare potest sed non damnatus ad mortem.

CONSILIVM XL.

PETRO primo, an damnatis ad mortem sit Eucharistia post latam & intimatam sententiam ministranda.

Secundo, an eisdem ministrari possit vna, duabus, vel tribus horis, antequam occidantur.

Tertio, an saltem ministrari possit pridie eius diei, quo occidendi sunt, licet iam cibum sumperint.

1 Responsum his aptius præmitto primo, quod iure

a De priuile.
b In regula
so. Innoc. Cæ
cel.
c Super §. in
Leuitico. de
pœn. d. i. not.
9. num. 7.
d Notab. 19.
nu. 1.
e Arg. l. illud.
ff. ad lo. Agri.
c. dudum.
2. de elect.
f ff. de codic.
g Demonstr.
h De pœn. &
remiss.
i In d. nota.
19. à num. 1.
j Le. si heredi
plures. ff. de
cond. insti. &
§. plures. insti.
de heredi. insti.
k Ca. 3. à nu.
23.

a De panis. & remiss. b Verbo penitentie. c Arg. e. quod in re. de penit. & remiss. d Ca. quod in 13. q. 2. e In re. de penit. & remiss. f In re. de penit. & remiss. g In re. de penit. & remiss. h Cap. tribus gradibus. de consecr. dist. 2. i In re. de penit. & remiss. k In re. de penit. & remiss. l Ca. quod in 13. q. 2. m In re. de penit. & remiss. n In re. de penit. & remiss. o In re. de penit. & remiss. p In re. de penit. & remiss. q In re. de penit. & remiss. r In re. de penit. & remiss. s In re. de penit. & remiss. t In re. de penit. & remiss. u In re. de penit. & remiss. v In re. de penit. & remiss. w In re. de penit. & remiss. x In re. de penit. & remiss. y In re. de penit. & remiss. z In re. de penit. & remiss.

communi damnato ad mortem, si petat, debet ministrari sacramentum penitentiae, per clem. 1. & etiam Eucharistia, secundum eius glossam, & communiter receptam, immo & cadauera suspensa, si petantur, ad sepeliendum debet concedi, adeo quidem, ut Rauennas, & concludat iure diuino, canonico, & ciuili hoc deberi, & ita consuetudinem contrariam non valere.

Secundo, quod nos legendo dictam clem. 1. Salmanticae probauimus primo, penitentiam quidem esse dandam penitenti omni iure; etiam diuino: & consequenter contrariam consuetudinem non valere, per cap. mala. & cap. frustra. & per dict. clem. 1. quae declarat eam esse abusum, & ideo compellendos esse iudices ad concedendum eam, non obstante consuetudine, ut illa disponit.

2 Tertio, quod consuetudo Galliarum, & Hispaniarum, ubi sententia ultimi supplicij non datur, vel saltem non notificatur usque ad diem, quo illud subeundum est, & statim executioni datur, videtur conformis iuris rationi, statuenti, ut exequutio sententiae in criminalibus fiat statim, iuxta glossam, & ita non videtur contra ius, saltem diuinum, nec consequenter est contra illud consuetudo, quae consequitur hanc, de non ministranda Eucharistia post notificationem sententiae, etiam si petatur, valere, iuxta quam negata fuit Ludouico Lucemburgo Connestabili Franciae anno 1475. Rege Ludouico X. licet eam vehementer petisset, auctore Roberto Gaguino in vita eius. cuius consuetudinis ratio defumitur ex reuerentia, quae tanto sacramento debetur.

3 Tum quia nonnulla species irreuerentiae est, ducere ad mortem eum, qui credi potest habere reuerentissimam Christi humanitatem eius diuinitati unitam, quae omnium vira est, intra se latentem, contra glossam, quatenus habet, corpus Christi desinere esse sub speciebus panis, & vini, simulatque ore sumitur: manet enim secundum veram sententiam, donec species digerantur, quae non digeruntur citius, quam digerentur, si vera substantia panis eis subesset, ut probat illudmet cap. tribus. & D. Thomas, & communis.

4 Tum quia licet fumentes illud non liberentur a potestate ministrorum iustitiae, sicut confugientes ad illud, iuxta glossam memorabilem, receptam ibi a Turcremata & ab Hostiensis & alijs communiter, decet tamen, ne quis post illius sumptionem statim ab exequutore occidatur; attentio, quod non videtur iuris diuini praecipuum, ut eiusmodi damnatus communicet ante mortem; quoniam, ut recte ait Sotus, licet teneamus obligari quolibet de praecipuo diuino ad communicandum saltem semel in vita, cuius contrarium tamen aliqui tenent, & posse sustentari ait Caietanus, non tamen tenetur ad communicandum semper in articulo mortis iure diuino: quia licite ob defectum hostiae consecratae, vomitus, &c. omitti potest, quorum de numero potest esse exequutio mortis illico facienda: nam nec iure humano tenetur nisi semel in anno, ut Caietanus supra tradit. & quicquid contendat Rauennas, non est praecipuum de iure diuino; ut cadauera damnatorum, si petantur, tradantur ad sepeliendum; quia, ut vbi supra probauimus, iuste possunt iudices negare aliquorum damnatorum corpora petita ad sepeliendum, quo maneant ad terrorem in aliquibus locis publicis suspensa: quia textus sacrae Scripturae, quos ad hoc citat, continent ad summum praecipua iudicialia, quae a passione Christi expirant, & non moralia, siue naturalia, quae etiam nunc durant, secundum iura, & per D. Thomam, & de carimonialibus, & de iudicialibus, & de moralibus, & communem.

6 Quarto, quod per praedicta patet consuetudinem praedictam denegandi Eucharistiam damnato mox occidendo non esse contra praecipuum iuris diuini: quod etiam colligitur ex d. clem. quatenus solum damnat consuetudinem denegandi penitentiam, & non Eucharistiam, quae non est sacramentum adeo necessarium, ut D. Thomas tradit, licet iuxta glossam cap. veniens. de transact. sit de quinque quodammodo necessarijs.

7 HIS PRAESUPPOSITIS, respondeo ad primam quaestionem, quod pro eius parte affirmatiua vrget, quod infirmus, de quo dubitatur an in crastinum sit victurus; potest communicare vesperi post cibum sumptum, secundum D. Thomam & communem, pro quo facit cap. presbyter. & cap. sane. & cap. quod in re.

A Secundo, quod Ioannes Maior, tradit posse sacerdotem post prandium consecrare panem sine vino, etiam absque vestibus factis, & sumptione sacramenti, ne infirmus vesperi (& sic post cibum) sine viatico moriatur.

Tertio, quod concurrentibus duobus praecipuis incompatibilibus, minus debet cedere maiori, arg. cap. sicut de consecr. & apertius in cap. si dominus. & cap. Iulianum. & at fortius videtur praecipuum de communicando, quam de non communicando praesumpto cibo, ergo, &c.

8 Pro parte vero negatiua facit primo, quod nullum praecipuum Ecclesiae potissimum videtur religiosius seruari, quam praecipuum de non celebrando, & non communicando praesumpto cibo, ut experientia, quae est rerum magistra, docet.

Secundo, quod praedictus Sotus reprehendit vbi supra praedictum Ioannem Maiorem qui non esset reprehendus, nisi lex de non celebrando, vel non communicando post cibum, esset fortior lege de communicando in articulo mortis.

Tertio, quod esto lex diuina praecipiat semel communicare in vita, & lex Ecclesiae communicare semel in anno; neutra tamen videtur obligare eum, qui semel communicauit in illo anno, ad communicandum in articulo mortis. Nec obstat, quod praecipuum de confitendo obligat in articulo mortis secundum omnes: quia id verum est de habente peccatum mortale non confessum; quia cum obligetur ad confitendum illud semel in vita iure diuino, & semel in anno iure humano, & videat sibi tunc finiri vitam, tenetur illud confiteri: quae ratio cessat in communione, & consequenter in tali damnato, qui aliquando communicauit; & ita concurret effectus lex consultiua de communicando cum lege praecipua de non communicando praesumpto cibo: ergo illa debet huic cedere.

9 Quarto, quod lex negatiua fortior est affirmatiua cum ea concurrente, unde hoc ibi colligit Bartholus & glossa singularis secundum Cardinalem ibi, dum ait, plus tollere negatiuam, quam ponat affirmatiua. Unde & praecipua negatiua plus obligant, quia semper, & pro semper, quam affirmatiua, quae ligant semper, sed non pro semper, secundum Archidiaconum & vtrumque Cardinalem in cap. si peccauerit. 2. q. 1. quem sequuntur Panorm. Felin. Dec. & omnes, & ante illos omnes D. Thomas, & lex prohibitiua fortior est, quam permissiua, secundum Panorm. & latius Dec. At lex de communicando in articulo mortis, etiam si forer praecipua, esset affirmatiua; & lex de non communicando praesumpto cibo est negatiua, ergo illa debet huic cedere.

10 Per haec videtur tenenda haec pars. Ad primum in contrarium respondeo primo, quod infirmus excipitur ab illa regula negatiua satis expresse per iura in eo citata, damnatus autem ad mortem nulquam. Secundo, quod non est eadem ratio: quia damnatus ad mortem poterat prauidere se damnandum, idque sibi sua culpa euenturum; & ita manere paratus ad damnationem subeundam; non autem potest infirmus regulariter id prauidere.

Ad secundum, quod Ioannes Maior ibi multa falsa congerit, ut recte praedictus Sotus aduertit.

Ad tertium, quod assumptum in eo facit pro hac parte: nam, ut supra probatum est, lex de communicando in articulo mortis est lex consultiua, & quamuis esset praecipua, est affirmatiua; & receptissima, & negatiua, quae duplici ratione est fortior altera, & ideo illi praeferenda, iuxta assumptum argumentum, scilicet, legem fortiolem praeferendam infirmiori.

F AD SECVNDAM respondeo, quod pro parte affirmatiua eius facit primo, quod non est discedendum a regula, nisi cum expresse excipitur casus ab illa, vel ratio necessaria concludit esse excipiendum, iuxta glossam solemnem, quae probatur in l. 1. in cap. dominus. & quod regulariter omni fidei discreto potest ministrari Eucharistia, & nulla est lex, quae veter eam damnato ad mortem ministrari.

Secundo, quod nulla etiam ratio est, quae id necessario concludat, si qua enim esset, maxime foret illa, quod per sumptionem eius liberaretur a potestate iustitiae; quod non est verum, iuxta glossam, & alia supra citata, sed neque illa, quod tam cito morituro non debet ministrari: quia etiam id falsum est, & contra cap. in cui. 9 & cap. quod

a Ind. q. 2. b Dist. 1. contra pupillum. 5. is qui ad maius. ff. de re iudic. c. 11. quod. 3. d Cap. quam sit. de elec. li. 6. e Capit. quod praecipuum. 1. q. 1. b. 4. di. f. l. 2. §. liberti. ff. de iur. iur. g In re. cum di. lectus. verbo a suspensio de consecr. h In re. nonit. de iudic. i 2. q. 33. o. 3. k In re. non. de confis. l In l. omnis de finitio ff. de reg. iur. & in rub. eo. tit. l. 6. m ff. eod. n 2. q. 7. o Cap. unius vtriusque de pan. & rem. p Ca. quod in 13. q. 2. q 10. qu. 6.



^a De pen. & remiss.

in te. ^a per quæ probatur, quod non solum potest licite ministrari cito morituris, sed etiam debet, etiam tempore interditi.

Tertio, quod d. cap. *quæstum*. probat, eis, qui pro suis sceleribus furca suspenduntur, tradendam esse communionem post confessionem suorum peccatorum, esseque orandum pro eis, eorumque cadauera sepelienda: quod etiam intelligendum esse videtur post condemnationem eis notificatam. ¹² Pro parte autem negatiua facit consuetudo supradicta Hispaniarum, & Galliarum de non concedenda communionem damnato eadem die occidendo. Iustificando vero illam consuetudinem facit, quod pœna mortis statim est exequenda regulariter, iuxta supradicta; & lex & consuetudo statim exequendi sententiam mortis, vel aliam valde indecoram, iustificatur ex eo, quod per moram daretur occasio damnato consciscendi sibi mortem gladio, vel veneno, & cognatis eius molendi mortem eius, antequam educatur è carcere, & machinandi alia, per quæ prece, pretio, vi, vel amore ab illa infamia publica liberaretur. Quare arbitror licere, iure solo scripto attento, damnato adhuc ieiunio ministrare communionem eodem mane, quo occidendus est, ante tres, vel quatuor horas, immo & ante vnam: sed non attempta consuetudine contraria in terris, in quibus illa viget: quia per prædicta nulli iuri diuino est contraria, & est rationabilis, ac consequenter seruanda, etiam si sit legi humanæ contraria. ^b

^b Ca. si. de cõsuetud. l. mini me. ff. de leg. & l. 2. C. qua sit longa consuetudo.

¹³ AD TERTIAM respondeo, quod ex decisione præcedentium colligitur illius resolutio, videlicet, quod pridie eius diei, quo est occidendus, non est tradenda ei communio, si iam pransus est, nec ipso mane diei, quo est occidendus, vbi consuetudo de non dando legitime viget præscripta. Vbi vero talis consuetudo non est, crederem licere quidem de rigore iuris dare, licere item denegare ex causa reuerentiæ tanto sacramento debita, de qua supra. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Eucharistiam infirmo non ieiuno accipere, quando non potest sequens mane expectare, conceditur quidem, sed non precipitur. vnde nec potest bis in eadem infirmitate ministrari viaticum, nisi forte laboretur tempus in quo ex voto teneretur, vel longinquitas temporis, seu alia causa subesset suadens talem ad id saltem ex honestate teneri.

CONSILIVM XII.

VTRVM liceat dare sanctissimum Eucharistiæ sacramentum infirmo in eadem infirmitate plus quam semel post prandium in modum viatici?

¹ Respondeo, quod non, regulariter. Tum quia prohibitio de non communicando post cibum eodem die, est præcepti; & accipere viaticum secunda vice in eadem infirmitate, est consilij, propter quod non licet transgredi præceptum. ^c Tum quia vix inuenitur textus, qui probet licere infirmo communicare etiam vna vice post cibum: quia non est de præcepto communicare regulariter extra tempus Paschale, vt colligitur ex cap. quod in te. adiuncta glossa de pœnit. & remissio. Dixi, *regulariter*: quia falleret hoc in eo, qui diu ægrotaret, & laboretur tempus, intra quod ratione voti, vel pœnitentiæ, vel alicuius legis particularis, quali tenentur monachi, de quibus in clemen. *ne in agro*. ^d teneretur iterum communicare. Satis etiam posset dici, quod falleret in casu, quo quis diu ægrotaret, & prudentis viri arbitrio tam fere teneretur de consilio & honestate communicare secunda vice, ac prima. qua enim ratione communis opinio piè tenet licere prima vice sumere viaticum infirmo non potenti expectare mane sequens post sumptum cibum, eadem ferè tenere debet, quod licet id facere secunda vice, quando multum temporis ad arbitrium boni viri fluxit à primæ vicis sumptione, cum neutra vice teneretur de præcepto, & vtraque teneretur de consilio, & honestate. Salua, &c.

^c Ar. c. quod precipitur. 14. quæst. 1.

^d §. san. de stat. monac.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

S V M M A R I V M.

- 1 Fœmina licet iurisdictionem quamdam ecclesiasticam habere possit, iure tamen communi excommunicare non potest: at ex privilegio Papæ, videtur verius eam (vt & laicis concedi-

tur) posse.

- 1 Excommunicare potest habens iurisdictionem ecclesiasticam licet non habeat claves ordinum.

CONSILIVM I.



N fœmina possit excommunicare? Respondetur, Philippum Decium ^a dixisse, fœminam posse quidem habere iurisdictionem ecclesiasticam, iuxta cap. *dilecta*. ^b non tamen posse excommunicare, argument. cap. *noua*. & eorum, quæ ibi annotantur à Panormitano & alijs, ^c idque ipsum videtur sensisse, licet non adeo expressè, Didacus Couarruias, ^d quæ sententia vera est, attento iure, & vsu communi: non tamen videtur nobis in præsentia fatirtuta. Tum quod fundamentum eorum est, quod potestas excommunicandi pertinet ad claves Ecclesiæ, quæ per presbyterium conferuntur. quæ ratio non videtur concludere: quia habens iurisdictionem ecclesiasticam, etiam si non habeat claves, potest excommunicare, vt colligitur ex S. Thoma. ^e Tum quia etiam laicus ex privilegio potest excommunicare, iuxta glossam celebrem & receptam. ^f Tum quia S. Thomas vbi supra dicit, excommunicationem non pertinere directe ad claves. Quare in præsentia raptim & tumultuarie hanc partem perpendenti videtur iure verius posse fœminam ex privilegio Papæ excommunicare, sicut & prædicare, vt & laicus, non tamen iure communi.

^a In reg. 1. de reg. iur. n. 30.
^b De maiori. & obed. & c. dilecta. de excess. pralat.
^c De pœnit. & remiss.
^d In ca. alma mater. in 2. p. §. 11. nu. 2. de iens. excom.

^e In 4. li. sentent. d. 18. qu. 2. art. 2. quæst. 2.
^f In c. præter. 32. d. in verb. ducibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicationis pœna in lege, edicto, vel mandato inserta non incurritur ipso iure, nisi adsit vel clausula id exprimens, vel alia verba, quæ declarent intentionem illam proferentis esse, vt ipso iure incurreretur.
- 2 Euitari debere regulares exemptos, qui in generalem excommunicationis sententiam etiam notorie incidisse dicuntur, mandare nec Episcopus, nec alius potest, nisi prius citati & auditi à suo iudice in excommunicationem incidisse denunciati fuerint.
- 2 Exemptos, vt sunt regulares, in excommunicationem incidisse non potest Episcopus denunciare, etiam si factum sit notorium, cum non sit illorum iudex competens.
- 3 Pœnitentiarius maior absoluti mandat in foro conscientie eos, qui in generalem alicuius edicti excommunicationem inciderunt, etiam si factum sit notorium.

CONSILIVM II.

REGVLARES per edictum sub excommunicationis pœna certum peccatum committere prohibiti, illud publicè perpetrarunt. Dubitatur primo, vtrum sint excommunicati. Secundo, an si Episcopus eos mandet euitare ante aliam declarationem, seu nunciationem, teneamur euitare. Tertio, an Pœnitentiarius possit eos in foro conscientie absolvere.

- 1 Subiiciam aliqua, ex quibus quæstionis solutio colligi possit. Primum, quod certum est, non incurri excommunicationem ipso iure contraueniendo mandato, vel legi iubenti, vel prohibenti aliquid sub pœna excommunicationis, si non addantur verba illa, *lata sententia*, vel illa, *ipso iure incurrenda*, vel alia similia, quæ declarent intentionem mandantis, vel legem ferentis fuisse, vt ipso iure, siue ipso facto incurratur, per glossam celebrem, & ab omnibus receptam, & consequenter certum est præfatos Patres non incurrisse excommunicationem per præfatam bullam Alexandri VI. si est verum quod proponitur in casu.
- 2 Secundo, quod esto præfati Patres incurrisissent excommunicationem; non tamen ab Episcopo, nec ab alio potest, aut debet mandari, vt euitentur; donec citati & auditi declarentur esse excommunicati per suum iudicem competentem, iuxta extrauagantem *ad euitanda*. quam etiam nos post alios referimus & declaramus in Manual. confess. ^h & manifestum est, Episcopum præfatum non esse iudicem competentem ad denunciandos præfatos fratres esse excommunicatos: quia non est iudex eorum, cum sint notorie exempti ab huiusmodi iurisdictione.
- 3 Tertio, quod Illustrissimus Pœnitentiarius potest eos absolvere quo ad forum conscientie tantum, quo ad quod ipsi non indigent tali absolutione, si vera sunt quæ proponuntur.

^g Ca. 1. de sagitt.

^h Ca. 27. n. 35.

Quarto,

Quarto, quod eius D. Illustrissima poterit absolueri, vel mandare absolui eos, si & quatenus opus est, quo ad forum conscientia tantum, non obstante quod factum sit publicum; quia id in prima, vel secunda clausula suarum facultatum continetur. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Declaratoria excommunicationis cum non continet, sed quod factum est declarat.
2 Iudex citatum sub excommunicationis pena declarans excommunicatum, eum prius tacite excommunicare videtur, sicut & condemnare eum ad soluendum, cui iubet ut soluat.
3 Error, seu ignorantia iuris subtilis excusat saltem a peccato mortali.
4 Monitus sub pena excommunicationis, & postea quia non paruit, declaratus excommunicatus, credere potuit, & potest se ante declarationem non fuisse excommunicatum.

CONSILIVM III.

INDICES quidam monent debitores ad soluendum sub pena excommunicationis, & postea non solventes, neque comparentes nec allegantes, cur non debeant soluere, iubent decerni declaratoriam, qua iubeantur denunciari, & declarari excommunicati, nullo alio modo sententia excommunicationis lata. Quæritur, an declaratus debeat se reputare excommunicatum?

1 Respondeo primo, pro parte negante vrgere multum, quod primum monitorium non continet excommunicationem, sed comminationem eius, iuxta glossam, & neque mandatum declaratorium: quia declarans nil nouè facit, sed quod factum est, denunciat.

2 Pro parte autem affirmante facit, quod libellus, quo petitur à iudice, vt cogat debitorem ad soluendum, dicitur aptus, eo quod videtur peti tacite, vt reus prius condemnatur, & postea restituere cogatur: & quod iudex iubens expressè alicui per suam sententiam, vt aliquid reddat, videtur tacite prius condemnare ipsum, & consequenter iudex, qui declarat excommunicatum aliquem à se vocatum sub pena excommunicationis, videtur prius eum tacite excommunicare.

3 Respondeo secundo, quod qui partem negantem crederet esse veram, non peccaret, saltem mortifere, per theoriam Innocentij, dum sensit, quod error, & ignorantia iuris humani subtilis excusat à culpa mortali: quem in hoc sequitur Baldus, & vtrumque Felinus, vbi ad hoc cumulat alia.

4 Respondeo tertio, quod etiam tenendo partem affirmantem quis satis iuste posset credere se non esse, nec fuisse excommunicatum ante declarationem, per ea, quæ ipse ex Felino & alijs adduco in Manual. confesi. f. quæ ibi possunt videri. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatio pro praterita culpa ferri non debet, nisi procedente monitione, per quam constituatur in contumacia non parendi.
2 Excommunicatio esse ferri non debeat, nisi procedente monitione, lata tamen tenet: fallit autem in quatuor casibus glossa cap. reprehensibilis. item & quando iudex excommunicat non facientem id quod sine citatione, causæ cognitione, sub præcepto non continente clausulam iustificatiuam, Et si senseris te grauatum, compareas, mandauit vt faceret. num. 3.
4 Declaratoria excommunicationis ipso iure incurse facta, parte non citata, est nulla.

CONSILIVM III.

VICARIVS generalis Episcopi excommunicauit quemdam sibi subditum sine vlla monitione præmissa, eo quod non soluit id, quod verè debebat, & terminus soluendi lapsus erat. Quæsitum est, an prædicta excommunicatio non solum esset iniusta, sed etiam nulla, & inualida.

1 Pro responsione dico primo, quod in Manual. nostro confesi. & diximus, excommunicationem, saltem maiorem, non esse ferendam pro culpa præterita sine monitione, & prius, non debere ferri, nisi propter contumaciam eius, qui est excommunicandus, & consequenter nisi cum monitus non parerit monenti. Vnde inferitur primo quod Caietanus, i in-

caute certè loquitur, dum ait, quod sicut ante factum potest excommunicari quicumque furum, vel incendium commiserit, & huiusmodi, ita post factum potest excommunicari quicumque fecit: id enim non solum est contra Concilium Tridentinum: sed etiam contra cap. omnes, & cap. sacro. c. cap. Romana. d.

Secundo inferitur, quod D. Sotus, e proculdubio iuste loquitur, quatenus ait, excommunicationem non debere ferri pro culpa præterita sine monitione.

Tertio, quod falsum est regulariter id, quod subiicit Sotus, scilicet excommunicationem latam ob culpam præteritam sine monitione esse ipso iure nullam: quoniam contrarium tenet glossa. 2. f. & glossa, s. & in summa, h. & in ca. 1. i. & glossa, k. de appell. quæ allegando alia sequitur ibi Panormita. & longè latius Decius ampliatis eam ad sententiam excommunicationis etiam à delegato datam, nisi specialis forma excommunicandi in delegatione esset posita, & illa omittèretur, concilians per hoc duas decisiones Rota à se ibi citatas. & proculdubio hoc videtur tenendum non tantum propter auctoritates prædictas, quantum per contextum cap. si Episcopus. i. & cap. sacro. m. in quibus ita excommunicatus iubetur absolui: & absolutio præsupponit valorem eius, quod soluit, argum. cap. ad dissoluendum. n. & t. manumissiones. o. & per cap. statuum. p. quod in id efficaciter inducit Panormitanus. q.

3 Et mirum, quod doctissimus Sotus hæc non aduertit, cum pro contraria opinione duas pulchras rationes vltra alios adduxerit. cuius tamen opinio potest procedere in illis quatuor casibus, in quibus glossa prædicti cap. reprehensibilis. ait excommunicationem latam sine monitione esse nullam. quibus quintum addimus in d. Manual. r. scilicet, cum iudex fert excommunicationem in eum, cui sine causæ cognitione præcepit, vt solueret, vel condemnauit, non præmissa citatione, vel clausula iustificatiua, dando terminum ad allegandum iustas causas, si quas habuerit, per quam præceptum, vel condemnatio resoluitur in vim simplicis citationis, vel monitionis, iuxta glossam solemnem & ab aliquibus putatam singularem, s. & sicut illa condemnatio est nulla, ita etiam excommunicatio, tamquam ei accessoria, est nulla, vt tradunt Innocentius & alij ibi citati.

4 Procedit etiam eius opinio in declaratione, qua quis declaratur in eisdem in excommunicationem ipso iure, vel alijs sine citatione illius, qui est declarandus: quia etiam illa est ipso iure nulla, iuxta glossam solemnem, t. & glossam in clem. 2. v. & alia, quæ Decius in hoc citat, s. & Felinus. y.

Quarto dico, ex prædictis inferri solutionem questionis, scilicet, excommunicationem prædictam valuisse, nisi lata fuisset in aliquo prædictorum casuum, in quibus lata sine monitione est nulla: & consequenter quod excommunicatus sub prædicta culpa sine monitione regulariter indiget absolute: & si antequam absolueretur, celebraret, esset irregularis.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatio lata à delegato, qui copiam suæ commissionis petenti non dedit, est nulla secundum sententiam Innoc. quæ ex equitate & vsu potius, quam iure defendi potest.

CONSILIVM V.

EXCOMMVNICATIO lata à delegato, qui copiam commissionis suæ petenti noluit dare, non solum est iniusta, sed etiam nulla, secundum Innocentium, z quem refert & sequitur Felinus, s. & idem tenet Panormitanus b nemine ad hoc citato. Et idem sentit, dubitando tamen, per verbum forte, Rota decisio, c. & merito dubitauit: quoniam nullus textus neque glossa. hoc exprimit, nec is casus ponitur inter eos, in quibus excommunicatio est ipso iure nulla, quos retulit glossa, d. nec Ioannes Andreas, nec Ioannes Monachus nec Probus in additionibus ad eum ponunt hunc casum. Et regula est in contrarium, videlicet, quod sententia excommunicationis siue iuste, siue iniuste lata tenet, e & à regula non disceditur, nisi expressè id excipiatur vt habet glossa, f. & ipse met Innocentius fatetur, s. excommunicationem non procedente monitione latam, licet sit iniusta, valet, & Panormitanus, h. firma ratione tenet, non esse nulla omnia, quæ faciunt iniuste delegatus, licet sint facta contra intentionem delegantis: sed solum illa, quo ad quæ non extenditur

a Cap. 1. de se gittur. b Le. hered. palam. s. 1. ff. de testam.

c In ca. per tu ad. 2. de simo. d In le. ab eo. Co. quomodo & quando in doc. e In c. 1. limitat. 7. de rein. f Ca. 23. nu. 104. ad finem.

g Ca. 27. nu. 11. vers. 4. h Num. 9. i 2. 2. q. 69. n. 2.

a Ses. 25. de ro for. matr. c. 3. b 10. qu. 7. c De sen. excomm. d s. caueant. de sent. exc. lib. 6. e in li. 4. sent. dist. 22. q. 1. a. 2. f Dic. r. sacro. g In sum. 2. q. 1. h 11. quæst. 3. i De excess. prelat. k 2. in c. reprehensibilis. l 11. quæst. 3. m De sen. excomm. n De despons. impub. o ff. de iustitia & iur. p De sen. excomm. lib. 6. q Super prædicta glo. 2. c. reprehensibilis. de app. et vbi sup. n. 11.

s In c. ex parte. 1. de verb. signific. & l. de pupil. s. monuisse. ff. de non. oper. nu.

t In cle. præsentis. verb. c. i. litteris. de co. u. in eo. verb. de pan. x Sup. gl. d. c. reprehensibilis. y In c. Rodolphus. n. 41. de rescript.

z In c. venerabilis. n. 5. de ed. sib. a In c. cum in iure peritum. 2. de off. dele. & in c. sacro. de sen. excomm. b In d. c. cum in iure peritum. col. 2. c 15. de dolo & contum. noua impress. d In c. presentis. verbo ad cautelam. de sentent. exc. lib. 6. e Ca. 1. 11. q. 3. f In l. omnis definitio. de reg. iur. & in vrb. eod. sit. lib. 6. g In d. c. venerabilis. h In ca. fin. de præb. nu. 2.

eius potestas. æqua tamen videtur determinatio Innocentij, quæ potius auctoritate eius, & vsu, quàm iure, defendi potest.

S V M M A R I V M.

- 1 Communicans alicui in actu, pro quo controuertitur an sit excommunicatus, non videtur iudicandum incidere in excommunicationem.
- 1 Vicarius generalis Episcopi excommunicati non est excommunicatus, nec euitandus, licet eius exerceat iurisdictionem.
- 2 Appellatio suspendit declarationem excommunicationis, duranteque lue non est vitandus. num. 3.

CONSILIVM VI.

EPISCOPVS ob præsentam innouationem excommunicatus, & nominatim declaratus fuerat, & à tali declaratione appellauerat, & vicarius illius & alij ministri cum eo communicabant. Queritur, an vicarius Episcopi ab alijs vitari debeat, & an alios communicantes cum Episcopo euitare vicarius teneatur.

1 Respondeo, præfatum D. consulentem, licet sit vicarius præfati D. Episcopi, & vt talis exerceat vices eius, & communicauerit Episcopo in actis, quæ dominus eius dicitur innouando fecisse, non debere vitari ab alijs, nec teneri ad vitandum alios propter excommunicationem, quam præfatus Episcopus dicitur, & declaratus est incurrisse. Tum quia excommunicato Episcopo, non censetur excommunicatus vicarius eius. ^a Tum quia Episcopus negat innouasse quidquid contra inhibitionem Rotæ, allegans, quod non pendeat his super his, quæ dicuntur esse ab ipso innouata: quoniam solum continuauit possessionem, quam habebat ante litem inchoatam, quod ei licebat. ^b

2 Tum quia præfatus Episcopus appellauit à declaratione, qua fuit declaratus excommunicatus: & ita declaratio fuit suspensa: quia licet excommunicatio non suspendatur per appellationem, ^c declaratio tamen, qua declaratur aliquis incidisse in excommunicationem, suspenditur per appellationem, iuxta glossam singularem & receptam. ^d Et ita præfatus Episcopus non debet vitari, nec tenetur vitare, durante lite super declaratione, vt post alios, quos ipse copiose citat, tener Decius, ^e & colligitur late ex Felino. ^f Et si Episcopus non tenetur alios vitare, nec alij eum, durante lite super appellatione, fortiori ratione non tenetur vitare, nec debet ab alijs vitari vicarius eius propter ipsius excommunicationem. ^g

S V M M A R I V M.

- 1 Capitulo absolute excommunicato, nullus ligatur: quia excommunicatio non tenet. quod si etiam excommunicentur culpabiles, tunc culpabiles culpa mortali (nam venialis non sufficit) ligantur. nu. 2. tenentur que taliter culpabiles etiam non denunciati se à communione abstinere. num. 3. & si celebrent, erunt irregulares. nu. 4. quamuis si non sint denunciati, alij non prohibeantur illos mortuos sepelire. num. 3.

CONSILIVM VII.

AN Collegio, vel Capitulo aliquo excommunicato, & denunciato pro tali, canonicus, vel collega illius Capituli, vel collegij mortuus possit iuste in loco sacro sepeliri?

1 Ad quod respondetur primo, quod sic, si excommunicatio fuit absolute lata contra Capitulum, vel collegium, nihil addito de singularibus eorum: quia excommunicatio fuit nulla, secundum omnes, per cap. Romana. ^h iuncta glossa, ⁱ & late probatur ibi per Ioannem Andream, Dominicum & communem.

2 Secundo, quod idem est dicendum, si excommunicatio lata fuisset contra vniuersitatem, & quilibet singulares eius, qui fuerunt culpabiles in eo, pro quo excommunicatio fertur, & ipse mortuus non inueniatur culpabilis; quia non extenditur ad non culpabiles, secundum omnes. Quibus addo primo, quod non extenditur etiam ad culpabiles venialiter tantum: quia nemo incurrit excommunicationem generaliter latam, nisi propter culpam mortalem, ^k & ita excommunicatio lata contra vniuersitatem, & singulares eius culpabiles, debet intelligi de culpabilibus mortaliter. Addo eisdem secundo, quod licet aliqui inuenirentur culpabiles mortaliter præsumptiuè quo ad forum exterius, non tamen in-

Acluderentur quo ad forum Dei, & conscientie sub tali excommunicatione: quia lex fundata super præsumptione non ligat eum, qui verè non fecit coram Deo id, quod præsumitur fecisse, argumen. cap. humana aures. ^a & cap. si quis. & cap. tua. ^b cum eis adnotatis quod est quotidianum & memorabile.

3 Tertio respondetur, quod præfatus mortuus iuste posset sepeliri, etiam si excommunicatio lata fuisset ita, vt comprehenderet singulares, qui essent mortaliter culpabiles, si non fuit denunciatus talis: quia per dicta nemo hodie prohibetur communicare excommunicato viuo, nec mortuo, si non fuit denunciatus talis, per extrauagantem ad euitanda, re-latam à nobis in nostro Manual. confess. ^c

B Quarto, quod idem, quod dictum est de canonico excommunicato sepeliendo, est dicendum de eodem viuo non vitando, propter easdem rationes; quamuis ipse vitare seipsum debet à communione aliorum, si excommunicatio lata fuit contra Capitulum, & singulares eius culpabiles, & ipse fuit mortaliter culpabilis: quoniam extrauagans prædicta, licet multum proficit communicantibus excommunicato non denunciato, nihil tamen prodest ipsimet excommunicato; & ita licet alij non teneantur eum vitare, ipse tamen tenetur vitare alios, argumen. cap. illud. ^d quia præfata extrauagans id expresse habet. Qua ratione respondemus, huiusmodi canonicum Capituli denunciati excommunicati cum singularibus culpabilibus debuisse abstinere à celebrando, alioquin futurum esse irregularem quo ad forum conscientie, iuxta cap. clerici. & cap. laicos, & ca. si celebrat. iuncta glossa. ^e

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatio absolute lata in Capitulum non ligat singulos; secus, si sit lata in Capitulum & singulos de Capitulo culpabiles: quia culpabiles mortaliter ligantur, tenenturque se à communione aliorum subtrahere. nu. 4. alij tamen possunt eum viuū & mortuū, etiam sepeliendo, modo non sint nominatim denunciati, communicare. num. 3.
- 1 Suspendio absolute lata contra Capitulum ligat singulos de Capitulo.
- 2 Præsumptiuè culpabilis mortaliter ligatur in foro exteriori excommunicatione generaliter lata contra culpabiles; licet coram Deo non sit excommunicatus, si non est mortaliter culpabilis.

CONSILIVM VIII.

QUÆ SITVM est de canonico existente Romæ post denunciationem suspensionis sui Capituli ob non solutionem quinquennij soluendi ab eo propter viuonem alicuius beneficii ei vnitri.

11 Ad quod respondeo primò, quod non videtur idem omnino dictum quo ad hoc de canonico Capituli suspensi denunciati, quod dictum est alibi de canonico Capituli excommunicati & denunciati: quia licet excommunicatio lata in Capitulum absolute non valeat, per cap. Romana. ^f suspensio tamen contra illud absolute valet, per cap. si sententia. ^g

S V M M A R I V M.

- 2 Excommunicatio generaliter lata in vniuersitatem, seu Capitulum, est nulla, & neminem ligat: quod si feratur in singulos qui fuerunt culpabiles, ligat tantum culpabiles, nu. 3. culpabiles inquam culpa mortali, num. 1. & 7.
- 4 Declaratio, quod quis incidit in excommunicationem generaliter latam, si fiat parte non citata, est nulla ipso iure. & num. 7.
- 5 Appellari etsi non possit à sententia excommunicationis ad effectum eam suspendendi; ab ea tamen qua quis declaratur in excommunicationem incidisse, datur appellatio; qua pendente, suspenditur eiusdem declaratorie effectus.
- 5 Appellatio etsi non detur in notorijs, neque a pœnis qua incuruntur ipso iure; datur tamen à sententia iudicis aliquid notorium, vel aliquam pœnam incursum esse declaranti.
- 6 Vniuersitas, seu Capitulum, & singuli de illis, sunt diuersa, vnde quod debetur à Capitulo, non debetur à singulis, ipsique Capitulum est cogendum soluere, Capitulum vero singulos cogat ad soluendum: pro rata, & num. 7. illos inquam, qui reperiuntur de Capitulo tempore solutionis debiti, etiam alius ante contracti, sicut & eisdem distribueret antiquum

^a Cap. 1. de of. sic. vicar. li. 6.

^b Cap. 1. & 2. ut lites pendente.

^c Ca. pastorali. li. 5. verum. de appell. d. in c. cupientes. li. 5. quod si per viginti. in verb. prius. de elect. lib. 6. c. in c. peruenit. de appell. f. in c. Rodolphus. de re. num. 43.

^d Ca. cum in cunctis de electio. & auct. multo magis. C. de sacros. eccles.

^e In vniuersitatem. de sententia excō. lib. 6. i. in verbo penultima.

^f Cap. nemo. cap. nullus. li. 1. qu. 3.

^a 22. qu. est. 5. b De ijsens.

^c Ca. 27. num. 35.

^d De clerico excommunicato ministr.

^e De clerico excom. ministr.

^f In vniuersitatem. de sententia excō. in 6. g De sententia excō. li. 6.

credendum tunc exactum. num. 6.

- 8 Pœnarum ipso iure incurfarum exequutio fieri non potest, antequam declaratoria illarum incurfionis valide parte citata fiat.
- 9 Reo, a quo fiscus aliquod debitum pretendit, debet saltẽ officio iudicis dari copia scripturarum, super quibus se fundat fiscus, sicut & aliorum copia etiam in criminali causa est danda.
- 10 Suspenfo Capitulo ab ingressu ecclesie, soli culpabiles ligantur.

CONSILIVM IX.

NHABENS dignitatem, & canonicatum cum præbenda in quadam Ecclesia cathedrali, venit ad Urbem ad prosequendas quasdam lites Ecclesie suæ cum mandato ad id generali à Capitulo dato, & inuenit præfatum Capitulum excommunicatum, id est, denunciatum in loco solito pro excommunicato à iudice, vel subcolleatore quindenniorum: qui rogatus ab ipso respondit id fuisse factum, eo quod præfatum Capitulum debebat ratione quindenniorum certam quantitatem scutorum; & illico scripsit id Capitulo, quod respondit, nolle se vt quidquam innovaret super hoc, donec mandatum speciale acciperet super eo, quod ordinaret esse agendum. Intra quod tempus ipse N. missauit, & interfuit diuinis sine vilo scrupulo, putans se ob hoc nullam censuram incurrisse, nec incurtere. Iudex autem prædictus processit ad vltiora, eo quod non soluebatur præfata quantitas scutorum, & tandem relaxauit literas, siue schedulas, & cedulones contra præfatos canonicos generaliter, & nominando præfatum N. specialiter, cui simile numquam videtur fuisse factum: quia præbenda suæ dignitatis non est prima post pontificalem: idque fecit iudex, nulla citatione, nec monitione facta specialiter ipsi N. vt vni de Capitulo; nec tamquam procuratori, nec ipsi Capitulo. Post quæ præfatus N. interfuit diuinis, non tamen missauit, neque ordine sacro alio vsus est.

Quæritur quid oporteat præfatum N. facere, ne peccet, præsupposito quod non habet mandatum sui Capituli ad soluendum, & quod non fuit citatus, & quod nulla monitio est facta præfato Capitulo, vt solueret præfata quindennia: & quod omnem curam & diligentiam adhibuit, vt præfatum Capitulum soluat quæ debet; & quod obtulit se soluturum pro rata eam partem, quæ pro sua præbenda ei contingit, quod paratus est facere: & quod non apparet vlla obligatio, qua præfatum Capitulum teneatur soluere vlla quindennia, præterquam acceptatio annexionis quorundam beneficiorum: & quod præfatus subcollector prima vice excommunicauit ob minorem quantitatem, & vltima vice pro maiori, quo videtur non satis constare de debito: & quod magna pars quantitatis expressæ in secunda vice dicitur cõpille deberi ante 120. annos.

Huic quæstioni ægro animo respondeo, vt cuidam alij simili respondit Oldradus, * nec vltatenus respondissem, nisi obligatio magna, qua teneor inferuire mittenti illam mihi, ad id me adigeret. Tum quia agimus Romæ, vbi sunt multi harum rerum expertissimi, & ipse non satis noui leges, nec mores Romanos, ex quibus eius decisio est haurienda, sicut & ille legum Cæsarearum peritissimus in materia censurarum fulminataram à Papa vix fuit ausus respondere. Attamen submittens omnia censuræ S. D. N. & me peritoris, dicam sequentia.

1 Primum, videri necessarium certa responsuro legisse, aut certe intellexisse primo tenorem scripture continentem vniõnem, vel annexionem bonorum, ratione quorum huiusmodi quindennia debentur; secundo scripturam, qua procurator Capituli obligauit ipsum ad soluenda quindennia; tertio tenorem mandatorum, quibus procuratores, qui præfatas vniõnes, vel annexiones impetrarunt, poterant obligationes facere ad soluenda quindennia; quarto processum, quem fecit iudex, aut subcollector in procedendo ad declarationem, & denunciationem contentorum in ea, præsertim ad declarationem prædicti N. quorum nullius copia, vel summarium datur.

Secundo, certum esse neminem incurtere excommunicationem generaliter latam, nisi ob peccatum mortiferum, b & consequenter cum excommunicatio, de qua agitur, sit ge-

neraliter lata, non incurrit eam præfatus N. nisi peccauerit mortaliter circa præfata solutionis omissionem.

2 Tertio, quod si per bullas præfatarum vniõnum fuit lata excommunicatio in Capitulum simpliciter & absolute, nihil valuit, & non ligauit Capitulum, per cap. Romana. * immo neque vllum negotiorum gestorem, neque vllum canonicum: quia quidquid ibi glossa dicat, & inter doctores controuertatur, verior conclusio est, quod talis excommunicatio est ipso iure nulla: propter verbum, *penitus*, in ipso appositum.

3 Quarto, quod si excommunicatio non fuit lata in vniuersum Capitulum simpliciter & absolute, sed cum additione, & in singulos eius canonicos, qui forent culpabiles, id est, quorum culpa ommitteretur solutio quindenniorum; iudicandi essent excommunicati illi, quorum culpa solutio fuisset omissa: quia licet excommunicatio non possit in vniuersitatem ferri propter rationes, quas diuersi in diuersis locis tradunt, vt in his Felinus, b potest tamen ferri in singulos vniuersitatis, qui culpabiles forent, per ipsum præfatum §. in vniuersitatem. c & argument. cap. proposuit. d quod in hoc ante omnes citauit Hostiensis, e qui fuit discipulus & Cardinalis ipsiusmet Innocentij III. conditoris præfati cap. Romana. & præfati sui §. in vniuersitatem. quæ sententia verior nobis videtur, quam contraria, saltem ad consulendum: quamquam disputando illa defendi posset: limitando tamen, vt procedat in illis singularibus canonicis, qui non quali quali culpa, sed mortifera forent culpabiles: quandoquidem, vt dictum est, nulla excommunicatio maior generaliter lata includit & ligat aliquem, nisi mortifere peccantem, vt dictum est.

4 Quinto, quod nemo debet declarari excommunicatus per excommunicationem generaliter latam, nisi res esset notoria, antequam citetur, & audiarur, iuxta glossam celebrem adiuncto textu, f de censibus. cui similis in clemen. 2. g quæ sunt receptæ communiter, & late tradit Felinus, h ita quod declaratio facta sine citatione est nulla; sicut alia sententia lata sine citatione legitima sunt nullæ, quando illa requiritur, i quia contra inauditam partem etiam Papa non potest quidquam definire, vt ipsemet testatur, k & concordat cap. nos in quemquam. l

5 Sexto, quod licet à sententia excommunicationis non possit appellari ad effectum suspendendi eam, m à declaratione tamen, qua quis declaratur eam incurrisse, potest appellari, etiam ad effectum suspendendi eam: ita quod appellatione pendente nihil ei obstat, iuxta glossam receptam, n vt latius tradit Felinus, o vbi adducit illud Panormitani, p quod quamuis in facto vero notorio non possit appellari, vt in cap. cum sis Romana. q tamen à sententia iudicis declarantis factum esse notorium posset appellari, cum iudex posset iniuste declarasse: sicut in simili dicit glossa, r quod licet à sententia iuris non appelletur, vt in cap. quia nos. s à sententia tamen iudicis declarantis quam incidisse in pœnam legis bene potest appellari.

6 Septimo, quod debitum à Capitulo non censetur debitum à singulis Capituli: quia aliud est vniuersitas, siue collegium, & aliud singuli vniuersitatis, siue collegij, t & aliud Capitulum, & aliud singuli de Capitulo, v vbi late Felinus, x ex quo & alijs determinat Calderinus, y quod fructus obuencientes Capitulo debent distribui canonicis viuentibus nouis tempore distributionis faciendæ, licet obuencissent Capitulo, antequam ipsi fierent noui canonici: quia Capitulum semper est idem, secus de debito à Capitulo, siue debitum fuisset contractum à Capitulo, antequam illi noui fuissent facti canonici, siue post: quia debitum à Capitulo, non debetur à singulis de Capitulo; & ita præfatus N. non videtur debere quidquam ex quindennij præfatis, sed suum Capitulum, & consequenter illud est cogendum ad soluendum, & non præfatus N. etiam pro parte ad quam soluendam posset cogi à Capitulo ratione suæ præbendæ, quod confirmari potest per alia multa, quæ citat Felinus. z

7 Ex prædictis inferitur primo solutio quæstionis, scilicet quid possit, vel debeat facere præfatus N. quo vitet offensionem humanam, vel diuinam, & sanctitatis S. D. N. & Capituli sui. Inferitur enim primò, quod quia nemo debet alterius causa adeo prægruari, nec regulariter cogi ad soluendum alterius debita, a probabiliter potest allegare nihil fe-

a § in vniuersitate. de sent. excomm. lib. 6.

b In c. eam te. de rescript. c In verb. culpabiles. d De cler. excomm. minif. e In summa de consummatio. §. §.

f In cl. present. verbo confiteri. g Eod. verb. de penis. h In c. Rodulphus de rescript. à num. 41. i Cl. pastorali. §. casuum de re iud. k In cap. i. de causa possess. l 2. quæst. 1. m Cap. is qui §. fin. de sent. excommunicationis li. 6. n In c. cupientes. §. quod si per viginti. ver. priuatos. de elect. lib. 6. o In d. c. Rodulphus. n. 43. p In conf. 100. q De appell. r In d. §. quod si per viginti. de elect. li. 6. s De appella. t. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. §. qui manumittitur. 12. quæst. 2. u Ca. eam te. de rescript. x Num. 13. y In ti. de pra. conf. 21.

z In d. r. c. te.

a Ca. non debet. de re iur. lib. 6.

a Conf. 20.

b Cap. memo. & ca. nullus. 11. quæst. 3.

debere ob pr fata quindēnia, quippe quę licet debeatur à suo Capitulo, non tamen ob id debentur ab ipso: quāuis cogi possit à suo Capitulo ad contribuendam partem, quę suam prębendam contingeret, si Capitulum deberet illa soluere, per proximę dicta.

Secundo, quod etiam iuste posset allegare, se non esse excommunicatum, si excommunicatio lata fuit in Capitulum absolute, per tertium dictum; immo nec si fuit lata in Capitulum cum additione, & in omnes capitulares culpabiles, si ipse non fuit culpabilis culpa mortifera, per 4. dictum.

8 Tertio infertur, quod etiam potest iuste allegare declarationem, qua est declaratus excommunicatus, non fuisse iuridicam, immo fuisse nullam, si non fuit citatus ad videndum se declarari, per quintum dictum, & Oldradum, ^a ubi concludit executionem pęnę incurse ipso iure non posse fieri antequam pręcedat declaratio valida facta citata parte: pro quo est textus in cap. cum secundum. ^b quod habet, quod quamuis bona hęreticorum ipso facto fisco acquirantur, non tamen fit executio, & occupatio ante sententiam declaratoriam.

Quarto, quod pręfatus N. potest agere de nullitate pręfate excommunicationis, & pręfate declarationis ob causas supra tactas. ^c

Quinto, quod pręfatus N. potest appellare à pręfata declaratione ob causas etiam prędictas.

Sexto, quod potest implorare officium iudicis competentis ad cognoscendum de causis quindenniorum, & eorum à quibus factę sunt declarationes prędictę, iuxta cap. 2. ^d & alia plurima, quę post Panormitanum & Imolensem afferit & citat Felinus, ^e & supplicare humiliter, vt iubeat sibi fieri copiam illorum quatuor, quę in primo dicto desiderantur. Tum quia necessaria sunt ad hoc, vt ipse noscat, an teneatur soluere, nec ne.

9 Tum quia ipse est reus, & reuer. Camera, siue fisco tenet vicem actoris, siue accusatoris: & actore non probante, reus absoluitur. ^f Tum quia acta in iudicio, tam ciuilia, quàm criminalia sunt edenda parti, & omnia alia instrumenta, saltem causa cognita officis iudicio. ^g Tum quia vnde iura emanant, iniuria non debet prodire, ^h & iniustum esset damnare pręfatum N. non facta sibi copia eorum, in quibus pręfata reuer. Camera se fundat ad videndum si sint vera ea, quę apud ipsam contra eum per subreptionem fortę malę allegantur.

Septimo, quod consulendum videtur pręfato N. vt adeat aliquem causidicum satis peritum styli curię, & roget eum, vt primo componat ei libellum, siue petitionem secundum formam, quam illa seruat in implorando officio iudicis: quod non proponitur pro actione, sed humiliter potest peti ante litem contestatam, ad hoc vt concedatur ei copia pręfatorum quatuor, quę diximus in primo dicto esse necessaria ad respondendum cum debita reuerentia. Secundo, vt componat ei alium libellum; vel aliud capitulum eiusdem libelli, in quo reuerenter dicat pręfatum excommunicationem, & declarationem, qua ipse declaratur excommunicatus, esse inualidas, & nullas, & ideo reuocandas, vel certę declarandas esse tales ob causas supra dictas.

Tertio, quod componat alium libellum, vel aliud capitulum eiusdem, quod appellet à declaratione pręfata, allegando eam esse nullam, & petendo eam declarari talem ob defectum citationis, & alia supradicta.

Quarto, quod componat alium libellum, vel aliud capitulum eiusdem libelli, quo reuerenter petat absolutionem ad cautelam ab excommunicatione pręfata, quam allegat esse nullam ex causis prędictis, offerendo cautionem, quam in huiusmodi casibus mandat offerri Papa, ⁱ licet enim etiam absque tali absolutione deberet audiri, vt pręfatus Oldradus, ^k post alios consuluit; modestius tamen fuerit illam petere: & si stylus curię patitur, pręfatus causidicus posset addere pręfato suo libello, vel libellis appellationem à pręfatorum positorum negatione.

Cęterum pręfatus d. N. non debet se ob ea, quę fecit, putare irregularem, neque abstinere necessario à diuinis in foro conscientię, neque in foro exteriori, durante lite super pręfatis causis nullitatis, appellationis, & iniustitię, per ea quę poterunt postea scribi.

10 Maius dubium esset de suspensione; quia illa potest ferri absolute in vniuersitatem, Capitula, & conuentum, vt probatur in cap. quia sepe. ^a & dicimus nos in Man. confess. ^b nihilominus tamen idem videtur dicendum de illa: quoniam, vt nos diximus post Caietanum & alios, ^c non potest illa ferri, nisi ob culpam eius, in quem fertur, & consequenter suspensio Capitulo, non censetur suspensio singularis eius, nisi sint culpabiles: at consulens in nulla culpa fuit propter ea, quę narrantur in casu proposito; ergo neque suspensus. Quę conclusio iusta, æqua, & sancta videtur nobis per supradicta, omittis alijs, quę pro & contra adduci possent. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Promittens dare tot curiali apud Sedem Apostolicam gratiam impetranti, nolenti promissionem acceptare, nisi pecunia deponeretur, non ligatur quidem ratione pacti, quod parte recusante non intercesit, ligatur tamen ratione promissionis etiam non acceptata. & num. 6.
- 2 Ignorans probabiliter quid omnino esse peccatum, à toto excusatur: at qui ignorat solam circumstantiam aggravantem, pro dicta circumstantia tantum excusatur. at qui solum ignorat pęnam, ab ea non excusatur. num. 3. nisi sit pęna excommunicationis, vel alia admodum extraordinaria, quę iuste potuit ignorari tali delicto imposita. num. 4.
- 3 Extrauagans Bonifacij VIII. innouata per Gregorium quo ad obligationem denunciandi delinquentes non est vsu recepta.

CONSILIVM X.

PRO gratia apud Sedem Apostolicam obtinenda quidam constitutionis Gregorij XIII. ignarus curiali promittebat ducatos duodecim dare, si gratiam impetrasset: curialis noluit, nisi dictos deponeret ducatos, acceptare, nec promittens voluit depositum facere. Queritur, an pęnas incurreret, maxime etiam quia non denunciavit intra triduum.

1 Respondeo primo, quod pro parte affirmante, quod prędictus dominus consulens incurreret prędictas censuras, facit primò, quod videtur fecisse pactum de dandis duodecim scutis. Secundò, quod promisit dare illa. Tertio, quod non denunciavit intra triduum eos, quos nouit pactos fuisse de dando certo pretio.

Secundò respondeo, quod prędictus dominus consulens non incurrit prędictas censuras bullę, eo quod fecerit pactum de dando aliquid pro gratia obtinenda: quia non fuit pactum, licet voluisset id facere: is enim, cum quo voluit pacisci, noluit facere quod ipse petebat, nisi depositis in primis duodecim scutis, & illa non fuerunt deposita.

Tertio, quod maius dubium est, an incurreret propter promissionem: quia licet non peruenerit ad pactum, eo quod promissarius non consensit absolute, nec acceptauit illam, sed solum sub conditione, quę non fuit adimpleta, tamen facta fuit promissio: & ad incurrendas pęnas illius extrauagantis sufficit promissio etiam sine pactione, vt colligitur ex prędicta extrauagante, vt diximus in comm. ^d

Quarto, quod non est minus dubium, an prędictus dominus consulens possit excusari per ignorantiam. Nam pro parte negante facit primo, quod licet ille probabiliter ignorasset prędictam extrauagantem & eius pęnas, non tamen probabiliter iguorabat esse peccatum obtinere huiusmodi gratiam per pecunias, vel per pactum, vel promissionem dandi eas: quia hoc iure naturali, diuino, & humano antiquiore, & pręcedenti illam extrauagantem erat peccatum, probatur enim in prędicto com. ^e quod omnia illa, quę prohibentur in hac extrauagante, sunt prohibita iure naturali, diuino & humano antiquiore illa.

2 Secundo, quod licet qui facit aliquid, quod omnino probabiliter ignorat esse peccatum, excusetur omnino à pęna peccati, vt tenet D. Thomas receptus, ^f qui tamen scit, vel scire debet aliquid esse peccatum, sed ignorat aliquam circumstantiam, propter quam est maius peccatum, quàm ipse putat, licet excusetur à tanto, non tamen

^a De ele. li. 6. c. si sententia. de sen. excom. b. Ca. 27. nu. 165. c. In d. c. 27. n. 152.

^a Conf. 20. n. 58.

^b De har. li. 6.

^c In pręf. 2. 3. & 4. dictis.

^d De offi. iudicis. c. ibidem.

^e Le. qui accusat. C. de edendo. cum si mil.

^g Le. 1. c. 2. C. de edendo.

^h L. memine rit. Cod. unde qui.

ⁱ In e. solet. de sententia excommu. lib. 6. k. In pręf. con. 20. & 109.

^d De dat. & promiss. nos. 8. num. 11.

^e Nos. 3. nu. 5.

^f 2. q. 76. a. 3.

à toto, id est, licet non peccet tantum, quantum peccaret, si non ignorasset illam circumstantiam, peccat tamen tantum ad quantum sufficit scientia, quam habebat, vel debebat habere. Verbi gratia, si putans probabiliter hominem dormientem sub rupe alicuius motus esse ceruum vel hinnulum eius, occideret sagitta, nullatenus peccaret: quia ignorat omnino id esse peccatum: si tamen sciret, vel deberet scire eum esse hominem, ignoraret tamen probabiliter & inuincibiliter eum esse suum patrem, excusaretur quidem à peccato parricidij, quod est maius, quam homicidium simplex; non tamen à peccato homicidij simplicis: & ita licet excusaretur à tanto, non tamen à toto, ut ex eodem D. Thoma recepto, colligitur. At prædictus dominus consulens sciebat, vel debebat scire, ut prædictum est, promissionem illam esse peccatum, licet nesciret alie adeo graue, adeoque Apost. Sedi exosum, & adeo grauius ab ea puniendum. ergo licet non peccauerit tantum, quantum peccasset, si sciuisset eam esse tam grande peccatum; peccauit tamen tantum, ad quantum scientia sua sufficiebat.

3 Tertio, quod non requiritur, ad hoc, ut aliquis incurrat poenam alicuius legis, ut sciat talem poenam ab ea lege impositam, alioqui rustici, mulieres, monachi, præsertim inclusi, iniuste castigantur poenis canonum, & legum, quas nesciunt esse per illas statutas; cuius contrarium seruat. totus mundus, & tota Ecclesia Christiana, & probatur per regulam iur. ignorantia facti, non iuris excusat.^b

Contrarium tamen arbitror esse verum, per ea, quæ breuiter tradimus in Man. confess. c. ubi post alia, quæ scribuntur, tradimus, quod licet ignorantia, etiam qui est causa peccati, non excuset à peccato transgressionis legis naturalis, vel diuinæ, excusat tamen à poena excommunicationis latae contra transgressores eius, & etiam ab alia extraordinaria, secundum Antonium, & D. Antoninum & alios ibidem citatos, pro quibus est textus, & ex his, quæ illis addimus in Man. ubi tanguntur paulo altius rationes huius conclusionis. Et ita licet prædictus dominus consulens non excusetur à peccato transgressionis legis naturalis diuinæ, qua prohibetur talis promissio, excusatur tamen à poena excommunicationis, & alijs poenis valde extraordinarijs præsertim extrauaganti adiectis.

Non obstant opposita: quia responderetur, cōcedendo quidem prædictum dominum consulentem non excusari omnino à toto peccato, sed sic à toto, id est, quod peccauit promittendo, sed non tantum, quantum peccasset, si sciuisset promissionem illam esse adeo grauem, & sub tam grauibus poenis vetitam: & quod licet sciret, vel debuisset scire promissionem illam esse peccatum, quia iure naturali, diuino, & humano antiquiore illa extrauagante verabatur; non tamen sciebat, nec tenebatur scire coram Deo, saltem quo ad forum conscientie, tam grandes, & extraordinarias poenas esse adiectas contra illam promissionem; quoniam illæ iure humano tantum infinguntur; & ideo licet incurterit peccatum, & possit ob id iuste puniri, non tamen est puniendus illis poenis grauibus, & extraordinarijs, & adiectis illi extrauaganti quas in foro Dei & conscientie iuste potuit ignorare, ut bona pars hominum ignorat, licet in foro exteriori præsumeretur scire, quia fuit solemniter publicata in locis ad id deputatis.

5 Quinto, quod prædicta extrauagans post inuolutionem suam non videtur esse recepta quo ad obligationem denuntiandi transgressores eius, sicut etiam cōdita à Bonifacio viij. non videtur fuisse vniuersaliter recepta; cuius rei rationes alijs in sacro Pœnitentiarij prætorio reddidimus, & ita quo ad illam partem iam non obligat, iuxta notata, & glossam celebrè & receptam, & ea, quæ latius adducimus in Man. confess. c. & Milc. 47.¹

6 Itaque resolueno dubium, dicimus præ fatum dominum consulentem peccasse quidem volendo pacisci, & promittendo, sed non incidisse in poenas extrauagantis. Tum quia licet voluisset pacisci, non tamen fuit pactus. Tum quia licet promississet, & debuisset scire promissionem illam esse peccatum, nesciebat tamen, nec tenebatur scire in foro conscientie tam graues poenas contra eam facientes esse impositas; & ita quo ad forum Dei & conscientie non incurrit illas, licet quo ad forum exterius præsumeretur scientia, & consequenter incurso poenarum. Salua, &c.

SUMMARIUM.

1 Promissio de dando pro gratia obtinenda apud Sedem Aposto-

A licam est subiecta poenis, etiam gratia non obtenta, secus quo ad mediatorem, qui non promiserunt, licet auxilium, consiliū, & fauorem præstauerint. num. 4.

2 Promissio illa est, qua quis se ipsum saltem naturaliter obligat, vel intentionem habet se obligandi: qualis non est, si dicam. Talis tibi daret, vel scripsit mihi quod tibi daret, tot. si hoc faceres. unde non subiicitur poenis, sicut nec illa, qua facta etiam in materia licita non obligat. & num. 4.

3 Ignorantia poene excommunicationis, vel alterius exorbitantis annexa rei iure naturali vel diuino prohibita, potest esse etiam ipsa causa peccandi, quando scilicet sciam scire, non peccarem, & ita excusat à poena, licet non excuset à peccato.

3 Ignorantiam excusantem à poena habet ille, qui licet haberet notitiam constitutionis prohibentis, ignorabat tamè specialiter in ea contenta, ac poenas, iuncta figuratone questionis.

CONSILIVM XI.

TITIVS dixit Sempronio: Ego donarem centum ei, qui mihi impetraret dispensationem matrimonialem, quam habeo in hac supplicatione expressa. Sempronius accepit dictam supplicationem, & adiuuit Seium, dicens ei: Est data mihi hæc supplicatio; si amicus tuus obtinebit hanc gratiam, lucrabitur 100. scuta. Seius tradidit illam supplicationem Meuius, cui dixit eadem verba. Meuius tandem, accepta dicta supplicatione, alloquutus est seruitorem alicuius Illustrissimi pro dicta obtentione, à quo accepit responsum, quod ipse alijs habuit pro manibus dictam supplicationem, & quod summus Pontifex volebat gratiam facere.

Quæritur, an dicti mediatores incurrerint censuras extrauagantis Gregorij XIII. ab ipso. attento maxime, quod ipsi mediatores, licet diu Romæ permanerint, & olim audierint in generali, existere quamdam bullam de datis & promissis pro gratia & iustitia, ignorabant tamen contenta specialiter in ea, & etiam poenas.

1 Ad hanc questionem respondeo multa posse pro vtraque parte adduci. Quandoquidem pro parte affirmante facit, quod ad incurrendas censuras præ fatæ extrauagantis, non requiritur, quod obtineatur gratia, vel iustitia: sed sufficit promittere, pacisci, vel dare aliquid pro ea obtinenda, ut nos probamus in com. de datis & promissis. Neque requiritur, quod promissio fiat pro iustitia, vel gratia obtinenda in utilitatem promittentis, sed sufficit, quod fiat in utilitatem tertij, ut adnotamus in d. com. Facit etiam pro hac parte, quod ad incurrendas censuras præ fatas sufficit dare auxilium, consilium, vel fauorem.

2 His tamen non obstantibus, pars negans est verior. Primo quidem, quod nullus horum quidquam promissit: aliud enim est promittere aliquid alicui, & aliud est dicere illi. Ille vel ille daret tibi centum, si faceres illud, aut illud. Qui enim promittit, obligat seipsum, vel habet animum se obligandi saltem naturali obligatione, iuxta le. 1. c. & §. si scriptum. & proprius in l. 2. c. quæ habet, proxieta, & mediatorem, siue consiliatorem, non teneri mandato, vel obligatione descendenti ex illo contractu, qui sit inter alias partes, eo mediante, vel consulente.

Secundo, quod præ fata extrauagans non includit promissiones, quæ sunt ipso iure nullæ, licet in materia ininimè vtrita fierent, qualis est promissio iocosa, vel ab infante, vel furioso facta; & talis videtur esse illa, qua quis dixerit alicui, Petrus mihi scripsit, quod daret 100. ei, qui sibi impetraret illam, vel illam gratiam.

3 Tertio, quod ignorantia præ fatorum mediatorum videtur excusare illos à poenis præ fatæ extrauagantis per ea quæ breuiter tradimus in Man. confess. c. ubi post alia, quæ scribuntur, tradimus, quod licet ignorantia etiam quæ est causa peccati, non excuset à peccato transgressionis legis naturalis, vel diuinæ: excusat tamen à poena excommunicationis latae contra transgressores eius, & etiam ab alia valde extraordinaria, secundum Antonium & D. Antoninum & alios citatos: pro quibus est textus in cap. 2. si illa ignorantia fuit causa peccandi, ita quod si tenuissent tales poenas fuisse impositas, non fuissent transgressi illam, & ex his quæ illis addimus in eodem Manuali, c. ubi paulo altius tanguntur seminata rationum huius conclusionis. Et ita, licet præ fati

a In d. 2. & eadem quæst.

b Li. 6. cum si milibus. c Cap. 23. num. 47. d Num. 45.

e Ca. à nobis. l. de st. o. xco. filio ca. de st. lib. 6. g Cap. 27. num. 174.

h In ca. leges. q. dist. In cap. 1. de trans. §. p. ca. k Ca. 23. num. 1. Num. 1.

a Nota. 8. nu. 11.

b Nota. 12. nu. 27.

c ff. de pollicita. d Inst. de inu. til. stipula. e ff. de proximitat.

f Cap. 23. nu. 47. g In nu. 45.

h Ca. à nobis. il primo de st. excom. i De consil. lib. 6. k Ca. 27. num. 172.

non excusentur à peccato transgressionis legis naturalis, & divina, qua prohibetur talis promissio, excusantur tamen à pœna excōmunicationis & alijs pœnis valde extraordinarijs præfata extrauaganti adiectis.

4 Ad primum oppositum responderetur, concedendo assumptum; negando tamen, quod prædicti mediatores fecerint vilam promissionem, præsertim talem, quæ obligasset eos, etiam si fuisset facta in materia debita & iusta.

Ad secundum responderetur, concedendo assumptum, quando peruentum est ad obtentionem gratiæ; secus autem est, quando non est ad id peruentum, propter rationem neruosâ, quam posuimus in dicto com. 2 Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Promissio generalis sola intentione mortifera, & talis, quæ nec in materia licita induceret obligationem non videtur subici pœnis extrauag. Greg. XIII. vt etiam dicitur de simonia mentali, secus est de promissione tacitâ, & virtuali.

CONSILIVM XII.

AN promissio facta ab aliquo pro iustitia, vel gratia, per verba generalia, per quæ in foro exteriori non obligare rur ad licita, sit mortalis, & incurrat pœnas impositas à Bonifacio VIII. & Gregorio XII. in extrauagante ab ipso. ^b

Pro parte negante huius quæstionis, quæ videtur omissa in nostro cōmentario super eadem extrauagante, ^c facit, quod vt vbi supra determinatur, promissio, quæ sola intentione est illicita, non includitur sub illa extrauagante, & quod ad incurrendam pœnam illam non sufficit intentio, siue voluntas dandi, pacificendi, vel promittendi, etiam illicitè; sed oportet, quod sequatur datio, pactio, vel promissio illicita; qualis non videtur esse illa, quæ sola voluntate & intentione est illicita.

Pro parte verò affirmante facit, quod ibidem determinatur, promissionem, & pactioem non solum expressam, sed etiam tacitam contineri sub eadem, & quod voluntas faciendi id quod est mortiferum peccatum, est mortale, ^d & quod voluntas profecto reputatur. ^e

Facit etiam pro negatiua, quod simonia mentalis licet sit mortifera, nõ tamen sufficit ad incurtendas pœnas impositas. ^f

S V M M A R I V M.

1 Dans, vel promittens, etiam absens, sollicitatori Roma moranti pro strenua bona expeditionis beneficii in Curia obtinendi, incidit in extrauag. de datis, absens autem durante ignorantia bulla excusatur, sed præfens illum sciens non nisi à pœnis additis per Greg. XII. consultatque faciet, si ipse cōdonationem pœnarum, & reualidationem gratiæ in foro conscientia petat.

CONSILIVM XIII.

QUIDAM N. residens in Hispania, & ignorans extrauagantē, ab ipso, Gregorij XII. scripsit Romam ad Cæsarem, rogans, vt expediret quamdam prouisionem cuiusdã beneficii, ad quod erat nominatus à Rege, promissis 40. vel 20. pro strenua, vel mãcia bonæ expeditionis qui Cæsar expediret bene literas, & ex pecunijs, quas per literas cambij misit, accepit sibi pro strenua 25.

Quæritur, vter eorum, an vterque, an neuter incurterit pœnas extrauag. præfate.

1 Respondeo primo, præfatum N. sanis excusari posse à pœnis præfate extrauagantis saltem quo ad forum conscientia, ob ignorantiam, donec sciuerit præfatum extrauagantem & quod contra eiusdem extrauagantis prohibitionem promissi & accepti illi 25. ducati fuerunt, per quæsdã, quæ de ignorantia scripsimus ipsi in ^h Manu. confess. ⁱ

Secundo, quod non sunt inhi vires, quas multum desiderabam ad eisdẽ ad defendendum Cæsarem, & liberandum ab incursione trium pœnarum de octo, quas ipse colligo in cōmentario prædictæ extrauagantis, ^k quamuis quo ad primam & alias quatuor postremas arbitror ipsum liberũ esse quo ad forum conscientia, ad finem, vt non teneatur ipse illas per se absque iudicis sententia subire.

Tertio, quod D. consulens consultè facit seruando hanc rem secretam, & petendo in sacra Penitentiaria condonationem harum pœnarum, & reualidationem præfate prouisio-

nis, nullius expresso nomine, & quatenus licuerit, nos quoque fauebimus ei, ad gloriam Dei, qui nos omnes saluet. Amen.

S V M M A R I V M.

1 Promissio conditionalis dandi, si intra tale tempus ei obtinebit gratiam, et si deficiente conditione euanescat, & sit nulla, non tamen definit comprehendi sub extrauag. ab ipso, gratiaque etiam postea illius occasione procurata & obtenta, & sine qua procurata non fuisset, etiam nulla est. Itemque & dicta promissio et si nulla sit, pœna tamen digna esse potest. num. 3.

2 Gratia illa videtur posse dici subreptitia, quæ fuit obtenta per promissionem, seu donationem adeo malam, factam mediatori quam si concedens fuisset, gratiam nequaquam concessisset.

CONSILIVM XIV.

GERMANVS ignorans extrauagantē Gregorij XIII. Cuidam curiali, & secretario cuiusdam magnatis promissit 500. auteos, si infra annum 1580. à summo Pontifice impetraret dispensationem. Is à mercatore creditum, seu literas obtinuit, & misit, vt ille possit dictam summam accipere. Secretarius sollicitauit dictam gratiam, & post annum 1581. eam tandem obtinuit, & literas expediuit. Dubitatur, an promittens incurterit pœnas per Gregorium XII. politas.

1 Perpenitis responsis ad quæstiones prædictas redditis à viro pio, eodemque erudito, vt ipsa indicant, videtur primo, quod præfatus A. non incurrit excōmunicationem inflicta per extrauagantem, ab ipso, in foro conscientia, si verè coram Deo eius pœnas ignorabat, per ea, quæ ipse citat, & per ea, quæ nos addimus in Manu. confess. ² Secunda verò responsio: quæ concludit præfatum dispensationem valere ea ratione, quod nõ videtur impetrata per fordes, quia nõ fuit impetrata per promissionem validã, eo quod promissio fuit cōditionalis, si intra annũ 1580. impetraret, & non fuit impetrata intra illũ, sed postea, vt in facto proponitur, nõ videtur firma. Tum quia præfata extrauagans non requirit promissionem validã, ad incurtendas pœnas eius, immo presupponit sufficere inualidam, præsupponit enim pacta, promissiones, & alia, quæ verat, esse quidem actiones malas, & ipso iure nullas, attamen eas sufficere ad incurtendas pœnas prædictas. Tum quia præfata extrauagans non requirit promissionem, vel pactioem puram, nec conditionalem, sed solum in genere pactioem, vel promissionem, quæ in casu proposito contigit. Tum quod ex prædicta responsione sequeretur, quod valeret omnis iustitia, vel gratia impetrata per promissionem conditionalem, si post lapsum temporis ad impetrandum præstituti impetraretur: quod videretur inconueniens: quoniam aperiretur via fraudandi prædictam extrauagantem: siquidem omnis, qui vellet impetrare huiusmodi iustitias, vel gratias; possit promittere magnam summam alicui, si intra 20. dies impetraret eas illi, & ille impetraret post 20. dies intra 30. vel 40. quia valeret impetratio, & non esset locus pœnis illius. Tum quod in casu proposito concurrunt omnia necessaria ad hoc, vt habeant locum pœnæ præfate extrauagantis, quoniam interuenit in eo pactum, & promissio danda pecuniæ, immo & datio, & receptio illius, quin etiam obtentio gratiæ: ergo etiam censenda sunt pœnæ incurtæ, per ea quæ nos in d. extrauag. ^b diximus.

2 Tum denique quod prædicta pactio, promissio, pecuniæ missio, & eius receptio fuerunt causa, sine qua dispositio non fuisset obtenta: & causa obtentionis fuit illicita, saltem ex parte secretarij, qui sciens non licere impetrationem gratiæ, vel iustitiæ factam ob pactum, vel promissionem, dationem, vel receptionem pecuniæ, eam fecit: & quod dici potest subreptitia, eo quod nõ expressit præfata intercessisse: quia clarũ est, difficilius Papam concessurum fuisse, si ea ipsi expressa fuissent. ^c

3 Non obstat, quod promissio conditionalis neminem obligat ante conditionis aduentum, quia ex hoc non sequitur, quod promissio conditionalis ante impletam conditionem non possit esse mala, & delictum dignum pœna & castigatioe. Si quis enim promitteret alteri centũ, si intra annum occideret aliquem, promissio quidem esset nulla ante & post impletam conditionem, & non possit agi ex illa, ^d

attamen

a Not. 3.

b De rebus dat. & prom. c. Nu. 21. & duobus seq.

d Cap. sicui. de pœ. dist. 1. e. Ca. dixi. & ca. magnam. ad. dist. f. Cap. si. de simon.

g De datis & promiss.

h Cap. 27. i. Num. 274.

k Notab. 31.

a Ca. 27. num. 274.

b Not. 20.

c Ar. e. postulat. & c. super literis. de re. script. d. L. genera. lites ff. de ver. obl. & l. iuris gentium. §. generaliter. ff. de pact. & c. de hom. l. 6.

attamen ante & post impletam conditionem esset promissio mala, & digna poena, vt palam est.

Non obstant etiã ea, quæ citantur ex Panormitano, quoniam nec illud cap. nec aliud ex eo elicium ab eo, & à Preposito & alijs probat non posse dari promissionem ipso iure nullam, quæ sit delictum, & dignum poena, & castigatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Promittens in partibus certam pecuniarum quantitatem ei, qui dispensationem Apostolicam expeditam tradet, comprehenditur sub extrauagante Greg. & gratia est nulla, etiam si tertius, qui illum impetrauit, huius esset promissionis ignarus.
- 1 Gratia reuolutio per sordes promissas obiecta, ita videtur danda, vt non quod promissum, sed quod labor iuste mereatur, soluat.

C O N S I L I V M X V.

HISPANVS quidam in Hispania promisit 600. scuta HN. pro dispensatione ad contrahendum matrimonium super impedimento primi & secundi gradus, soluenda intra triginta dies, posteaquam tradita fuisset dispensatio expedita in manibus eiusdem illam quærentis; & prædictus N. rogauit quemdam amicum Romæ morantem, vt procuraret illam, qui circiter tres annis procurauit eam habere, mediante fauore cuiusdam magnaris, qui obtinuit eam, sed nondum est expedita, metu poenarum extrauagantis ab ipso, Gregorij XIII.

1 Respondeo primo, indolere me longè plus quam explicare possum, quod considerationes, quæ mihi subito occurrerunt, cum hanc quæstionem verbo interrogatus fui, ad saluandam dispensationem prædictam, non sunt postea viã ad id sufficientes.

Secundo, quod non occurrit aliud remedium ad id sufficiens, nisi portio supplicationis ad magnatem illum, qui impetrauit illam, vt dignetur supplicare S. D. N. vt eam validam faciat, saltem quo ad forum conscientie: attento quod nihil de prædicta promissione sua dominatio reuerentissima sciuit; & quod aliquot confessorij persuaserunt sollicitori præfate dispensationis, posse illam procurare, non obstante scientia de promissione prædictorum 600. ducatorum, eo quod ex illis erat soluenda compositio, quæ nesciebatur ad quam vsque summam ascenderet, &c.

Tertio, quod sua Sanctitas dignetur eam validare, adiecta saltem clausula in honorem legis hoc vetantis, ne quidquam soluatur alicui ultra summam compositionis, & cambiorum iuste debitorum, & ultra stipendium, quod iuste debetur ei, qui tanto tempore impetrationem prædictæ dispensationis sollicitauit, quæ omnia cedant ad gloriam Dei, qui nos omnes saluet. Amen.

S V M M A R I V M.

- 1 Promittens certum quid ei qui gratiam à sede Apostolica impetrandam daret expeditam, incidit in extrauagantem de datis & promissis.
- 1 Extrauagans de datis & promissis, ad hoc vt locum sibi vendicat, duo requirit, & sufficiunt, videlicet, quod vbiusque datur, vel promittatur pro gratia in curia Papa obtinenda, & quod illa spectet ad Papam ratione Papatu, & potestatis ecclesiastica.
- 2 Ignorantia bullæ de datis, facilius admitti potest ex eo quod altera Bonifacij erat reuocata, excusaturque à poenis additis per Gregorium, itemque à poenis positæ per Bonifacium, excepta excommunicatione, & nullitate: an autem & ab istis, nec affirmatur, nec negatur. num. 3.

C O N S I L I V M X V I.

MPROMISIT 20. scuta cuidam familiari cuiusdam magnatis, si ei protonotariatum impetratum traderet: ille impetrauit, & tradidit; & M. soluit illa, & aliquid amplius, ignorando penitus extrauagantem Gregorij XIII. ^b Quæritur, an incidit in poenas illius extrauagantis.

1 Responderetur primo, quod D. orator & consulens non potest excusari, eo quod præfata consequutio gratiæ protonotariatus non sit facta apud sedem Apost. propter ea quæ nos scripsimus in comment. præfate extrauagantis, quoniam affectio præfate gratiæ fuit facta in ipsamet curia, & illa est gratia pertinens ad sedem Apost. siue Papam ratione Papatu, & potestatis ecclesiasticæ; quæ duo sufficiunt ad hoc, vt iu-

A stitia, vel gratia dicatur facta apud sedem Apost. per iura, & rationes latè adductas ibidem.

2 Secundo, quod probabiliter responderi potest, præfatum D. consulentem excusari posse, saltem quo ad forum conscientie, saltem à poenis extrauagantis præfate Gregorij XIII. quas ipse addidit poenis impositis à Bonifacio VIII. per rationes, quas nos adducimus in d. commentario eiusdem extrauagantis, & neruosis per iura, & rationes adductas in nostro Manu. conf. ff. quoniam præsupponitur in casu proposito consulentem ignorasse poenis extrauagantem prædictam & in præfatis locis probatur, quod ignorantia talis excusat, saltem quo ad forum conscientie, à poenis valde grauibus, & extraordinarijs, excedentibus naturam delicti; quales sunt poenæ, quæ præfatus Sanctiss. Gregorius addidit extrauaganti Bonifacij VIII. inducitur ad fugandam venalitate gratiarum, & iustitiæ, quæ non solum in curia, sed etiam in toto orbe Christiano grassabatur. Pro quo ultra ibi scripta facit, quod extrauagans Bonifacij VIII. fuerat olim reuocata, & non ligabat, donec fuisset à Gregorio innouata, vt in d. cõ. dicimus; & ideo facilius potuit ignorari.

3 Tertio, quod etiam probabiliter dici posset, præfatum D. consulentem excusari à poenis contentis in prædicta extrauagante Gregorio XIII. quas imposuerat Bonifacius VIII. excepta poena excommunicationis, & annulationis gratiæ protonotariatus. An autem etiam ab ipsis excusetur, in præsentia nec affirmo, neque nego.

Aduertendum referri pratorium sacre Penitentiarie non admittit illam restrictionem, de qua hic nu. 1. videlicet requiri, vt facultas gratiam concedendi spectet ad Papam ratione potestatis ecclesiastica, siue spiritualis: quia immo sufficit quod ad ipsum spectet ratione temporalis iurisdictionis. Vide item consilium sequens.

S V M M A R I V M.

- 1 Procurari licite potest, quicquid licite potest desiderari, immo opus externum videtur esse eiusdem bonitatis, & malitiæ cum actu voluntatis, immo & cum eo vnum solum constituere peccatum.
- 2 Disponere & contrahere de hereditate viuētis, est quidem prohibitum, tractare autem solum non.
- 3 Tractare super provisione beneficiorum nondum vacantium, vt prohibitum quidem supponit Paulus IV. sed intelligitur de tractatu illicito; & continente notabile prauidicium notabiliter detrahendo, vel alium nimium false laudando, vel dando aliquid temporale, vel spirituale pro ecclesiastico obtinendo beneficio, & seq.
- 3 Tractatus præfatus, qui fit in finem, vt eueniente vacatione Papatu beneficii, simoniaco ingressus, vel intronizatio indigni impediatur, non videtur de se illicitus.
- 4 Intellectus c. si quis Papa. dist. 79. & in vltima eius parte videtur solum prohibere ne quid tractetur, aut deliberetur de Papatu pro tempore, quo adhuc viuunt Papa: licet ex similitudine rationis videatur etiam extendi ad tractatus, qui nunc sede plena sunt, exequendos autem pro tempore, quo vacabit. num. 6.
- 5 Intellectus cap. in nomine domini. 23. dist. & videntur per illud solum prohiberi venalitates, quæ circa potestatum, dum vacat, sunt.
- 6 Donans Cardinalis aliquid, vt eueniente sede vacante, suo, & aliorum voto suffragetur tertio, ligatur poena extrauag. Pauli IV. & est simonia; quæ, si postea Cardinalis dicto tertio det aut procuret votum, erit realis subiecta poenis. num. 8.
- 7 Episcopatum appetere, et si reprobatum videatur; attamen si à digno appetatur principaliter vt proficiat, nec veniale erit peccatum; immo etiam si appetatur secundario ob honores & diuitias, non erit ob hoc mortale, licet Caietanus aliter senserit.
- 8 Simonia conuentionalis est, si do tibi, vt in electione ad beneficiu pro tertio suffragetur; quæ eo ipso, quod suffragium datur, efficitur realis supposita poenis.
- 9 Intellectus extrauag. Bonif VIII. innouata à Greg. XIII. est, vt comprehendat etiam Cardinales, & promissiones, donationesque, quæ etiam sede plena sunt ad obtinenda suffragia sede vacante pro pontificatu.
- 9 Sedis Apostolica appellatione etiam in materia odiosa venit tempus, quo ipsa sedes Apostolica vacat.

a In c. per 20. ms. de condicio mibno appof.

a In extrauag. 2. de ient. ex. comm. inter. communes. b Notab. 23. c Cap. 27. om. 274.

d Prano. 2. n. 1.

b De datis & promissis.

c Notab. 17.

CONSILIVM XVII.

PROMISIT quidam, & dedit alteri quadam bona, ut qua parte posset, inclinaret quemdam alium se maiorem ad faciendum cuidam Cardinali suo suffragio, vel alieno in conclave primo venturo, quod sede Apostolica vacante contingeret fieri, ut ad Papatum perveniret; & postea nulla super hoc dispensatione habita, Missam celebravit. Quamvis, an incidit in penas latas in extrauagante Pauli IV. edita aduersus ambientes Papatum.

1 Pro huius quaestionis parte negante facit primo, quod lex Julia de ambitu non habet locum in vrbe Roma, & is, de quo quaeritur, fecit id, quod supra dicitur, in Vrbe. Secundo, quod quidquid potest cupiditate, videtur posse procurari licite: quoniam actus voluntatis, & opus ei respondens videtur eiusdem esse bonitatis, & malitia, immo & secundum aliquam rationem vnum peccatum, ut tradit vterque Thomas. ^b

2 Tum quia licet contrahere, vel disponere aliquid de hereditate viuentis, sit peccatum, iuxta cap. 2. tractare tamen non disponendo, sed deliberando tantum, an esset bonum, vel malum, ut sic vel sic de tali hereditate viuentis disponeretur, non est peccatum. Tum quia nihil obstat, quod damnetur Absaló, ut habetur Reg. 2. ^d quia ille voluit inuadere regnum patris viuentis: at D. consulens nihil voluit, neque tentauit, quo S. D. N. suo Papatu, vel aliquo alio iure ipsius priuaretur; sed ut Papatus, cum vacaret, cuidam personae alioqui dignae conferretur. Tum quia nihil obstat etiam illud horrendum factum Datan, & Abiron, narratum in Num. quia absque vlla potestate diuinitus eis data voluerunt vsurpare, quae absque illa non valebant exerceri, & quod viuentibus Moyse & Aarone, vsurpabant eorum officium, & exercitium diuinitus eis tributum. & praefatus consulens non concupiuit, neque tentauit aliquid contra S. D. N. viuentem, vti praedictum est, neque ut post eius obitum exerceat quisquam absque legitima potestate Papatum. Tum quia nihil etiam obstat videtur illud Apost. ^e *Nemo sibi assumit honorem, sed qui vocatur a Deo, ut Aaron.* quoniam consulens volebat, ut is, cui desiderabatur Papatum, assumeretur per electionem, sicut fuit vocatus Aaron.

3 Tertio, quia extrauagans Pauli IV. nihil videtur obstat praefato consulenti. Tum quia fundatur in eo quod conuenientia & tractatus non debent fieri super prouisione beneficiorum, & aliorum iurium nondum vacantium, pro tempore, quo vacauerint, quod verum est de conuenientia, & tractatibus illicitis; at non sunt omnia illicita, qualis est conuenientium in aliquo loco ad id apto, ad orandum Deum, ut D. N. Iesus Christus dignetur, quando praesentem suum vicarium ad se vocabit seraphicam gloriam donaturus, inspirare animis suffragatorum, ut eligant ei similem. Qualis est etiam tractatus, quo impediatur, ne quis per simoniacam labem, vel alium nouum modum Deo ingratum, intrudatur in thronum, quo minime dignus est; & alij multi similes. Tu quia vix fieri potest moraliter, ut nulli colloquantur, vel tractent inter se aliquando, qui essent inter Cardinales tam sublimi & diuino munere digni, & quis dignior altero. Tu denique quod finis eius videtur se restringere ad tractatus illicitos factos contra ipsum Papam viuentem: & praefatus consulens nihil tale fecit.

4 Per quae omnia concluditur, quod extrauagans praedicta non includit omnes quomodolibet tractantes de successione futuri summi Pontificis, sed tantum de illicitis, & praedictum notabile facientibus aliquibus, detrahendo alicui notabiliter, vel nimium, vel false laudando alium, vel promittendo dando aliquid temporale, vel etiam spirituale, praeter sanctas orationes, & rogationes ad Deum & sanctos eius.

5 Tu quia etiam Symmachus Papa, ead quod videtur se referre praedictus Paulus IV. ^h non videtur necessario concludere contra praedictum consulente: quia tertia eius pars, quae magis videtur vrgere, loquitur de illis, qui Papa superstite, & incolumi, deliberant & decernunt aliquid de pontificatu, pro tempore quo Papa viuit, & est incolumis: quod praefatus consulens non fecit. & quod c. *in nomine domini*, ⁱ ad quod etiam se videtur referre Paulus, solum reprobatur venalitates, & alia acta illicita, quae vacante summo pontificatu fiunt, & non alia.

A 6 Quibus tamen non obstantibus, contraria pars affirmas videtur verior. Primo per praedictam extrauagantem Pauli IV. quae non solum fundatur in locis sacrae Scripturae supra citatis, sed etiam in d. c. *si quis Papa*. & in d. c. *in nomine domini*. quae satis videntur extendi posse ad conuenientia, & tractatus summi Pontificis, qui fiunt tempore sedis plenae pro tempore sedis vacantis, licet (ut praedictum est) cap. *si quis*. etiam possit restringi ad ea quae fiunt tempore sedis plenae, pro tempore quo est plena, & cap. *in nomine*. loquatur de faciendis tempore sedis vacantis: possent inquam extendi, licet aegre, per identitatem, vel certe per similitudinem rationis, arg. iurium vulgatorum.

B 7 Secundo facit communis illa opinio, quae habet, omnem appetitionem & petitionem episcopatus esse reprobam per illud D. Augustini, ^a *Locus superior licet*, &c. quod corroborat S. Thomas, ^b quibus verbis S. Thomae addimus nos ^c quaedam, quibus confutauimus opinionem Caietani colligentis ex verbis praedictis S. Thomae peccatum mortiferum esse appetere episcopatum ob honorem, & temporaria bona ipsius: monstrando primo, non sensisse illud S. Thomae, & mox probando, quod absque peccato etiam veniali potest appeti episcopatus ab illo, qui est eo dignus, dummodo principaliter appetatur ut proficit, licet minus principaliter appetatur ob honorem, & fructus eius.

C Tum quia talis appetentia sola nullam iniustitiam, neque irreuerentiam Dei continet. Tum quia sancte possumus appetere, & petere minus principaliter honorem, & bona spiritualia, & temporalia a Deo ipso. Ex quibus respondimus nouissimè, & (ut puto) verissimè, ^d argumento ex S. Thomae, vbi supra excerpto.

8 Tertio principaliter probatur praedicta nostra responsio irrefragabiliter: eo quod nulli vtriusque sexus homini licet committere simoniam in ordine, vel beneficio, sub poena incurrendi ipso iure excommunicationem, iuxta extrauagantem. 2. ^e & promittere, vel dare aliquod donum pro Papatu sibi vel alij qua re, est simoniam committere in beneficio: quia Papatus est beneficium, ^f ergo non licet id facere; & si facit, incurrit ipso iure excommunicationem Papae reseruatae per extrauagantem Pauli II. & quamuis omnis simonia, tam mentalis, quam conuenientialis, sit peccatum mortale; sola tamen realis ex vtraque parte completa inducit praedictam excommunicationem, ut etiam nos post alios tradimus in nostro Manu. confess. ^g & consequenter praedictus consulens licet promiserit, vel dederit, non est ipso iure excommunicatus, nisi suffragium, pro quo domus promissa est, fuerit datum ei pro quo fuit promissum.

E 9 Quarto probatur haec pars irrefragabiliter per extrauagantem Greg. XIII. quae incipit, *Ab ipso*. per quam innouauit extrauagantem Bonifacii VIII. quae ipso iure excommunicauit, & anathematizauit omnes vtriusque sexus, qui dat, vel accipiunt, promittunt, vel paciscuntur facere aliquid ad quaerendam gratiam aliquam, vel iustitiam apud sanctam sedem Apost. & sua sanctitas extendit illam ad auxiliares, consultores, & fautores, simul addidit alias poenas longè grauiores illis, quas adiecerat praefatus Bonifacius. & qui nos consulit, quaerit de illo qui promitteret, aut daret aliquid pro quaerendo suffragio Cardinalis, quo iuuaretur, ut quidam alius fieret Papa, & per consequentem pro qua renda gratia, vel iustitia apud sanctam sedem Apost. apud eam enim est electio faciendae, iuxta cap. *vbi periculum*. ^h Et hoc quidem fundamentum est firmissimum omnium, quae pro responsione nostra citari possunt. Tum quia ad includendum aliquid sub poenas a se latas non requirit realem dationem, nec realem acceptionem, neque reale complementum vtriusque partis, neque alterius tantum, sed satis est ut fiat, vel accipiatur, vel detur promissio, vel pactio, vel auxilium, consilium, vel fauor earum. Solum enim relinquit dubium, an includat Cardinales: super quo pro vtraque parte late disputato nos diximus in comen. extrauagantis praedictae, ⁱ Cardinalem Ioannem Monachum videri super hoc sibi contrarium, & videri nobis irrefragabiliter probasse ibidem, eos contineri quo ad poenam excommunicationis, & alias duas: quamuis possit defendi eos non contineri quo ad alias valde exorbitantes, & durissimas, per rationes ibi tactas, quod ipsum videri seruandum ex a quo & bono in Episcopis fuit ibidem visum. Salua enim estissima S. D. N. quae D. Iesus quam diuissime seruet incolumem, & cuiuslibet

a *Le. 1. Co. de amb. su.*

b *In 1. 2. q. 71. art. 7.*

c *De concess. prob. c. 1. vl. C. de pat.*

d *Cap. 17.*

e *Cap. 16.*

f *Ad Heb. 5.*

g *In c. si quis Papa. 79. di. h in d. extra.*

i *23. dist.*

a *19. de ciuit. b 2. 2. q. 135. n. 1.*

c *In Misc. 42.*

d *In d. Misc.*

e *De simon. f Ca. 1. de m. ledic.*

g *Cap. 23. nu. 105.*

h *De elect. lib. 6.*

i *Not. c. nu. 11.*

alius sanius sententis censura, in gloriam eiusdem D. N. Iesu Christi, cuius iucundissimum priorem aduentum celebramus, orantes eum humillimè, vt iucundius secundum videamus. Amen.

S V M M A R I V M.

- 2 Pena excommunicationis imposita, si aliud non addatur, intel- ligitur de imponenda, non autem de ipso iure incurrenda.
3 Extraxisse non dicitur qui extrahere tentauit, etiam si rem a loco cepisset auferre, modo nondum exierit territorium. num. 1.
3 Faciens pena imposita non ligat conatentem facere, si ad factum non est peruentum, nec etiam ligat mandantem, consulentem, auxiliantemve.
4 Mandans solus mercedem extrahendi frumentum, censetur mē dasse extrahi, sed ob hoc non incidit in penam contra extra- hentem latam.
5 Extrahens Greg. XIII. lata contra extrahentes vel emen- tes granam ultra proprium usum, non habet excommunica- tionis lata sententia penam, nisi eum officiales ipsi illam in suo proclamato addiderint. num. 2.

CONSILIVM XVIII.

SANCTISSIMVS D. N. Greg. XIII. prohi- buit, ne quis frumentum ex suo statu ecclesiastico ex- traheret, vel emeret ad alium usum, quam suę familię susten- tandę, sub pena excommunicationis. M. autem nō extraxit, sed emit extrahendum, & negotiandum, soluitque stipendia extrahentis: qui tamen non extraxerunt, licet per aliquot mil- laria versus extremum status, per quod extrahendum erat, adduxerint. Quæritur, an præfatus M. sit excommunicatus.

Respondeo primo, quod præfatus M. non videtur excom- municatus per solam virtutem bullę S. D. N. super hac re proptio motu late. Quoniam solum prohibet simpliciter sub pena excommunicationis maioris, non addita clausula, ipso iure, nec, lata sententia. & prohibitio eo modo facta non exco- municat transgressorem eius ipso iure, sed solum efficit dig- num excommunicatione, iuxta glossam celebrem & recep- tam, quia in pœnis benignior & mitior interpretatio est fa- cienda, cuius benignitatis exemplum vnum ponit glossa il- lius recepta per omnes, quod in dubio pœna non est censē- da ipso iure imposita, sed per iudicem imponenda.

Secundo, quod non otiosè dixi, per solam virtutē bullę: quia si per alia edicta publica vel proclamata præfectorum anno- nã fuisset imposita ipso iure, vel ipso facto incurrēda, aliud esset dicendum; quia virtute huius bullę confirmantur ex- pressè, vt patet in ea.

Tertio, quod si hæc bulla infixisset pœnam ipso iure in- currēdam, vel si alia edicta præfectorum in annonã eam ipso iure incurrēdam intulerunt, præfatus M. censendus esset excommunicatus primo certissimè ratione illa, quod emit quadraginta vehes, siue somas grani ad negotiandum, siue ad mercaturam, & ita transgressus esset prohibitionem secū- dam huius bullę: quia emit ad alium usum, quam suū & suę familię sustentandę.

Quarto, quod dubitari potest, an etiã incurrisset propter extrahentem, & responderi potest, quod non incurrisset ob solam emptionem etiam animo extrahendi factam, si nō fuit extractum. Tum quia votum, siue voluntas, & conatus faciē- di, si non est peruentum ad factum, non habetur pro facto quo ad incurrēdam excommunicationem etiam ipso iure la- tam, vt profundius omnibus tradidimus nos nuper in c. si quis non dicam. Tum quod lex vel cano. excommunicans faciē- tem aliquid, non includit regulariter solum consentientem et- iam mandando, consulendo, faciēdo, vel auxiliando, vt la- tius probamus in nostro Manu. confes. d

Quinto, ex hoc dicto inferitur, quod etiam non incurrit eam eo solo quod dedit pecunias ad soluendam mercedē extrahentis: non enim potest dici verè extraxisse; eo quod id fecerit, & censetur tacitè mandasse, vel rogasse illam extra- ctionem, vel causam ei dedisse; quia nihil corū sufficit, vt ve- rè dicatur extraxisse, & incidisse in excommunicationem late contra extrahentem, per citata vbi supra.

Sexto, quod gratias ago Deo optimo maximo, quod S. D. N. Gregorius XIII. mediocritatis & moderationis amicissi- mus præfata bullam muniuit pœna excommunicationis

simpliciter, & non adiecta clausula, ipso iure, nec illa, lata sententia, nec alia simili, quæ fecisset pœnam ipso iure in- currēdam, contra morem aliquorum, qui facile excommu- nicationes ipso iure incurrēdas imponunt, non expēdentes, quod nulla in Ecclesia maior est pœna.

Advertendum, referri prætorij sacre Penitentiaria tenere, ta- les incidere in excommunicationem lata sententia: & quod quan- do concedit vt absoluantur, mandat vt lucrum sic male factum dent pauperibus, qui plus necessario sibi emerunt, & qui extraxerunt soluant deputatis id, quod soluisent, si licitè extraxissent.

S V M M A R I V M.

- 1 Scribens & mittens literas moniali, si ad eam non peruenit, et si ex vi verborū videatur ligatus excommunicatione lata contra eisdem scribentes literas, vt mittētes, ex mente tamen legislatoris secus est. num. 2.
1 Verba intelligenda sunt nō quidem cum omni effectu extrinse- co subsequito, sed cum eo, quem verba proprie significant, nisi aliud saltem tacite ex mente disponentis colligatur. num. 2.

CONSILIVM XIX.

PROHIBVIT Gregorius XIII. sub pœna exco- municationis lata sententia, ne cuiusdam ordinis fratres scri- berent ad aliquas moniales sui ordinis. Quidam frater eius scripsit ad quamdam, sed epistola non peruenit ad illā. Quæ- ritur, an sit excommunicatus.

Pro parte negante facit, quod verba cum effectu sunt in- telligenda, l. si hac autem verba. b. translatus in cap. hac verba. c. Pro parte autem affirmante facit primo, quod verba Gre- gorij prohibent scripta mittere: & præfatus frater scripta mit- tit. Secundo, quod illud elogium, Verba cum effectu sunt intelli- genda, non debet intelligi de quocumque effectu extrinseco, sed solum de illo, quem verba proprie significant, vt nos nu- per probauimus per multa, in d. c. hac verba. d. & verba præfa- ta prohibitionis habent, vt nullus frater scripta mittat; & ita solum requirit missionem scripturę, quæ est effectus intrin- secus, quem significant illa verba.

Nihilominus prior pars negatiua videtur verior, non per illam rationem solum, quod verba sunt intelligēda cum effe- ctu, sed per illam, quod verba sunt intelligēda cum effectu etiam extrinseco, quem intendit legislator, vel alius disponēs, de cuius mente vel intentione constat expressè, vel tacitè, quod etiam vbi supra probamus per l. si Balsatoram. e. quæ ha- bet, promittētē inuenire latronē, nō satisfacere, nisi eū capiat, & iudici exhibeat; & per duo dicta Bartholi de inueniēte bāni- tos, & de inueniēte aliquē eū armis: qui nō dicuntur satisfacere, nisi capiat. licet enim verbū, inuenire, proprie nō significet ca- pere inuentum, ex mente tamen & intentione statuentium præsumitur id voluisse significare. Licet ergo illa verba Gre- gorij, nemo fratrum scripta mittere audeat, proprie non requi- rant, vt scriptū perueniat; præsumitur tamen id voluisse: quia non noceret missio scripturę, nisi perueniret ad quam mitte- retur. Itaque arbitror præfatum fratrem peccasse quidem, sed in excommunicationem non incidisse, nisi præfata scripta peruenissent, ad quam mittebantur, saltem per relationem fi- de dignatum personarum, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Extrahens Pij V. de electione superiorum Minorum pœna.
2 Fauorem procurantem cum lex puniat, non includit impetran- tem ad id literas, si eis non sit vsus. & num. 5.
2 Lex non ligat ultra finem à legatore intentum.
3 Legi verba cum effectu sunt intelligenda.
3 Facientem aliquid lex cum puniat, intelligitur si id perfecerit.
3 Fauoris literas qui mihi ad alterum dat, proprie non dicitur fauisse, si illas non presentauit. num. 3. Sed quid si literas fau- ris presentauit, sed non fauit? vide num. 4. & 5.
4 Lex valde pœnalis valde restringenda est. num. 9.
5 Lex non includit, quem eius ratio & causa finalis non includit.
6 Subornatio, quæ idem est, quod clam ornare & instruere, si fiat secundum veritatem in bonum finem, est bona; si in malum finem, seu per mendaciū, est mala. num. 8.
6 Lex generaliter loquens, et si generaliter sit intelligenda, tamen per speciem limitatur. & num. 9.
7 Subornatio mala, seu in malū finē, continetur sub lege prohibēte

subornationem

2 Cap. 1. de sagittarijs. b Cap. in pœ- nis de re. iur. lib. 6.

c De pan. di. l. m. 2. & se. d Ca. 27. m. 2.

a Ca. corrip- asent. 2. q. 3. c. quamuis sit medicina lis. c. 1. de sen. excom. lib. 6.

b ff quod quis que iur. c. De pœni. dist. 1.

d Num. 10.

e Co. de fide- iuss.

subornationem: bona verò, seu in bonum finem, non.
 9 Eligantur vt digniores ad publica officia, reipublica expedit.
 10 Prohibet cum lex aliquid generaliter, immo & vniuersaliter, restringitur tantum ad ea que sunt mala.

CONSILIVM XX.

EXTRAVAGANS Pij V. pastoralis officij nobis. de electione superiorum ordinis Minorum sic habet: Qui autem ad officium obtinendum, quorumvis fauorem extra religionem procurauerit, vltra pœnas excommunicationis, & suspensionis, per mensem carceri macipetur. Quidam frater Minor impetrauit literas cuiusdam domini ad quosdam electores, vt ei fauerent; & postea ductus pœnitentia non est vsus literis. Quæritur, an incidit in prædictas censuras.

Pro parte affirmante, scilicet incurrisse prædictum D. consulentem censuras prædictas, facit, quod verba prædicta extrauagantis videntur eum includere; & quod non videtur obtinere resolutionem, quam posuimus in capit. si quis non dicam. a scilicet, quod lex puniens facientem aliquid non includat conantem facere illud: quia lex hæc non punit vtem fauore, nec subornantem, sed procurantem fauorem, & negari non potest prædictum D. consulentem procurasse fauorem.

2 Sed contrarium videtur verius. Tum quia legislator non intendit ligare per suam legem aliquem vltra finem, quem intendit: quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, b at intentio, & finis, in quem Pius V. prædictam legem tulit, fuit, ne electores, & prouisores officiorum corrumpentur, & propter fauores indigno digno, vel minus digno digniori præferretur. At finis hic, seu causa finalis, ob quam lata fuit prædicta lex, cessat penitus in nostro casu: ergo lex quo ad illum cessabit, cū cessante causa cesset effectus.

3 Tum quia vt habetur in cap. Marchion. d Nec putemus in verbis Scripturarum esse Euangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum folijs, sed in radice rationis. & cap. penult. e habet, Certum est, quod si committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem. At voluntas: vt ibi capitur, significat actum voluntatis, & non potentiam volendi, & sic accepta est finis, vt declarat S. Thom. f ergo verba legis secundum finem illius sunt interpretanda, & temperanda. Tum quia verba cum effectu sunt intelligenda, vt habetur l. i. §. hæc verba, g qui trãfertur in c. hæc verba. h & ita verba procurauerit fauorem, intelligenda videntur de procurante fauorem cum effectu: quod non fecit prædictus D. consulens, qui non fuit vsus literis in sui fauorem obtentis. Tum quia videtur esse casus de hoc in d. §. hæc verba. ibi, Qui voluit statuere, & statuit, sed statutum non habuit effectum, non incidit in pœnam editi. Ergo nec D. consulens volens sibi fauere, & impetrans literas, quæ sibi fauerent, si nullum effectum illæ habuerunt, non incidit in pœnam legis: quia pœna legis humanæ posita contra facientem aliquid, non habet locum, nisi perficiatur illud, vt irrefragabiliter probat cap. cum in cunctis. i adiuncto cap. perpetuo. k

4 Tum quia prædicta lex est valde pœnalis, & ideo valde restringenda. l At de stricta significatione non dicitur quis fauissè, nec fauorem dedisse, eo solo quod voluerit fauere, neque eo quod procurauerit vt alius faueret, si ille non fuit, nec fauet: sicut non dicitur percutere clericum, qui procurauit vt alius percuteretur, si ille non percussit, iuxta glossam & ea quæ ei adiecimus in cap. si quis tam masculum. m Tum quia promittens inuenire latronem, non satisfacit, nisi eum inuentum capiat, leg. si Barsatorum. n per quam Bartholus o ait, quod stante statuto, vt inuentus cū armis puniatur certa pœna; non punitur, si non fuerit captus: quia mens coniecta, siue coniecturata & præsumpta statuti est, vt inuentio habeat effectum: & ita coniecturata & præsumpta mens Pij V. videtur solum comprehendere illum, qui fauore vsus est, qualis non fuit dominus consulens.

5 Non obstat oppositum. Quia responderetur primo negando, quod verba prædicta extrauagantis includant D. consulentem: quia licet procurasset literas, non tamen procurauit fauorem: quia litera facta non fuerunt ei fauori. Secundo, quod etiam si verba legis includerent eum; mens tamen, & ratio, & causa finalis legis non includit eum, & consequenter

A nec ipsa lex, per supradicta. Tum quia negari potest D. consulentem procurasse fauorem: quia vt dixi, licet procurasset literas, non tamen tales, quæ fuerint ei fauori, quia non fauerunt. Tum quia intentio legislatoris non fuit imponere pœnã solum roganti aliquem, vt faueret, nisi rogatus fauorem daret: & qui dat illum per literas, vult quidem fauere, sed non fauet, donec litera peruenerint ad eum, ad quem dantur. Tū denique quod cessante causa finali, cessat effectus. a At finis principalis huius legis est, ne iudicium electoris corrumpatur per preces alterius: & hæc causa cessat in præcibus, quæ nõ perueniunt ad eum, qui desideratur, vt maneat incorruptus, vt palam est. Per quæ puto prædictum D. consulentem non incidisse in vllas pœnas prædictæ extrauagantis præsertim quo ad forum conscientia.

B 6 AN verita subornatione per dictam extrauagantem veteretur instructio vera, & iusta, & vtilis rei, quæ præterit prædictus Pius V. Et pro parte affirmante facit quod subornare est clam ornare, & instruere; & ita comprehendere videtur bonum, & malum ornatum, & instructionem: & ita qui vetat subornationem, videtur vetare tam bonam, quam malam: quia lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda. b

7 Sed contrarium videtur tenendum. Tum quia sicut in Man. confess. c diximus, quod duplex est confidentia, bona, & mala, & quod extrauagans Pij V. puniens cõfidentiam debet intelligi de mala, & illicita tantum, & non de bona, & virtuosa; ita subornatio est duplex, licita, & illicita, vt mox dicemus: ergo hæc extrauagans puniens subornationem in genere, debet intelligi de mala, & non de bona: quia de similibus idem est iudicium, d & non potest negari has leges in hoc esse similes, cum vtraque sit prohibitiua, & pœnalis, & vtraque puniat aliquid in genere, illa quidem confidentiam, hæc subornationem, quæ sunt duo genera continetia sub se duas species, malam, & bonam.

8 De confidentia quidem vbi supra probatur. De subornatione autem sic probari potest, quod subornatio est suasio, qua suadetur verum, vel falsum in bonum, vel malum finem, vt colligitur ex Cardinali, e & ex propria significatione verbi, & ea firma ratione, quod illa, qua suadetur verum in bonum finem, est bona, illa verò, qua suadetur falsum, vel verum in malum finem, mala: siquidem admonere testes, vt reminiscantur quid, & quomodo illa, aut illa facta, vel dicta fuerunt, vt vera testentur, & falsa taceant, vel dicant esse falsa, bonum est, & quotidie à viris iustis iustè litigantibus fieri consuevit; admonere autem contrarium, est malum. f Suadere item electoribus virtutes veras, quibus eligendi ornantur, & vitia vera & nota, quibus notantur, vt dignus indigno, & dignior minus digno præferatur, est sanctum; & contra suadere virtutes falsas, & dissuadere vitia nota, quo indignus digno, & minus dignus digniori præferatur, est malum. g

9 Tum quia interest reipub. vt digniores ad publica munera eligantur, h & consequenter vt electores & prouisores noverint virtutes veras, & vitia vera, & nota eligendorum, vt possint eligere dignos, & omittere indignos. Tum quia non obstat oppositum: quia potest ei responderi, concedendo legē generalem regulariter intelligendam esse generaliter quo ad omnes species significatas proprie per eius verba generalia, sed limitandam esse per leges speciales disponentes contrariū de aliqua specie ipsius: vt lex de non occidendo, quæ est generalis ad omne animal, intelligenda est tantum de animali rationali, & non de irrationali, vt ait Augustinus, i & S. Thom. k & lex stricta de non occidendo homine, iterum restringenda est ad occisionem hominis auctoritate priuata sine necessitate iusta, vel iusto mandato id faciendi. l

E 10 Tum quia decimum præceptum generaliter prohibens concupiscentiam rei alienæ per illam negatiuam, Nõ concupisces rem alienam, quæ in effectu est prohibitio non solum generalis, sed vniuersalis, qualem facit negatio præposita verbo affirmandi, m intelligendum est de concupiscentia inordinata, & mala, & non de ordinata & bona, vt nos post alios declaramus in Manu. confess. n

S V M M A R I V M.

1 Excommunicatio generaliter lata contra facientes aliquid, non censetur includere nisi illos, qui id faciẽdo peccãt mortaliter.

a Ca cum cessante de ap. pel. & l. adige re. §. quamuis de iure parr.

b Le de pretio ff de public. in rem acti. & c. solita. de maior. & obedien. c Cap. 23. nu. 109.

d Le illud. ff. ad l. Aquil. & ca. dudum. 2. de electio.

e In Cle. 2. de testib. not. 2.

f Ca. 1. & ca. homines. & per totã causam 22. & õnes qu. eius.

g Ar. c. nihil. de elect. cum multis similibus. h D. ca. nihil. & c. §. eo. tit. lib. 6. cum similibus.

i Li. 1. c. 20. de Ciuis. Dei. k 2. 2. qu. 64. art. 1.

l Ca. cum minister 23. q. 5. & c. 1. de homicid. li. 6. & cle. 1. eod. tit. m Arg. gloss. magn. c. cum d. l. i. de cõsuetud. n Ca. 19. & c.

a De pœn. di. 1.

b Le. in agris ff. de acquir. rerũ domin. & c. §. de pra.

c Le. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. nat. d. 1. quæst. 1. e Dere. iu. li. 6.

f 1. 2. q. 8. a. 2 in corp. q.

g ff. quod quis que iuris. h De pœn. di. 1.

i §. si de elect. k Eo. tit. li. 6.

l Ca. pœne. cū sibi concordã. de pœn. dist. 1.

m De pœn. d. 1. n C. de fide. iuss. o In l. 1. ff. de acquirend. poss.



- 2 Excommunicatio lata contra quomodolibet fauentes bannitis, videtur posse intelligi de ijs, qui eisdem ad maleficium faciendum, vel ad in eo perseverandum fauent.
- 2 Excommunicatio lata contra iuantes bannitos ad euadendum, videtur posse restringi, vt non liget eum, qui sine scandalo iuuat ad eum finem, vt melius conuertatur, & pœnitent.

CONSILLIUM XXI.

AN Excommunicatio bullæ S. D. N. Gregorij XII. contra bannitos, afficiat patres, filios, vxores, fratres, & huiusmodi alios consanguineos, qui occultauerint bannitos, aut eis consilium, auxilium, seu etiam pecunias dederint ad aufugiendum, & discedendum è territorio?

An vxores, aut alij propinqui debeant denegare cibaria, & alia, quæ petuntur ab illis bannitis ingredientibus domos eorum?

Quid in euentu, quod isti banniti laborarent morbo, & esset periculum de vita illorum, & peterent ab vxoribus, aut propinquis auxilium, & alimenta?

An parochi debeant tunc eos visitare, siue requisiti, siue non requisiti, quando sciunt eos ægrotare?

Quid, an qui inueniunt bannitos in via, & salutantur ab illis, & interrogantur de aliquibus rebus, debeant illos refalutare, & respondere ad eorum interrogaria; & an literæ, quæ mittuntur à bannitis, possint acceptari à propinquis, siue etiam ab extraneis, & aperiri, & legi, & illis responsum dari?

Quia morbo castronico affectus firmiter deliberaui non respondere ad alia dubia, quàm quæ D. N. & summus eius Pœnitentiarius iuberent, donec operum meorum recognitionem, & impressionem, quas frequenter promisi, Deo dante, finirem, eo quod vitæ meæ finem iam appropinquare à præfato morbo sum præmonitus; non decet, nec possum satis ad hæc dubia in præsentia respondere. Sed quia maximè cupio inferuire mittenti ea, dico sequentia.

1 Primum, quod cum interpretatio mentis legislatoris à nemine possit tam aptè fieri, ac ab ipso, si est præsens, vt est S. D. N. qui præfatam bullam tulit, videtur eorum declaratio ab eodem petenda.

Secundo, quod cuperem, vt sua Sanctitas declararet solum fuisse sibi mentem quo ad forum conscientie includere illos tantum, qui edicto suo circumscripto, & sublato, mortiferè peccarent, faciendo ea erga bannitos, quæ sub pœna excommunicationis lata sententia prohibet. Tum quia excommunicatio generaliter lata contra facientes aliquid, non videtur includere nisi peccantes mortaliter faciendo illud, vt habet communis opinio per cap. *nemo*, & cap. *nullus*.

Tum quia olim alius Pœnit. Maximus qui (vt S. D. N.) appellabatur Gregorius declarauit edictum de vitandis excommunicatis, non includere multos, qui piè sine peccato eis communicant, & Innocentius III. declarauit, quod non obstante præfato edicto de vitandis excommunicatis, possunt communicare illis alij, faciendo eis ea, quæ debent per obligationem contractam, antequam excommunicarentur.

2 Tum quia excommunicatio, quæ continet errorem intolerabilem, non valet, & illa dicitur talem errorem continere, quæ fertur contra facientem elemosynam, vel aliud opus genere suo bonum, vt singulariter ibi dicitur. Tum quia ex præmio bullæ præfate videtur colligi, quod solos illos voluit excommunicare, qui vel præsumptiuè receptarent, vel iuuarent bannitos ad malefaciendum, vel in maleficio perseverandum; & non eos, qui iuuarent ad saluandum eorum animas, vel vitas extrema necessitate pressas, ad finem se salubrius conuertendi, & pœnitendi, & per alia iura, quæ allegat Speculator, f ad asserendum, quod vxor banniti potest ei communicare. Tum quia legum Casarearum laroies, decernendo minori pœna esse afficiendos consanguineos receptantes, quam extraneos, eo quod præsumitur minus peccare; significant, eos, qui absque vilo peccato receptarent illos, nulla pœna puniendos, si eorum innocentia nota esset coram Deo; & consequenter qui in foro conscientie, in quo nota sunt omnia, nihil peccauerunt, nihil pœnæ mereri. Tum quia particula illa bullæ, quæ excommunicat eos, qui cibis, comestatu, auxilio, consilio, vel fauore, vel quocumque alio modo, etiam vt euadant, &c. possent quo ad forum conscientie

restringi, vt non comprehendat eos, qui iuuarent bannitos ad euadendum manus iustitie sine scandalo, & violentia, ad finem se melius conuertendi, & pœnitendi. Tum quia, vt alibi post Caictanum diximus, licet in foro conscientie capto fugere de carcere sine violentia, & fractione.

Tertio, quod si sua Sanctitas declararet præfatam inentem sibi fuisse, omnia supradicta dubia remanerent soluta in magnam tam pœnitentiam, quàm confessoriorum consolationem. Salua, &c.

S P M M A R I V M.

- 1 Excommunicatus non est receptans, quæsi dubitat esse bannitum famosum, & seq.
- 2 Banniti tantum famosi per bullam Greg. XIII. vitandi.

CONSILLIUM XXII.

Quidam iuuenis explosit archibulum in quemdam inimicum suum, quem tamen non percussit, & post aliquot dies adiuit quoddam monasterium, cui erat maximè amicus, & rogauit Prælatum, vt eum hospitio susciperet: qui respondit, videri sibi non posse id facere propter bullam Gregorij XIII. contra bannitos, sed à quodam presbytero seculari persuasus contrarium, suscepit eum. Quæritur, an incidit in censuras bullæ.

1 Respondeo, verba quidem facere pro parte affirmante, quatenus lata est contra recipientes bannitos, & capitali crimine diffamatos. Sed contrarium videtur tenendum. Tum quia præfatus iuuenis non fecit id notoriè. Tum quia præfatus D. Consulens, licet audiuiisset eum id fecisse, nesciebat tamen, an esset manifestum per famam: quia non quælibet auditio, & informatio facit aliquid esse famosum, sed illa tantum, quæ nascitur ex dicto alicuius, qui vidit rem fieri, & creditur à toto populo, vel collegio, vel maiore parte illius. Tum quia, licet rumor ille esset comitatus omnibus, quæ requiruntur ad conficiendam infamiam, vel diffamationem: D. tamen consulens nesciebat illud: & ita ignorabat illum esse diffamatum ea infamia, quæ iure ad id requiritur.

2 Tum quia mens conditoris extrauagantis non fuit includendi omnes capitaliter delinquentes palam, vel occultè, sed eos tantum, qui ex professio exercent huiusmodi delicta. Tum quia vsus, & cõsuetudo intelligendi eam, id habet: alioquin sequeretur, quod nullus delinquens Romæ publicè, vel occultè crimen capitale, contra quem esset fama, possent recipi ab aliquo in domum suam, cuius contrarium notoriè seruatur in ea, in qua quotidie parentes, cognati, chirurgi, & nobiles recipiunt, & alunt, donec à iudice iubeantur comprehendi: immo & publicè manent in alylis, siue franchisijs Cardinalium, & Legatorum, licet non solum diffamari sint de illo delicto, sed etiam sciatur ipsos id fecisse. Tum quia alioquin sequeretur, quod includeret omnes delinquentes capitaliter in toto statu Ecclesie: quod est absurdum. Itaque D. Consulens securus potest agere diuina: eo quod nesciebat crimen eius esse iure famosum, licet aliquam de illo informationem haberet: & quod crimen iuuenis non includebatur in præfata bulla secundum mentem eius, & vsum intelligendi eam, &c.

CONSILLIUM XXIII.

Quidam ob homicidium, & alia delicta, fuit bannitus cum omnibus complicitibus suis: quorum tamen nullus fuit nominatus in sententia, neque processu.

Quæritur, an bulla Sanctissimi D. N. excommunicans receptatores bannitorum, & illis consilium, auxilium, & fauorem quomodolibet præstantes, includat eos, qui sciunt aliquos sibi nosse fuisse complices illius, sed manent, & manserunt in suis domibus cum sua familia, & non fugerunt, sed communicant cum suis vicinis perinde, ac si non fuissent banniti.

1 Respondetur, quod pro parte affirmante facit primo, quod bulla excommunicat omnes receptantes bannitos, & quomodolibet eos iuantes: & D. consulentes aliquo modo iuuant præfatos generaliter bannitos, qui verè sunt banniti, licet vltimus nesciat eos esse tales.

a. 11. q. 3.

b In ca. quoniam multos. 11. q. 3. c. in e. inter alia. de sen. ex. comm. d. Ca. venerabilis. §. porro de sen. ex. comm. lib. 6.

c Ar. ca. cum voluntate. de sen. exc. c. pasc. 26. d. d. in de dote post diuort. re. situ. §. forma sis. ver. quid si

a Est bulla de Gregorij XIII. qua incipit tanta rã qua.

a Ca. 27. n. 35.

b Quoniam. 11. q. 3. c. cum desideras. de sen excom. c. i. p. adnot.

c Cap. nemo. c. n. nullus. 11. q. 3.

d L. rem lega tam. ff. de adi men. lega. c. si. de ver. signi. c. Capit inter verba. 11. q. 3. c. qui a liquando. §. secreta. de pe nit. d. 1. c. i. eis adnot.

f In 4. dist. 18. quast. 2. col. 8. g Ca. 27. nu. 27.

h L. si. ff. de ha red. inst. c. l. quod dicitur. ff. de pact. ar. c. Marchion. 1. q. 1. c. fin. de reg. iuris. li. 6.

i In sum. ver. excomm. c. 1. k Ca. 27. nu. 55.

l De sens. excomm.

m §. 1. ff. de nexal.

n Ar. c. pasc. 86. distinct.

o 23. quast. 4.

2 Secundo, quod ante extrauagantem ad euitanda. Martini V. cuius verum tenorem nos tradimus in Manual. confess. a excommunicantes participantes cum excommunicatis, includebant participantes scienter cum excommunicatis generaliter, licet non essent nominati, neque denunciati, b ergo & hæc bulla excommunicans generaliter iuuantes bannitos, includet iuuantes bannitos generaliter, etiam si non sint nominati banniti.

3 Pro parte autem negante facit primo, quod excommunicatio maior non debet ferri, nisi contra peccantem mortaliter, c & quod dicti consulentes non videntur etiam venialiter peccasse communicando cum eis, non mutando post illud bannium generale communicationem, quam ante illud habebant ad illos, qui nullam mutationem ob illud bannium fecerunt.

4 Secundo, quod S. D. N. qui intendit per bullam præfatam vitare peccata, non intendit inducere illa: cum intendens aliquid, non intendat contrarium eius. d At si includeret dictos consulentes sua bulla, videretur inducere ad peccandum peccatum detractionis: quia, qui detegit peccatum alterius præter ordinem iuris, peccat infamando, e & si præfati consulentes non communicarent, vt antea, præfatis bannitis, et si non verbis, saltem factis detegerent peccatum illorum, & infamarent. ergo non est intentio Sanctiss. vt se à consueta communione innominatorum, & secretorum, siue ignotorum separent.

5 Tertio, quod qui vitabat in præsentia aliorum occultum excommunicatum, etiam ante præfatam extrauagantem ad euitanda. peccabat: quia faciebat iniuriam ei, vt post Ioann. Maiorem, f dicimus nos in Manual. Confess. g ergo à fortiori peccarent consulentes, significantes eos esse bannitos, separando se à communicatione illorum: quod sua Sanctitas nullatenus videtur intendisse.

6 Quarto, quod cessante ratione legis, & mente legislatoris, cessat dispositio legis. h At in casu proposito ratio, & mens præfate bullæ videtur cessare: quia ratio, & mens fuit necessitas arcendi homines in delinquendo contumaces: quales non fuerunt, nec sunt præfati banniti, cum non exerceant sic contumaciter delicta, nec à tempore banni reliquerunt suas domos, & familias, nec habitationem pristinam.

7 Quinto, quod probabiliter dici potest, quod illa verba bullæ, Receptatores, & quomodolibet auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, sunt intelligenda de his qui receptant, vel iuuant directè, vel indirectè bannitos, quo ad delicta, quæ exercent, & non de alijs, qui neque directè, neque indirectè iuuant ad exercendum ea. Tum quia quadamtenus impium esset dicere, per præfatam bullam excommunicari confessarium, qui peccauit bannitum penitentem, præsertim in articulo mortis, & qui cibaret, potaret, & hospitio susciperet eum egentem extremè, & qui oraret, immo & missaret pro eo, vt conuerteretur, & qui consuleret ei, vt cessaret à grassatura, & alijs malis: eo quod nec directè, nec indirectè iuuaret eum ad id, à quo intendit bulla arcere.

8 Tum quia, vt ait Caietanus, i quem sequuti fuimus in dict. Manual. k propriè loquendo, fautor hæretici solus est, qui fauet hæretico vt hæretico: & similiter defensor hæretici solus est, qui defendit hæreticum, quatenus hæreticum. similiter receptator hæretici solus est, qui recipit hæreticum, quatenus hæreticum, quoniam ex intentione, & proposito maleficia distinguuntur; iuxta cap. cum voluntate. l quod ipse non citat.

9 Et quod, vt ipse ait, termini formaliter sunt intelligendi apud sapientes in qualibet facultate: pro quo aptus textus in l. in dilectis. m & vltra ipsum facit, quod tenetur quis hæretico extremè egenti subuenire. n

10 Et quod potest quis, licet non teneatur, eidem etiam non extremè egenti subuenire, quatenus est homo, arg. ca. duo ista nomina. o ibi, Quia peccator est, corripere: quia homo, miserere, & ibi: Nulli homini claudenda est misericordia, sicut nulli peccatori impunitas relaxanda est. Tum quia alioquin omnes ferè Catholici, etiam religiosi, Germaniæ, Angliæ, Scotiæ, & bonæ partis Galliarum inciderent in censuras bullæ cœnæ, quippe qui habent commercium cum hæreticis, quatenus sunt homines, quod sine aliquo fauore, vel auxilio eis præstando, haberi nequit. Quare videtur concludendum, præfatos consulentes non incidisse in præfatam bullam quo ad forum con-

scientiæ, & verum Dei iudicium, neque quo ad forum hominum exterius, si probauerint ea, quæ proponunt.

11 Ad primum oppositum responderi potest primò, negando, quod verba præfate bullæ includant consulentes: quia licet communicent, & iuuent aliquo modo, non tamen communicant. nec opulantur eis, tamquam bannitis, sed tamquam Christianis vicinis in suis domibus manentibus, vt non bannitis: & ita non dicuntur adiutores bannitorum, cum non iuuent eos tamquam bannitos per præfatam determinationem Caietani, a multis confirmatam.

12 Secundo, quod verba bullæ accepta secundum rigorem logicum includerent consulentes: quia communicant eis, qui verè sunt banniti: sed non tamen, quod includant intellecta secundum rationem bullæ, & mentem eam ferentis, per prædicta, secundum quas intelligenda sunt iuridicè, iuxta cap. intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed sermo rei debet esse subiectus. b

13 Ad secundum responderi potest primò, quod nimium rigorosi visi fuerunt canones illi antiqui, iubentes vitare excommunicatos generaliter, Martino V. & Concilio Constantiensi: & ideo per præfatam extrauagantem, ad euitanda, fuerunt temperati. & credendum est Sanctiss. D. N. qui temperantiam, & mediocritatem maximè colit, maluisse sequi mediocritatem Martini V. quàm extremitatem, & rigorem canonum antiquorum. Secundo responderi potest, multò maiorem rationem dictare, vt vitetur excommunicatus generaliter, quàm vt vitetur bannitus generaliter: siquidem excommunicatio iure diuino dicitur, & habet executionem suo iure innatam: ita quod nec appellatio iusta eam suspendit, c bannitio autem iudicis humano iure dicitur, & non habet executionem innatam, vt palam est.

S V M M A R I V M.

1 Excommunicatus publicus censendus est, qui coram maiori parte conuentus clericum à sede expulit, vel brachio violententer traxit.

C O N S I L I V M XXIII.

Q Væ situm est, an monachus ante legitimam ætatem ordinatus presbyter, & solitus sedere vitimus presbyterorum, donec celebraret, & adeptus legitimam ætatem iustus celebrare, vel vltimus presbyterorum sedere, & parens alteri parti præcepti disuncti sedendo in vltimo loco, cum post aliquot dies gratia agerentur in mensa, surrexit, & vt caperet locum inter sacerdotes sibi competentem iuxta tempus suæ professionis, manus intulit violentas in duos presbyteros superius sedentes, alterum brachio trahens, alterum à pectore excutiens, incidit in canonem si quis suadente.

1 Respondeo primo, multis modis ipsum lætaliter peccasse. Primum, volendo auctoritate priuata proximum à loco, quem possidebat, expellere in præsentia iudicis superioris vtriusque, à quo poterat petere restitui sibi eum, si ad se pertineret. Secundo, contraueniendo præcepto superioris à se acceptato. Tertio, gratias, quæ Deo pacificè agi cœperant, interturbando. Quarto, totum conuentum scandalizando. Quinto, manus iniurias in duos presbyteros iniiciendo: & proculdubio ipsum incurrisse, & grauissimè in præfatum canonem. Tum quia iniicit manus iniurias in presbyteros auctoritate priuata. Tum quia voluit possessionem sui loci contra superioris præceptum.

F Secundo, quod non solum peccauit mortaliter omnibus modis supradictis, sed etiam incurrit excommunicationem maiorem per præfatum canonem fulminatam: & adeo quidem, quod sine alia iudicis auctoritate debuit ab omnibus euitari: quia licet excommunicatus à iure regulariter non debeat vitari, donec denunciatur, per extrauagantem ad euitanda. Martini V. cuius tenorem referimus nos in Manual. confess. d fallit tamen in iniiciendo manus violentas notoriè in clericum, vt ipse iniicit, cum id maior pars conuentus viderit: præsertim quod clerici, in quos iniicit, erant presbyteri: quod plurimum auget peccatum: quod vtinam ei, & mea mihi condonet Dominus noster Iesus Christus, qui peccantium miseretur. &c.

a Vbi supra.

b De ver. sig.

c Ca. pastoralis. §. verum de appellat.

d Ca. 27. n. 35



S Y M M A R I V M

1 Clericum casu cum vxore inuentum occidens non est excommunicatus: secus, si ex precedente maturo iudicio id faciat.

C O N S I L I V M XXV

AN cap. si uord. a habeat locum in eo, qui occidit presbyterum inuentum cum vxore sua?

1 Respondeo, quod sic, si casu inuenisset, & ex continenti occideret illum, non autem qui postea, & remisso dolore, id facit, secundum Angelum. b Sed quid de marito, qui se abscondit domi, ut presbyter id ignorans ueniret ad domum, & inuentum cum vxore occideret eum? Er videtur idem, cum contextus illius generaliter loquatur, argument. l. de pretio, c & quia intentio Papae videtur fuisse, quod maritus non incideret in excommunicationem ob percussione clericum in casibus, in quibus liceret lege seculari eum percutere.

Quare quicquid sentiat Fortunius, d infero quod si in casu proposito, non occidit impetu subito doloris, sed precedente maturo iudicio, tutius dicitur, quod sic, secundum mentem Angeli. e

S Y M M A R I V M

1 Excommunicationem non incurrit, qui legendo schedulam, iratum, clericum, qui eam legere volebat, tangendo repulsi.

C O N S I L I V M XXVI

AN canonicus, qui subiratus ob quaedam contenta in quadam schedula, quam legebat, cōcanonicum petentem, ut sibi faceret copiam eam legendi, repulsi a se, tangendo eum manu, qui non accepit illud in iniuriam, incidat in canonicam, si quis suadente.

1 Respondeatur, quod non: quoniam nemo incurrit excommunicationem maiorem generaliter latam, nisi ob peccatum mortiferum, f & praedicta repulsio facta inter amicos concanonicos, & familiariter conuersare solentes, non videtur culpa mortifera: quia in omni materia paruitas rei excusat a culpa mortifera, per ea, quae tradimus in Manual. confess. g post S. Thomam, & alios in multis locis: & magis excusat inter amicos, & socios, & inter se conuersare solentes, quam inter alios, h

S Y M M A R I V M

- 1 Clericum arma portantem in Gallia iudex secularis punire virtute consuetudinis potest.
- 2 Clerici noctu arma portantes capi solent.
- 2 Clericos arma portantes in Hispania secularis iudex non punit.
- 3 Clericos arma portantes si apparitores capiant, non peccant, nec incurrunt excommunicationem. & seq.
- 4 Clericos arma portantes uelle delinquere praesumitur.
- 5 Apparitores clericos capientes, ut eos armis spolient, peccant.
- 5 Apparitores arma a clericis capta ante condemnationem restituere non tenentur.
- 6 Praetor est iudex competens ad armorum restitutionem clericis faciendam, & an sit Episcopus dabitur.

C O N S I L I V M XXVII

PRaelectus vigilum secularis, agens noctu excubias, inuenit clericum ordine sacro insignitum armatum, quem iuste potuisset capere, & deducere ad Episcopum, vel Proepiscopum. clericus autem tradidit ei sponte arma, ne duceretur ad Episcopum. Queritur primo, an praefatus Praefectus vigilum incidit in excommunicationem cap. si quis suade. te. i Secundo, an saltem male fecerit, & peccauerit. Tertio, an puniri possit ab Episcopo?

1 Ad supra dicta respondeo primo, quod in Gallia ob crimen, quod appellatur in ea portus armorum vetitus, iudex secularis potest punire clericum arma indebitè portanterè pena ciuili, virtute consuetudinis inmemorabilis, quae habet vim priuilegij, k vt late refert Stephanus Aufredus l & consequenter possit in illo regno Praefectus vigilum, vel is, ad

quem ea de re notio pertinet, punire eum pena perditionis armorum, vel alia maiori, pro excessu qualitate.

2 Secundo, quod certum est apparitores, siue Algoziles iudicum secularium Hispaniae frequenter capere clericos, etiam ordinum sacrorum, & scholasticos à iurisdictione seculari omnino exemptos, portantes arma noctu: & quod rogati ab eis, ne ducant eos ad manus Episcopi, vel ad magistrum scholarum, dimittunt illos, armis tamen sibi sponte dimissis, quod in utrorumque utilitatem cedit, Nam clerici, & scholastici non deducuntur ad iudices suos, & sequenti die pauca pecunia redimunt arma, & mox etiam aliquando nocte sequenti deferunt illa, & inuenti cum eis, iterum traditis illis apparitoribus, soluntur, & sequenti mane iterum redimunt ea: ita, quod illa gestatio armorum sit quaedam vindemia, & messis apparitorum.

Tertio, quod nusquam legi, nec audiri, quod iudices seculares, nec apparitores Hispaniae allegarent pro se consuetudinem similem illi Gallicanae inmemorabili, quae priuilegium generaret in Hispania secularibus castigandi clericos super crimine portus armorum.

4 Quarto, quod credo apparitores huiusmodi non incidere in excommunicationem praefati canonis si quis suadente. non quidem eo quod capiunt eos portantes arma: quia licet eis id facere ob rationem infra in §. fund. scriptam: & ita non peccant in eo mortifere, quod requiritur ad incurendam excommunicationem maiorem, a non etiam eo quod capiunt arma: quia non tollunt illa uolenter, quod canon requirit, sed sponte data recipiunt. Nec obstat, quod metu deductionis ad competentes iudices illa tradunt. Tum quia ad incurendam excommunicationem illius canonis non sufficit metum iniicere, neque metu iniecto bona capere, sed requiritur, ut uolentia fiat persona gaudenti priuilegio illius canonis: uerba enim eius sic habent, Si quis suadente Diabolo manus uolentia, &c. Tum quia apparitores non inferunt illum metum iniuste, sed iustissime: quia iuste possunt eos ducere, ad suos iudices, & huiusmodi metus non inducit uigilantiam, immo neque metum, ex quo nascatur actio, quod metus causa, ut est casus singularis in l. si mulier. b

5 Quinto, quod praefati apparitores non peccant eos capiendo: quia licet neque iudex secularis, neque apparitores eius possint regulariter auctoritate propria clericos capere, fallit tamen quando id faciunt ad obuiandum delicto committendo, siue constet, quod uolunt committere delictum, siue praesumatur, iuxta glossam adiuncto: textu, c quam in hoc commendat Decius, d ubi e dicit Panormitanus, quod familia potestatis secularis potest capere clericum incedentem noctu cum armis, quia praesumitur ire ad delinquendum.

6 Sexto, quod arbitror praefatos apparitores peccare grauiter coram Deo, capiendo eos principaliter ut quarant arma eorum, & eis acceptis eos dimittant. Tum quod sine iusto titulo uidentur ea capere, cum non deducant eos ad iudices competentes: quia non faciunt id, ob quod accipiunt illam potestatem capiendi, quae est causa capturae, scilicet, deductionem ad iudices competentes. Hoc tamen peccatum, quia non est peccatum uolentiae illatae personae clerici, vel scholastici, non uidetur sufficiens ad incurendam praefati canonis censuram per praedicta.

7 Septimo, quod praefati apparitores possunt per iudices competentes ob hoc peccatum, vel delictum puniri: quia, interest reipublicae, delicta puniri. f Arbitror tamen non teneri eos ad restitutionem de praepcepto in foro animae, donec condemnentur: quia arma praedicta uidentur dari ob turpem causam, ne scilicet iuste capri deducantur ad iudices competentes, & ob turpem causam sunt accepta, nempe ne deferant captos ad praefatos iudices, ob quam deductionem data est illis potestas illa capiendi: & nos probamus efficaciter in Manual. confessoriorum, g turpiter datum, & turpiter acceptum non esse de praepcepto restituendum.

8 Octauo, quod puto praefatos clericos non posse arma illa repetere, etiam in foro exteriori, per l. ubi. & seq. h quae habent expresse non posse repetere eum, qui turpiter dat, ab eo qui turpiter accipit.

9 Nono, quod certum est iudicem secularem, cuius est apparitor, esse iudicem in hoc competentem. An autem idem dici possit de Episcopo, utrum sit iudex competens, uidetur

a l. de sen. ex. com.

b Ver. excom. munitio. 7. §. 9. c ff. de public. in rem. act.

d In tractatu de ultimo si. ma, illatione 11. uerf. e Ver. ex com. munitio. §. 19.

f Cap. nullus. & c. memo. 11. quaf. 3.

g Pra. p. m. 11.

h Ar. c. quomiam de uis. & bon. cleri.

i 17. quaf. 4. k Intra l. hoc impo. §. aqua diuis. ff. de aqua quosidiana. & c. esti ma. & c. super quibusdam. §. praeter. de uerb. sign. l. In repositi. de. r. de offi. ordinarij, re gul. 1. fallen. §. 10.

a c. memo. & c. nullus. 11. §. 3.

b ff. quod mo tuo cau. a iu. de su. glo. in hoc ap. a.

c In s. de ha. ricti. d In cap. cum non ab homi. no de iudicij. nu. 10. e Et ip. ca. ut fama. de sen. tentia ex. com.

f L. in uul. noratus ff. ad l. Aquil. ca. ut fama. de sen. tentia ex. com.

g Ca. 17. n. 30.

h ff. de condic. ob tur. caus.

dubium. Nam pro parte affirmante facit, quod capiendū arma clericorum videantur capere res ecclesiasticas, & ita sacrilegium committere, a ratione cuius possunt conueniri coram utroque iudice, tam ecclesiastico, quam seculari. b Sed pars negans videtur verior. Tum quod nec Rex Hispania, nec iudices eius id patenterent. Tum quod, licet clerici sint ecclesiastici, arma tamen eorum non sunt res Ecclesie, nisi essent monachi, quorum omnia bona sunt ecclesiastica, c quo casu de rigore iuris posset pars affirmans teneri. Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Prælati correctionis causa verberare subditos possunt, per se, vel alios, etiam laicos ex consuetudine. num. 4. & 6.
- 2 Ignorantia facti, & non iuris excusat, nisi sit obscurum seu parum frequentatum. num. 2. 5. & 7.
- 3 Error malè intelligendi priuilegia, seu leges, excusat. num. 7. & vlt.
- 4 Ignorantia iuris probabilis equiparatur ignorantia facti, & excusat à culpa & à pœna pro ea posita. num. 8. & 9.
- 5 Ignorantia iuris excusat religiosos, qui illud scire non tenentur.
- 6 Consuetudo à culpa & à pœna excusat, & humane legi derogat. num. 10. & 11.
- 7 Consuetudo est rationalis, quando non est contra ius diuinum, & decencia fauet.
- 8 Consuetudo etiam irrationalis ab excommunicationis pœna excusat, licet non à peccato.

CONSILIVM XXVIII.

Quidam Prælati ordinis Minorum, bona fide credens id sibi licere, fecit causa iustæ correctionis verberare quendam religiosum sibi subditum per laicum familiarem monasterij deferentem habitum tertij ordinis Minorum. Quæritur, an sit excommunicatus.

- 1 Respondeo primo, pro parte negante facere duo priuilegia Alexandri V I. & Leonis X. quibus facta est Prælati fratrum Minorum facultas castigandi subditos suos per alios, non obstante cap. vniuersitatis. d
- 2 Secundo, quod ignorantia excusat quem à pœna, etiam in hac ipsa materia, e & aliquando etiam à culpa, f & specialius quo ad materiam nostram in cap. 2. g
- 3 Tertio, quod nemo incurrit excommunicationem ipso iure ob aliquam dispositionem generaliter excommunicantem, nisi propter peccatum mortale. h At præfatus Prælati non videretur peccasse mortaliter.
- 4 Pro parte autem affirmante facit primo præfatum cap. vniuersitatis, quod habet in summa Abbates, & alios Prælatos inferiores Episcopis, posse quidem causa correctionis verberare suos subditos per alium, modo ille sit clericus vel monachus: & in casu nostro verberatio fuit facta per alium, qui non erat clericus, nec monachus.
- 5 Secundo, quod ignorantia iuris regulariter non excusat, cap. ignorantia facti, non iuris, excusat. i & constat, hanc, quæ prætextitur, ignorantiam esse iuris, & non facti.
- 6 Quibus præmissis, respondeo primo præfata priuilegia Alexandri, & Leonis nihil prodesse præfato D. Consulenti: quoniam intentio eorum solum fuit statuere, quod correctio posset fieri à Prælati per alium absolute, etiam si non vrgeret aliqua necessitas, id faciendi per alium: modo ipse esset frater sibi subditus, vt exprimit Leo, cuius priuilegium videtur aliqua ex parte maius priuilegio Alexandri, ita quod solum ampliet illud cap. ad hoc, vt corrigere possit per alium, etiam si necessitas non vrgeat: non tamen ampliat ad hoc, vt possent id facere per laicum, etiam si necessitas vrgeret.
- 7 Secundo quod error malè intelligendi priuilegia illa posset excusare D. Consulentem, si ex illorum inalo intellectu bona fide credidisset præfatum cap. ampliatum esse per illa, etiam ad id, quod proxime diximus non esse scilicet, quod non est contra ius naturale, neque diuinum: & quod decens est, & honestum, ne clerici, &c. & illud est decens, & honestum, quod non est contra ius naturale, neque diuinum: & viris prudentibus, & bene moratis videretur tale, k quod posset inuniri multis, quæ traduntur per omnes, & præsertim Rochum. l

a Arg. ca. qui præd. 12. q. 2.
b Ca. cum sit de sero comp.
c Cap. non dicitur. 12. qu. 1.

d De sen. excom.
e Cap. si uera de sen. excom.
f Cap. 2. de consil.
g Eod. tit. lib. 6.
h Cap. nemo. & ca. nullus. 11. quæst. 3.

i De reg. iur. lib. 6.

k Ar. ca. quo iuro. e. dist. 6. cap. qui quis. 4. dist. 1. l To. d. cap. 6. n.

A 12 Septimo, quod consuetudo prædicta, etiam si esset irrationabilis, excusasset D. Consulentem ab excommunicatione, licet non à peccato: quoniam consuetudo, etiam irrationabilis, & quæ est contra ius naturale diuinum, excusat transgressorem legis à pœna humanitus posita, licet non ab aeterna diuinitus constituta, iuxta glossam celebrem, & receptam, a cui est satis similis à multis putata singularis in cap. cum venerabilis. b

B 13 Itaque resoluendo respondetur primo, quod, licet præfatus D. Consulens non fuisset excusatus per præfata priuilegia Alexandri & Leonis rectè intellecta, tamen potuisset excusari per errorem intelligendi ea malè, bona tamen fide. Secundo, quod ignorantia præfati cap. vniuersitatis, si sincera fuit, & causa præfati modi verberandi, excusauit eum, etiam si nulla esset consuetudo illi contraria. Tertio, quod excusauit eum consuetudo contraria, si qua est in Italia similis illi, quæ est in Gallia, qualem credimus esse, siue dicatur rationalis, qualem arbitror esse, siue irrationabilis. Et quia per hæc dicta colligitur responsio clara oppositorum, non respondetur ad ea.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus non est tangens Episcopum absque intentione mala.
- 2 Excommunicatio non incurritur sine peccato mortali, nec sine dolo.
- 3 Clericum retrahere & impedire potest laicus, vt futurum scandalum, seu peccatum impediatur.
- 4 Excommunicatus qui cum non esset, fuit absolutus cum iuramento Romam veniendi, declarationem petet prudenter.

CONSILIVM XXIX.

Quidam miles Hierosolymitanus bono zelo volens vitare scandalum, quod videbatur consequiturum verba cuiusdam Episcopi alloquentis arrogatè Magistrum magni ordinis, comprehendit eum iuxta extremitatem almuicæ partis posterioris, vt conuerteret faciem retro, & suaderet silentium, & discessum. Quæritur, an inciderit in excommunicationem.

- 1 Arbitror, prædictum militem non incidisse in pœnam canonis si quis suadente. c Tum quia illa non incurritur, nisi manus iniectio sit peccatum mortale, per ea, quæ nos citamus in Manual. Confessar. d & prædicta apprehensio, & tractio non fuit peccatum mortale, immo neque veniale, sed potius meritum.
- 2 Tum quia prædicta pœna non incurritur sine dolo, vt tradunt Panormitanus & Decius, e & probatur per illa verba prædicti canonis, suadente Diabolo, & prædictus miles nihil fecit dolo, sed bono fine: & à dolo excusat quælibet alia causa etiam iniusta, vt in hac ipsa specie dixit Decius. f
- 3 Tum quia potest etiam laicus retrahere, capere, & retinere clericum ad impediendum delictum, & scandalum futurum, vt ibidem Panormitanus & Decius cum communi affirmant per multa ibi per ipsos citata & prædictus miles prehensionem prædictæ almuicæ fecit ad impediendum delictum, & scandalum, quod ex prædicta alloquutione parum modesta probabiliter timebatur oriendum, & consequendum. At quoniam præfatus miles fuit ad cautelam absolutus propter impedimenta veniendi ad Papam, & iurauit venire ad ipsum, cessantibus impedimentis, prudentiæ fuerit petere à sua Sanctitate absolutionem ad cautelam, vel declarationem, quod non inciderit in prædicti canonis pœnam: quod facile sua Sanctitas faciet, attentis prædictis, & quod prædicta prehensio, etiam si fuisset iniuriosa, erat leuis, & consequenter excommunicatio non erat reseruata Papæ, per textum singularem, g quod nos declaramus in dicto Manual. h

SUMMARIUM.

- 1 Fructus beneficij tamquam creditur capiens non est excommunicatus.
- 2 Fructus beneficiorum capientes vt sint excommunicati, quinque requiruntur.
- 3 Excommunicationis declaratio sine citatione est nulla.

CONSILIVM XXX.

Quidam Episcopus cuidam nepoti suo ex fratre debebat 80. scuta, quæ multis vicibus rogatus noluit soluere.

a Ca. denique 4. dist. b De consue. ver. migrasse.

c 17. quæst. 4.

d Ca. 27. num. 78.

e In c. cum nō ab homine. de iudic.

f Vbi supra, n. 10. per sura ibi citata.

g Ca. peruenit de font. excommunicationis. b Ca. 27. num. 80.

Nepos eius, qui extra suum Episcopatum degebat cum quibusdam alijs, adiuit quoddam oppidum Episcopatus predicti sui patris nocte, & accepit ex granario Episcopi granum pro securis sibi debitis: quod cum rescisset Episcopus, declaravit nepotem incidisse in bullam Cœnz Domini, & denunciavit eum excommunicatum. Queritur, quid iuris?

1 Respondeo primo, quod præfatus nepos videtur male fecisse, accipiendo illud granum auctoritate propria, contra l. extat. Secundo, quod tamen non incidit in excommunicationem bullæ Cœnz contentam in 14. ca. eius, ut annotauimus super eadem inserta in Manu. post Caietanum, de quinque requisitis ad hoc, ut capiens fructus Episcopatum, vel aliorum beneficiorum, incurrat illam excommunicationem.

2 Tum quod vnum de quinque illis requisitis est, ut capiat eos auctoritative, vsurpando auctoritatem capiendi eos tamquam dominus, vel publica persona. At præfatus nepos non cepit illud vsurpando sibi vllam auctoritatem publicam ordinariam, vel delegatam capiendi illud, sed tamquam creditor, qui putabat sibi licere capere de bonis sui debitoris tantum; quantum sibi debebatur, vti multi putant, & aliquando licet, concurrentibus circumstantijs, quas nos ponimus in d. Manual. Confess. Alterum, ut capiat eos, ut fructus, & redditus ecclesiasticos. At præfatus non cepit illud tamquam res ecclesiasticas, sed tamquam particulares sui debitoris, qui nullatenus illi soluere volebat. Tum quia, etiam si cepisset eos fructus tamquam sui, & læro, non incurrisset illam excommunicationem, ut Caietanus vbi supra rectè determinat.

3 Tertio, quod declaratio, qua præfatus Episcopus declaravit excommunicatum præfatum suum nepotem, fuit iniusta, & ipso iure nulla: quia fuit lata sine citatione legitima. Nam licet excommunicatio lata sine monitione regulariter valeat, & appellatio non suspendat eam, declaratio tamen, quod quis est excommunicatus, non valet sine citatione, iuxta gloss. clemen. 1. & appellari potest ab ea, & suspendit eam, iuxta gloss. solemnem, & declarat latius Felin. i

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopo verba iniuriosa dicens, & conatus percutere, non incurrit excommunicationem.
- 2 Conatus debet puniri, etiam non secuto effectu, fallit in consensu.
- 3 Excommunicationem, qui hostiliter insequitur Episcopum, modo incurrit.
- 4 Insequitur, quando vnus priuatim post alium animo eum iniuriandi vadit, & num. vltimo.
- 5 Excommunicationem non incidit Episcopi domum adiens, postquam ille iam non fugit.
- 6 Excommunicationem non incurrit vadens ad domum Cardinalis ad dandum domui insultum.

C O N S I L I V M X X X I.

Quidam homines transeuntem Episcopum per ciuitatis plateam offendere volebant, quos cum Episcopus ita animatos vidisset, per aliam viam declinare cepit. Tunc homines illi, & cum eis turba de vniuersitate multa, cum armis, clamoribus iniurijs, varijsque contumelijs insecuti sunt ipsum Episcopum, alij, dum fugeret, alij, postquam se in locum receperat munitum, & quidem animo offendendi, ac per insultum locum munitum, & ipsum Episcopum capiendi. Dubitatur, an omnes illi de vniuersitate homines excommunicationem incurrerint.

1 Respondeo, primo certum esse, neminem prædicta vniuersitatis incidisse in excommunicationem ca. si quis suadentes. k propter iniurias, quas in Episcopum dixit, vel fecit: quia nemo eum percussit; & ad incurredam illam non sufficit voluntas percutiendi, neque conatus ad percutiendum, quamuislibet fuerit percussioni proximus, secundum omnes, quos etiam nos sequimur in Manual. l

2 Tum quia licet regulariter conatus ad delinquendum debeat puniri, iuxta cap. si forte. & alia multa, & alia, que tradidit Felinus, n fallit tamen quo ad censuras: nam impositas contra facientem, non incurrit qui tantum conatur facere, per ea, quæ ipse Felinus citat. Secundo, quod iux-

A ta sola iura Decretalium Sexti, & Clementinarum, & Extrauagantium impressarum, nemo prædictæ vniuersitatis incurrit excommunicationem propter insecutionem Episcopi: quia licet per illa iura incurrat excommunicationem, qui hostiliter insequitur Cardinalem, ut habet cap. felicis. non tamen incurrit eam per solam insecutionem Episcopi, nisi percuziat, capiat, vel banniat eum, iuxta clement. si quis suadente. b

B 3 Tertio, quod per Bullas Cœnz Domini, quas protulerunt Gregorius XIII. & Pius V. prædictum cap. felicis. fuit extensum ad omnes Episcopos: ita quod, ut nos in d. Manual. c declarauimus, Episcopi quo ad hoc sunt effecti partes Cardinalibus: eo quod, ut qui Cardinalem hostiliter insequitur, incidit in excommunicationem Bullæ Cœnz, ita etiam qui sic insequitur Episcopum quemlibet.

C 4 Quarto, quod duo videntur debere concurrere ad hoc, ut per insecutionem incurrat prædicta excommunicatio. Vnum, quod sit insecutio, siue sequutio: qua vnus post alium priuatim vadit, verbum enim insequi, componitur ab in, & sequi, ut Archidiaconus relatus ab Anchitano, & Dominico ait, & ita non dicitur insequi, nisi qui sequitur. vnde Francus ait, illum dici insequi, qui sequitur alterum, & qui hostili, & malo animo iniuriandi sequitur.

D 5 Quinto, quod ex præcedenti dicto sequitur, quod illi soli prædictæ vniuersitatis videntur incidisse in excommunicationem, qui Episcopum præeuntem, & fugientem in domum suam, vel in partem tutiorem eius, vel in domum protectoris, à dorso sequuti fuerint, animo iniuriam ei inferendi: & consequenter non illi, qui adierunt domum Episcopi, posteaquam ille non fugiebat, sed postquam se recepit ad eam, & in ea manebat, ad defensionem fortè se præpatans: neque qui adierunt domum protectoris, posteaquam se in eam recepit Episcopus.

E 6 Nam & secundum Anchitanum & Dominicum, non videtur insequi Cardinalem ille, qui vadit etiam malo animo ad dandum insultum domui Cardinalis. quamuis meo iudicio Archidiaconus non loquitur ibi de excommunicatione, quæ incurritur per insecutionem, sed per capturam: quia fundat se super dicto Innocentij, qui non loquitur, nec poruit loqui de insecutione illius decretalis longè post eum factæ, at tamen ipsi videtur sic sensisse, & quidem rectè: quandoquidem pœnz sunt restringendæ, & nullatenus vltra propriam significationem verborum ampliandæ, & verbum insequi, secundum originariam & primam significationem, ut dictum est, sequutionem, & motum vnus post alium significat, licet per translationem, & alias figuras, aliquando aliud significet. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Subdiaconum incarcerans, & tamquam testem, & principalem examinans, in excommunicationem bulla Cœnz incidit

C O N S I L I V M X X X I I.

P Rætor ad se accessit fecit N. notoriè subdiaconum, illicque præcepit, ut ex quadam parte superiori palatij dicti Prætoris, sub pœna pecuniaria, non discederet, assignando illam partem pro carcere. Præterea prætor etiam dictum subdiaconum examinavit tamquam principalem quo ad se, & testem quo ad alios: & sic illum constituit tamquam reum: & factò dicto constituto, vltèrius stetit in decretis, & illum retinuit per triduum, post quod tempus dictus subdiaconus ordinario ecclesiastico repetenti, ad cuius noticiam prius dicta detentio non venit, fuit, licet inuitè, restitutus. Dubitatur, an dictus prætor ob prædicta, vltra excommunicationem cap. si quis suadente. in quam illum incurrisse dubium non est, etiam in bullam Cœnz incidit.

1 Respondeo, quod videtur is prætor incidisse in censuram bullæ Cœnz, per xj. vel xij. vel vtramque clausulam, vel excommunicationem illius: quamuis ego nullam videar declarationem specialem facere super hoc in illa bulla. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Promittens, & promissionem acceptans pro gratia temporaria à Papa obtinenda sunt excommunicati.

aff. quod int. causa, & l. si quis in tantum. C. unde v. d. Ca. 27. no. 69. c. In summa verb. excommunicatio. c. 27.

d. Cap. 27. no. 119.

e. iuxta c. sacro. de sent. excomm. f. Cap. in qui de sent. excomm. lib. 6. g. De censib. in verb. si cõfuerit. h. In cap. cupientes. in 5. quod si per. 2. de elat. lib. 6. Ver. priuatos. i. in c. Rodulphus de refer. num. 4. i.

k. 17. quæst. 4. l. Cap. 27. no. 50. & 51. m. De pœnis. dist. 1. n. In tract. an conatus debent puniri, non sequuto effectu, in prio. cap. o. Ibid. fallentia 6.

a. De pœn. lib. 6.

b. De pœnis.

c. Cap. 27. no. 67. & 97.

d. In d. ca. felin.

e. In ca. super de senten. excomm.

f. Cap. pœna. de pœn. dist. 1.

CONSILIVM XXXIII.

Petrus notam fecit Joanni quamdam gratiam cuiusdam rei temporalis, eo pacto, ut dimidium utilitatis illius perueniret ad Petrum; quam gratiam Ioannes obtinuit, & dimidium utilitatis dedit Petro. Quæritur, an incidit in pœnas extrauag. Gregorianæ, a per quam Gregorius innouauit extrauagantem Bonifac. VIII. b & quam nos iusto commentario donauimus sub tit. de rebus datis, & promissis.

1 Respondemus, præfatos Petrum & Ioannem ambos incurrisse in pœnas præfate extrauagantis ut latius colligi potest ex commentario, quo nos illam ornauius sub tit. de datis, & promissis.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus non est per monitorium, qui non reuelat quando scit petentem non habere ius.
- 2 Fructus beneficij non debentur ei, qui ius non habet.
- 3 Excommunicatio non obligat ad soluendum non domino, nec solutio ei facta liberat.
- 4 Scire, & probabiliter credere, paria sunt.
- 5 Scientia sicut excusat, ita & iusta credulitas, & secus si ex leui causa dubitat. num. 6.
- 7 Absolutio virtute cruciata potest excommunicatus, quando res est dubia, etiam parte non satisfacta.
- 8 Absolutio ab excommunicatione, etiam si sit iniusta, tenet.
- 9 Excommunicatus, collectam in choro, vel hebdomadarius cantans efficitur irregularis, non alias.
- 10 Excommunicatus, ubi absolutio non tenuit, fructus beneficiorum non facit suos.
- 11 Excommunicatus, qui ob inaduertentiam non petit absolutioem, sicut suspensus, & depositus, de victu prouidetur.

CONSILIVM XXXIIII.

AN si alter ex colligantibus super beneficio possideat, & alter sciat, vel credat eum non habere ius, & non reddat, vel non reuelat fructus ad illud beneficium pertinentes, sciens ad instantiam possessoris publicatas esse literas monitorias, ut sub pœna excommunicationis latæ sententiæ reddat, vel reuelat quicumque tenet, vel scit res ad illud beneficium pertinentes intra certum terminum, incurrat excommunicationem?

1 Quæstio hæc rem quotidianam, sed parum explicatam, & explicatu difficilem continet. Respondeo tamen ad eam primò, quòd videtur consulentem non incidisse in excommunicationem, licet habuisset notitiam sufficientem prædictarum litterarum monitorialium, si sciebat aduersarium non habere canonicum titulum: quia nemo tenetur reuelare ob literas eiusmodi monitorias ea, quæ iuste credit esse sua, vel pertinere ad se, vel ad alterum, & non ad eum, ad cuius instantiam illæ sunt datæ: quod in repetit. cap. inter verba, e neruose probauimus post Franciscum de Ripa, & alios, quos ipse citat, licet debiliter probando. d

2 At ei, qui caret titulo canonico beneficij ecclesiastici, non debentur fructus eius. Tum argument. cap. 1. e ergo neque qui tenet eos, reddere tenetur illi, neque qui nouit illos ab alio teneri, reuelare ei. Tum quod D. Antoninus, f quem sequitur Siluester, s ait, quod, qui scit possessorem Ecclesiæ, vel dignitatis non esse verum prelatum, eo quod aliquem defectum tituli patitur, licet subiiciatur illi Ecclesiæ, vel dignitati, tamen in foro conscientiæ non tenetur ei obedire, nec ei soluere debet, quod Ecclesiæ, vel dignitati debet, nec soluendo liberatur, argumen. cap. inquisitioni, h quatenus loquitur de sciente impedimentum.

3 Secundo, quod idem videtur dicendum, si consulens firmiter credebat probabili ratione, vel auctoritate, quod aduersarius non habebat ius: quia quo ad hoc paria videntur esse, scire aliquem non habere ius in beneficio, quod possidet, vel credere probabiliter ratione probabili, eum illud non habere, argumen. l. illud, i quatenus probat eum, qui credit ius aliquod esse suum, non debere illud relinquere indiscussum, sed quia illa lex habet locum etiam in dubitante, melius facit, quod nos declarando quædam dicta Sancti Thomæ, & Caietani diximus nuper, k parificando iudicium conceptum per scientiam, & conceptum per

A iustam causam credendi. Secundo, quod sicut sciens, quod res est sua, ita credens iuste, quod est sua, excusatur à restituendo per ea, quæ tradimus in Manual. confessor. a Tercio, quod post præfatum Ripam in dicta repetitione cap. inter verba, b diximus, eum, qui scit aliqua bona eius, ad cuius instantiam talis monitio est publicata, esse penes aliquem, qui tamen monstrat apocham, per quam ille donauit ei, non teneri ad reuelandum ea, qui tamen verè nescit ea fuisse sibi donata, sed solum credit: & ita sicut scientia, quod res non est impetrantis talem monitionem excusat, ita fides, & credulitas probabiliter, & iuste concepta, arguunt. glossæ singularis, quæ secunda est, cap. capellanus, c adiuncta doctrina Panormitani allegantis, d alias, & S. Antonini, e

B 4 Quarto, quod sicut paria sunt scire, & debere scire ad obligandum, f sic paria dicuntur esse ad excusandum, ignorare, & non debere scire, s & qui iuste credit aliquid, non debet contrarium scire.

5 Quinto, quod sicut scientia mortis coniugis excusat secundo nubentem, ita etiam fides, siue credulitas iusta, qua creditur mors illa, excusat. h

6 Sexto, quod fides, & credulitas iustitiz causæ appellationis excusat ab excommunicatione, sicut scientia iustitiz. i

C Tertio, principaliter dico, quod si consulens non credebatur principaliter ex auctoritate alicuius doctoris iusta scientia, & conscientia præditi, sed leui ratione, vel auctoritate, aut dubitabat, an sibi, vel alij esset ius, incidit in excommunicationem: quia in dubio credendum est fructus pertinere ad possessorem bonæ fidei. k

Quarto, quod perpensis his tribus dictis, consulat seipsum consulens, an tempore prædictæ monitionis sciret, vel probabili ratione, vel auctoritate firmiter crederet non fuisse ius aduersario, an dubitaret, vel leuiter crederet deesse id ius: prius duobus casibus credat se non fuisse excommunicatum, & comuniter non esse locum quæstionibus sequentibus: in tertio verò casu credat se fuisse excommunicatum, & consequenter esse locum quæstionibus sequentibus.

D 7 AD SECUNDAM, quæ habet locum præsupposito, quod incurrisset excommunicationem, an scilicet potuit absolui à Pœnitentiarijs Iobeli. Respondeo, quod sic, præmissa satisfactione, & etiam non præmissa, attento, quod erat dubia, & non manifesta offensio. l

8 Facit, quod etiam absolutio iniusta excommunicati, facta ab habente potestatem absoluendi, valet, m & ita consulens non fuit absolutus à Pœnitentiario cum proposito faciendi, quæ debebat fuisse verò absolutus, etiam si de hoc expresse non fuisset confessus, iuxta ea, quæ nos tradimus in Manual. n

E 9 AD TERTIAM Respondeo primo, quod non incurrit irregularitatem, propterea quod se ingererit diuinis, etiam pfallendo in choro, si tanquam presbyter hebdomadarius non dixit capitulum, & collectam.

10 Secundo, quod si non valuit absolutio, non quæsiuit fructus aliorum beneficiorum, secundum glossam celebrem quam Panormitanus, o & communis sequuntur, p nisi fortè quo ad sustentationem tuam secundum vnã opinionem, quam tetigit glossa, q quæ comuniter reprobatur: sed procedere posse videtur pro tempore, quo excommunicatus non posset habere absolutionem, secundum Cardinalem, r quem sequitur Decius, s & merito.

F 11 Quia raro, quare secundum omnes non debeat prouideri de victu excommunicato per prædictam glossam & deposito, & suspensio sic per eandem glossam & meliorem in cap. studeat, t illa est, quod excommunicatus potest petere absolutionem, depositus autem, & suspensus ob crimen, non. At excommunicatus, qui ignorat, vel non aduertit se excommunicatum, non potest moraliter petere absolutionem: & licet fortè peccet ignorando, vel non aduertendo, non tamen peccat non petendo absolutionem, argument. glossæ notabilis in caput quia diuersitate, u adiuncto textu ibi, à qua & si sua culpa fuerit suspensus, &c. Salua, &c.

Celsitudo, ne id teneat facere, nisi de consensu eorum, quos res tangit, quo sit gratior suis subditis, & D. N.

a Quæ inci-
pit ab ipso &
est 28. inter
ipsius consil.
b Quæ est 2.
de sentent. ex-
communicatio-
nis inter
coepitantes.

c In q. 3. cons.
g. coroll. 65.

d In tract. de
pæne. fol. 21.
maioris for-
ma. 4. coll. in
prin. §. in su-
per.

e De vag. iur.
lib. 6. & cap.
grauis. de
vstit. spoliat.
casu eis adno-
ta.

f In 3. parte
titulo 15. cap.
1. §. 2.

g Verb. bene-
ficii. 3.
h De senten.
excommunic.

i ff. de pœn.
hered.

k In rubr. de
induc. nu. 47.

a Cap. 17. nu.
82. cum duo-
bus seq.
b Vbi supra.

c De ferijs.
d Ibidem.
e 1. p. siula. 3.
cap. 10. §. 10.
tit. 6.

f Le. quod re.
ff. de rebus
cred.

g Argu. cap.
sciendum. 8.
q. 1. & leg. si
contra tabu-
las. ff. de vulg.

h Ca. in pra-
sentia. de spō-
sal. & ca. do-
minus. de so-
cundia nup.
cum eis ad-
not.

i Ca. solet. in
tra glo. penul.
de senten. ex-
comm. lib. 6.

k Argu. text.
singularis in
d. l. illud.

l Per cap. ve-
nerabilibus.
§. porro de
senten. excom.
lib. 6.
in §. sane eius-
dem cap.

m Cap. 20. nu.
12. & seq.

o Dist. cap.
p In c. pasto-
rali. §. verū,
de appell.

q Ibidem.
r In Clem. vñ
hi qui. §. 1. q.
20. de ara. &
qualit.

s In d. §. ve-
rum.
t 50. dist.

v De concess.
prob. ver. sus-
pensionis.



Iesu Christo, qui suam Excellentiam semper & ubique conferuet sibi gratiosam. Salua; &c.

S P M M A R I V M.

- 1 Ecclesia petere potest bona emphyteutica sine eius consensu alienata.
2 Edictum monitorium ubi deficit, probatio iuste peti potest.
3 Damnum proximi tenetur quis impedire, si alium non sit, qui impediat.
4 Edictum monitorium, sicut censura per precepta lata, causam iustificatam continere debet.
5 Monitoria de aliquo edendo non ligant partem aduersam, nec eius patronos.
6 Edere qui non tenetur, nec ad testificandum cogi potest.
7 Ecclesiam lucrum penalem captantem nemo innare tenetur.
8 Revelare non tenetur quis, quod iuste se possidere credit.
9 Actus solemnitate per lapsum 30. annorum presumitur, licet in instrumentis id non appareat.
10 Edictum monitorium non ligat possidentem rem prescriptam.

CONSILIVM XXXV.

Inter Seium, & Caium facta est permutatio quorundam bonorum. Seius dedit bona emphyteutica, Caius alodialia, & nescit de huiusmodi contractus solemnitate aliud, quam quod inuenitur quaedam nota in libris priuatis ipsius Caii, quod predicta permutatio fuit facta. Multis post annis Ecclesia domina directa honorum a Seio in permutationem datorum intentauit iudicium caducitatis contra heredes Seij ob alienationem sine Domini consensu factam: & cum de hoc contractu aliter non constet, quam per dictam scripturam priuatam, Ecclesia petiit, etiam per viam monitorij, librum rationum ab heredibus Caii. Queritur an teneantur edere, vel in foro fori, vel in foro poli. Additur predictis, mutationem praefatam fuisse factam anno 1515. & petitionem fieri anno circiter 1580. & quod Seius, & heredes eius semper soluerunt annuum censum, qui debebatur ex bonis emphyteuticis tanquam impositum in bonis alodialibus propter quae fuerunt permutata emphyteutica.

Pro parte affirmante facit primo, quod Ecclesia iuste videtur petere a Seio bona illa emphyteutica, quae in emphyteusim ei dedit, cum alienando ea sine consensu ipsius perdidit, & Ecclesia potest iuste petere praenam, quod deficiens in probatione iuris sui potest iuste petere edictum monitorium ab Ecclesiastico Iudice, & ipse iuste potest concedere edictum monitorium, quo sub poena censurarum moneantur, qui sciunt ad deponendum, & testificandum, de his, quae pertinent ad probationem sui iuris, iuxta cap. ad nostram, ubi hoc notat Panormitanus receptus, & superiori iuste iubenti tenetur subditus obedire. Tertio, quod videtur quis teneri ad indicandum furtum, & eadem ratione illud, per cuius ignorantiam proximus perdit aliquod bonum notabile sine culpa, vel ius, quod habet ad illud vendicandum. Quarto, quod tenetur quis impedire damnum quod proximo imminet, saltem quando probabiliter creditur nullum alium illud impedire posse, vt nos tradimus profundius aliis omnibus in Manual. Confess. f

Histamen non obstantibus, pars negans videtur tenenda: primo quidem, quod monitorium praefatum non continet clausulam iustificatiuam: nempe, quod si quis aliquam iustam causam habuerit non patendi mandato in eo contento, & eam voluerit allegare, audietur intra tempus in eo praefixum: quam debere continere huiusmodi monitorium tenet post alios a se citatos Probus, & nos iam pridem probauimus, h censuras latis a Iudicibus per praepcepta de aliqua re facienda, vel danda esse ipso iure nullas, nisi temperentur per clausulam iustificatiuam, quae habet vim citationis, iuxta illas duas glossas quarum vnam alij, & alij alteram appellant singularem. i

Secundo, quod huiusmodi monitoria, quamlibet iusta, non videntur ligare partem aduersam, cum qua est lis: quod adeo est verum, vt praefatus Philippus Probus, k

dicat esse in monitorio exprimentum, quod non intendit monens includere partem aduersam, neque illos, qui per viam petitionis consilij sciunt id, quod ad manifestandum monent: quia non tenetur iuuare aduersarium contra se, per ea quae Felinus & ab eo citati, o dicunt: & heredes Caii in effectu propter euictionem sunt pares. b

Tertio, quod huiusmodi monitoria non comprehendunt, nisi eos, qui iniuste detinent bona, vel iura imperantis ea, & scientes, quod illa iniuste detinentur, vt nuper nos tradidimus in comment. cap. inter verba. c At praefati heredes non tenent praefatam scripturam priuatam iniuste, nec sciunt aliquem, qui teneat illam iniuste: ergo non comprehenduntur. Quarto quod, qui non cogi potest ad exhibendum aliquam scripturam, non videtur posse cogi ad testificandum de illa. At praefati heredes non possunt cogi ad edendam praefatam scripturam priuatam: quoniam regulariter nullus tertius cogi potest ad edendas suas proprias rationes priuatas non scriptas mandato, vel salario eius, qui petit eas sibi edi, iuxta glossam d communiter receptam, vt post Panormitanum & alios a se citatos tradit Decius. e

Quinto, quod Ecclesia non agit in proposito casu de damno tractando, sed de lucro captando, & non de quolibet lucro, sed de odioso, & poenali, & ita nemo tenetur eam in foro conscientiae iuuare, quia poena non debetur in illo foro, iuxta glossam celebrem & receptam. f Sexto, quod praefati heredes magis tenentur ad manifestandum, & propalandum ea, quae ipsi sciunt de praedicta permutatione, quam ad exhibendam praefatam scripturam priuatam. Tum quia magis importaret illa manifestatio ad satisfaciendum intentioni monentis, & petentis monitorium, quam manifestatio praefatae scripturae. Tum quia tantum, immo magis monentur ipsi ad propalandam praefatam scripturam, quam ad exhibendam praefatam scripturam. At ipsi reputant se excusatos ab hoc: ergo debet se reputare ab illo.

Septimo, neruosissime facit, quod ipsi nec tenentur propalare, quae sciunt, nec praefatam scripturam exhibere: nam nemo tenetur virtute monitorij praefati ad manifestandum illa, quae iuste tenet, vel probabiliter credit esse sua, & iuste tenere, neque illa, quae scit, vel credit probabiliter esse alterius, vel ab eo iuste teneri, vt nos tradidimus laurus, & illa firma ratione, quod monitorium datur contra solos inique & iniuste detinentes illa bona, & qui teneret aliquid clam acceptum pro eo, quod sibi verè debebatur, non teneretur id manifestare, vt ibidem probamus. At praefati heredes Caii non sciunt, nec iuste credunt illa bona, nec illam scripturam esse ecclesiae petentis: immo iuste sciunt, vel iuste possunt credere esse sua: ergo non tenentur ad illa manifestanda. Quod autem praefati heredes sciant bona illa, quae olim erant emphyteutica, nunc esse sua, aut certè iuste id credere possint, probatur, quia sciunt, vel certè iuste credere possunt permutationem praefatam fuisse factam anno 1515. Quando monitorium id continet: & quod legitime fuit illa facta interueniente omni solemnitate requisita: quia licet non extet aliquod instrumentum, neque sint aliqui testes, quibus id probari possit: praesumitur tamen iure ita esse.

Tum quia solemnitas non solum intrinseca, sed etiam extrinseca praesumitur longo tempore, h praesertim si fuerit lapsus tempus 30. annorum, iuxta textum, & glossam solemnem & receptam ibi per omnes, i & Felinum. k Tum quia in specie, quod solemnitas extrinsecus requisita in alienatione rerum Ecclesiae praesumatur interuenisse per tempus 40. annorum, consuluit Alexander, l ubi ex pluribus concludit, quod solennitas consensus capituli, & tractatus, & aliae solemnitates requisitae in alienatione bonorum Ecclesiae propter diuturnitatem temporis praesumuntur interuenisse. Petrus item ab Ancharano, m ex consiliis excellentium Doctorum consuluit, quod ex cursu 30. annorum purgatur omne vitium, quod in quadam transactione monialium interuenisset: quia praesumitur auctoritas decreti superioris interuenisse: & Aretinus, n quem refert

a Iuxta not. in c. posuit. de locato. & l. 2. C. de iure emphyteu. b Ca. si fauili leges. & ca. in legibus. 12. q. 2. & c. iud. de pac. c Il. a. de iure iuran. d Cap. 2. de maior. & obed. e Ca. qui cum furo. secundum unum. in illa. ff. de iur. iur. f Ca. 24. in. 20. g In ca. 2. in. 27. de consil. lib. 6. in additio. ad Ioan. Memach. h In praed. ca. cu. consensu. de ref. cript. i In c. ex parte. de ver. sig. & l. de pupill. §. monuiss. ff. de operis noui. nunt. k Vbi sup. in. 39.

a In c. si duo. bus. cri. fm. de appell. b Arg. ca. fr. val. & ci. an. nos. de emp. & vendi.

c In. q. 3. edel. 6. corolla. 65.

d In fraud. §. instrumenta. verb. edi. ff. de iure iur. c. Ca. 1. n. 19. de probatio.

e In c. frater. mita. 12. q. 2.

f In dicto. coroll. 65.

h Leg. si filius. C. de petisio. hared. & lega. qui in alien. §. sed si non. adierit. ff. de ac. qui hared. i In c. per uenit. de emp. & vendi. k In c. Albericus. de testif. ca. & in c. si. cur. de re iud. l Confil. 79. Circa primu. de quo quari. tur in 2. dubio. lib. 1. m In c. 6. §. 36. n In c. 30. Ca. de salu. est.

a In d. ca. Albericus.

b Consil. 155. num. 9.

c Consil. 409. num. 12.

d In num. 17.

e Cum multis aliis de presc. & 6. q. 3. §. potest. f De re. iur. lib. 1.

Felinus, a tenet quod testamentum Cardinalis, in quo licentia Papa requirebatur, ex diurnitate presumitur interuenisse. Quin ex Alexandro b concludit, quod diurnitate temporis presumitur, quod dominus directus consensit in alienatione emphyteusis, quam fecit emphyteuta, & eum sequitur Decius, c ubi etiam alia multa in hoc adducit, & d concludit, quod prad. presumptio interuentionis solemnitate legitima haberet locum: etiam si monstraretur instrumentum alienationis, in quo nulla fieret de solemnitate mentio: quia per diurnitatem temporis presumitur interuenisse ante, vel post illud instrumentum: quod multum facit ad nostrum casum, in quo inuenitur prefata nota continens permutationem prefatam, sine mentione interuentionis consensus domini, vel alius legitime solemnitate.

8 Octauo, quod, qui v'scepit, vel prescripsit rem aliquam, non tenetur post prescriptionem compleram ad manifestationem talis retentionis, propter monitorium, quod fieret ad instantiam eius, cuius olim illa fuit secundum omnes per pradicta. At heredes prefati prescripserunt bona prefata. Ergo non tenentur ad manifestandam retentionem illorum, nec aliorum aliorum, quae contra illam retentionem faciunt. Quod autem prescripserint, patet ex eo, quod circiter 65. annis possederunt ea, vt sua: & ita longè maiore tempore, quam requiratur ad prescriptionem etiam rerum ecclesiasticarum, cum ad eas sufficiant 40. anni, vt habetur in cap. de quarta. e Nec obstat regula, possessor mala fidei nullo tempore prescribit. f cum similibus, quia immo per pradicta presumitur bona fides, cum prefata permutatio presumatur fuisse recte, & rite facta. Et prefati heredes iuste, & bona fide possunt credere bona illa esse sua. Tum ratione permutationis prefatae, quae per diurnitatem tanti temporis presumitur legitime fuisse facta. Tum ratione prescriptionis longè maioris temporis, quam requiratur ad prescriptionem rerum Ecclesiae. Ergo nec iure fori, nec iure poli tenentur ad manifestanda illa bona, nec illam permutationem, nec aliquid aliud, quod iuret Ecclesiam ad molestandum eos.

9 Non obstant opposita: ad primum enim respondetur negando, quod pradicta Ecclesia iuste petat, cum per pradicta constet male petere. Ad secundum, concedendo, quod deficiens probatione iuris sui veri, & boni possit petere huiusmodi monitorium, negando tamen, quod prefata Ecclesia vllum ius verum & bonum habeat in casu proposito.

Ad tertium negando, quod in nostro casu habeat locum lex vlla de indicando furem, siue iniustum vsurpatorem: quia per pradicta, prefati heredes non sunt iniusti vsurpatores pradictorum bonorum, nec vllarum scripturarum: neque prefata nota, quae fortè posset dare aliquam occasionem molestandi eos. Ad quartum responderetur negando quod vllum damnū imminet Ecclesiae pradictae: quando quidem soluitur ei canon, siue census, qui debebatur ex pradictis bonis emphyteuticis: & sunt loco illorum sortogata alia bona, quae pro eis fuerunt data: & licet fortè aliquod tale eueniret, non tamen esset damnū iniuste illatum, quia eueniret per contractum, qui ob tantam temporis diurnitatem presumitur fuisse legitimus per supradicta, praeter quam quod etiam negari potest quod prefata nota posset quidquam prodesse ad probationem iuris alicuius sui: quia, vt Decius supra citatus concludit, etiam instrumentum publicum continens sine vlla mentione interuentionis solemnitate requisita, non probat eam non interuenisse, ante, vel post tempus, quo contractus factus fuit. Ex quo solo capite non esset necessarium illam notam manifestare. Quamuis etiam per multa alia pradicta idem concludatur. Salua, &c.

SUMMARYM.

- 1 Vicarius foraneus approbatus audire ex causa confessiones prohibens non peccat.
- 1 Vicarius foraneus animarum periculum occurrere tenetur.
- 1 Procurator generalis contravenire mandato Domini speciali ex iusta causa potest.

- 2 Excommunicantur impediens executionem literarum Apostolicarum, non quoquo modo contravenientes.
- 2 Literis Apostolicis contravenire, & earum executionem impedire, diuersa; & qui non dicuntur impedire.
- 3 Executionem literarum Apostolicarum auctoritate impediens excommunicatur, & qui sic impediunt.

CONSILIVM XXXVI.

Cum in plebe de Viui esset quidam presbyter Caius ab ordinatio per modum prouisionis in administratione curae animarum loci N. tolerans, sed omnino ignarus, absolueris quous tempore omnes ad se venientes, quantumuis scandalosos, grauibus delictis obstrictos, ad pia legata obligatos, & qualibet censura innodatos, nulla eis pro modo culpa imposita satisfactio, vt publice constat, multi ex loco de Viui, praedictis peccatis, & scandalis implicati, ad eum pro facili absolutione, quam a praeposito de Viui iure obtinere non poterant, recurrebant: quod cum praefato praeposito, qui etiam illius plebs est Vicarius foraneus, fuisset renunciatum, praecipit praefato Caio, ne in posterum confessionem alicuius horum de Viui audiret. Accidit, quod anno 1578. fuerunt publicatae literae Sanctiss. D. N. Gregorij XIII. instar Iobelai. quo ampla facultas dabatur confessario ab ordinario approbato absoluendi quoscunque a quibuscunque casibus, censuris, & piis legatis obnoxii. Propter quod multi loci de Viui facinorosi publice delinquentes ad praefatum Caium pro facili, & impuni absolutione properabant. Quare idem praepositus non intendens restringere auctoritate Summi Pontificis, neque impedire dictarum literarum Apostolicarum executionem, sed potius, attenta eiusdem presbyteri notabili, atque manifesta ignorantia, volens prouidere salutem animarum suarum, scripsit eidem presbytero literas huius tenoris. Non confessare te niuno delle mie anime de Deuione, etiam in virta del giubileo di nouo publicato, quibus habitis, nullos de Viui in confessione audiuit.

Quaritur, an praepositus, pro eo quod literas suprascripti tenoris scripserit, iubendo, ne virtute Iobelai audiret confessiones hominum de Viui, excommunicationem in Bulla Cœnae Domini positam quo ad vtrumque forum incurrerit?

1 Respondeo quod non. Primo quod nulla excommunicatio maior generaliter à iure, vel ab homine lata incurritur sine peccato mortifero. 2 At praefatus Praepositus non peccauit mortifere, faciendo, quod fecit. Tum per illam regulam topicam: Cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est: declaratam post alios etiam à nobis in commenta. cap. cum minister. b & illud Augustini: 4 Linguam ream non facit, nisi rea mens. Tum quia etiam opus, quod operatus fuit, erat bonum: cum impedire proximum, ne peccet, sit bonum, & aliquando praecipuum. 4 Et qui exercet officium, quod nescit exercere, in probabile damnū proximi peccat, e iuxta cap. qui potest. iuncta glossa, in verb. vires: quae citat illud Horatii, 6 Sumite materiam vestrum, qui scribitis, equam viribus. & praefatus Caius erat ignarus, & ineptus ad factas confessiones audiendas, vt praesupponitur in facto. Tum quia glossa cap. placuit, 8 tenuit per illud cap. posse parochianum parochi nescij, & ignari, confiteri alieno parochiano ob ignorantiam parochi proprii: quod quemadmodum sit intelligendum, ibidem tradimus. Tum quia non solum licite potuit, sed etiam debuit, eo quod erat Vicarius foraneus, occurrere periculo animarum, praesertim sibi subiectorum. h Tum quia procurator generalis potest contravenire mandato speciali domini ex iusta causa, per textum singularem in l. si hominem, 1 & propterea praefatus praepositus Vicarius foraneus, licet esset quidam generalis procurator, vel delegatus ordinarij, potuit ex causis supra narratis prohibere Caio sacras confessiones, saltem pro aliquo loco, & tempore, saltem paruo, licet esset approbatus ad audiendas specialiter ab ipso.

1 Secundo specialiter facit, quod licet praefatus Praepositus peccasset mortaliter, prohibendo, vt prohibuit, qui tamen profecto, nec venialiter peccauit, immo de Deo, de quo suo Archiepiscopo, ac omnibus fuit benemeritus, non tamen incurrisset praefatam ex-

a Ca. nemo. e. nullum 11. q. 3.

b 23. quest. 5. c Serm. 28. de Verbis Apost.

d Ca. qui potest. 2. q. 3. e. quanta, de senten. excō. c. ibidem in vis. ff. ad l. A. qui. c. non est purandum. 1. quest. 1.

e In arto. poet. g De par. dif. 6.

h Arg. c. irrefragabili, de offic. ord. & § 183. d. & c. ipsa pietas. 23. quest. 4. ff. mandati.

communicationem Bullæ Cœnæ domini. Tum quia illa non fertur contra omnes, qui quoquo modo non parent, vel contraueniunt literis vel mandatis Papæ, &c. sed solum contra illos, qui impediunt executionem earum. At præfatus Præpositus, esto quod contrauenisset literis Iobelæi, non tamē impediuit executionem eius, puta publicationem eius: ergo non incidit in illam: quia aliud est non parere, vel contrauenire literis, aut mandatis Papæ, vel aliorum: & aliud impedire executionem earum non permittendo intimare, vel vetando dare fidem de intimatione: & à diuersis & separatis non fit illatio. ^a Tum quia possessor beneficij non obediens literis Papæ, vel eorum, quibus iubetur relinquere possessionem illius, non incurrit illam, etiam si incurrat aliam, sub cuius pœna iubetur relinquere illam, dummodo non impediat executionem earum. Tum quia non incurretur illam, qui contenderet non posse per Iobelæum absolui ab aliquo peccato, voto, vel irregularitate: cum id non sit impedire executionem, sed solum impedire vnum intelligendi modum per aliud: quod non vetat præfata Bulla Cœnæ Domini. Alioquin omnes, tam Procuratores, & Adiuuarii, quam principales partes, qui literas Papæ, & suorum legatorum, vel delegatorum aliter intelligunt, quàm vero iure intelligi debeant, incidere in illam excommunicationem: quod est absurdum, & à nemine dictum, & ita nullatenus dicendum. ^b Tum qui appellantes à iudicibus Sed. Apost. & supplicantes à prouisionibus ipsiusmet Papæ, non incidunt in eam, modo supplicationes legitime perfequantur, si bona fide putant legitime appellasse, & supplicasse, iuxta glossam celebrē & receptam, quæ penultima est in ca. *folet*. ^c Tum quia etiam literis Papæ munitis clausula illa solenni, *contradictentes ecclesie censura compelescendo* potest iuste contradici de iure, iuxta glossam solennem, ^d receptam ibi per omnes, & Felinum & alios citatos ab eo. ^e Immo & qui contradiceret iniuste, licet malè faceret, & incurretur fortè aliam excommunicationē, non incurretur illam bullæ Cœnæ, si non impediret executionem literarum.

Tertio principaliter facit, quòd clausula præfate bullæ Cœnæ, non excommunicat omnes impediētes quomodocunque executionem, sed solum eos qui auctoritatiuè impediunt, vsurpare volentes auctoritatem contra Sedis Apostolicæ auctoritatem: quia fertur per illa verba, *eos qui simpliciter vel sine eorum beneplacito, consensu, vel examine, & fortè asserto pretio soluto executionem demandare inhibent, &c.* Per quæ verba significantur hi, qui auctoritatiuè id faciunt volentes quærere, vel conseruare aliquam auctoritatem super literis Apostolicis & earum executione. At præfatus Præpositus non prohibuit præfato Caio, intendendo quærere, vel conseruare aliquam auctoritatem super literis præfatis Iobelæi, sed solum intendendo declarare, quod mens Papæ non erat, vt presbyter adeo ignarus, & adeo male vtens officio confessorij, vteretur potestate illa grandi, quæ per illud Iobelæum dabatur confessorij: quod certè fuit actio sancta, vt probatum est in primo argumento, & quando non fuisset omnino sancta, probabiliter, aut bona fide credebatur ea esse talis: & satis est, quod non prohibuit cum intentione quærēdi, vel conseruandi auctoritatem super publicatione, prædicatione, & alijs, quæ diminuebant auctoritatem Papæ, vt palam est. Quare proculdubio prædictum Præpositum non incurrisse vllam censuram bullæ Cœnæ Domini, neque impediuisse vllam literarum Sedis Apost. executionem vetitam in illa quo ad forum conscientie, neque quo ad forum exterius, concludendum est. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. *Excommunicatus est, per se, vel alium literarum executionem impediens, seu ratam habens.*
- 2. *Presumptio ex delicto fratris non oritur contra fratrem.*
- 3. *Declaratio excommunicationis parte citata facta, est valida, nisi per viam assentatorum annihiletur.*

C O N S I L I V M XXXVII.

Ferunt relaxatæ literæ executoriales contra Titij, quarum executionem per iudices seculares impediuit ipse Titij frater Sempronius, pr omittens de rato. Quæritur ab

Excellentia vestra, cum non constet de mandato Titij id factam fuisse, an ipse Titius dici possit incurrisse excommunicationem, videlicet bullæ Cœnæ, quo ad vtrumque forum: an vero illa verba, *per se, vel alium, seu alios*, posita in principio dictæ excommunicationis habeant tantum locum in foro interiori, si non probetur mandatum, ita vt etiam si contraueniant illi coniunctæ personæ, præcipuè frater, non præsumatur id mandato, consilio, & instigatione principalis fieri, ad hoc vt castigari possit ipse principalis, contra quem facienda erat executio literarum Apostolicarum: & an ipse, & alij impediētes possint ab ordinario declarari.

B 1. Respondetur primo; non esse necessarium mandatum fratris Titij ad hoc, vt incurretur excommunicationem præfaram ob præfatum factum Sempronij: quia sufficit quod nomine ipsius factum fuerit, & postea ipse ratificauerit, seu ratum habuerit, & præfatus Sempronius promisit fratrem suum ratum habiturum. Quare si ratum habuit, certum est eum censuram præfaram incurrisse.

Secundo, quod illa verba *per se, vel per alium* in vtroque foro habent locum, si mandatum, vel ratificatio prædicta interuenierit, & interuenisse probatum fuerit: si autem non fuerit probatum mandatum, nec ratificatio, non habebunt locum in foro exteriori: habebunt tamen locum in interiori, si verum est, interuenisse mandatum, vel saltem ratificationem eius.

C 2. Tertio, quod non præsumetur interuenisse mandatum, neque ratificationem eius ex eo solo, quod fuerit frater is, qui contrauenit præfate bullæ: quia nemo præsumitur delinquere in dubio, neq; approbare delictum alterius propter solam cognationem, nisi approbauerit saltem tacitè id quod fecerit cognatus, vtendo facto eius, vel defendendo illud, licet expresse non dicat se id approbare.

3. Quarto, quod crederem, me colligere posse ex tenore executorialium, vel ex titulo, & materia tituli, vt *lite pendente*, vel ex reservatione absolutionis, quam solent aliquando saltem D. Auditores facere, vel ex aliquo alio capite, exceptionem declinatoriam forti contra ordinarium citantem, vt cõpareat coram ipso ad videndum se declarari. Sed, si ordinarius, nulla exceptione contra eum proposita, declarauerit legitima citatione præmissa, arbitrator valituram declarationem, nisi per viam aliquo modo assentatorum annihiletur, quod tamen remitto ad tenorem executorialium, quas non vidi.

S V M M A R I V M.

- 1. *Excommunicationem bullæ Cœnæ non incurris, qui fructus clerici debitoris sui stantes penes laicum per iudicem laicum sequestrari facis.*
- 1. *Bulla Cœnæ, dispositio penalis, non extendenda.*
- 2. *Excommunicatio contra facientem non includit in andantem, nisi, &c.*

C O N S I L I V M XXXVIII.

AN incidat in bullam Cœnæ Domini, & cap. eius 17. qui laicus facit per laicū iudicem sequestrare fructus clerici debitoris sui existentes apud laicum, sed pertinentes ad clericum ratione sui beneficij.

1. Respondeo, quod non. Tum quia bulla præfata est dispositio penalis, & non debet extendi ad alium casum, & solum excommunicat vsurpantem, & sequestrantem fructus ecclesiasticos sine licentia Papæ, vel alius, ad quem pertinet dare talem licentiam, & D. consulens non vsurpauit eos, neq; sequestrauit.

2. Tum quia in Manual. Confess. ^d posuimus pro regula bene probata, quod excommunicatio lata contra facientes aliquid, non includit consentientes in illo, nec procurantes illud, immo nec consulentes & mandantes: nisi per alia iura id declaratur, quod non fit in hoc casu. Salua, &c.

I N T I T V L V M XXXVIII. DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.

S V M M A R I V M.

- 1. *Excommunicatio rapientium naufragorum res non erat seruata.*

^a *Le. Papiniana. ff. de minoribus.*

^b *Le. nã quod absurdum. ff. de bonis.*

^c *De sen. ecc. lib. 6.*

^d *In c. pro illorum. de praebend. in ver. contradicentes.*

^e *In c. causã. n. 10. de rescriptis.*

^a *Ar. ca. cum quis. de sens. excomm. li. 6. & reg. rati. nabuacioni. de reg. iur. li. 6.*

^b *L. merito. ff. pro socio. c. n. de reg. iur.*

^c *Ca. pona de pan. dist. 1.*

^d *Ca. 27. n. 11.*

- 2 Naufragorum res, vt eos dominis restituant, vel ignoranter capientes licet non restituant, Bulla Cœna non excommunicantur.
- 2 Excommunicatio bulla in naufragorum res rapientes cur non relaxanda.
- 4 Absoluti magis merentur actu restituentes, quam restituere promittentes.

CONSILIVM XXXIX.

Episopus cuiusdam insulæ miseratus animabus suorum subditorum rapientium naufragorum bona, supplicabat, vt quod quo ad illam insulam excommunicatio prædicta relaxaretur, vel quod in articulo mortis sibi dicta excommunicatio esset reseruata, vel saltem quod sibi daretur facultas absoluendi eos, qui restituere non poterant. Quæritur an prædicta, seu aliquam partem concedere dictæ Episcopo expediat.

1 Quod annuendum sit oratori, facit quod Concil. Lateranense, quod hanc excommunicationem induxit, nemini reseruabit absolutionem: & in tempore Caietani casus episcopalis erat, ipso testante, b quineriam hodie videtur episcopalis, nisi quod ad eos, qui rapuerint, aut scienter ipsi sibi acceperint, aut ab aliis rapta, aut accepta similiter scienter acceperint: horum enim solam excommunicationem reseruat bulla.

2 Et consequenter, qui acceperunt bono animo seruandi ea quibus oporteret restitui, aut ignorantes ea esse rapta, aut ex naufragio accepta, aut fuisse naufragorum, licet nolint restituere, & sint in mora restituendi, & ob hoc sint excommunicati per Concilium Lateranense, non tamen excommunicantur per bullam Cœna: & fauorabile est rem redire ad suam pristinam naturam. c

3 Quod autem non sit annuendum, facit primo, quod hæc reseruatio fuit facta ad reprimendam procacitatem, & crudelissimam cupiditatem habendi bona naufragorum valde miserandorum, & ad deterrendum omnes à tanta crudelitate: quæ de terrore, siue timoris incussio magis necessaria est quo ad inhabitantes littora marium, & insulas, quàm quo ad inhabitantes continentem, & loca mediterranea, quod hæc frequentius in illis, quàm in his contingunt: & ita aut quo ad omnes videretur relaxandus hic rigor, aut non quo ad illos, pro quibus petitur.

Secundo, quod eadem ratione, qua esset relaxanda prædicta bulla Cœna: quo ad regiones in petitione contentas: esset relaxanda quo ad omnes alias similes terras Italiae, Germaniae, Belgiae, Galliae, & Hispaniae, quod non videtur decere, stante prædicta bulla, quæ satis strictè, vt prædictum est, loquitur.

4 Tertio, quod orator non videtur petere potestatem absoluendi, nisi pro iis, quibus non suppetit facultas restituendi: & non minor, immo maior ratio suadere videtur, vt qui possent soluere, & actu soluere, absoluerentur, cum penitus tollat culpam, quam qui solum promittunt, arg. l. minus est habere actionem quàm rem. d

Quarto quod parum videtur decere, vt Sanctitas sua in sua solenni bulla decernat, ne incidentes in eam, absoluantur ab illo, quàm ipso, & in articulo mortis, nisi sufficienter cautione præstita: & quod nunc permitteret absoluti extra mortis articulum cum sola promissione de restituendo, cum suppetet facultas, quod raro habebit effectum saltem in foro exteriori.

Quinto, quod fortè longe magis conueniret saluti animarum eorum, pro quorum fauore petitur hæc indulgentia, quod Sanctitas eius admoneret oratorem, & suos suffraganeos, vt præceptum illud grauissimum de publicanda sua bulla in omnibus ecclesiis, saltem semel in anno, sine vlla negligentia, & cura maiore obirent, & exequerentur, quo ad hanc clausulam, in locis maritimis, quàm in aliis, & quod curationes, & curati sæpe declararent in suis parochiis vim huius clausulæ.

Quare iustè, & æquè responderi posse videtur, vt ordinarius absoluat prædictos in omnibus casibus, in quibus per

prædictum Concil. Lateran. incurritur, exceptis his paucis, quas prædicta bulla reseruauit Sedi Apostolicæ: ob prædicta, crudelē, & immanem auaritiā ipsi Antropophagis horrendam, quod Deo, iuri, auctoritati bullæ cœnae, & tam horrendis criminibus arcendis conuenire videtur mea sententia. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Denunciandi sunt complices ex vi verborum extrauag. Greg. XII. principales verò tantum ex mente legislatoris.
- 2 Denunciandi tantum complices in culpa existentes, obligatio remissiuè.
- 3 Denunciandi non sunt complices absque fraterna correptione.
- 3 Principales raro, vel nunquam tenentur alios denunciare.
- 4 Complices dantes pro gratia, non denunciantes, penam non incurrunt, quia non est extrauag. quo ad hoc recepta.
- 4 Lex noua per desuetudinem minorem decem annorum derogatur, quando legislator scit, & tolerat.

CONSILIVM XL.

Quidam petit absolutionem à summo Pœnitentiario ab excommunicatione incurta ob transgressionem extrauagantis bo. me. Gregorij XIII. quæ incipit, ab ipso. & fit ei difficultas, eo quod non reuelat complices.

Primo quæritur, an teneatur reuelare illos. Secundo, an esto ipse teneatur reuelare, etiā omnes scientes id facere teneantur.

Tertio, an, qui tenetur id facere, teneatur statim, atque interrogabitur, reuelare.

Pro parte negante primæ quæstionis facit primo, quod regulariter nemo est interrogandus de crimine aliorum, nec interrogato, & confessio est credendum, exceptis crimine læsæ maiestatis, & quibusdam aliis. a Secundo, quod pœnae sunt restringendæ, b ergo & prædicta extrauagans est restringenda, quæ non continet qualem qualem, sed maximam pœnam: at illa non videtur præcipere, vt quis denunciaret complices: quia ibi solum statuitur impunitas reuelanti, ergo per illam nemo tenetur ad denunciandos illos. Tertio, quod non obstat finis eius, quatenus loquitur de denunciante complices: quia ibi solum statuitur impunitas reuelanti complices & non imponitur necessitas reuelandi eos, quod longè est diuersum, & à diuersis non fit illatio. c

2 Pro parte verò affirmante facit primo, quod contextus extrauagantis præfata obligat ad denunciandum omnes, qui sciunt aliquem esse in culpa transgressionis illius. At petens præfata absolutionem scit complices suos esse in culpa, ergo, &c. Secundo, quod prædicta extrauagans obligat innocentes ad denunciandos illos, qui peccauerunt: & qui peccauit, non debet esse melioris conditionis, quàm innocens, d ergo qui petit absolutionem, eo quod peccauerit, tenetur ad denunciandos participes sui peccati. Tertio, quod ad opposita responderi potest, concedendo quidem, quod regulariter non est interrogandus de se confessus, sed quod fallit in casibus expressis, de quibus vnus est in prædicta extrauagante: concedendo item, quod illa nullam de complicitibus formaliter facit quod ad hoc mentionem, sed satis esse, quod faciat virtualiter, quatenus generaliter obligat ad denunciandum eum, qui scit aliquem esse in culpa transgressionis eius.

Per quæ omnia perpena arbitrator primo partem affirmatiuam esse de rigore iuris verbi extrauagantis conformiorem. Secundo, partem negatiuam videri conformiorem intentioni, & menti auctoris, quatenus videtur voluisse esse contentus notitia principalis transgressoris, eo quod non est vnus verbis obligantibus expressè ad denunciandum omnes, qui aliquo modo essent culpæ participes, sed solum indefinitè, & in singulari numero eum, quem in culpa esse scirent, significando se contentum iri notitia principalis auctoris: & quoniam mens & intentio auctoris magis est attendenda, quàm verba, per cap. marcion. e ibi, *Nec putemus euangelium esse in verbis scripturarum, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice rationis.* & quia, cum lex dupliciter aptè intelligi potest, benignior sensus est amplectendus, f & quia præfata extrauagans est maximè pœnalis, & ideo maximè restringenda: pars negatiua videtur magis amplectenda, scilicet, quod præfatus petes absolutionem, si est principalis auctor transgressionis,

eo quod

a In c. excom. de raptor.
b Verbo excommunic. ca. 23. in fine.

c L. si vnus §. paitus, ne peteret. ff. de pa. c. ab exordio, 35. dist.

d ff. de re iur.

a Ca. 1. de confess. & c. nemi ni. 15. quæst. 3.
b Ca. pœna de pœn. dist. 1.

c L. Papinianus. ff. de minorib.

d Cap. 1. de postulato.

e. qu. 1. quod sumptum est ex D. Hiero. in ep. ad Gal. f L. benigni. tau. ff. de legi.

eo quod promisit, dedit, vel accepit pecuniam, vel donum, non tenetur omnes participes, & scientes denunciare, sed ad summum solos alios, qui fuerunt principales actores in dando, vel accipiendo.

AD SECVNDVM dubium respondeo id, quod scripsi in Commentario prædictæ extrauagantis in illa verba, Ad do primo, quæ ibi possunt videri.

3 AD TERTIVM dubium respondeo, quod non tenetur indicare ante fraternam correptionem, vsq; scripsimus in illa verba. Secundo quod dubitari potest, vsque in finem illius numeri.

4 Ex qua responsione inferri potest, raro, vel numquam illum, qui fuerit principalis transgressor, obligatum iri ad denunciandos complices: raro enim, vel numquam contingit, quod principales, & adiutores transgressoris principalis non pœniteat adiuuissse illum, si moniti fuerint tam graue peccatum, & tam graues pœnas incurrisse, & quod oportet eos denunciari Papæ, si non pœnituerit tanti peccati, quando saltem sola contritione, & confessione, nulla facta restitutione, deleri possent eorum peccatum, & nulla ex eo utilitas eis proueniet, quod ferè semper contingit in aliis omnibus, qui nihil ex participatione eius criminis acceperant.

Addi possit & quarta quaestio, an præfata extrauagans defuerit iam obligare quemquam ad denunciandam: & videtur, quod sic. Tum quia lex non recepta moribus definit obligare, iuxta §. leges, & glossa recepta per omnes. Tum quia nullibi, vt puto, legitur, quod extrauagans Bonifacii VIII. per hanc innouata fuerit vnquam recepta quo ad hoc, vt scientes denunciarent. Tum quia etiam iam sextus annus agitur, posteaquam illa edita fuit, & nemo hactenus videtur fuisse, qui denunciauerit vllum transgressorem eius. Tum quia extrauagans 2. qua parte in illum fuit, vt scientes aliquem admisisse simoniam in ordine, vel beneficio denunciarent illum, & antea non possent absolui, nusquam fuit quo ad hoc recepta, neque hodie ligat, vt nos diximus in Manua. Confess. post D. Antoninum, Caietanum & Siluestrum ibidem citatos. Tum quia præceptum huiusmodi denunciandi peccatum iam præteritum, quod non vergit in læsionem diuinæ, vel humanæ maiestatis, vel Reipub. vel proximi, videtur durum, & parui effectus. Durum quidem, quia nouum & parum iure naturali, diuino, vel humano antiquo fulcitum, & quia est grande seminatium inimicitiarum inter huiusmodi denunciantes, & denunciatos. parui effectus autem: quia cum, vt prædictum est, per illud præceptum humanum non possit tolli præceptum diuinum de correptione fraterna, & habente illa effectum, hoc non potest prosequi: quia, cum sit humanum, cedit diuino maiori. Tum quia hoc certum esset, si iam essent elapsi decem anni ab eius editione secundum Antoninū, Cardinalem, & Imolam, & quos firma ratione corroborat Felinus: h considerando, quod aliud est dicendum de sublatione legis iam receptæ consuetudinis, quæ requirit 40. annos. & aliud de impeditone obligationis legis nouæ nondum receptæ, iuxta §. leges, quia tria requirit ad hoc, vt lex noua obliget, scilicet: quod sit constituta, promulgata, & recepta. Tum quia defuetudo minoris temporis, quam decem annorum, sufficit ad impediendam obligationem nouæ legis, si legislator scit eam non seruati, & tolerat, vt clarè colligitur ex citatis ibidem per Felinum, & arbitror scire S. D. N. quod prædicta extrauagans non est quo ad hanc denunciationem seruata post eius editionem in his sex annis. Tum quia aut negandus est textus receptus ab omnibus Canonistis, aut concedendum, quod lex, quæ à principio à nullis est recepta, non ligat, etiam si legislator id ignoret, quomodo §. ille expressè habet, non ligare legem, etiam constitutam, & publicatam, nisi fuerit recepta. Vnde Dominicus singulariter dicit ibi, quod omnis lex noua videtur quo ad effectum obligandi lata sub conditione, si moribus vtentium approbata fuerit: & compertum est, dispositionem conditionalem non fortiri effectum, deficiente conditione. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Absoluere ab excommunicatione Papæ reseruata potest Episcopus p. superes mendicare non assuetos. & nu. 2.

3 Absolui qui propter impedimentum veniendi Romam potest à percussione clerici, poterit à quacunque alia excommunicatione reseruata.

4 Absolutus ab Episcopo propter impedimentum veniendi Romam non manet obligatus ad veniendum Romam.

CONSILIVM XLI.

Quædam mulier astu cuiusdam monachi introducta ducta fuit in cellam eius: vterque incutrit in excommunicationem extrauagantis Pij V. & illa est castigata per Episcopum, & est pauper: quaeritur, an possit absolui ab Episcopo?

1 Pro parte affirmante facit, quod mulieres percipientes clericum, possunt absolui ab hac excommunicatione, quæ est reseruata Papæ, ab Episcopo propter fragilitatem: eadem autem ratio videtur suadere absolutionem etiam in hoc casu, quia mulier est, & quod nulla mulieres cogi videntur per Sedem Apostolicam ad veniendum personaliter ad eam, nempe ad absolutionem quaerendam, licet viros percussores clericorum quotidie ad id cogat.

2 Pro negante facit, quod concessa affirmatiua parte, consequeretur, nullam excommunicationem Papæ esse reseruata tam quo ad mulieres, quod apud neminem legi: deinde, quod quotidie videmus eas mitti Romam pro absolutione excommunicationum Papæ reseruatarum, etiam in casu proposito.

3 Rationibus vtriusque partis perpenfis, respondeo primo, prædictam mulierem posse absolui ab Episcopo propter impedimentum paupertatis, quo impeditur venire ad urbem. Nec obstat c. es noscitur, quia illud habet locum in paupere mendicare adueto, qui potest providere sibi mendicando alibi per viam, sicut vbi degit, & non de paupere, qui viuit ex suo artificio, vel opera sine mendicatione, qualis hæc est. Secundo, quod longè maior est difficultas, an licet mulier percipiens clericum propter sexus fragilitatem potest absolui ab excommunicatione, non impolito ei onere veniendi ad Sedem Apostolicam, possit absolui ab excommunicatione ita simpliciter, vt non teneatur venire per se, vel saltem per alium ad Sedem Apostolicam pro mandato eius suscipiendo. Nam pro negante facit, quod alioqui nulla erit excommunicatio Papalis mulieribus, quod videtur iuxta ca. mulieres, & sicut impubes percipiens clericum simili modo potest absolui. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

Episcopus excommunicatus declaratus, quando excommunicatio est reseruata, facultatem diuinis interessendi dare nulla via potest.

CONSILIVM XLII.

Utrum Episcopus, vel Vicarius generalis, qui declarauit aliquas mulieres incurrisse excommunicationem latam à Pio V. ob ingressum in monasterium regularium, possit facere illis facultatem audiendi missas & alia diuina officia, & communicandi cum aliis.

1 Responderet partem negantem esse veram. Tum quia absolutio excommunicationis prædictæ est reseruata soli Papæ, vt habet præfata extrauagans Pij V. cuius tenorem referimus nos in comment. 4. de regul. & ita non potest ordinarius facere illis facultatem prædictam per viam absolutionis. Tum quia non potest etiam facere per viam suspensionis: quia licet aliæ censuræ, scilicet suspensionis, & interdicti, suspendendi possint, etiam sine absolutione formali, excommunicatio tamen non potest suspendi: sed oportet, vt absolutio intetueniat, vt Ioannes Andreas, Panormitanus & alij, quos refert, & sequitur Decius, tenent. Tum quia sunt, qui dubitauerint, an etiam ipsemet Papa possit dispensare cum excommunicato, vt manens excommunicatus licitè communicare possit: tantum abest, vt ordinatio id concedatur. Tum quia ratio supra pro contraria parte adducta nihil valet: quoniam extrauagans ad eustanda Martini V. confirmata à Concilio Lateranensi sub Leone X. finito, cuius tenorem referimus in Manual. Confess. per quam conceditur facultas communicandi excommunicato, donec denuncietur, nihil prodest ipsi excommunicato: quia ille tenetur euitare communionem alio

a Num. 37.

b Vbi supra.

c §. leges. 4. d. d. in cap. 1. de irom. & pace.

c De sumo.

f Cap. 27. nu. 106.

g In cap. 1. de irom. & pace.

h Ibid. nu. 17. i iuxta c. fi. de consuetu. k Dist. 4.

l In d. §. leges 4. dist. 4.

m §. omnia & §. ex conditionali. Inst. de ver. obl. & c. si pro se de re. lib. 6.

a Quæ incipit regularium, & est 22. inter ipsius constit.

b Per c. si quis iuadens. 16. quæst. 4. c. Ar. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. dudum. 2. de elect.

d Arg. c. quod de his, & cap. quoniam de sententia excom. & c. eos. eod. tit. lib. 6. c. Eod. tit. f. Cap. si quis iuadente.

g De sen. excom. l. iuxta. c. 1. eo. tit. & ca. vlt.

i In bulla qua incipit regularium, est que 22. inter ipsius constit.

k Quæ incipit regularium, sub finem. l Super c. statum. 19. q. 3. num. 62.

m Iuxta ad hac quoniam de appell.

n Ca. 27. nu. 15.



o Lux. c. illud.
de cleri. excō.
minist.

rum, etiam ante denunciationem, per quod declaratur maius peccatum committere excommunicatum non vitando alios, quàm alios non vitando eum. Tum quia non obstat, ordinarios aliquos contrarium fecisse: quia id fecerunt per ignorantiam crassam veri intellectus prædictæ extravagantis quæ habet expressè illà nihil prodesse excommunicatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatus est percutiens clericum aliter, quam pro defensione propria, vel proximi, cum moderamine, &c.
- 2 Clerici percussio lapide, & magna sanguinis effusione, est enormis, & Papa reseruat.
- 3 Impeditus venire Romam, ut ab ordinario absolui possit, quando sit minor ætas, patria potestas, vel paupertas.

CONSILIVM XLIII.

Svb patria potestate constitutus, & ætatis sexdecim annorum, & pauper, proximum suum defendere cupiens, clericum cum armis venientem lapide in capite percussit, & expercussione magna sanguinis copia exiit. Quaritur primo, an in excommunicationem reseruatam incidit. Secundo, an minor ætas, patria potestas, seu paupertas sit impedimentum iustum, ut possit ab ordinario in utroque foro absolui.

1 Ad multa, quæ hic cumulata quærentur ex parte A. clerici, qui alterum clericum percussit lapide cum magna sanguinis effusione, respondetur primo, quod, si præfatus A. percussit aliter, quàm pro defensione propria, vel proximi, cum moderamine inculpata tutelæ, incidit in excommunicationem cap. si quis suadente.^b

2 Secundo, quod videtur percussio prædicta grauis, & enormis: ita quod non pertinet absolutio excommunicationis inde exortæ ad Episcopum, per cap. peruenit,^c & per extravagantem quæ Pio I. ab aliquibus tribuitur, quam nos citamus in Manu. confessi.^d propter magnam effusionem sanguinis, & propter liuorem & maculam, quæ illa effecit.

3 Tertio, quod præfatus A. non excusatur à veniendo ad Papam pro absoluteione propter ætatem: quia licet non sit maior 25. annis, est tamen maior impubere, qui solus videtur excusari.^e

Quarto, quod ratione paupertatis videtur posse excusari: quia nihil videtur habere, quod sufficiat ei ad accedendum ad Sedem Apostolicam, & non tenetur mendicare: quia non est solitus id facere, ut diximus, f post Panormitanum 8. Sed, si absoluatur ab episcopo propter hoc impedimentum temporarium, tenebitur præsentare se illi, cessante impedimento.^h

Quinto, quod etiam excusari posset ratione patriæ potestatis, si absque præiudicio patris venire non posset: quod an facere possit, nec ne, quæstio est facti, quæ per narrata decidi non potest: & cessante præiudicio, oportebit eum venire, nisi aliud eum excuset per prædicta.

S V M M A R I V M.

- 1 Licentia suscipiendi ordines per subsecutam excommunicationem non cessat.
- 2 Licentia excommunicato ab ordinario concessa, valida est. nu. 2. cum seq.
- 5 Surreptio vitiat gratiam concessam à Papa, non verò ab ordinario.
- 6 Rescripti appellatione regulariter veniunt rescriptum à Principe concessum.
- 7 Rescripta principum etiam quo ad alios faciunt ius, secus inferiorum.
- 8 Intellectus c. 1. de rescrip. in 6. nu. 2. vsque ad 9.
- 10 Interdictus ab officio, suspensus, & excommunicatus, minores ordines exercendo, an sit irregularis. nu. 10. cum seq.
- 13 Pœna posita in assumente, seu vte ordine sacro, non semper ad minores ordines assumentem extenditur. nu. 12. cum seq.
- 14 Ordines minores sacramentalia, & non sacramenta sunt.
- 15 Minores ordines ante ætatem assumentes non sunt suspensi. nu. 15. & 17.
- 16 Excommunicatus ingerens se diuinis est irregularis, sed non omnibus diuinis.

A 16 Excommunicatus minores ordines suscipiens non efficitur irregularis. nu. 2 & vsque ad 16.

18 Collatio beneficij à Papa facta ei, qui in excommunicatione primam tonsuram accepit, valida est.

19 Confessarius à censuris extra confessionis Sacramentum absolueri non valet.

20 Absolutio ad cautelam à vicario Urbis facta ei, qui domicilium non habet, valida.

21 Clausula, Teque absoluentes ad effectum, &c. tollit tantum impedimenta ex censuris ecclesiasticis prouenientia.

CONSILIVM XLIII.

NDum Romæ moraretur, nec tamen domicilium ibidem constituisset, innodatus censura ob clerici percussorem in patria contracta, à suo ordinario obtinuit licentiã. primam tonsuram, & ordines à quocunque antistite recipiendi, sicque innodatus Romæ primam accepit tonsuram, & à Pontifice beneficium obtinuit cum clausula, Teque absoluentes. Postea in patria ingressus confraternitatem Sanctissimi nominis Iesu, cuius priuilegijs confratres possunt à confessariis certis diebus absolui ab omnibus censuris, fuit à quodam Sacerdote, cui confessus est solummodo dicta percussorem, absolutus à dicta censura, & Romam rediens ab Episcopo ad id à Cardinali Sabello deputato accepit minores ordines in quibus assumendis hoc accidit, videlicet, quia ordinandi prius fuerunt moniti, ne excommunicati accederent ad illorum assumptionem. Postea verò idem Episcopus ordinans ad cautelam de more absoluit omnes ordinandos ab omni vinculo excommunicationis. Dicitur vero N. hæc audiens, credens se adhuc excommunicatum, ex quo inclinabat dictã absoluteionem ei non prodesse, libenter recessisset, sed verecundia ductus perstitit in suo loco, & ordines minores accepit, & demum aliud beneficium à Pontifice obtinuit cum dicta clausula, Absoluentes, &c.

Dubitatur primo, an dicta excommunicatio vitiet dictam licentiã obtentam ab Episcopo, ut possit à quocunque ordinari, & tonsuram accipere.

Dubitatur secundo, an excommunicatus accipiens primã tonsuram contrahat aliquam irregularitatem, vel saltem aliquam inhabilitatem ad obtinenda beneficia, quæ ei obstat etiam post obtentam absoluteionem à dicta excommunicatione.

Tertio, an impetratio à Pontifice de primo beneficio, ut præmittitur, obtenta, sit valida.

Quarto, an dicta absoluteio obtenta virtute priuilegiorum dictæ confraternitatis sit valida, ex quo licet bona fide, & sciente ipso confessario, integram non fecit confessionem.

Quinto an dictus Episcopus pro Cardinali Sabello hic Romæ ordines conferens validè absoluerit ipsum N. qui licet Romæ commoraretur, tamen domicilium ibi non contraxerat, à dicta excommunicatione, maximè cum dicta absoluteio non fuerit in sacramentali pœnitentiæ foro facta, sed extra Sacramentum.

Sexto, an d. N. accipiendo minores ordines in excommunicatione excusetur ab irregularitate, ex eo quod, quando accessit ad accipiendos minores ordines, nullam fecit reflexionem super dicta excommunicatione nisi postquam ante ordinantem cum cæteris ordinandis constitutus fuit, ut præmittitur, monitus.

Septimo, an dicta clausula Pontificis, Teque absoluentes, &c. licet non remoueat impedimentum procedens ab irregularitate, remouet tamen aliud impedimentum procedens ex eo, quod quis malè ordinatus reperitur.

RAD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo primò, quod licentia assumendi ordines à quocunque voluerit, ab Episcopo concessa ante excommunicationem, non perimitur, nec perit per solam excommunicationem superuenientem ipso iure. Tum per c. pia, a & per glo. eius, & per glossam capituli 1. b Tum quod nulla pœna ipso iure incurritur, nisi aliquo iure id statuatur, iuxta glossam solemnem & receptam, c pro qua est aptus textus in capite consuluisti. d Cui consequens est, eum posse absoluteione ab excommunicatione obtenta, uti licentia præfata Episcopi, licet non

a De exceptio.
li. 6.

b De res. li. 6.
c In c. si. de iure
patronal.

d l. q. 4. vel. 5.

posset

b 17. quæst. 4.

c De sen. ex-
comm.
d Cap. 27. nu.
90.

e Per ca. ult.
de senten. ex-
communicat.

f Vbi su. 88.
g In c. ea nos-
citur. de sent.
excomm.

h Per c. quam-
uis. de sent. ex-
comm. & ca.
90. eo. tit. li. 6.

posset antea iuste id facere : quia , quamvis licentia prefata non percat per excommunicationem , tamen usus eius impeditur , sicut & usus alius cuiusque communicationis .^a

2 Secundo , quod non memini ullam quaestionem fuisse mihi propositam tota aetate mea , neque quo ad scholas , neque quo ad palatia , quae praesupponeret quaestionem illam a paucis vel nullis tractatam , an praedictum cap. 1. habear locum in rescriptis & gratijs ab Episcopis , & alijs ordinarijs concessis : a qua pendet decisio huius quaestionis . Si enim cap. illud non habet locum in eis , respondendum esset idem , quod responsum est de concessione praevieniente excommunicationem superuenientem . Si autem dixerimus illud cap. 1. habere locum in gratijs ordinarij , sicut habet in gratijs Pontificum , & Imperatorum , videtur potest respondendum affirmatiue , scilicet praefatam licentiam impetratam per excommunicatum ab Episcopo , tempore quo erat excommunicatus , non valuisse ipso iure .

3 Pro qua parte primo faciunt verba ipsius cap. quae generaliter disponunt de rescriptis , nulla distinctione facta inter rescripta Principum , & inferiorum : & verbum *rescriptum* . videtur genus ad utrumque , vt sentit Felinus ,^c quatenus distinguit rescripta inferiorum a rescriptis Principum . Facit etiam glossa eiusdem cap. 1. ^d quatenus ait , processum excommunicati coram ordinario valere , & coram legato ab eo non valere ; sentiens delegatum impetratum per excommunicatum ab ordinario ipso iure non valere .

4 In contrariam autem partem inclino , scilicet , praedictum cap. 1. numquam habuisse locum in rescriptis ordinarij , vel certe desuisse habere locum in illis per consuetudinem . Tum per clement. 2. ^e quatenus habet , impetrationem beneficij factam a Papa , vel legato eius , sine mentione beneficij prius obtenti , esse subrepticam , & ipso iure nullam , non autem collationem ab ordinario factam .

5 Tum quia non videtur eadem ratio de impetratione rescripti a Papa facta , & de impetratione facta ab ordinario : quia facilius subripitur Papae , & principi plurimis intentis , quam ordinario paucioribus occupato . Tum quia nec Ioannes Monachus , neque alij commentantes illud cap. 1. faciunt mentionem ullam de nullitate gratiae , vel rescripti impetrati ab ordinario propter excommunicationem . Tum quia de stylo Curiae inferioris literis Apostolicis clausula illa , per quam absoluitur impetrans ab omnibus censuris ad effectum praesentium assequendum , per quam tollitur is effectus excommunicationis : & adeo quidem , quod si non ponatur illa clausula , est subintelligenda , aut certe reformari possunt literae cum illa inserta , vt tradit Petrus Rebuffus .^h

6 Tum quod appellatione verbi rescripti generaliter in iure prolata solum Apostolicum , imperiale , siue regium includitur , vt colligere est ex tit. *de rescriptis* . tam *Decretalium* , quam *Sexti* , & *Clementinarum* & ex *l. rescripta* . & *l. quoties* . cum alijs multis eorundem titulorum & aliorum multorum , praesertim cap. *nec damnosa* , & cap. *rescripta* .^k

7 Tum quia rescripta Principum faciunt ius , etiam quo ad alios , quam nominatos in rescriptis pro similibus casibus , non autem rescripta inferiorum , vt post Ioannem Andream tradit Felinus .^l Tum quia saltem quo ad forum conscientiae defendi potest praedictum cap. fin. non ob stare . Tum per praedicta . Tum quia est poenale : & lex poenalis , etiam si ipso iure inducat poenam , non tamen regulariter ligat quo ad forum conscientiae , vt supra diximus , praesertim in *Manual. confessoriorum* .^m sicuti glossam solemnem in cap. *fraternitas* .ⁿ & Sanctum Thomam ,^o & alios recentiores , quos ibidem citamus .

8 Tum denique , quod Archidiaconus , p tener valde serio , quod illud cap. non comprehendit excommunicatum occultum , sed solum publicum : quamvis contrarium ibidem teneat communis . Sed grandis eius auctoritas , q adiunctis praedictis rationibus , multum me mouet in contrariam partem .

9 Praesertim quod praedis addi potest id , quod addidimus in *Manual. confessoriorum* .^r posse vnam legem obligare quo ad v-

A nam suam partem , & non quo ad aliam : eo quod sit recepta quo ad vnam , & non quo ad alteram : & quod praedictum caput 1. etiam si a principio inclusisset rescripta , & gratias inferiorum , postea tamen desinit includere rescripta , & gratias inferiorum , de quibus nulli fere auctores meminerunt in illo capite , neque in alijs : & consequenter quod illud c. non annihilat nunc gratias inferiorum , saltem quo ad forum conscientiae , & quo ad poenae executionem , saltem si excommunicatio est occulta .

10 AD SECUNDAM responderetur , quod pro parte illius affirmante , scilicet , quod excommunicatus suscipiens ordines minores fiat irregularis , facit , quod suspensus , & interdictus simpliciter ab officio , non solum celebrando missam , sed etiam vtendo alijs minoribus ordinibus quo ad actus eis proprie deputatos , incurrit irregularitatem , vt notat Panormitanus per illum textum ,^a & latius in cap. fi. ^b & Archidiaconus^c quod communiter teneri ait Angelus a Clauasio .^d Silvester & Tabienna ,^e & multi alij , quos refert , & sequitur Francus ,^f & constat excommunicationem esse tam grandem , immo fortiozem , quam sit interdictum , vel suspensio : ergo & excommunicatus vtens ordine minore ad actum proprie illi deputatum incurrit irregularitatem .

In partem vero contrariam cogunt me inclinare sequentia . Primum , quod nullo corporis iuris loco inuenitur poena irregularitatis huiusmodi culpae imposita : & poena irregularitatis in solis casibus expressis a iure imponitur .^g

11 Secundo , quod iura , quibus mouetur communis opinio , id non probant efficaciter : nam caput 2. ^h ex quo Panormitanus sequitur alios , & receptus communiter colligit omnem interdictum , qui celebrat , vel vtitur alijs ordinibus , etiam minoribus quo ad actus proprie deputatos eis , esse irregularem : quod ipsum latius annotauit in capite ultimo ,ⁱ non probat : quia contextus illius cap. nullam mentionem facit de assumptione minorum ordinum , neque de usu eorum . Neque etiam caput vltimum^k supra citatum eadem ratione id probat : quia nullam de assumptione , aut usu minorum ordinum mentionem facit , licet Innocent. aliquantulum faciat . Nec capitulum primum ,^l nec aliud capitulum primum *de sententia excommunicata* .^m eadem ratione id probant : quia de assumptione , vel usu ordinum minorum nulla in eis fit mentio . Nec cap. 1. ⁿ neque tria capitula^o id probant : quia loquuntur de male promotis ad ordines factos , & non de male promotis ad ordines minores . Et iura puniunt illos non sunt extendenda ad hos . Tum quia longe minus peccant . Tum quia sunt longe alia ab ordinibus sacris , eo quod non sunt vere sacramenta , vt mox dicam , sed sacramentalia : & poenae non sunt extendendae ad alium casum , praesertim in quo est minor ratio puniendi .^p

12 Tertio facit , quod non omnis poena , etiam censura , posita in male assumentem , vel vtentem ordine facto extenditur ad male assumentem , & vtentem minoribus : quia , licet suscipiens ordines factos ante legitimam aetatem , vel sine literis dimissorijs , vel extra tempora iuris , incurrat suspensionem , & , si vtatur ordine , irregularitatem per extravagantem Pij I I .^q quam referimus nos in *Manual. Confessoriorum* .^r non tamen eas poenas incurrit , qui minores ordines sic male suscipit , secundum communem sententiam , quam sequimur .^s

13 Quarto , quod communis opinio supra dicta loquitur de vtente ordine minore , & non de assumente illum : & ideo non videtur extendenda quo ad assumentem : quia aliud est assumere ordinem , & aliud est male vti ordine assumpto : ergo opinio loquens de male vtente non debet extendi ad male assumentem .^t

14 Quinto , quod nobis semper visa est verior opinio Theologorum , quam Canonistarum , quae habet , quatuor minores ordines non esse vere sacramenta , sed tantum sacramentalia , vt tradimus in *Manual. confessoriorum* .^v & ita non est tanta ratio , cur incurrat suspensionem , vel irregularitatem excommunicatus assumens ordines minores , ac assumens ordines factos : & consequenter iura , quae faciunt irregularem assumentem , vel vtentem ordine facto , male extenduntur ad assumentem ordines minores .

a Ca. cum ex com. 11. q. 3. cu simul.

b De refer. li. 6.

c In rubr. de rescrip. d. De rescrip. si. o. in verbo processum.

e De off. ord.

f Arg. e. quod dicitur. 10. dist. 6. c. quosdam. de praesumptio. Cardinallis in clem. 2. de off. ord. quod. 17.

g De rescrip. lib. 6.

h In praxi bene. 1. parte. de declarat. bul. la nona promissionis. 6. 10. que absoluentur.

i Et. 1. ult. C. de precib. 1. m. offer. 6. l. fin. Co. si contra ius vel ord. pub.

k 25. quae. 2. l. in rubr. de rescrip. nu. 1.

m Co. 25. m. 66. n. 12. qu. 2. o. 2. qu. 62. art. 3. p. in cap. 1.

q Super li. d.

r Cap. 25. nu. 59. & seq.

a In cap. 2. de cler. excom. ministr. nu. 2.

b De excess. prelat. nu. 5.

c In ca. si quis presbyter. 11. quae. 2.

d In verbo irregularitas. §. 13.

e In eo. verb. §. in c. 1. §. tantum nu. 3. v. que ad finem. de iust. excu. lib. 6.

f Cap. in qui. de sen. excom. lib. 6.

g De cler. excom. ministr.

i De excess. prelat. nu. 5.

k De excess. prelat. l. 6.

l De re iudic. l. 6.

m Eodem lib. n. De cle. per saltum prom. o. De eo , qui ord. sur. susc.

p Ar. c. poena de poen. dist. 1.

q Qua incipit cum ex sacrorum. r. Ca. 25. n. 70. s. Vbi sup. & c. 17. nu. 155.

r Ar. c. poena de poen. dist. 1.

v Ca. 22. nu. 18.

a Ca. vel non est compos. de tempor. ord.

b Ca. 27. nu. 155. c De sent. & re ind. & ien. sentia. excō.

dca. 23. n. pp.

e De sen. excomm. lib. 6.

f In praxi benefic. i. parte in rub. de declarat. bulla non. pron. & teque absolventes per totum.

15 Sexto, quod assumens ordines minores ante legitimam aetatem, non est ipso iure suspensus, sed suspendendus per sententiam, a per quod communis opinio Doctorum obtinuit in tota Hispania, & Gallia, ordinatos ante legitimam aetatem, etiam ad sacros ordines, non esse ipso iure suspensos, antequam nos Salmanticae ante sexaginta annos publicarem extrauagantem Pij II. supradictam: quae tamen non includit assumentes minores, vt tradimus in dicto nostro Manual. b

16 Septimo, quod non obstant praedicta capitula prima, c quatenus generaliter disponunt suspensum incurtere irregularitatem, si diuini se ingerat. At constat ordines minores esse res diuinas, & spirituales potestate diuinitus data constitutas, vt in definitione rei spiritualis data in nostro Manual. confestat. d Non, inquam, hoc obstat: quia communis, & recepta omnium fere sententia fatetur, non esse intelligenda de ingerente se omnibus diuinis: nam omnium fere vna est opinio, quod non habent locum in ingerentibus se diuinis extra diuina officia: qualis est benedictio mensae, auditio missae, concionis factae, & communicatio in orationibus priuatis: immo neque in ingerentibus se diuinis officijs, etiam in choro, cantando Psalmos, vel faciendo alia, quae etiam laici solent facere. Vnde illa eadem ratio, qua communis opinio eximit ab irregularitate suspensos, qui ingerunt se canendis Psalmis, etiam in choro & diuinis officijs, quod videtur esse officium primae tonsurae, possunt etiam saluari qui primam tonsuram assumunt, vel ea vtuntur.

17 Octauo, quod qui contrariam sententiam tenuerint, obligantur ad fatendum innumeros esse irregulares in Ecclesia Christiana, etiam Romana: nam innumeri sunt, qui in pueritia, & adolescentia accipiunt ordines minores, praesertim primam tonsuram, cum parua cura faciendi confessionem sacramentalem cum legitima contritione, & omnium peccatorum ad memoriam reuocatione, ad hoc, vt absoluti ab excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, assumant primam tonsuram, & ordines minores & ideo credendum est, Pontifices Maximos & Concilia, praesertim oecumenica ideo nusquam expressisse, vt excommunicati, suspensi, & interdicti incurrerent ipso iure irregularitatem assumendo primam tonsuram, & alios ordines minores: & consequenter noluisse illos eam incurtere, cum expressum sit in dict. cap. i. qui, e quod per nullum crimen incurratur irregularitas ipso iure, nisi per aliquod ius id fuerit expressum.

18 AD TERTIAM respondeo primo, collationem priorem, de qua loquitur, a Papa factam valuisse, etiam si facta fuisset absque illa clausula: Teque absolventes, &c. ad effectum praesentium assequendum. tenendo opinionem, in qua me inclinare supradixi contra communem sententiam, scilicet, excommunicatum, accipiendo primam tonsuram, vel quatuor minores ordines, non fieri irregularem, neque inhabilem ipso iure ad assumendum beneficium. Secundo, quod etiam tenendo communem opinionem est respondendum, collationem praedictam cum praedicta clausula factam iudicandam validam, per ea, quae tradit Rebuffus, f ita quod absolutus postea licite poterit illa uti, & beneficio per eam obtento potiri tanquam suo.

19 AD QVARTAM respondeo, absolutionem praedictam a Confessario electo virtute praedictae bullae nihil profuisse D. Consulenti. Tum quia non fuit facta ei virtute confessionis sacramentalis: quia, vt praesupponitur in facto, non fuit confessus sacramentaliter: & per praedictam, & similes bullas datur potestas absoluenti ei, qui electus audit bona fide sacramentaliter, vt alias respondimus.

20 AD QVINTAM responderetur, absolutionem illam a Vicario Sabelli datam ad cautelam aequae valuisse D. Consulenti, ac alijs coordinatis: quia per habitationem, quam habuit & habebat Romae, licet in ea domicilium non contraxisset, tamen submissionem, qua se iurisdictioni Romanae subiecerat, qua fuit: attento quod non habebat domicilium propinquum, cuius iudici commodè subieceretur, & quod consuetudo generalis orbis Christiani seruetur, vt, qui causa studiorum, vel aliorum negotiorum, habitat

A in aliqua ciuitate: a suo domicilio distante, possit agere, & conueniri sub iudice illius loci, tam circa spiritualia, quam temporalia, iuxta ea multa, quae nos collegimus in cap. placuit, a quae ibi possunt videri.

AD SEXTAM colligitur responsio ex responsio ad secundam.

21 AD SEPTIMAM quaestionem respondetur, quod praedicta clausula, Teque absolventes, nullum aliud impedimentum, quod obstat collationi, aufert, nisi solum id, quod producit sola censura, scilicet excommunicatio, suspensio, & interdictum, vt satis colligitur ex eodem Rebuffo, b & probatur irrefragabiliter per illa verba, ad effectum praesentium tantum.

B

SUMMARIUM.

- 1 Legatorum Apostolicorum facultas excommunicatos absoluenti qualis, de qua est eis credendum.
- 2 Episcopus iuste impeditos absolueri potest ab excommunicatione a iure, vel ab homine reseruata.
- 3 Celebratio excommunicati, nisi sit mortifera, non inducit irregularitatem, qua sine dolo, & contemptu non incurritur.

C

CONSILIVM XLV.

Q Vidam ab Auditore Rotae declaratus excommunicatus de consensu procuratoris aduersarij fuit absolutus a Nuncio Sedis Apostolicae ad quatuor menses, deposita pecunia debita apud bancarium, eo quod creditor erat Romae, ne tamdiu maneret excommunicatus, faciendo quod in ipso erat, & soluit intra tempus a Nuncio praefixum, & Nuncius testatus fuit se habere potestatem ad illum absoluentem auctoritate Apostolica, & absolutus celebravit.

Quaeritur, an incidit in irregularitatem, & fecerit fructus beneficij suos?

D 1 Respondeo, quod non. Tum quia legati solent habere potestatem absoluenti, saltem ad tempus, in huiusmodi casibus, propter absentiam eius, ad quem pertinet absolutio, vt colligitur ex cap. eos, c quod etiam nos referimus in Manual. Confess. d Tum quia legatus praefatus asseruit in literis, se habere facultatem id faciendi, cui quo ad id credendum est: quoniam communiter habent ad id specialem facultatem ad ponendam illam clausulam, ne cogantur inferere facultates suas: & ideo creditur eis, donec contrarium probetur, iuxta notata in cap. siue. e

2 Tum quia etiam Episcopi possunt absolueri excommunicatum a iure, vel ab homine alij reseruata, propter morbum, vel impedimentum eundi ad quaerendam absolutionem, vt colligitur ex principio d. cap. eos, & existens in Hispania habet impedimentum satis iustum maximi & periculosi itineris ad eundem Romam ad hoc, vt faciendo quod potest ad patendum, absoluat ad tempus, quo eget tanto itinere faciendo, ne moriatur excommunicatus, quod iura horrent. f

E 3 Tum quia auctoritas Legati dicentis se habere illam potestatem, & facientis facultatem celebrandi per tempus ab eo praefixum, dedit iustam causam credendi se bene absolutum, & vt bona fide celebraret, & excusauit ab omni malo dolo, & contemptu, sine quo non incurritur irregularitas, vt definit Panoruitanus a quo ibi nemo recedit, f & Dominicus, h pro quibus est ibi glossa memorabilis penult. Facit quod contrariens Canonis, & legi dubiae, & errans circa iuris subtilitates non peccat mortifere, secundum Innocentium i per alia multa, quae adducit Felinus, k & celebratio excommunicati, nisi sit mortifera, non inducit irregularitatem, sicut nec absque mortifero peccato non incurritur excommunicatio maior, l nec consequenter consulens incurrit illam: quandoquidem non peccasset mortifere, credendo id sibi licere, etiam si Legatus errasset, qui tamen non errauit, immo pie, & eruditè in absoluentem se gessit, &c.

F

SUMMARIUM.

- 1 Diffusio conditionalis ante impletam conditionem inefficax.

a Nu. 96. & seq. de pœnis. distinct. 6.

b Vbi supra num. 15.

c Idem Statutum de ien. sent. excomm. lib. 6. d Ca. 27. nu. 46.

e De sen. excomm. & c. nobilissimi 97. dist.

f Ca. qua fructu. de appell.

g Ca. pastora. lu. 9. verum. de appell. h In ca. jolas. de sententia excomm. lib. 6. i Ca. per tuus. d. de simon. k Ca. 1. de re. iur. fallensia septima. l Ca. nemo. e. nullus. 11. q. 3.



- 2 Paria sunt, duo fieri simul, vel per viam adiectionis.
- 3 Reintrusio est interlocutoria, quae non appellando transit in iudicatum.
- 4 Fraus sua, & turpitudine nemini commodare debent.
- 5 Absoluti ab excommunicatione, antequam satisfaciat, nequit, qui ob manifestam offensam incurrit irregularitatem.

CONSILIVM XLVI.

Iustus absoluti data prius cautione de parendo iuri: & post moram in cauendo factam monitus, vt intra certum terminum praesentaret cautionem, non praesentavit eam intra illum, & accusata contumacia Iudex reintrusit in excommunicationem, qui postea data cautione absolutus fuit. Queritur an absolutio valeat.

1 Viderur, quod non, primò, quòd dispositio conditionalis non est efficax, donec adimpleatur conditio, & cautio non fuit praestita intra terminum, intra quem erat praestanda. Nec obstat dicendo, quod paruit conditioni, quia prius cauit, quàm absolueretur: quoniam non cauit intra terminum ad cauendum ei praefixum: nam per absolutionem datam sub conditione, si prius cauerit, adiuncta monitione, & citatione, vt intra certum terminum praesentaret cautionem, viderur Iudex absolutionem dedisse, si intra terminum ad praesentandam cautionem praefixum eam daret: alioquin enim fuisset elusoria huiusmodi conditio, cuius implementum potuisset differri vsque in infinitum. Tum quod praedicta monitio, & citatio tantum operabantur, ex interuallo datae, quantum operata fuissent, si simul cum absolutione factae fuissent: quia nihil mediavit inter illa, quod debilitaret earum virtutem, vt palam est: & regulariter paria sunt duo fieri eodem die, vel duobus interpellatis per viam adiectionis, & accessionis. b Tum quia regulariter eadem ratio suadet in vtriusque, & ita eodem iure sunt censenda, & lex ad omnia superiora refertur, cum eadem ratio idem iuris suadeat in omnibus. c At absolutio praedicta conditionalis, & praefixio termini ad praesentandam cautionem sunt duo posita in duobus folijs papyri per viam adiectionis, & accessionis, in quibus eadem ratio militat, immo secundum est declaratio & limitatio absolutionis, quae sine termino expresso lata fuit.

3 Secundo, quòd iudex post terminum praefixum ad praesentandam cautionem, & accusata contumacia non praesentantis eam, in illo reintrusit praefatum aduersarium, & ita cum res non sit integra, non profuit ei praestatio cautionis post illam reintrusionem. Tum quia illa reintrusio fuit interlocutoria, quae transit in rem iudicatum non appellando ab ea intra decendum, d tum quia per illam reintrusionem additum fuit nouum vinculum priori excommunicationi, & concedendo, vt absolueretur data prius cautione, non poterat intelligi à reintrusione, quae nondum erat facta, vt palam est.

4 Tertio, quod nemini debent commodare sua fraus, & turpitudine. e At praedictus per fraudem, & turpitudinem se gessit pro absoluto, cum nec absolutus esset, nec cautionem dedisset, vt patet ex actis, & non solum gessit se publice pro absoluto, cum non absolutus esset, sed etiam auctorizando tanquam Prior & Rector Ecclesiae parochialis insignis interfuit diuinis officijs, & fecit celebrare coram se, & toto populo Missas, & alia diuina officia, ob quod factus est irregularis.

5 Quarto, quod licet excommunicatus absoluti possit ab excommunicatione manente ipso in irregularitate prius contracta, cum sint diuersa: si tamen offensam, ob quam incurrit irregularitatem, esset manifesta, vt in hoc casu, non posset absoluti regulariter ab excommunicatione etiam data cautione de parendo iuri, antequam satisfaceret pro illa offensam notoria, vel manifesta, iuxta cap. ex parte 1. f & tradunt Decius, & alij. g

Quare petitur, non solum illum non iudicari absolutum, sed esse irregularem, & priuatum, vel certe priuandum suis beneficijs, si quae habet, & iure, quod male praerendit se habere in praedicta Ecclesia parochiali. h

a q. omnis & s. ex conditio mali, Inst. de verb. obl. ca. si pro re de resp. scrip. li. 6. cum iuribus ibi per gloss. citatis.

b Arg. regula accessorium. de regulis iuris li. 6. ca. de multa. sub finem de pra. c. Ca. secundo requirit. de appellatio. v. bigloss. & Doctores. maxime Panor. & Decius resoluunt.

d Iuxta ca. 1. de appell. l. 6.

e Ca. sedes A post de rescri. l. inque fulto de furtis.

f De verborum significatione. & c. venerabilibus. q. porro. de sem. excom. lib. 6. g In cap. quae fronte. de appell. h Iuxta c. clericis. & c. fraternitati. de cle. excom. miss.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus generaliter ab homine non denunciatus, si cui si à iure absolui potest.
- 2 Excommunicatus ab homine, & denunciatus, parte satisfacta, per privilegium absolui potest.
- 3 Absolutio per Cruciatam in foro conscientiae tantum consulit, nisi, &c.
- 3 Absolutio ab excommunicatione quo ad forum Dei quid operetur.
- 4 Absolutio, quo ad Deum ab excommunicatione, etiam in iudicio vitari non debet, nisi id aduersarium petat.
- 5 Boni viri est nullis nocendo alicui prodesse, vel certe velle.

CONSILIVM XLVII.

AN mendicantes Religiosi ex privilegijs suis, vel confessorij ordinarij ex privilegio bullae cruciatae, possint absolueri ab excommunicatione imposita ab homine? Et quid possint cum poenitente, qui esset denunciatus, vel notorius percussor clericorum? Et si aliquis dictorum confessorum huiusmodi excommunicatos absolueret, quid operaretur talis absolutio, saltem in foro conscientiae?

Secundo quaeritur, cum quis incidit publicè in censuram aliquam Pontifici reseruatam, & satisfacit etiam publicè, an sufficiat tunc absolutio confessorij, qui aliàs habet facultatem absoluendi à tali censura: cum declaratione, quod talis poenitens iam satisfecit, & absolutus est?

1 Respondeo primò, quòd excommunicatus generaliter ab homine, & nondum denunciatus, perinde potest absolui, ac excommunicatus à iure, per ea, quae in hoc ipse cito in Manual. confess.

2 Secundo, quod etiam excommunicatus specialiter ab homine, etiam denunciatus, & percussor notorius clericorum, post iustam satisfactionem potest absolui per praefata privilegia, & bullas quo ad forum conscientiae tantum: quia per praefatas bullas, & etiam, vt credo, per praefata privilegia datur potestas generalis indefinita absoluendi excommunicatos à iure, vel ab homine, praeterea satisfactione, absque vlla exceptione: & ita equipollet vniuersali, iuxta glossam solennem, b & ita comprehendit omnes, c quia & nos credimus sufficere veram impotentiam satisfaciendi, praestita cautione sibi possibili, saltem iuratoria, iuxta ea quae diximus in praefato cap. d quamuis Sotus contra teneat.

3 AD SECVNDAM respondeo, quod absolutio praefata non videretur prodesse, nisi quo ad forum conscientiae tantum, nisi cruciata, vel privilegium expressè daret facultatem absoluendi quo ad vtrumque forum, per ea quae diximus in dicto Manual. e Operabitur autem illa absolutio, vt possit diuina recipere Sacramenta, & beneficia sibi canonicè collata: & poterunt omnes, qui sunt ceteri de illa absolutione, licet ei communicare quo ad forum conscientiae.

4 Quin etiam, quod maius est, nec ab alio, quòd sciam, satis proditum, Episcopus, & alij iudices fori exterioris possunt etiam quo ad forum exteriùs communicare citis factis, dictis, & conuersationi publicae, & tractare ipsum quasi absolutum, & dissimulare eius excommunicationem, nisi aliquis aduersarius peteret eum arceri, & castigari tanquam peccantem in leges prohibentes excommunicatis illos actus exteriores. Tum quia hoc modo absolutus, non est verè excommunicatus: nec consequenter communicatur excommunicato. f

5 Tum quia boni viri est nemini nocendo, alicui prodesse, vel velle prodesse. g Tum quia haec faciunt, vt priuatae personae, & vt tales sciunt ipsum esse absolutum: & ita nihil contra conscientiam faciunt, nec consequenter obuiant capite si. h Tum quia non tenentur ad arcendum eum tanquam iudices, & ex officio Iudicis nobilis, nulla parte petente: quia non interest Reip. vt id faciant, cum verè tales absoluti non delinquant, eo quod iudices non tenentur ad vtilitatem priuatae, nisi parte petente, procedere. i Tum qui frequenter sacra Poenitentia committit absolutiones, & dispensationes in foro conscientiae tantum Episcopis, vt ipsimet absoluant, & dispensent: & ita scientes scientia priuata tales esse abso-

a Cap. 27. ubi. 44.

b Ca. 27. circa de elect. lib. 6. c. Cap. solita. sub p. de mag. q. 2. obedi. c. concord. d. 27. num. 48.

c Ca. 26. n. 31. d. c. 27. n. 150.

f Arg. in delictis. q. 1. ff. de noxal. lib. 4. g Arg. c. 2. de postul.

h De praescri.

i Leg. 4. §. hoc autem iudicium ff. de d. infec.

luros, vel dispensatos, non inquietent, neque castigent ut Iudices, ignorantes id scientia publica, quæ habetur per allegata, & probata, qua debent duci, quatenus sunt tales. ^a Salua, &c.

a Le. illicitas. §. verius. ff. de officio pra. Bd. c. pastorali. §. quia vero de off. de. leg.

S V M M A R I V M.

- 1 Absolutio virtute Cruciatæ iuuat in foro interiori, non in exteriori.
- 2 Absolutio nominatim excommunicatus virtute Cruciatæ sine precedente satisfactione non potest.

CONSILIVM XLVIII.

Lata sententia prima in Rotæ Auditorio in fauorem B. & odium A. super quodam beneficio litigantium, fuit appositum sequestrum super possessione, & fructibus illius, quod per quosdam annos sepius violauit A. & percepit fructus: unde incurrit excommunicationem, à qua nulla facta restitutione, fuit virtute bullæ Cruciatæ absolutus. Quæritur, an absolutio valeat, & quid ei faciendum sit.

1 Respondeo primò, quòd circa quæstionem hanc multa dicere posset is, cui satis temporis ad id faciendum esset. Secundo, quòd præfatus D. Consulens non est censendus absolutus quo ad forum exterius: quoniam absolutio, quam habuit per bullam Cruciatæ sacramentalem, non potest probari, nec facit fidem quo ad forum exterius, cum etiam absolutio data in foro sacræ Pœnitentiariæ non proficit quo ad forum exterius. Tertio, quòd non est absolutus etiam quo ad forum interius. Tum quia non præcessit satisfactio, quam bulla Cruciatæ requirit. Tum quia excommunicatio præfata non potest dici tam posita à iure, quam ab homine, cum sit posita, & declarata ab Auditore Rotæ, à quo debebat absolui. Tum quia inforduit in excommunicatione, & quotannis incurrebat illam, etiam si absolutus fuisset absoluteione valida semel. Quarto, quòd qui absolutus est bene ab excommunicatione, debet absolui prius à peccato mortali, propter quòd est excommunicatus: quamuis frequenter ipso iure valeat absolutio ab excommunicatione, licet absolutio à peccato non valeat.

2 Quinto, quòd D. Consulens (quòd dolenter dico) multa debet facere, vt sit rurus quo ad verumque forum. Primo quidem, quòd eum pœnitentiarum transgressionum sequestri, & tot retentionum fructuum sequestratorum. Deinde, quòd restituat fructus male perceptos, qui sunt restituendi, vel obtineat remissionem, siue condonationem, aut legitimam compositionem, aut concordiam faciat cum eo, quem restangit. Tertio, quòd impetret absoluteionem à præfato D. Auditore, aut ab eius successore. Quarto, quòd obtineat dispensationem ab irregularitate, si manens in excommunicatione celebravit, dolens plurimum de suo malo statim tanto tempore continuato, &c.

S V M M A R I V M.

- 3 Excommunicatus ab homine nominatim per cruciatam, parte non satisfacta, non potest absolui.
- 4 Excommunicatus beneficium, antequam absoluatur, acceptare non debet.
- 5 Excommunicatus ab homine à quo absolui possit.
- 6 Absolui à Legato Papa vt possit excommunicatus, quando longe à Iudice competente distat.
- 7 Beneficium impetrare valet ab excommunicatione ad reincidentiam absolui, saltem antequam reincidentat.

CONSILIVM XLIX.

Quidam in loco longissimo ab eo, in quo moratur, citatus à Scholastico iudice competenti non comparuit, & fuit excommunicatus, & absolutus à confessario virtute bullæ Cruciatæ, absque solutione debiti, & comparitione coram iudice.

A Quæritur primo, an præfata excommunicatio teneat. Secundo, an absolutio fuerit iuridica, & valida.

1 Responderetur primò, quòd ad certam determinationem eorum, quæ quaruntur, oportebat scire formam citationis, & etiam excommunicationis late ob contumaciam, & etiam clausulam bullæ Cruciatæ huc pertinentem.

Secundo, quòd præfatus Magister Scholasticus solet frequentissime incipere iudicium ab executione cum dicta iustificatiua, præcipiendo citato, vt soluat sub excommunicatione late sententiæ, aut intra certum tempus compareat allegatus causam, quare non debeat id facere: & interdum citat sub pœna excommunicationis late sententiæ, vel ferendæ, vt compareat responsurus petenti eum citari: & postea contumacem declarat incurrisse excommunicationem, vel excommunicat, prout requirit citatio præcedens: & quocumque horum modorum citatus fuerit D. Consulens, iuste fuit excommunicatus, quia non soluit, nec comparuit intra terminum ei præfixum.

3 Tertio, quòd clausula bullæ Cruciatæ, de qua nos alibi meminimus, & etiam Sotus meminit, facit confessario facultatem absoluendi, præmissa satisfactione. & ideo præfatus D. Consulens non potuit absolui virtute illius bullæ, quia non satisfecit parti aduersæ, nec soluendo debitum, nec comparando coram iudice: cui consequens est cum indigere noua absoluteione. Quandoquidem excommunicatio non tollitur, nisi per absoluteionem à potente absoluteute factam.

4 Quarto, quòd pie, prudenterque facit D. Consulens differendo acceptancein beneficii, donec absoluatur.

5 Quinto, quòd cum ab excommunicatione specialiter ab homine lata non possit absolui, nisi lator eius vel successor, vel superior, neque illi possunt id facere, nisi satisfacta, vel consentiente parte aduersa: nam neque Papa id facit, neque est facile illam habere, siue impetrare ab alio, satisfactione non præmissa.

6 Sexto, quòd remedium facilius mihi nunc occurrens est, quòd D. Consulens longissime absens à loco, in quo fuit excommunicatus, adeat Episcopum, vel Legatum, & ob absentiam, & impedimentum adeundi excommunicatorem, vel successorem eius, petat absoluteionem, ne moriatur in excommunicatione, promittendo se, quam citò commodè poterit per se, vel per alium petiturum ab excommunicatore absoluteionem, & eius mandatis pariturum, iuxta ea, quæ nos scribimus in Manu. Confess. ^b & accepta absoluteione huiusmodi illico, quam optimo modo poterit, mittat, vel scribat Salmanticam, vt pateat iudici, & impetret absoluteionem, vel ratificet eam, quam obtinuit in Italia ob impedimentum comparendi coram illo, & hoc facto potest optimè acceptare beneficium, antequam nuncius, vel epistola perueniat Salmanticam: sed diligenter procurare debet, vt pateatur Iudici Salmanticensi.

7 Quia, nisi faciat id, quam citò commodè poterit, reincident in eandem excommunicationem, iuxta cap. eos, ^c & ea quæ diximus, ^d quamuis collario beneficii, & acceptio facta post prædictam absoluteionem, antequam reincidentat, non desinent esse validæ propter reincidentiam subsequenterem.

AD SECUNDAM quæstionem responderetur, confessarium illum malè absoluisse præfatum D. Consulentem, ideòque debere ipsum curare, vt absoluatur ab ordinario, vel delegato modo supradicto, & adhibere diligentiam supradictam, ne reincidentat in illam.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessarius monere tenetur beneficiarium excommunicatum occultè, quòd restituat distributiones.
- 2 Fructum ex beneficio in excommunicatione occultè perceptos beneficiarius absolutus restituere non tenetur.

CONSILIVM L.

AD quæstionem propositam respondeo quòd confessarius debet monere beneficiarium excommunicatum

occultè

a Iuxta cap. qua fronte de appellat. b Cap. 27. nu. 40.

c De sen. excom. d Vbi supra.

occultè, qui ob excommunicationem non quaesivit sibi distributiones quotidianas, vt restituat eas eis, quibus accreuerunt.

1 Tum quia certum est, eas acquiri alijs ininteressibus, dum ipsi excommunicati negligunt petere absolutionem, vt Cardinalis & Decius determinant, a super glossa, qua ibi determinat beneficiarium excommunicatum non querere sibi etiam alios fructus beneficij. Tum quia confessarius debet admonere confitentem ea, quae sunt necessaria ad remissionem peccati sibi confessi, b & obligatio restituendi, quam scire debet peccitens, est de his, quae sunt ad salutem ei necessaria, vt palam est.

2 Quod autem excommunicatus, satis iuste possit retinere fructus alios à distributionibus quotidianis sui beneficij receptos tempore excommunicationis, postquam fuerit absolutus ab ea, satis patet, argumen. eorum, quae pra omnibus alijs adducuntur à nobis in cap. non liceat Papa, c tractando intellectum cap. quia sepe. d

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

SVMMARIVM.

- 1 Excommunicari à solo notario. etiam ecclesiastico, quamuis ex pacto processerit, nemo potest.
2 Laici coram iudice ecclesiastico competente conveniri possunt. ubi per legem non prohibentur renunciare suo foro. num. 2. & 3.
4 Hispani laici non possunt suo foro renunciare, nec iurare contractus, qui ad suam valorem iuramentum non requirunt.
5 Lex prohibens laicos foro suo renunciare est iusta, & libertati ecclesiastica non contraria.
6 Reges iuste laicos defendunt, ne per tales contractus excommunicari possint.

CONSILIVM LI.



VERITVR, an laici in regnis Lusitaniae, Castellae, Navarrae, praesertim in Civitate Dole, possint suos contractus inire, adiecta clausula, vt, nisi contenta intra constitutum diem adimpleverint, excommunicari possint.

1 Respondeo primò, quòd non, etiam inter clericos coram solo tabellione, siue notario etiam ecclesiastico: quia excommunicatio ferri non potest in aliquem sine iurisdictione ecclesiastica secundum omnes, e & notarius etiam ecclesiasticus, quatenus est laicus, non est iudex; nec ullam habet iurisdictionem, argumento legis priuatorum, f & ita nec absolute, nec sub conditione, si vsque ad talem diem non soluerit, potest debitorem excommunicare: quò fit, vt obligatio in forma Camerae cum huiusmodi excommunicatione conditionali, etiam in vrbe fieri non possit coram solo notario, vt Antonius Masleus Galleus in libello formulae camerale, g tradit.

2 Secundo, quòd fieri potest etiam inter laicos coram iudice ecclesiastico competente iure communi, vel per iustam renunciationem proprii fori, & iustam submissionem, qua se debitores submitunt illi, quòd passim fit in vrbe, partibus renunciantibus suis foris, & submittentibus se quibuscunque iudicibus ecclesiasticis, & confitentibus debitum, & obligantibus se ad soluendum in certum diem, suscipiendo ipse praecipuum iudicis iubentis, vt impleant promissionem sub pena excommunicationis latae sententiae, vt concludit Panormitanus contra communem. h

3 Tertio, quòd hoc fieri non potest inter laicos in regnis, in quibus non permittuntur laici renunciare foro saeculari, nec submittere se ecclesiastico. Quoniam non potest fieri nisi coram iudice ecclesiastico competente, vt dictum est, i & iudex ecclesiasticus non est competens super contractibus eorum iure communi, & in illis regnis

non potest fieri per renunciationem fori saecularis, nec per submissionem, qua se debitores submitunt ecclesiastico, cum nullatenus illa in praefatis regnis permittantur laicis.

4 Quarto huic esse consequens, non posse hoc fieri in Regnis Castellae, Lusitaniae, & Navarrae à 60. circiter annis: quoniam lege Regia cautum est, ne quis laicus possit renunciare foro suo saeculari, nec submittere se ecclesiastico, immo nec iurare contractum, qui ad sui valorem utroque iure non requirit iuramentum: quae lex, vt puro constituta fuit primum in Castella, deinde in Lusitania ex aliqua lege, vel consuetudine, quae visa est in eis iustificari à necessitate tollendi fraudem, quia iurisdictione saecularis fraudabatur ex eo, quòd ratione renunciationis, & submissionis, omnes fere causa contractuum laicorum deferbantur ad curias ecclesiasticas, quibus renunciato foro suo debitores se submittebant, immo & iurabant, vt ratione iuramenti, de quo vt de re spiritali iudex ecclesiasticus debet cognoscere, a convenirentur coram ecclesiastico, vt conveniebantur, adeo quidem, quòd ab hinc 70. annis frequentior erat litigatoribus curia Episcopalis Pampilonensis, quam tota curia regia: nunc autem, prohibitis renunciatione, & submissione praedictis, & iuramenti adiectione, cum vix vlla causa laicorum ad eam deferatur, quòd adeo rigide servatur, vt nullum instrumentum à notario ecclesiastico inter laicos factum, quidquam fidei faciat in foro saeculari, & qui notarius regius addiderit contractui laicorum iuramentum, vel submissionem partium ad forum ecclesiasticum, castigetur, & deponatur ab officio: quamvis in Regnis Aragoniae, & Valentiae mos ille antiquus etiam nunc, vt audio, servetur, & ita in illis possunt fieri contractus propositi: quin, vt audio, fiunt aliqui fere similes illis, per quos ecclesiastici iudices laicos non solventes ad statutum diem, excommunicant, monitione tamen praemissa.

5 Quinto, quòd si lege regia statutum est in Comitatu Burgundiae, in quo videtur esse Dola, quòd laici non possint renunciare suo foro saeculari, & se submittere ecclesiastico: quòd esse statutum suspicor, eo quòd subiacet Regi Catholico, in cuius Regnorum bona parte, vt dictum est, id servatur: si inquam id statutum est, non poterunt huiusmodi contractus fieri inter laicos: quia non poterunt se submittere ecclesiastico, sine qua submissione huiusmodi excommunicatio fieri non potest, vt praedictum est.

Sexto, quòd maioris quaestio est, an iusta sint huiusmodi leges saeculares verantes huiusmodi renunciationes, submissiones, & iuramenti adiectiones.

Ad quòd respondetur, eas videri iustas in praedictis Regnis Castellae, Lusitaniae, & Navarrae, ratione fraudis praefatae vitandae regibus, & consilijs regis eorum, & difficile eas sublatum iri: quin, licet pro contraria parte faciat, quòd libertati ecclesiasticae videantur obuiare, pro eis tamen facit, quòd Ecclesia est cultrix iustitiae, & non debet aliena iactura locupletari, nec velle, vt iurisdictione saecularis defraudetur, b & quòd Papa non intendit iurisdictioni Regum praedicare, c & quòd fraus sua nemini debet prodesse. d

6 Septimo, quòd qui reges, vel populi renuerint praefatas leges esse iustas, à fortiori defendunt non posse laicos in suis terris contractus praefatos excommunicationis vallo munitos efficere: & quòd Concilium Tridentinum, e & ratio eius nervosè in suam partem induci possit: sed quia non proponitur in quaestione de huiusmodi legibus, an sint, vel non sint, neque si sint, quales sint, sufficiat praefata dixisse laicus, quam putaram, sed tumultuario studio. Salva Domini mei iubentis censura.

SVMMARIVM.

- 1 In ius vocare, vel excommunicare animalia irrationalia, v. num. & num. 2. & 3.
3 Excommunicatio in solos fertur Christianos. & numero 5.

a In c. pastorale. §. 7. etia. de appella.

b Ar. c. penult. §. sacerdos. de pen. dif. 6. & eorum, quae tibi alias scripta sunt.

c 12. q. 2. §. 10. num. 12. d De elect. li. 6. c. praesent. si, de officio ord. eodem li. c. cum vos eod. sit.

e Ca. L. & G. de officio delegati. f C. de iurisd. omnium iud.

g Obl. 2. p. ad 3. particulam. quast. 3.

h In ca. P. G. n. 6. de officio deleg.

i In 2. disto.

a Iuxta. c. cum C. de foro copet.

b Ar. c. licet. cum gl. de foro compet. c Cap. nonit. de iudicij. d Ca. sedis. de re. cum alijs similibus. e De quo in c. 3. de reform. sess. 25.

- 4 In veteri testamento per anathema non intelligitur excommunicatio.
- 5 Anathema duo significat, actum, scilicet faciendi, & rem iam factam.
- 6 Maledicti, & anathematizare an differant.
- 7 Sententia lata à quibusdam contra animalia irrationalia principia habuerunt laude digna, fines tamen superstitionis.
- 8 Superstitionis species quatuor, & que illa sint.
- 9 Adiurare Deum, Diabolum vt inimicum, homines vt amicos, licet, non tamen irrationalem creaturam.
- 10 Adiuratio, vel incantatio irrationalis creatura, cui admiscetur aliquid falsum, est tacita demonis inuocatio.
- 11 Modus exercendi exorcismos contra irrationalem creaturam qualis, & num. 13.
- 12 Sententia contra animalia liberant potius virtute malorum Angelorum, quam bonorum.
- 14 Sacerdos adiuraturus animalia irrationalia, quid faciet, & num. 15. & 16.
- 15 Orationis magna vis, & quatuor cum comitibus sepe impetrat, & num. 16.

CONSILIVM LII.

Quid iure fieri potest aduersus pisces grandes, quos Terones vocant Surrentini, & à paucis annis in eorum maris Hadriatici districtu inferentes multa damna rebus, & alijs rebus piscatorum, & vt aiunt, in personas eorum.

1 Ad quæstiones ex hoc facto resultantes dico primo, legisse me, vel certe audiuisse alio legente omnia, quæ Bartholomæus Cassaneus, vir quidem eruditus, scripsit, quo integrius, & aptius parerem iubenti mihi iure suo respondere.

Secundo, inuenisse me in eis multa laboriosè quidem, & prolixè exarata, sed parum mea sententia rei, quæ quærebatur, necessaria, sed digna, quæ confutarentur, ne male decipiant, & in superstitiones ducant ea legentes. Primo enim disputat de nomine, quo vocabantur animalia illa nocentia, contra quæ remedium petebatur. Secundo, an deberent in ius vocari, siue citari. Tertio, an sufficeret citare procuratores eorum, & possent procuratores comparere.

2 Quarto, quis esset Iudex ad id competens. Quæ omnia potuerant omitti, considerando vanum esse in ius vocare vel citare, excommunicare, vel anathematizare animalia irrationalia propter proprium actum. Tum quod, vt ait S. Thomas, praua res est etiam adiurare creaturam irrationalem ad agendum proprium actum: quia, cum illa non moueatur à se ipsa, sed à Deo, vel permisso eius à diabolo ad nocendum homini, adiurandus est diabolus, iuxta illud. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.*

3 Tum quod, vt nos post alios resoluimus paucis in Manual. nostro Confessar. nemo excommunicari potest, nisi homo baptizatus, mortalis, habens superiorem. Itaque vanum erat quærere, quo nomine vocarentur animalia præfata, de quibus rogatus fuit Cassaneus, & an citari poterant, & tenerentur personaliter citari, vel comparere, & quis esset Iudex competens, vel incompetens, quia quocumque nomine vocarentur, & siue citarentur, vel non citarentur, siue personaliter, siue verbaliter, siue à Iudice competente, siue ab incompetente, nullatenus poterant excommunicari, vel anathematizari, vt prædictum est: & probatur irrefragabiliter, eo quod solus Christianus est capax excommunicationis passiuæ, & omnis, quod excommunicatio in hac materia est eiectio alicuius ab ecclesia Christiana, & eius communione, vt patet ex definitione excommunicationis data ab omnibus, & à nostris, & quod nulla irrationabilia animalia, nec rationalia, præter baptizata, sunt intra ecclesiam Christi, nec participant communionem illius præsertim sacramentalem.

4 Nec obstat, quod legamus in libro Iosue, multa irrationabilia fuisse anathemata, siue anathematizata: quia non est intelligendum illud de anathemate, prout accipitur à iuribus canonicis, & ab eorum peritis, sed pro rebus separatis à communi consortio aliarum similibus, vt palam dicit S. Thomas receptus, vt etiam accipitur in omnibus locis veteris Testamenti, in cuius tempore nondum erant inuenta tres illæ censuræ, de quibus in cap. *querenti*, quæ maxima est excommunicatio, præsertim maior, quæ vocatur anathematizatio, de qua in hac quæstione agitur. Et ita nullatenus est dicendum montes Gelboë à Dauid fuisse excommunicatos: licet potuissent dici separati à dono diuino alijs montibus coniunctis donato.

5 Tertio principaliter dico, quod etiam illa, quæ ad probandum irrationabilia non posse anathematizari latè adducit, satius fuisset omittere: quoniam etiam ipse cum communi præsupponit, anathematizationem esse excommunicationem: & cum nemo possit excommunicari, nisi homo baptizatus, &c. vt prædictum est, consequenter palam erat non posse irrationabilia anathematizari, cum non possint excommunicari, iuxta supradicta, & alia, quæ nos partitius, & resolutius scripsimus in commentario extrauagantis *ab ipso* S. D. N. d. scilicet, quod verbum, *Anathema*, Canonum peritis duo significat. Alterum est actus faciendi, siue separandi Christianum à Christianorum communione, vt probatur efficaciter in capit. nemo, & ibi, *Anathema est mortis æterna damnatio. &c.* Alterum, quod significat, est Christianus sic separatus: quod efficaciter probatur per sexdecim cap. Concilij Gangrensis, quæ parte habent, vt, qui illud, aut illud fecerit, sit anathema: in qua significatione etiam accipitur Iosue, & ad Romanos, & ad Galatas, & alibi sæpe.

6 Quarto, quod etiam poterat Cassaneus omittere illa, quæ multiplicauit de dictione *Maledicere*: quia ipse asserit in sua materia, & quæstione, *Maledicere*, accipi pro anathematizare: & cum ipse magis concludat irrationabilia non posse anathematizari, quam quod possint, licet aliquot rationes adducat in contrariam partem parum neruosas, absque alia frustranea probatione poterat concludere, *Ergo neque maledicti, & anathematizari*, adducendo in hoc textus, & iura Bibliorum, & aliorum librorum, quæ non loquuntur de anathemate, de quo iura Pontificia loquuntur, sed de rebus separatis à quibusdam commercijs, honoribus, & priuilegijs, quibus communiter alia similia gaudent, vt dictum est.

7 Quinto, quod quatuor exempla, quæ Cassaneus refert, sententiarum latorum solemniter à Vicarijs, & prouisoribus quarundam dicecesum Gallicanarum contra quædam animalia irrationalia, licet habeant exordia laude digna, fines tamen habent superstitionis, quibus excommunicant, & anathematizant ea. Quarum similes audiuius fuisse latis etiam in Hispanijs contra mures, fortices, & locustas, & quædam alia animalia destruentia segetes, & alia virentia: præsertim illam, quam tulit quidam episcopus ex quodam summo promontorio, per quam iussit muribus exire terras, quas habitabant, intra tres horas, intra quas maximus eorum numerus exiit natando per mare Oceanum in quandam insulam sterilem, quo per excommunicationem & anathematizationem iussu fuerant exire.

8 Cum etiam omnes prædicti intenderent verè excommunicare, & anathematizare animalia irrationalia, quæ incapacia erant talium pœnarum, certum est eos ad expulsionem eorum accepisse media, & remedia, quæ nec naturaliter, siue naturali ratione, nec supernaturaliter, siue supernaturali reuelatione, neque vlla Ecclesiæ Christianæ Romanæ institutione habebant virtutem expellendi ea eo modo: & ita censenda sunt superstitionis aliqua specie superstitionis illarum quatuor, quas post alios referimus nos in nostro Manuale confessoriorum, vel inuocacionis tacite Daemonum: quæ vt referimus ibidem, toties fiunt, quoties aliquis enitur effecere aliquid per causas, quæ nec virtute sua naturali, nec

a In quindécim folijs margini in conf. 1.

b 2. 2. q. 90. a. 3.

c Luca 10.

d Ca. 27. n. 13.

e Cap. omnis Christianus, 11 quæst. 3.

f Li. 4. sen. d. 18. g In rubr. de sen. excom.

a Cap. 6.

b In cap. 2. ad Galat.

c De ver. sig.

d Gregorij XIII. & illa est 28. inter ipsius const. not. 4. num. 10. c. 11. quæst. 3.

f Postquam di. 30.

g Cap. 6. h Cap. 9. i Cap. 1.

k Ca. 11 n. 23. l Num. 25.

a. s. q. 96. n.
1. q. in mul.
s. art. q. n. 95.
b. in summa
per incantationem.

c. in s. q. 96. n.
1. q. in mul.
s. art. q. n. 95.
d. in s. art.

e. Luca 10.

f. in art. 3.

g. in d. s. 3. in corp.

ex diuina, aut ecclesiastica dispositione possunt illud efficere, aut sunt ad illud ordinatae, vel quando huiusmodi causa tamquam necessariè adiunguntur alijs, quæ possunt talem effectum producere, iuxta mentem S. Thomæ, cuius definitionis exempla possunt esse quidam rami, quos posuit Caietanus, præsertim vsus causæ naturalis ad effectum supernaturalem, vel miscere falsa veris, veluti dicendo Christum habuisse febres: in prædictis enim exemplis assumitur excommunicatio, & anathematizatio, quæ nulla dispositione supernaturali, nec ecclesiastica Christiana Romana possunt operari effectus illos supernaturales expellendi, vel occidendi subito prædicta irrationalia, & miscere veris, & sanctis institutis ecclesiæ exorcismis, adiurationibus, & coniurationibus aliqua falsa, & vana, scilicet citationes, responsiones, & allegationes eorum fictas, & monitiones, excommunicationes, & anathematizationes factas contra ea illarum incapacia.

9 Quæ infirmantur ex eo, quod S. Thomas postquam, c. concludit licere adiurare Deum, & hominem, & amicos, & d. licere etiam Dæmonem adiurare tamquam hostem ad compellendum, vel expellendum, iuxta illud iam dictum. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocabit.* non tamen vt amicum, vel socium ad habendum ab eo aliquod adiutorium, vel bonum postea, f. de terminar vanum esse adiurare irrationalem creaturam ad aliquem actum, tanquam procedentem ab ipsa: quia non est eius domina, sed eius, qui mouet eam, scilicet Dei, cuius dispositione omnia reguntur, & mouentur, vel Dæmonis, quatenus permissu eius vtitur ea ad nocendum nobis.

10 Et cum omnis adiuratio & incantatio irrationalis creaturæ, cui miscetur aliquid vahum, falsum, vel apocryphum, censetur tacita inuocatio Dæmonis, vt amici & socijs: consequitur, omnem adiurationem, vel coniurationem, per quam adiuratur, vel coniuratur creatura irrationalis, esse superstitionem, & vanitatem, & consequenter peccatum etiam mortale, si fiat scienter: quod vitandum est omnino ab exorcismis, adiurationibus, & coniurationibus Christianorum.

11 Sexto, quod ex prædictis inferatur, S. D. N. nec vllum alium Pontificem, vel sacerdotem debere consulere, vel mandare, vel vti processibus, & finibus sententiarum relatarum à præfato Cassaneo, nec aliarum similibus litarum in Hispanijs, sed sic coniurationibus, & adiurationibus, & alijs remedijs ecclesiasticis ab omni forde superstitionis, & inuocationis Dæmonum, & falsitate mundis, & alienis, iuxta S. Thomam, s. dicentem, coniurationem, vel adiurationem huiusmodi non esse faciendam, referendo illam ad irrationalia nocentia, sed ad ipsum Deum, qui ea mouet, humillimè obsecrando eum, vt dignetur ea compefcere aliquo modo suæ diuinæ Maiestati grato, vel referendo ad diabolum, & præcipiendo ei potestate præfata à Deo tradita ecclesiæ, vt cesset à mouendo, & ducendo, & dirigendo illa contra nos: nihil tamen amicè, vel socialiter petendo, vel accipiendo ab eo, etiam si ipse, vel alius spiritu eius afflatus promitteret certo liberationem, quæ percipitur.

12 Nec obstat, quod præfata sententiæ operatæ fuerint liberationem à vexatione prædictorum animalium: quia illa non prouenit ex bonitate, & virtute sententiarum, sed ex potestate Diaboli, qui abstulit illa animalia de terris, quibus nocebant, vel occidit ea etiam subito in eis ad persuadendum cupientibus illam liberationem prouenire ex bonitate præfatorum processuum, & sententiarum, & sic continere & manu tenere confidentes in eis in peruersis superstitionibus, & inuocationibus, & amicitia Dæmonum, qui plurimum cupiunt haberi, & adorari pro dijs, & benefactoribus, cum tamen sint malefactores maximi, pro quo facit, quod plures incantationes superstitiosæ sortiuntur effectum, quàm bonæ, procurante Diabolo magis vt malæ sortiuntur effectum ad nos decipiendum, quàm Angelo bono ad nos adiuuandum, eo quod aliqua de causa occulta non conuenit nobis earum effectus.

Septimo, quod sancta, & bona coniuratio contra præfatos pisces possit confici. Primo quidem consulendo, & iubendo, vt fiat aliquod ieiunium vnus, vel plurimum

A dierum à prædicto populo Surrentino, & vicis seu pagis eius. Deinde consulendo, vt pœniteat eos vetè peccatorum omnium suorum saltem mortalium & confiteantur illa sacerdotibus idoneis, & approbatis. Tertio etiam consulendo, vt fatagant precibus, & supplicationibus humillimis augere suam fidem Catholicam, & spem sanctam perueniendi ad gloriam æternam, & caritatem in Deum, & proximos necessariam.

14 Quarto, quod coniurator, vel adiurator, qui coniuratus est præfatos pisces, siue cacodæmones eis in nocumentum præfata ciuitatis, & pagorum eius vtentes, faciat id vestitus sacris, & præ cæteris mundet fidem suam ab omni forde superstitionum, credendo actu, & recitando firmiter, & deuote symbolum Athanasij, & præmissa oratione Dominica, & salutatione Angelica, obsecret ex animo Deum omnipotentem, vt propter semeripsum, & infinitam bonitatem suam, & per sanctissimam incarnationem, natiuitatem, passionem, mortem, & resurrectionem suam dignetur concedere sibi, & præfatis populis id, quod postulant, & iuuet eum ad præcipiendum, vt præcipit, dure, ac rigide, virtute potestatis præfata à D. N. I. E. S. V. Christo accepta, præfatis cacodæmonibus piscibus prædictis in præfatum nocumentum vtentibus, vt abstineant à tali vsu damnofo, & permittant pisces illos redire in loca, vnde venerunt, & fugiant à facie sacrosanctæ Crucis, quæ ostendatur eis, & virtute eius iubeantur fugere, & relinquere sua maleficia ad gloriam eiusdem D. N. I. E. S. V. Christi, &c. quæ desumi possunt ex præfatarum sententiarum exordijs, & alijs partibus earum, omiffa tamen mentione excommunicationis, & anathematizationis, quarum nec pisces, nec ipsi Dæmones capaces sunt, vt prædictum est in secundo principali dicto.

15 Quinto, quod, si primæ coniurationi non paruerint, repetatur, donec paruerint, cum firma fide, quod oratio est magnæ virtutis, magnarumque virium, vt probauimus in Enchir. de oratio, vbi citamus B. Hieronymum, b. asserentem, Deum ipsum per eam quadamtenus cogi, & vinci, & D. Bernard. c. affirmantem ex duobus vnum orantem indubitanter sperare debere, scilicet quod obtinebit quod petit, aut quod ei fuerit vtilius.

16 Quin etiam in ca. 19. eiusdem Enchir. d. dicimus post S. Thomam, c. orationem etiam peccatoris semper impetrare, quoties eam quatuor comitantur, scilicet vt orans petat pro se bono sine necessaria ad suam salutem, & cum perseverantia debita, ponendo fiduciam in illo Euangelij, f. *quacumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.* & illo. s. *quodcumque petieritis patrem.* Quæ omnia, & singula supradicta, quæ multis prolata videri possunt, sed reuera pro dignitate materiz sunt pauca, subiicimus in primis emunctissimæ S. D. N. censuræ, & deinde cuiuslibet alius melius sententis iudicio, In gloriam D. N. I. E. S. V. Christi, qui nos omnes saluet. Amen.

S V M M A R I V M.

- 6 Prædicare possunt suspensi, & interdicti.
- 6 Suspensi, & interdicti simpliciter, non sunt prohibiti prædicare.
- 6 Missam audientes à suspensio vel interdicto denunciato peccant.

C O N S I L I V M L I I I

F C Vm reneamur vitare suspensum nominatim denunciatum, & pariter interdictum personaliter, dubium occurrit, in quibus tales sint euitandi: & in particulari est questio, an peccatum sit interesse concioni illius, qui cum suspensus sit à prædicando, concionatur, & ita an præcisè ex vi ininteressentiæ peccatum detur, quod scilicet talis suspensus non vitetur; & pariter an peccatum sit audire sacrum eius, qui postquam personaliter interdictus, ac nominatim denunciatus est, illud facit.

5 A D H A N C questionem responderetur primò, quod interdicti & suspensi sunt vitandi in illis actionibus, à quibus eis interdicitur, vel à quibus suspenduntur, & non in alijs: quia pœnæ non debent extendi extra casus proprios. h. Secundo, quod non sunt vitandi, nisi fuerint nominatim denunciati pro interdictis, & suspensis ab illis

3 Cap. 1. nu.
b. in epist. 58.
ad Damasum
c. habetur
de pœn. d. 1.
cap. importuna.
c. Adulatio
ca. 6. c. habet
gloss. sing. cle.
1. de reliquijs
& vner.
d. Num. 162.
e. 2. 2. q. 83. a.
15. ad 2.
f. Ioan. 16.
g. Ioan. 14.

h. C. pœna de
pœn. distin.
1. c. reg. odia
de reg. iur. li.
6.

actionibus eis interdictis, vel ab eis suspensis, sed sic, si sunt denunciati, vt habet extrauagans ad euitanda. relata à nobis post alios in nostro Manuali.^a

a Ca. 29. nu. 35.

b Cap. 27. nu. 176. & seq.

c In d. ca. 27. nu. 176. & sequen.

d Ca. 27. nu. 172. & num. 151.

6 Tertio, quod interdicti, & suspensi simpliciter non sunt prohibiti prædicare, vt nos tradidimus in dict. Manual. b saltem si expressè non interdicandi, vel suspendantur ab officio prædicandi: & ideo possunt audiri prædicantes: quia prædicatio non est de numero officiorum diuinorum, quæ interduntur interdicto personali, vel suspensio ab officio diuino, vt nos tradimus. d Quarto quod, quæ dicantur officia diuina, à quibus interdicti simpliciter debent abstinere, & quæ illa, à quibus suspensus à diuinis debet abstinere, declaratur in prædicto Manual. d per eorum definitiones. Quinto quod non potest quis audire missam interdicti denunciati plusquam denunciati, & suspensi à missando, vel diuinis officijs excommunicati, per prædictam extrauagantem, ad euitanda.

S V M M A R I V M.

- 1 Missam simoniaci non denunciati audiens non peccat.
- 1 Communicans cum excommunicato, specialiter, seu nominatim non denunciato, non peccat.
- 2 Accusatus de simonia, ac de excommunicatione diffamatus olim erat vitandus, modo non.
- 3 Fama excommunicationis cum denunciatione sufficit ad hoc, quod denunciatus excommunicatus euitare teneatur.

CONSILIVM LIIII.

AN peccet mortaliter audiens Missam eius, quem scit esse simoniacum, & per consequens excommunicatum. e

e Per extrau. 2. de simon.

f Ca. cum nō ab homine de sententia. excommu.

g Ca. illud de cleric. excomm. ministr.

h §. laborat. de pœni. d. 6. nu. 2.

i Cap. 27. nu. 35.

k De simo.

l Dist. cap. illud de cleric. excommu. in Le. illud ff. ad l. Aquill. ca. dudum. 2. de electione.

1 Respondetur, quod non, si nondum erat denunciatus excommunicatus. nam, licet iure antiquo sciens aliquem esse excommunicatum tenebatur illum vitare etiam ante denunciationem, f etiam si sciret excommunicatum per solam famam, & iure tamen nouo per extrauagantem ad euitanda scandala. Martini V. renouatam in Concilio Lateranensi sub Leone X. nemo teneatur vitare excommunicatum generaliter ante denunciationem, nec etiam excommunicatum specialiter ab homine nondum denunciatum: quod nos confirmamus in cap. 1. h vbi inserimus tenorem illius extrauagantis quem Butrius, & Felinus non habuerunt, vt etiam reulimus in Manual. i

2 Non obstat cap. accusatum, k vbi habetur, accusatum de simonia prohibendum esse à celebrando: quia procedit secundum iura antiqua, secundum quæ etiam infamatus de excommunicatione erat vitandus, vt prædictum est.

3 Addo tamen, quod, sicut olim fama sufficiebat de iure antiquo ad euitandum excommunicatum, l item nunc de iure nouo videtur sufficere fama de excommunicatione cum denunciatione: quia eadem ratio, & æquitas in utroque casu mouere videtur, & ideo idem ius, m &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Communicans cum suspensio ab oratione nullam incurrit, excommunicationem.
- 2 Suspensus ab officio est suspensus ab oratione.
- 3 Suspendi ab oratione potest homo ob peccatum veniale.
- 4 Suspensus à Confessore ministrando non efficitur irregularis.

CONSILIVM LV.

VIDbitatum est à quibusdam eruditis, an sit verum id, quod sentire videtur Ioannes Casianus, n nempe, communicantem suspensio ab oratione propter delictum incurrit excommunicationem, saltem minorem, ait enim per eiusmodi communionem videri communicare cum tradito Sathanæ, quo nomine Apostolus vocat excommunicatum maiore excommunicatione, o & constat communicantem excommunicato excommunicatione maiore regulariter incurrit minorem, & frequenter maiorem. p Sed contrarium est tenendum, quia

n Lib. 2. c. 16. de canonica. mox. vinarum orat. & psal. modo.

o Ad Corint. 5.

p Cap. nuper & ca. concubina. de sens. excommu. & cap. cum excommunicato. & ca. quoniam multos. 1. quæst. 3.

nemo vllam pœnam incurrit ipso iure, nisi expresse iure id caueatur, iuxta glossam solennem receptam, a & nullo iure talis excommunicatio fertur.

a In ca. fin. de iust. patro.

2 Tum quod omnis ecclesiasticus suspensus ab officio, est suspensus ab oratione per definitionem suspensionis à nobis post alios traditam in Manual. Confess. b at nemo hactenus dixit communicantem suspensio ab officio excommunicari. Ergo non est dicendum. c

b Cap. 27. nu. 151.

c 2. q. 4. cap. consultijs. & §. considerare. mus Auth. de trien. & semiss. col. 3.

d In d. ca. 27. nu. 150.

e Cap. unum. §. criminu. 25. dist.

3 Tum denique quod suspendi potest quis ab oratione ob peccatum, quod tantum est veniale, vt tradimus nos, d & per tale peccatum veniale non traditur quis Sathanæ, nec perdit caritatem, siue gratiam gratum facientem. e

4 Addo, quod suspensus ab oratione per confessarium non incurrit irregularitatem. Quibus est consequens regulariter communicantem eiusmodi suspensio, cum nullo iure id caueatur, non incurrit irregularitatem: & irregularitas non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis, iuxta caput is qui. f per cuius textum, & rationem glossa memorabilis s ait suspensum ab officio, vel communionem à confessario, contraueniendo ei, non incurrit irregularitatem.

f De sens. excommu. lib. 6. g In verb. iure.

S V M M A R I V M.

- 1 Suspensio vt valida, vel inualida declaretur, qua explicanda.
- 2 Sententia excommunicationis, vel suspensionis iniusta, lata à iudice competente, valida est.
- 3 Suspensio sine precedente correctione lata, est valida, nisi procedatur per viam denunciationis.
- 4 Excommunicati, suspensi, vel interdicti, ante denunciationem non sunt euitandi, & gesta per eos valida sunt.
- 5 Appellatio, licet non suspendat excommunicationem latam, suspendit tamen declarationem.

CONSILIVM LVI.

IN quodam ordine regulari est constitutio, vt, si Prælati delinquerit, possit, correctione fraterna præuia, suspendi: fuit suspensus Prælati.

Quæritur primo, an huiusmodi suspensio teneat.

Secundo, an acta per Prælatum sic suspensum valeant.

1 AD QVÆSTIONEM primam vix responderi potest, nisi declaretur, quis suspendit, quæ auctoritate fungebatur, & quomodo sciebat defectus, ob quos suspendit, an cognitione priuata, an publica, & an notorietate, vel infamia, vel denunciatione, & an procederet per viam accusationis, denunciationis, vel inquisitionis: & qualis est tenor constitutionis, quæ iubet suspendere Prælatum post correctionem, an habeat clausulam irritantem.

2 Secundo, quod iure communi excommunicatio, & suspensio à iudice competente lata, etiam si sit iniusta regulariter valet, & est seruanda saltem in foro exteriori: nisi in quinque, vel sex casibus, quos nos summatim referimus in Manual. Confessar. h Et in propositione casus præsentis non narratur aliquid, ob quod suspensio prædicta debeat iudicari ipso iure nulla, quamuis esset iniusta: & ita habet locum cap. primum, i quod iuncta glossa probat censuram timendam esse, ac seruandam, etiam si sit iniusta, modo non sit nulla, sed valida.

h Cap. 27. nu. 4.

i 11. quæst. 3.

3 Et nullo iure cauetur, quod censura lata à iudice sit nulla ipso iure propter omissionem correctionem fraternam, nisi cum proceditur per viam denunciationis Evangelicæ, k & vt prædictum est, non narratur in casu, qualis esset iudex suspendens, nec quali via procederet, neque quis defectus fuit factus in processu, neque quales clausulæ irritantes habeantur in constitutione ordinis, quæ hac de re disponit.

k Iuxta ca. super his, de accusat.

4 AD SECVNDAM respondetur, quod non solum suspensus, sed etiam excommunicatus, & interdictus potest exercere iurisdictionem, quam habet publicam: & valét ea, quæ facit vt iudex, donec denunciatur, & declaretur excommunicatus, suspensus, vel interdictus: & non potest, nec debet euitari, donec fuerit declaratus: & denunciatus per extrauagantem cuius initium est, ad euitanda, relata à nobis plenius, quàm ab alijs, l per quam

l Dist. ca. 27. nu. 35.

limitantur

imitantur omnia iura antiqua, tam Decreti, quam Decretalium, Sexti, & Clementinarum: & omnium extrauagantium impressarum, & non impressarum: adeo quod illustrissimum pratorium Rotæ ita hoc seruat, quod nunquam pronunciat acta, quæ sunt per Episcopos, & alios Prelatos, & iudices, esse inualida, & nulla, propterea quod fuerunt facta ab excommunicato etiam per Auditorem Rotæ, si fuerint facta, ante quam per Rotam fuisset declaratus excommunicatus, vel suspensus, ut etiam Felinus qui fuit Auditor Rotæ, expressit, a cuius verba aptissima huic negotio non transferimus hic ob festinantiam interrogantis, & quia videri possunt apud eum ibi.

Cui addo id, quod proposito plurimum seruit, quod licet excommunicatio, & alia censura lata sine monitione valeant ipso iure secundum receptiorem opinionem, & appellatio, quæ ab eis fit, non suspendat eas, nec earum effectum, licet deuoluat iurisdictionem ad superiorem, per ea, quæ habentur in cap. pasteralis. b declaratio tamen, quod aliquis incurrit in illas, non potest fieri absque citatione eius, & antequam audiatur, vel contumax iudicetur: & si fiat declaratio absque illa citatione, & auditione, est ipso iure nulla, & nullum impedimentum facit, quo minus facta per ligatum centuris valeant, per glossam, c & multa, quæ ipsemet Felinus cumulat, & congerit, d &c.

SUMMARIUM.

- 1 Collationes beneficiorum factæ à Capitulo suspensio & non declarato valide sunt.
- 1 Declaratio legitima requiritur ad incurrendam penam ipso iure positam.
- 2 Citatio legitima est parti ante declarationem intimanda.
- 3 Gestæ à Capitulo suspensio, ut à persona publica valent.

CONSILIVM LVII.

AN stante suspensione, Capitulum possit conferre beneficia suæ præbendæ in tali Ecclesia?

1. Quæstio hæc est nimis generaliter proposita, ut categorica responsio ei aptetur: sed credo, quod collationes beneficiorum factæ à capitulo non iudicabuntur inualida siue nullæ: attento quod requiritur legitima declaratio ad incurrendas penas, etiam ipso iure incurtas, iuxta glossam singularem & receptam, e quam, & alia plurima citat in hoc Felinus. f

2. Attento item, quod citatio debet legitime intimari parti, & quod contra hanc declarationem poterunt allegari aliqua notata in clem. i. g & adducta per Felinum, h & per eundem in cap. ad probandum. i

4. Attento item quod cum sit vniuersitas, & non singularis persona: vna, vel alia de causa excusabitur collatio ab eo facta, eo quod illam fecit, ut publica persona, cuius gesta valent, donec toleratur. k & difficile pratorium celeberrimum Rotæ iudicabit illud Capitulum non esse tolerandum propter hanc solam intimationem suspensionis, si eruditissimi causatum Parroni Romanæ curiæ suscipiant defensionem eius, & illius, cui beneficium fuit collatum. Quare consulo, ne quis facile moueat litem aduersus eum, qui possederit beneficium collatum à prædicto Capitulo, fundando se solum super præfata suspensione. Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1. Suspensio ab officio generalior est, quam suspensio à diuinis.

CONSILIVM LVIII.

AN suspensio à diuinis æquipolleat suspensioni ab officio.

1. Respondeo primo, de suspensione à diuinis agere textum cap. i. l. Secundo, quod Innocentius, glossa, & alij omnes senserunt hanc difficultatem, quæ certè non est parua: & communiter videtur recepta opinio Innocentij, m vt latè refert Francus, n & sequimur

nos in Manual. Confess. a Tertio, quod omnibus his perpenfis, potest categoricè huic quæstioni responderi, quod suspensio ab officio est generalior, quam suspensio à diuinis: & consequenter quod suspensus à diuinis, interessendo diuinis, non incurrit irregularitatem plus quam suspensus ab officio.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

SUMMARIUM.

- 1 Insigne dicitur, quod præ aliis sui ordinis aliquid habet præcipuum.
- 2 Locus insignis dicitur, qui in ordine locorum quiddam habet præcipuum.
- 3 Locus insignis etiam dicitur locus non muratus.
- 4 Locus insignis dicitur, quando vulgo pro tali habetur.

CONSILIVM I.

UTrum Fonseca diocesis Toletanæ possit appellari locus insignis, ad hoc, ut non vitietur dispensatio matrimonialis, in qua sic appellata fuit.

1. Respondeo, quod sic. Tum quia insigne dicitur id, quod præ aliis sui ordinis habet aliquid præcipuum, iuxta illud. b Ostroque insignis & auro Seat sonipes, & alia multa; quæ in hoc citant eruditi latini: & Fonseca licet non sit locus cinctus muris, habet tamen 800. munitas, quod est quiddam præcipuum in ordine locorum Hispaniæ non muratorum siue muris non cinctorum. Tum quia habet iurisdictionem magnam, etiam meto & mixto imperio insignitam.

2. Tum quia non requiritur, quod sit muris cinctus, vel muratus locus, ad hoc, ut dicatur insignis, ut probatur in cap. statutum, adiuncta glossa. c Nam rexus habet delegatum Sedis Apostolicæ posse cognoscere de causa sibi delegata in ciuitate, vel loco insigni: & glossa recepta intelligit per ciuitatem locum muris cinctum, & consequenter probat; locum insignem posse esse etiam non muratum, & muris cinctum.

3. Tum quia is, cui committetur potestas dispensandi, accipit informationem de contentis in commissio- ne: & consequenter de loco illo; an esset insignis: & testes, qui vt pat est credere, fuerunt Hispani, & potuerunt testari verbis Hispanis, dicendò, que era lugar signado: quod Hispanis significat idem, quod Latinis, verbum insignis, vt palam est.

4. Tum denique, quod, ut ait Ioannes Monachus, d locus insignis dicitur, qui vulgo habetur pro tali, e & constat præfatum locum de Fonseca haberi à vulgo pro signado, & consequenter pro insigni cum idem significant insignis, & signado, &c.

SUMMARIUM.

- 1. Præceptum Papæ in dubio, ut verba sonant, interpretandum.
- 2. Fortunam pinguiorem fortitur, qui deducto ne egeat, soluere potest.
- 2. Fortunam ad pinguiorem venisse, & posse soluere, deducto ne egeat, paria.
- 3. Satisfactio honesta ex persona qualitate consideranda.

CONSILIVM II.

PAPA sub pena suspensionis præcepit quibusdam fratribus, vt cum peruenirent ad pinguiorem fortunam, tenerentur dimidium reddituum, siue fructuum conuertere in ædificationem, vel immobilium emptionem.

Quæritur, ad quid obligentur. Secundo, quando ipsi fratres iudicandi sint peruenisse ad pinguiorem fortunam.

1. AD PRIOREM QUÆSTIONEM respondeo, quod censura siue præceptum illud Papæ pōnit prædictis fratribus obligationem illam, quam verba sonant, nempe, quod cum venerint ad pinguiorem fortunam, dimidium fructuum impendant ædificationi,

a In c. ad probandum, de re iudica. m. 6.

b q. v. corum de appella. & in c. ad reprimendum, de offic. ord.

c In c. cupientes. §. quod si per de electio. lib. 6. d In c. Rodolphus. nu. 9. de rescrip.

e Clem. i. de co. f In c. Rodolphus. m. 41. de rescrip. g De iudi. & de causam. §. verum de electio. h Ca. quoniam §. porro. n. 13. ut lit. nō conest. i Nu. 6. de re. iud. k L. Barbarius. ff. de officio presi. c. c. ad probandum de re iud.

l De sent. excom. li. 6. m In c. fin. de excess. pratorum. n In d. c. 1. §. causam. nu. 3.

a Ca. 27. nu. 103.

b virg. 4. E. nu. id.

c In ver. ciuit. nu. de res. l. 6.

d In d. c. statutum in princ. e Arg. l. Labeo. ff. de app. pel. re. & Co. ex literis. de sponsalib.

a Le. non aliter ff. de l. 3. c. una de spof.

b ff. de re. ind. in l. diuus. & l. in condemnatione. ff. de reg. iur. §. sed et si quis. Inst. de act. c. In d. l. in condemnatione. d. In d. l. diuus. nu. 7. e In leg. 2. in princ. ff. quod met. caus. f In l. si maritus in ff. sol. mat.

g In cap. 12. sessio. 24.

h In e. cum de spof. de consuetud.

i Ca. cum sa. quidum leges. cum similib. de heret. li. 6. l. In e. quo iure. 8. dist. 12. l. Ca. poena de poen. d. 1. cum similib. m Ca. cu. ex pediat. de electio. li. 6. c. l. i. C. de in officio. testa. n Ca. intelligetia de verborum signifi. o Le. si vno. ff. locati.

vel immobilium emptioni; quia in dubio non est recedendum à verbis dispositionis. ^a

2 AD POSTERIOREM quaestionem respondeo, tunc praedictos fratres iudicandos esse peruenisse ad pinguiorem fortunam, quando peruenient ad eum statum, in quo poterunt se honestè sustentare de bonis suis: quia debitorem peruenire ad pinguiorem fortunam idem est, quod peruenire ad statum, in quo, deducto eo quo indiget ad se decenter sustentandum, potest solvere, vt colligitur ex l. inter eos, & l. miles, ^b vbi Iason bis, vel ter equiparat, venire quem ad pinguiorem fortunam, & posse solvere, deducto ne egeat. Tunc autem dicitur quis habere tantum, vt possit solvere deducto ne egeat, quando habet tantum, quod possit solvere, retento eo, quod sufficiat ei ad commodè, & honestè viuendum, vt dicit gloss. memorabilis, ^c quam sequitur Philippus Decius. ^d

3 Honestà verò & commoda sustentatio debet considerari secundum qualitatē personæ, secundum Bald. ^e & tradit Alexander. ^f Porro non sunt hæc intelligenda, vt quidam dicebat, vt qui peruenit ad pinguiorem fortunam, debeat solvere debitum de omnibus, quæ habet, sed tantum de his, quæ supersunt ei, retenta sibi commoda, & honesta sustentatione, vt ex prædictis ll. & eis adnotat. facile colligas, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Verbum, non suffragetur, positum in Concil. Trid. cap. 12. sess. 24. cum sit negatiuum, & destruat quidquid post se inuenit, recipit exceptionem.
- 2 Beneficiarius, fidem profiteri recusans, an presumatur hereticus, & vt talis priuandus.
- 2 Concil. non presumit hereticos professionem fidei non emittentes, sed punit poena debita inobedientia.
- 3 Poena sunt restringenda, & legum correctio vitanda.
- 3 Verbum, non suffragetur, si extendatur ad titulum, corrigitur regula de trien. possess. & num. 4.
- 4 Verbum, non suffragetur, intelligendum de adiutorio, quod dat possessio ad quærendos, vel non perdendos fructus, & non quo ad titulum.
- 5 Poena canonum, praesertim Conciliorum, solent esse moderatae, ita quod non excedant poenam delicti.

CONSILIVM III.

AN illa verba, 8 Concilij Trident. *Nec illis possessio suffragetur*, excludant prouisum, etiam quo ad titulum, ita quod neque quo ad fructuum perceptionem, neque quo ad proprietatem suffragetur.

1 Pro parte affirmante facit, quod negatio totam, quod post se inuenit, destruit, & contrarium eius ponit, vt ait glossa singularis & recepta, ^h ad quod facit illud Dialecticorum, *Nullus est aptior modus contradicendi, quam proponendo negatiuum*. at clausula prædicta præponitur negatiua verbo *suffragetur*, ergo tollit omne suffragium, & consequenter tam illud, quod est datum ad legitimum, siue canonizandum titulum, quam ad quærendos fructus.

2 Secundo, quod hereticus perdit omnia iura sibi competentia. ⁱ At qui prouisus de beneficio respuit profiteri fidem, videtur hereticus: ergo perdit omnia iura, & consequenter ipsam possessionem, iuxta glossam singularem: ^k & ita ad nihilum potest illa sibi prodesse.

3 Pro parte autem negante facit primo, quod poenæ sunt restringendæ. ^l Secundo, quod correctio iurium vitanda est. ^m At intelligendo prædicta verba de suffragio quo ad titulum, corrigitur lex illa vtilissima de triennali possessione, & intelligendo de suffragio quo ad fructus, conciliantur cum illa: ergo sunt intelligenda quo ad fructus tantum. Tertio, quod intelligentia dictorum ex causis est sumenda dicendi, ⁿ & verba secundum materiam subiectam sunt intelligenda, etiam improprando ea, ^o at materia, in qua proferuntur prædicta verba, est materia acquisitionis, vel amissionis fructuum beneficij, & non tituli eius: ergo intelligenda sunt de suffragio, & adiutorio, quod dat possessio ad quærendum, vel ad non perdendum fructus, & non quod conuenit ad quærendum, vel non perdendum titulum.

4 Quarto, quod poenæ priuationis alicuius iuris non est dicenda cuiquam imposita, nisi eam lex expressè ponat, iuxta glossam solennem & receptam quæ vltima est. ^a At prouisus, simul ac possessionem cum titulo colorato accepit, quæsiuit ius fruendi fructu prædictæ regulæ de trien. ergo non debet ceteri priuatus illo, nisi per legem, quæ id exprimat, vel nisi aliter nõ posset esse fructuosa, at prædicta verba prædicti canonis possunt esse valde fructuosa, intelligendo ea quo ad perditionem fructuum tantum: ergo quo ad eam tantum sunt intelligenda.

5 Quinto, quod poenæ canonum, praesertim Conciliorum œcumenicorum, solent esse temperatae, & moderatae, ita quod non excedant mensuram delicti, iuxta illud, ^b *iuxta mensuram delicti sit & plagarum modus*. ^c At culpa non faciendi prædictam professionem vt plurimum prouenit ex ignorantia, inaduertentia, & negligentia, & est quædam omisio facilè supplebilis: ergo pro ea non est imponenda eam omittenti poena perditionis beneficij, vel iuris, quo illud sibi defendere potest: immo satis superque fuit priuare eum iure quærendi fructus, & ita credendum est, sacrum Concilium voluisse quidem illum priuare iure fructuum, non autem iure tangente titulum.

Non obstant opposita: ad prius enim responderetur, quod tum demum negatiua vniuersalis est vniuersaliter intelligenda, quando nulla lege speciall, vel efficaci ratione esset limitanda in aliqua specie: nulla enim est regula tam generalis, quæ aliquam non patitur exceptionem, præter illam, quæ ponitur, cap. licet, ^d at plurimæ sunt regulæ vtriusque iuris vniuersaliter, & negatiuè conceptæ, per verba *nullus, nemo, non praestat, nihil*, & id genus alia, quæ tamen multas habent limitationes, & ita regula illa negatiua, quæ tacitè colligitur ex prædictis verbis, scilicet, *non suffragetur possessio prouiso, qui intra duos menses non fecerit professionem fidei*, iure limitatur, vt solum procedat quo ad suffragium acquirendorum fructuum, & non quo ad id, quod pertinet ad titulum, de quo per dictam regulam de triennali statuitur contrarium.

Ad posterius responderetur, concedendo, hereticum priuari omnibus iuribus ipso iure, negando tamen, quod ex eo solo, quod prouisus omittat profiteri fidem intra duos menses, praesumatur hereticus, nec suspectus de hæresi, & quod Concilium non intendebat ponere poenam debitam hæresi, sed debitam inobedientiæ: si enim id intendisset, apposuisset poenam priuationis beneficij, vt palam est.

SVMMARIVM.

- 1 Parochus pensione constituta super sua parochiali ea lege, vt 50. sibi libera remaneant, ordinaria onera subire debet.

CONSILIVM IIII.

CONstitutà certa pensione vni super fructibus parochiz alteri collatæ ea lege, vt 50. scuta libera remaneant parochi. Quæritur an debeant illa remanere libera ei ab onere habendi clericum, qui eum iuuet in diuinis faciendis, & ab impensa candelarum, quæ sunt necessaria ad Missarum parochialium celebrationem, & cereorum, qui sunt necessarij ad portandum sacramentum infirmis, & ab impensa olei: necessarij ad sustentandam lampadem ardentem coram sanctissimo Sacramento, & cereorum, qui de Ecclesiæ more debent distribui aliquibus personis, & ramorum palmarum, oliuarum, & aliarum arborum, quæ necessario benedici debent in dominica Palmarum?

1 Respondeo multa posse pro vtraque parte adduci, sed contententibus super his consulendum videri, vt conuenirent, ita quod onus habendi clericum adiutorem, & candelas necessarias ad celebrationem, & cereos ad portandum Sacramentum, debeat subire parochus. Impensam autem olei necessarij ad sustentandam prædictam lampadem, & cereorum, qui de more debent distribui, vltra necessarias candelas ad ordinari cultum, subeat pensionarius: ea ratione diuersitatis,

quod

a Ca. vlti. de iura patron.

b Denser. 16. c. Ca. nõ offeruntur. 4. §. 1.

d De regul.

quod hæc non videntur accessoria necessaria officio parochi, illa verò sic: & quòd pro his nihil de consuetudine rependitur communiter parochi, pro illis autem sic, etiam si parochi accessisset aliquis redditus ex aliqua Capellania, cui ipse deberet inseruire: attento quòd pensio prædicta non creuit propter eam Capellaniam, cuius redditus non augetur valorem fructuum plusquam oblationes, distributiones, & alia mortuaria, & annuaria, iuxta latè adducta per Felinũ. Salua &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonici regulares separatas domus habere possunt.
- 2 Canonici regulares mulieres honestas de causis domos suas separatas ingredi permittentes penam nullam incurrunt.
- 3 Mulieres non prohibentur ingredi regularium alias domos quam monasteria.
- 4 Copulatiue, ac, &, sumuntur, improprie inter verba diuersa idem significantia.
- 5 Dicitio, seu, vel, siue, accipitur expositiue, ita vt verba, & non sensum disiungat.

C O N S I L I V M V.

Capitulum, & Canonici regulares Ecclesie Pampilonensis habent singuli quasdam domunculas extra claustrum politas, in quibus solet morari ancilla, & recipi cognati, amici, & alij hospites vtriusque sexus, qui prædictos Canonicos visunt, vel caritatis officium eisdem impendunt.

Queritur, an præfati Canonici excommunicationem, vel aliam penam incurrant, propter aduentum, vel ingressum mulierum in præfatas domos, propter extrauagantem Pij V.

1 Præsuppono primo decisionem alterius questionis, quam præsupponit hæc proposita, scilicet quòd prædictis Canonicis regularibus licet habere prædictas domos, seu domunculas, quam in specie esse iuridicam, nos tradimus in Comment. 3. quæ probatur ibidem, & per irrefragabilia fundamenta, quæ prius adducuntur in quæst. 4. & sequentibus vsque ad nonam, & in ipsa nona.

2 Ad hanc autem questionem hic propositam respondeo, quòd nullam censuram, neque aliam penam, neque vllum peccatum incurrunt prædicti Canonici, eo quòd consentiant ingredi in prædictas domos aliquas mulieres honestas, ob causas honestas: quoniam nullo iure naturali, nec diuino nec humano Canonico id prohibetur, vt defensum, & monstratum est in prædictis quæstionibus, ex quarum decisionibus fluit, & inferitur decisio præfata.

3 Secundo, quòd non obstat extrauagans prædicta Pij V. quæ incipit Regularium: relata à nobis in commentar. 4. quatenus prohibet, ne mulieres vllæ ingrediantur monasteria, & domos vllorum Regularium: quia vt ibidem declarauimus verbum domos, in ea positum, non accipitur pro quacumque domo regularium, sed pro monasterijs claustris eorumdem in hæc verba. Coniunctiones illæ copulatiue, ac, &, posita inter illa verba monasteria, & domos non sumuntur in significato proprio, secundum quem ponuntur inter verba diuersa significantia diuersa, iuxta glossam memorabilem, & sed accipiuntur improprie pro seu, vel siue, quæ ponuntur inter diuersa verba idem significantia, iuxta Panormitanũ receptũ. Tũ per prædictam extrauagantem circa. ibi, monasteria, siue domos, vt ibi annotauimus.

4 Quòd autem sic proprie debeant capi in hac extrauagante probatur primo per aliam extrauagantem eiusdem Pij V. quæ incipit circa: cuius tenorem retulimus in eodem Comment. & vbi sic scripsimus. Dicitio, seu, capitur hic expositiue secundum propriam significationem, quæ sicut & dicitio, siue, verba, & non sensum disiungit secundum Panormitanum receptum, & aliquando secundum subiectam materiam, vtraque earum vel alternet, vel copulet, per latius ibi allegata, & per Felinum. Verbum enim domibus, inter quod, & verbum, monasterijs hic ponitur, idem significant, scilicet edificium monachũ dicuntur, & sepium, vel necessario sepiendum, &c. Tertio, quòd absurdum esset dicere per prædictam extrauagantem ab omnibus domibus vrbis, & rusticis, & villis omnium monasteriorum omnes mulieres arceri,

& ita non dicendum. Quarto, quòd eadem rationes, quæ concludunt verbum siue, positum in prædicta extrauagante circa poni proprie pro seu, siue, coniunctione expositum, illæ eadem concludunt, quòd in prædicta extrauagante regularium copulatiue, ac, & ante exponuntur è contrario pro exposita. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Priuatum voce actiua, & passiua, quibus priuatus censetur.

C O N S I L I V M V I.

Priuatus voce actiua & passiua iuxta. Concilium Tridentinum an censetur priuatus voce capitulari, an voce electiua ad officia.

1 Respondetur, quòd censetur priuatus iure dandi vocem capitulariter, vel vt alij habent in negotijs occurrentibus expediendis per voces capitularium collegialiter, vt satis colligitur ex glossa, & ex eis, quæ addunt ei Cardinalis & Bonifacius, & ex eisdem in clementi. vt ij qui. d. & ex eo quòd lex generaliter loquens, generaliter intelligenda est, & præfatum caput generaliter priuatur præfatum religiosum voce actiua, & passiua, & ita generaliter debet intelligi de omni iure dandi vocem ad aliquem actum faciendum in Capitulo, & iure patiendi vocem datam de ipso à Capitulo, conuentu, vel collegio quoad ea, quæ sunt ipsi honori & præminentie: quamuis non iure patiendi ea, quæ sibi sunt oneri, & pæne, vt satis exprimitur præfatus Cardinalis & Bonifacius. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Socium capitale restituere tenetur: si equus punctus, calce sociũ necauit.

C O N S I L I V M V I I.

Tertius, qui dederat pecuniam alteri, ea lege, vt quotannis certum quid solueretur ei, & si durante societate moreretur morte naturali, pecunia esset accipientis, & postea obijt mortem percussus calce cuiusdam equi, ad cuius clunes ascendere volebat, eo quòd is, qui sella insidebat, calcariibus punxit equum. Queritur, an mortuus fuerit morte naturali.

1 Videtur dicendum non fuisse mortuum morte naturali, sed violenta, & consequenter heredem eius posse illam pecuniam repetere, vel iam repetitam retinere. Tum qui communiter, & vulgariter non reputatur naturalis. Tum quia instrumentum societatis inter exempla mortis violentæ, & ab alio illare, ponit mortem obuientem prægnanti ex partu vel prægnatione, quæ magis videtur accedere ad mortem naturalem, quam mors de qua proponitur quæstio: & consequenter posse heredem Tertij iuste in foro Dei repetere pecuniam prædictam, vel repetitam retinere. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Prouinciale qui congregare possit.
- 2 Concilium Prouinciale quando congregari possit.
- 3 Concilium Prouinciale est conuentus Episcoporum coactus ab habente potestatem congregandi, vocatis vocandũ.

C O N S I L I V M V I I I.

AN conuentus, vel congregatio Episcoporum Prouincie, facta per visitatorum auctoritatem, dicatur Concilium prouinciale?

Respondeo primo, quòd ad soluendam clarè hæc questionem expediebat declarare, cuius est, vel à quo missus visitator præfatus: & an esset missus ad casum particularem, vel aliquos casus particulares tractandos cum Episcopis, an vt faceret Concilium Prouinciale eum eis.

1 Secundo, quòd Concilium Prouinciale congregari potest à Papa, & Patriarcha, qui superior esset Archiepiscopi totius Prouincie, vel ab ipsomet Archiepiscopo,

an ea ad auersus de recri.

b Dere. super c. nullã. n. 35. c. Sub qu. 9.

d Super c. finimus. n. 62.

e In rub. ff. de iuris. & fa. si ignorã. & gl. c. querelam, de simo. & In cap. inter ceteras de recri.

g Super c. finimus. n. 30. h Num. 44. i In d. c. inter ceteras. de recripto. n. 4. k Numer. 3.

a Ca. dudum. i. de prob. lib. 6. l. nã quod absurdum. ff. de lib.

b Ca. 2. de re gular. sess. 25.

c Verb. inibi. de. 1. de regu. d. De actus. & qualic. c. Le. 1. g. conte. ff. de elec. l. 1. & elec.



a In cle prima §. quod & interdicitis, de sent. excom. b Isid. li. 6. ety mol. ca. 16. in can. regula §. porro. 3. dist.

c Arg. c. quoniam quidē, & c. placuit. 18. dist. d luc. graue. nu. 7. de prob.

e Cap. super eos. de offic. de leg. 1. 2. §. si quis à princi pe. ff. ne quid in loco. pub.

f Cap. 27. nu. 170. g. Nu. 156.

h De sen. excom. i Eod tit. 1. 6. ca. si quis autem.

k Co. de appellati.

i Cap. si duobus. §. deniq; de appellatio. m Ca. 27. nu. 164.

& Metropolitanò, vt docet Cardinalis, ^a & est textus Isidori. ^b
2^o Tertio, quod si visitator non est missus ab aliquo prædictorum trium, conuentus Episcoporum coadunatus ab illo visitatore non est Concilium Prouinciale: neque si ab eis, vel aliquo illorum sit missus absque speciali facultate congregandi Concilium Prouinciale: neque si est tantum missus ad aliquem, vel aliquos actus particulares: quia, vt aliquis conuentus Episcoporum sit Concilium Prouinciale, oportet, vt congregetur ab eo, qui habet auctoritatem congregandi illud. ^c Quamuis Concilium Prouinciale congregari possit ad aliquas particulares causas in congregatione ipsius expressas, ex mente Innocentij ^d.
3^o Quarto, quod conuentus Episcoporum Prouinciæ contractus à visitatore, vocatis vocandis de iure, vel consuetudine habente potestatem cogendi Consilium prouinciale ad celebrandum Concilium, edit Concilium Prouinciale: quia omnia, quæ sunt necessaria ad substantiam Concilij Prouincialis, habebat in numero vocandorum, porro etiam ipsummet Metropolitanum, qui per se, vel per alium debet interesse ipsi Concilio per iura præcitata, etiam si visitator esset deputatus à Papa, esto quod visitator primum locum teneret propter representationem Papæ: quia in dubio Papa nemini præiudicat. ^e

SUMMARIUM.

- 1 Prohibitio ab ingressu Ecclesiæ, interdictum, & suspensio diuersis respectibus appellatur.
- 2 Res eadem diuersis nominibus ex diuerso respectu appellatur.
- 3 Censura ecclesiastica in multis conueniunt, & in multis differunt.

CONSILIVM IX.

AN casus, in quibus quis in iure suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, potius reduci sint ad interdictum personale speciale, vt significat Manuale confessoriorum, ^f quam ad propriam suspensionem, ad quam tamen esse reducendos significat cap. 27. ^g

1 AD Antinomiã respondetur primo, quod prohibitio ab ingressu Ecclesiæ dicitur interdictum in capit. *sacro*. ^h ibi, *ingressum Ecclesiæ per mensem vnum nouerit sibi interdictum*, & in cap. 1. ⁱ appellatur suspensio ibi, *Per mensem vnum ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officijs nouerit se suspensum*, & vtrouque. Secundo, quod ex hoc inferitur, eandem prohibitionem ab ingressu Ecclesiæ posse appellari suspensionem, & interdictum, cum Summus Pontifex eam in vno loco appelleret interdictum, & in alio suspensionem: cui consequens est, eodem modo posse defendi nostrum Manuale, quatenus in vno loco significat prohibitionem ab ingressu Ecclesiæ appellari posse interdictum, & in altero appellat suspensionem, allegando in id textus expressos summi Pontificis.

2 Tertio, ex his resultare dubium notabile, scilicet quare potest defendi Papa appellando in vno interdictum, & in altero suspensionem, vt eadem ratione defendi possit etiam Manuale. Ad quod respondetur, quod eadem res vno respectu proprie potest appellari vno modo, & alio respectu altero: exemplum est in lege *si quando*. ^k per quam ibi Bartholus receptus ab omnibus dicit posse appellari à Rege, quatenus est Dux, ad Superiorem, licet non quatenus est Rex: & quotidie appellatur ab Episcopo, quatenus est Episcopus, ad Archiepiscopum, & quatenus est delegatus Papæ, ad Papam: & ab vno & eodẽ iudice, quatenus est ordinarius ecclesiasticus, appellatur ad Papam, & quatenus est iudex secularis, appellatur ad Regem. ^l

3 Et ita eadem censura potest vna ratione appellari suspensio, & altera interdictum speciale: eo quod omnes censuræ conueniunt in multis, & differunt in multis, quæ ponuntur in prædicto Manuali. ^m Ex quo sequitur, quod nulla prohibitio ab ingressu Ecclesiæ potest appellari suspensio, si ob culpam alienam fiat, interdictum autem sic, siue fiat ob culpam propriam, siue alienam.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopi procedere non possunt contra Officiales, vel Nuncios Papæ.
- 1 Officiales Papæ appellantur rectores ciuitatum in terris Ecclesiæ sed non sunt. num. 2. & 9.
- 3 Officialis vnde dicitur, & quid significet.
- 4 Officialis verbum generale, & restringitur per adiectionem genitiuorum, & aliorum equipollentium.
- 5 Officialis est, qui immediatè alicui in officio seruit.
- 6 Officialis Papæ non est institutus ab eo Potestas, seu Gubernator, etiam si sit perpetuò institutus.
- 8 Officiales Papæ non sunt legati, seu subdelegati ad cognoscendum de causis instituti.
- 9 Rectores seu Potestates à ciuitatibus dicti, & à Papa confirmati, non sunt Officiales Papæ.
- 10 Officialis Papæ est, qui ei immediatè seruit, non qui à Papa instituitur, vt alijs præsit.
- 11 Officiales Papæ non sunt, qui à Papa in ministerio Cardinalis, vel Principis ponuntur.

CONSILIVM X.

AN Episcopus possit ferre sententiam excommunicationis aliqua iusta de causa, seruatis seruandis, in Potestatem, siue Rectorem positum in sua ciuitate à Sede Apostolica.

1 Pro parte negante facit extrauagans. *cum Matheus*, ^a qua vetatur omnibus ordinarijs, ne procedant contra Officiales, & Nuncios Sedis Apost. sine illius licentia, nec vllam in eos ferant censuram: & huiusmodi Potestates videntur esse officiales Sedis Apostolicæ.

2 Secundo facit extrauagans *ad regimen* ^b quæ inter officiales Sedis Apostolicæ connumerat Rectores ciuitatum, & locorum; & potestates prædicti appellantur rectores. ^c

3 Tertio, quod verbum Officialis, est latum, descendens à verbo Officium, & significat omnes, qui seruiunt alicui in aliquo officio tanquam iudices, vel executores, vel ministri alius generis ministerij. ^d

4 Pro parte vero affirmante facit primo, quod verbum *Officialis* quamuis latè pateat, vt prædictum est, & sit genus habens sub se multas species restringitur tamè per additionem genitiuorum; vel aliorum nominum æquipollentium vt cum dicimus Officialis Papæ, Cardinalis, Cancellarij, vel Vicecancellarij, Datarij, Magistri, vel cum dicimus Officialis Regis, Ducis, Comitis, Prætoris.

5 Et videtur dehniri posse, quod Officialis alicuius dicatur esse; qui seruit ei immediatè in aliquo officio: & quod Potestates prædicti non videntur seruire immediatè Papæ, sed ciuitatibus, vel locis, vel Reipub. quibus præficiuntur.

6 Secundo, quod hi Potestates habent iurisdictionem ordinariam à lege. ^e Tertio, quod ad hoc, vt dicatur officialis Papæ, non videtur sufficere, quod instituat ab ipso: alioquin omnes Episcopi, & Archiepiscopi appellarentur eius officiales, immo & omnes, quibus ipse confert beneficia Ecclesiastica; quod videtur absurdum, & ita non dicendū, ^f quin etiam omnes confessorij, & prædicatores, quibus ille facit facultatem audiendi confessiones, & prædicandi vbique terrarum, vel in illo aut illo Episcopatu: quod videtur absurdum.

7 Quarto, quod delegati, & subdelegati Papæ dati ad cognoscendum de causis, nõ dicuntur officiales eius: nam omnia beneficia illorum essent referuata ei, & quod tamen non est verum, nec seruatur. At non potest negari, eos seruire Papæ in aliquo officio: qui dicuntur habere officium per rubri. de officio delegati, & digestis de officio eius cui mandata est iurisdictione.

Sed quia non seruiunt immediatè suæ Sanctitati, sed causis partium, quibus dantur iudices, non dicuntur officiales Papæ.

Ergo neque potestates terrarum, qui non seruiunt immediatè Papæ, sed rebus pub. ad quarum gubernationem præficiuntur, non videntur dici officiales eius.

8 His pro vtraque parte consideratis videtur dicendum primò, quod si Potestates eligerentur ab ipsis ciuitatibus, & confirmarentur à Papa, non censerentur officiales

a De heret. inter cõmunes.

b De prob. inter cõmunes. c In l. 1. Co. si rector prouincie. & multis alijs locis.

d Arg. clem. 2. de reser. & c. 2. de off. vicarij. ca. 3. de sen. excomm. & c. cum parati. de appel.

e Iuxta l. fin. de iuris. omnium iudicū. c. cum ad ecclesiam. de offic. ord. f Le. nã quod absurdum. ff. de bonis libe.

g Per dic. extrauag. ad regimen.

eius: & minus si per solam electionem sine alia confirmatione possent administrare. Secundo, quod etiam Potestates, qui instituuntur perpetui, quemadmodum regulariter instituuntur beneficiarij ecclesiasticorum beneficiorum, non viderentur dici officiales.

9 Tertio, quod etiam, qui à solo Papa ponuntur, & reuocantur pro sua sola voluntate, & arbitrio, ea ratione videri possunt non esse Officiales Papæ, quod non videntur ei seruire immediatè, & quod non facit eos Potestates principaliter propter seruitium suum, sed propter seruitium, quod præstaturi sunt illis Rebuspublicis, quibus eos præfecit: & finis principalis & primarius est attendendus.^a

10 Et quod hac ratione delegari Papæ non videntur dici officiales eius, vt supra tactum est: & quod is, quem Papa daret alicui Cardinali, vel alteri nobili seculari, vel ecclesiastico, vt seruiret ei, non diceretur officialis Papæ, si aliàs non seruiret ipsi, quamuis aliquod seruitium per quamdam rei consequentiam ad S. Sanctitatem inde perueniret, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Accessus, & regressus differunt & de vno ad alium non infertur.
- 1 Accessus de iure querendo, regressus de antiquo seruando agit.
- 1 Regressus ad pristinum ius valde fauorabilis.

CONSILIVM XI.

QUæritur in quo accessus, & regressus non æquantur? Nouum est, & maximum dubium, quod postea quam ipse appuli Romam, controuersum fuit, super quodam regressu omnino, & integraliter expedito, concessio cuidam illegitimo: & audiui, quod licet illa omnia, quæ nos de accessu prædicto scripsimus Pontifici Maximo placuissent: visum tamen ei fuisse, non esse illa ad regressus aliàs iuridicos extendenda, ea ratione diuersitatis, quod habes accessum agit de iure omnino nouo querendo, habens autem regressum iuridicum de iure ante habito recuperando: & quod per renunciationem referuato regressu factam videntur reliquæ iuris antiqui manere, & quadamtenus magis suspendi, quam omnino extinguui, & quod regressus in pristinum ius sit valde fauorabilis.^b Quamuis hodie per Concilium Tridentinum, & parificari videantur. Salua &c.

DE SIMONIA.

Hoc consilium M.S. missum ad nos fuit, cū iam

CONSILIORVM ET RESPONSORVM

D. Nauarri finis.

DEO IESV CHRISTO ET SAPIENTISSIMO

Consultori, unde ab Isaia Consiliarius nominatus, & fidelissimo legum auctori, & propterea legisero ab eodem nuncupato gloria & honor in perpetuum.

A omnia Consilia huius tituli impreffissemus. Ne tamen illud à nostro opere abesset ei postremum locum in hoc nostro opere dedimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Simoniacè ignoranter de beneficio pronisus, habita illius notitia tenetur dimittere, non obstante quod Papa illum ad compositionem fructuum male perceptorum admiserit cum clausula. (ius eadem competens in eo non auferendo, nec confirmando.)
- 2 Expressio fructuum facta non secundum verum valorem, sed secundum taxam Cancellaria sufficit quoad validitatem tituli, sed non quo ad compositionem fructuum ex eo male perceptorum.

CONSILIVM XCVI.

DE SIMONIA.

CLericus qui bona fide, ignarus de simonia per mediatorem commissa, beneficium impetrauerat, & post habitam noticiam de simonia illud per 10. annos retinuerat, fructusque ex eo perceperat à Sanctiss. Pio V. petiit condonationem dictorum fructuum, quam idem Sanctiss. soluta certa compositione, & nec ius auferendo, nec concedendo in dicto beneficio concessit. Sed quia valorem beneficii iuxta taxam in Cancellaria exposuit, cum plures percepisset fructus, dubitauit vtrū in conscientia esset tutus.

1 Respondeo primo, quod D. Consulens præsupponit se iuste potuisse detinere beneficium præfactum, non obstantè simonia contacta per tertium se ignorante; eo quod Pius V. respondisset se non auferre neque conferre beneficiū præfactū ipsi: quod tamen non est verū, quia eguit noua collatione.^a

2 Secundo respondetur, quod expressio valoris secundum taxam Cancellariæ sufficit ad hoc, vt prouisio valuisset: vt tradit Felinus.^b Tertio, quod non videtur satisfecisse compositioni per expressionem valoris taxati: quia ipse tenebatur restituere fructus perceptos verè coram Deo, qui erant maiores, quam taxati, &c.

Prima parte lib. 1. de tempor. ordin. conf. 29. in fine addatur sequens annot.

Loquitur auctor de vlt. montanis secundum opinionem glossæ & aliorum. nam text. habet de sacris enim, vt sit suspensus, & non de minoribus ordinibus, vt infra conf. 1.

Secunda Parte lib. 4. Tit. de cogn. spirit. conf. 6. in fine addatur sequens annotat.

Aduertatur quod Congregatio sacri Concilij tenuit contrarium, videlicet cognationem spiritualem contrahi per procuratorem & ipsum procuratorem eam non contrahere, sed mandantem.

^a Cap. quicquid & c. præsertim l. qu. 5. & c. de simonia. & c. de regularibus. de simon. b. l. c. ad au. res. in c. claus. 11. & 16. de rescrip.

^a Leg. et si non sint. §. peruenimus ff. de auro. & arg. leg.

^b Cap. ab exordio. 35. dist. & l. si vnus §. pactus ne pateret. ff. de pactis, ubi lafon. num. 5. & ante illam Felin. in ca. cum omnes. nu. 8. de consuet. pluribus illud ornans. c. Sess. 25. cap. 7. de reform.

I N D E X
RERVM OMNIVM, QVAE
IN HOC OPERE CONTINENTVR.

COPIOSISSIMVS, GENERALIA, MAXIME.

VTRIVSQUE IVRIS QVASI AXIOMATA, ET
communes tum Theologorum, tum Iurifconsultorum
sententias complectens.

*IN QVO ILLVD OBSERVANDVM, EAS, QVAE HAC
nota * seu asterisco notantur sententias, cum iis quae sequuntur, vsque ad initialem
seu capitalem litteram, ad secundum huius operis tomum pertine-
re, quae vero nullam notam habent, eas ad
primum tomum spectare.*

IVRIS PORRO VTRIVSQUE REGVLAS, ET DEFINITIO-
nes littera Italica notauimus, quia ea praecipue memoriae commendanda arbitramur: nume-
rum autem primum paginam, alterum columnam, & litteram paruulam co-
lumnarum partem denotare notum est. Quando vero litterae paruae A
maiusculum adiungitur, hoc est ex Annotationibus
Consilij additis desumptum.

A

ABBAS, ABBATIA, ABBATISSA.



ABBAS non potest dare litte-
ras dimissorias suo familia-
ri, si non sit regularis, alio-
qui suspensionis poenam in-
currit. 18. 2. d. & si ministra-
uit, irregularis factus est. i-
bid. e. & tenetur ad restitu-
tionem fructuum illius anni.
ibid. Abbatis benedictio non
est iterabilis 65. 1. f. Abbatissae
benedictio sic. ibid. 2. a. Ab-
bas benedictus qui non ha-
bet litteras suae benedictio-
nis facientes fidem, quid faci-
et, ut iterum non benedi-

catur, ibid. b.

Abbas priuilegiatus, sine collegio monachorum non praecedit Ec-
clesiae Cathedralis canonicos, sed reliquos clericos. 89. 2. b. Abbas
non praecedit canonicos Ecclesiae cathedralis collegialiter inceden-
tes, sed sic sigillatim 90. 1. a. Abbates episcopalis insignibus vten-
tes, sunt alij, qui non videntur, maiore gloria digni. ibid. 2. c.

Abbate nimis saeuente in monachos, licet eis fugere a monaste-
rio. 139. 1. a. Abbatis plures sunt beneficia incomparabilia, & curata.
159. 2. 2.

Abbatie iurisdictionem quasi episcopalem habentes iure commu-
ni requirunt residentiam. 159. 2. c. Abbatis plures quomodo in cano-
ne Concilij Trident. comprehendantur. ibid. d. Abbatiarum iurisdic-
tio non est tradenda episcopo. ibid. e. Abbas plurium abbatia-
rum qua ratione poterit reditus illarum sibi referuare. 160. 1. a. ad
Abbatem pertinet iure communi tota abbatiae administratio.
169. 1. f.

Abbas qui forma iuris seruata alienauit bona suae Abbatiae sita in
alieno episcopatu. procuret consensum episcopi illius regionis, in qua
sunt. 171. 2. d. Abbas an possit caedere arbores opacas & infrugiferas
sui monasterij, & earum pretium in emptionem bonorum immobi-
lium conferre, quaeritur & resoluitur affirmatiue. 172. 1. 2. b. Abbas
non potest arbores fructiferas & infructiferas simul vendere sine
consensu conuentus & superioris. ibi. e. f.

Abbas & conuentus possunt bona conuentus inter se diuidere sine
auctoritate Papae: sed nisi confirmatio Papae sequatur potest ab Ab-
bate pro libito reuocari. 173. 1. a. b.

Abbas legitime translatus non tenetur iterum profiteri, sed sim-
plex monachus sic & cur. 275. 1. a. hoc tamen reicitur. ibid. b. in Abba-
tiam alterius ordinis translatus, ut valeat professio iterum nouitius
annum integrum esse debet. ibid. 2. b. tenetur dicere officium ordi-
nis. ibid. c.

Abbas non est electus in Abbatem ante confirmationem. 265. e.

Abbas non potest oblatos & monachos accipere sine consensu

conuentus. 317. 2. f.

Abbas monachorum laicorum si non sit clericus, est inferior ho-
nore quouis clerico. 317. 1. b. Abbatissa triennialis non est benedicen-
da. ibid. d. e. Abbatissas perpetuas melius est esse, quam triennales.
ibid. Abbatissae non omnes sunt benedicendae, sed sola illae quae so-
lent benedici. ibid. 2. a. Abbatissas triennales tantum eligendas esse
constitutio decernens solum complectitur regulares. 342. 2.

Abbas legem sibi imponere non potest, ita ut non possit reuocare
aliquam curam suo subdito impositam. 347. 2. f. Abbas non facere
potest suum monachum proprietarium. 348. 1. c.

Abbas qui ex coemeterio S. N. puteolanam extraxit, & per cam-
pos dispersit, grauiter peccauit. 378. 1. c.

Abbas commendatarius potest omnia quae titularis, & si sit e-
xemptus & nullius diocesis potest remittere denunciations, quas
potest remittere episcopus. 17. 1. a. b. * Abbas potest priuare officij,
quae suis monachis confert ad nutum sine iusta causa. 79. 1. d.

Abbas qui cessit abbatiam non potest gerere seu administrare ab-
batiam cessam, etiam ex consensu abbatis cui cessit. 101. 1. c.

Abbas habens priuilegium conferendi subdiaconatum ante Con-
cilium Trident. an post illud illum conferre possit quaeritur, & resol-
uitur negatiue. 107. 2. b. c. * Abbates possunt primam tonsuram &
minores ordines conferre sed non sacros. ibid. d. idque sine exami-
ne. 208. 1. a. ad Abbates solos iure antiquo regimen monasterij perti-
net, sed non nouo. 210. 1. d. vide praelatus, Superior, monachus, & c.

ABIURATIO, ABIURARE.

Abiuratio proprie dicta probat abiurantem verum fuisse haereti-
cum & abiuratio improprie purgat de suspicionem. 41. 2. b.

Abiurare raro ponitur pro purgare se a suspicionem haereticis.

213. 2. f. *

Abiurare proprie est recedere ab aliquo cum iuramento de non re-
deundo ad eum, & abiurare haereticum, est recedere ab haerese. & c. 133. 1.
d. * Abiuravit qui haereticum non potest tenere vllum beneficium nec
publicum officium. ibid. f.

Abiuranti haereticum solet frequenter imponi poena suspensionis.
ibid. 1. a. Abiuratio haereticis est quaedam purgatio canonica & sic ab-
iuratus de leui, & de vehementi, est pro tali habendus qui non com-
misit crimen. ibid. c. per Abiurationem absolutus non manet inhabi-
lis ad aliquid, nisi iudex talem ei poenam imposuisset. ibid. d.

Abiuratio duplex est. vna quam cogitur facere haereticus poeni-
tens, altera qua de haerese suspectus monstrat se innocentem. ibid. e.
per priorem inhabilitas incurritur, per posteriorem nulla. ibid. f.

Abiuratio, est recesio ab haerese cum iuramento de non redeundo ad
eam, per quam qui abiuras, confitetur se in eam incidisse. 134. 1. b. improp-
rie est purgatio qua inquisitus cum iuramento se. purgat & negat se
vquam in eam incidisse. 134. 1. c. qui hoc potestere modo abiura-
uit non comprehenditur in bulla Pij V. sed qui priore modo abiura-
uit, sic. ibid. d.

ABORTVS.

Abortum qui consilium, mandat, vel procurat, eo sequuto est irregularis. 154.2.f. * Abortus causa mulieri putanti se gravidam, qui dixit se se minueret sanguine, non debet se irregularem ideo putare. 155.1.c

ABSOLVTIO, ABSOLVTVS, ABSOLVI.

Absolutio deneganda quomodo sit regis consiliariis prohibentibus bullarum prohibitionem. 9.2.c

Absolutio à peccatis facta à pralato tolerato valet, etiam si ipso iure perdidit officium. 82.1.c

Absolutus quoad forum conscientie tantum non est absolutus in foro exteriori. 111.2.c

Absolutio ab excommunicatione vel irregularitate in foro conscientie expedit habere litteras à confessario fidem facientes, quæ qua ratione fieri possint declaratur. 126.1.c.d. Absolutiones quas dant penitentiarj in foro conscientie tantum nuic litteris confirmari peti non debet. ibid. 2.a.b. Absolutiones hæ si darentur in foro exteriori nihil valerent. ibid. c

Absolutio ab excommunicatione quam dat morituro parochus prodest etiam quoad forum exteriori. 235.1.c

Absolutio Iobelarum valet quoad momentum quo queritur indulgentia sic tamen vt statim reincident. 334.2.b

Absoluti quis potest à peccato & ab excommunicatione non soluta pena à iure imposta. 361.2.f

Absolutio data excommunicato à superiore valet etiam si sit iniusta. 95.1.d. & data excommunicato bona hinc conf. ibid. Absolutio peccati simoniae quæ nondum facta est realis, sed postea fit, non tollit excommunicationem. 103.1.a

Absolutus ab excommunicatione generaliter, antequam celebret potest credere se non incurrisse irregularitatem ob celebrationem post excommunicationem simoniae realis contractam. 103.1.b. * & eodem modo absolutus per ignorantiam non incurrit irregularitatem. ibid. d. Absolutio qua sacerdos absoluit suam concubinam valet. 111.1.c. Absolutus cum reincidentia est absolutus pro tempore quo fuit absolutus. 126.1.c

Absolutio excommunicationis duas ob causas, non extenditur ad alias quæ aliis de causis sunt incurse. 196.1.b. * Absoluti quis potest à casibus reseruatim commissis post promulgatum iubilæum illius virtute 205.1.c. Absolvere in foro conscientie tantum quid sit 206.1.c

Absolutio ad cautelam à Vicario ei facta qui domicilium in vrbe non habet est valida. 266.1.f. Clausula teque Absoluentes impedimentum aliud non tollit, quam quod prouenit ex censuris. ibid. 2.a. Absolutio eius qui data cautione intra terminum absolui debuit, quam non dedit, non valet. 267.1.b

Absolutus ab interdicto à simplici sacerdote in mortis articulo præfente episcopo non est bene absolutus. 234.1.c. * Absoluti potest virtute Iobeli excommunicatus parte etiam non satisfacta quando res est dubia. 258.2.d

Absolutus virtute Iobeli, quod intendebat seruare ab omnibus reseruatim, si postea illud non seruet, vere est absolutus. 233.1.c.d. *

Absoluti magis merentur actu restituentes quam promittentes. 262.1.c. *

Absolutus absolutione generali quæ datur in collatione beneficiorum etiam si esset excommunicatus, licite potest vti eo beneficio vt suo. 266.1.c

Absolutio ab excommunicatione in foro conscientie à religiosis præfata quid operetur. 267.2.d. * Absolutio virtute Cruciatæ non inuat in foro interiori nisi parte satisfacta, & minus in foro exteriori. 268.1.c. Absolutus bene ab excommunicatione, debet prius absolui à peccato mortali. ibid. d

Vide excommunicatio, penitentia.

ACCESSORIUM.

Accessorium sequitur naturam sui principalis & regulatur ab eo. 162.1.a. Fallit quando est diuersa ratio. ibid. d

Accessorium sequitur naturam principalis. hæc regula multis modis limitatur. 319.1.c.f. verus eius regulæ intellectus. ibid. 2.a

Accessorium sequitur naturam sui principalis. 103.2.c. fallit quando diuersa ratio diuersum in eo concludit. 104.1.a

ACCESSVS.

Accessus & regressus differunt, quod accessum habens agit de iure nouo querendo, & regressum de iure ante habito recuperando. 277.1.d. *

Accessus & regressus à Concilio parificantur. ibid.

ACCIDENS.

Accidens additum generi videtur eximere id cuius est accidens à suo genere. 71.1.a

ACCVSATVS, ACCVSATIO.

Accusatus de crimine pendente lite modo non præcesserit infamia, promoueri potest & concurrere ad beneficia. 56.2.b. *

Accusationem debet præcedere inscriptio, & denunciationem correctio, & inquisitionem fama. 57.1.c. d

Per Accusationem impeditur promotio, quando propter illam accusatus factus est infamis apud graues viros. 57.2.a. * Accusationis pendencia facta calumniöse non impedit promotionem. ibid. c.

 Legis ratione cessante & mente legisatoris, cessat dispositio eius. 254.1.c. Lex iam recepta tollitur per consuetudinem contrariam. 40. annorum noua autem per 10. annorum non obseruantiam. 263.1.c. *
 Lex quæ à principio à nullis est recepta non ligat, etiam si legisator id ignoret. ibid. f.
 Lex potest obligare quoad vnam partem, non quoad aliam. 265.1. f.
 Vide dispositio, tus, præceptum.

LIBRI HÆRETICORVM ET mercatorum.

Libros hæreticorum legentes qui excommunicantur vel non. 12. 2.a. Libros hæreticorum legendi facultatem ordinarij dare non possunt. ibid. c
 Libris mercatorum creditur maxime contra eos. 99.1.c
 Libros Martini Lutheri, & alios quidam vbi legisset hæreticorum doctrinam magis est detestatus. 123.1.c
 Libros hæreticos legens est excommunicatus in bulla cœnæ, sed non vt hæreticus. ibid. 1. b
 Libros hæreticos legens absolutus ab eis vere fuit absolutus, licet excommunicatus remanserit. ibid. c
 Libri hæretici cum apud eos reperiuntur, qui eos examine possunt, nullam mali suspensionem generant. 125.1. f
 Libros hæreticorum qui legunt etiam in Anglia sunt excommunicati in bulla cœnæ. 128.1.c
 Librorum negotiatorum reuifio quando consenti penitenti, qui dubitat an deliquerit, sit necessaria. 64.1.d
 Librum prohibitum legendi ab episcopo facultatem habens, potest illum legere extra suum territorium. 201.1. b. sed dubitatur. ibid. c. A

LIBERTAS.

Libertatem Ecclesiasticam non tollit statutum continens sententiam D. Pauli de non litigando. 381.1.c

LIBIDO.

Libidinis qui aculeos sentiunt, licet eos non plane expellant, non peccant. 66.1.f

LICENTIA.

Licentia semel data durat etiam post mortem concedentis donec reuocetur. 150.1.a

L I S.

Lis incipi non potest, donec citatio vel intimatio culpæ fiat. 57.1.f. *

LITTERÆ TESTIMONIALES & alie.

Litteræ testimoniales quibus quis esse idoneus ad ordines dicitur, non sunt eadem cum litteris dimissorijs. 55.1. b
 Litteræ penitentiarie quæ dantur discreto viro quomodo non valeant in foro contentioso. 112.1.c. f.
 Litteræ cruciatae quibus aliqua dispensationes conceduntur in foro conscientie non profunt in foro contentioso. ibid. 2. a
 Litteris episcopi sigillaris sine vlla subscriptione creditur. 225.1. d
 Litteras accipere religiosum sine licentia prælati quantum & quale sit peccatum. 335.1. d
 Litteras ad Papam directas apertis etiam legitime scriptas nulla censura innodatur. 349.1.d. e
 Litteras quando monachi accipere & dare possunt sine licentia prælati, & quando non. ibid. e. f.
 Litterarum beneficialium pro expeditione aliquid accipere simonia censetur. 38.2.c. *
 Litterarum expeditionis valor non est tantus, quantum pro eis datur, & sic iniustitia in eis committitur. ibid. d. e
 Litteras dimissorias pecunia accipere est simoniam in ordine iure pontificio accipere. 95.1. b
 Litteræ hortatorie ad vindictam non faciunt regularem irregularem generaliter loquentes, etiam si mors aliqua sequuta sit. 145.1. d. * & minus si litteræ non peruenerunt. ibid. e
 Litteras iudicis, in quibus mandatur exequutio mortis deserens clericus est irregularis. 145.1. e
 Litteris posse contrahi emptiones ius dicit & vltis seruat. 173.1. b

LOCANS, LOCATIO, LOCARE.

Locans res sui beneficij extra casus à iure expressos excommunicatur. 177.1. d. sed non locans eas promouendo vtilitatem sui beneficij. ibid. f. Locare potest venditori res empta cum pacto de retrovendendo, tam care quam alteri locaretur. 187.1. e. sed non debet dequirate. ibid.
 Locatio est iniusta cum res minus iusto pretio locatur. 201.1. d
 Locatio ouium 100. ad quinquennium quæ describitur vsuraria censenda est & iniusta. 202.1. d. Locatio fructu beneficij quando soluenda sit præcessori & quando successorij. 219.1. c. d
 Locatio est iniusta si pensio notabiliter est iniusta. 176.1. f. *
 Locare rei periculum regulariter ad locatorem spectat. ibid. 1. b
 Locare licet domum vsurario & meretrici ad peccandum modo non consentiat in eorum peccatum. 223.2. e. *
 Locans cameram lusoribus sola causa vtendi suo iure locandi, non peccat modo non consentiat. 224.2. d

LOCUPLETARI.

Locupletari uenit debet cum aliena iactura. 172.2.c. *

I N D E X.

L V C R V M.

Lucrum magnum accipientis ad vsuram, non excusat mutuantem. 173.1.f.* Lucra certi affecturatio debet minuire lucrū incertū. 176.1.c

L V D V S.

Ludus triplex, bonus, malus venialiter, & malus mortaliter, & de primo ludo votum, non valet, de secundo sic. 320. 2.d. in hoc voto dispensari potest & debet. ibid. d

Ludi in tertia specie an dispensandum sit quæritur, & resoluitur affirmatiue. ibid. e. f

L V T H E R A N I.

Lutherani & alij hæretici perduelles à Francisco primo iudicati sunt, quod ipsius regno molirentur interitum. 113. 1.c

M

M A G I S T R A T V S.

MA G I S T R A T V S malum tutorem nominanstenetur damna resciscere ab illo pupillo illata, si ille non restituat. 95. 1. f. *

M A G N V M.

Magnum est commodum possessionis. 51. 2. c

M A I O R A T V S.

Maioratus est dignitas & persona ficta distincta ab ea quæ illum possidet. 130. 1. c. Maioratus vendi vel cedi potest, sed hoc quando fit, sine præiudicio filiorum ad illud vocatorum fieri debet. ibid. f

Maioratum qui possidet potest consentire vt aliqua fiant in sui præiudicium, sed non minoratus. ibid. 2. c. Principis est non pontificis dispensare super maioratu. ibid. d

Maioratus potest ita institui vt successor sit talis qualis describitur. 230. 1. c

M A L E F I C I V M.

Maleficio quis impediri potest vt cum vna aliqua coire non possit, qui cum alia ad coeundum potens erit. 40. 1. d. *

M A L V M.

Malum quanto est vniuersalius tanto est deterius. 183. 1. c. *

M A N D A N S, M A N D A T V M.

Mandans aliquid personæ qualificatæ cognita ratione qualitatis videtur magis respicere qualitatem quam personam 99. 1. c

Mandans aliquid alteri quod sine labore & expensis fieri non potest credere potest id non esse factum, si mandatarius nihil ei dixit, & expensas non petijt. 189. 2. d. *

Mandatum generale ad aliquid faciendum est intelligendum de eo quod fieri licite potest. 198. 2. a

Mandatum morte mandantis finitur, non lex, quæ post mortem durat. 202. 2. b

Mandatum omne expirat morte mandantis re integra. 129. 2. c

Mandatum generale non extenditur ad peccatum. 233. 1. c. *

M A R I A V I R G O.

Mariam virginem inter & B. Ioseph fuit verū matrimoniū. 15. 2. c. *

M A R I T V S.

Maritus cui promissa est dos non tenetur vxorem alere, donec ea ei solvatur. 271. 1. a. Maritus cuius vxor publice fornicata est, potest ingredi religionem, & eam profiteri. 291. 2. a

Maritus causam adulterandi non dat, qui procul ab vxore eam non monet. 291. 2. b. Maritus, qui inuita vxore religionem ingressus est, & professus, & repetitus ab ea exiit, an ea mortua possit ducere aliam, quæritur & asseritur non posse sine dispensatione. ibid. c. 292. 1. a. Maritus post professionem debet remanere in monasterio, nisi repetatur, & post mortem vxoris non potest aliam ducere. ibid. e

Maritus qui profectus in longinquam regionem finxit se mortuum, & vxor eius id audiens fecit se monacham, an possit religionem egredi & asseritur non. 292. 2. c. d

Maritus cuius vxor adulterata est, & ipse est adulteratus non potest sacris initiari. 293. 2. d. sed si fuit, potest ministrare cum Papæ dispensatione. ibid.

Maritus cuius vxor adulterata est publice, sacerdos fieri potest. 293. 2. f. & monachus. 294. 1. a. & non tenetur redire ad eam. ibid. c. sed non fuit rite ordinatus si fuit bigamus. ibid. f

Maritus ingressus religionem de consensu vxoris promittentis continentiam & religionem ingredi, non debet extrahi de religione, sed illa cogi ad seruandum votum. 296. 1. a

Maritus cuius vxor adulterata est tenetur eam recipere, si ipse publice vel secreto sit adulteratus. 48. 1. c. d. * etiam si sententia diuortij lata sit, in foro conscientie tenetur eam recipere, imo & repetere. ibid. 2. a. Maritus non potest dimittere vxorem corruptam, quam vt virginem duxit. ibid. e. & tenetur vxorem sic dimissam requirere ac repetere. ibid. f

Maritus timens ne vxorem occidat, & vxori cohabitare, non potest illam relinquere. 49. 1. a. *

Maritus non debet existimare sibi esse dedecori habitare cū vxore ab alio antequam sibi nuberet se ignorante corrupta. ibid. b. Maritus sine licentia potest religionem ingredi, quādo adulterium est notorium, vel lata diuortij sententia, sed non si vir sit adulteratus. ibi. 2. a. c

Maritus adulter occultus poenitens habens vxorem adulteram impenitentem nō potest irrevocabiliter religionem ingredi. 50. 1. a. b

Maritus adulter occultus potest vxorem adulteram poenitentem dimittere, & diuortium petere. 50. 1. c. * sed obtenta sententia diuortij religionem ingredi poterit. ibid. e.

Marito non est facile credendum dicenti se velle cum vxore adultera & pro tali damnata cohabitare velle. ibid. 2. b.

Mariti ob scuitiam perpetuo duraturam potest dari separatio perpetuo duratura, & ob breuem scuitiam breuis separatio. 50. 2. c. *

Marito qui duxit alteram vxorem viuente priore sunt deneganda sacramenta. 51. 2. b

Maritus occidens vxorē eius hæres quomodocūque poterit. 52. 1. c. A Mariti absentis mors an fama probetur, vel alijs coniecturis iudex arbitrabitur. 52. 1. e. *

de Mariti morte vnus testis deponens non satis famam probat. ibid. f. ad hanc Mariti mortem probandam duo vel tres idonei testes sufficiunt. ibid. 2. a. Mariti debita vxor potest soluere nolentis ea soluere, ne peccet. 215. 2. e

Maritus potest aliter suum honorem seruare, quam occidendo adulterum repertum cum sua vxore turpi operi vacantem, & cur lex Cæsarea hoc permittat. 149. 2. e. * Maritum qui occidit cum moderamine, eo quod cum volebat occidere, propter adulterium quod committebat cum sua vxore, peccat & est irregularis. 150. 1. c

Maritus non incidit in excommunicationem ob percussione clericum in casibus in quibus eum iure ciuili licet occidere. 255. 1. b. *

M A T E R.

Mater negotiorum gestrix filia si multa expendit pro ea animo donandi, non potest in reddendis rationibus iurare, se nihil eo nomine à filia habere, sed aliter sic. 129. 1. a

Mater vel pater pro filijs aliunde bona habentibus facientes expensas iudicantur ea facere de filiorum bonis. ibid. b

Matri seni & inopi quæ sua culpa non amittit diuitias etiam à religioso opitulandum. 280. 1. c. ad eam subleuandam exire è monasterio cum licentia iuste potest. ibid. d

Matri non competit tutela filij viuente auo in cuius potestate est, secus non. 301. 2. c.

Mater in tutela filij præponitur omnibus legitimis & datiuis tutoribus licet non testamentarijs. 302. 1. d. Mater filij interfectores sine odio & rancore vsque ad mortem persequens est in tutela conscientia. 54. 1. b. * Et sacramenta ei non debent denegari. ibid. c. a

M A T R I M O N I V M.

Matrimonium Catholico cum hæretica vel schismatica non licet contrahere, sed matrimonium valet, & turpia pacta in eo non valent. 10. 2. c

Matrimonij in possessione manet, qui 10. annos in eo fuit. 84. 1. c

Matrimonium sine præsentia parochi competentis nullum est. 86. 1. a. Matrimonij non omnis incapax est qui accepit characterem ordinis. 103. 2. f

Matrimonium liberum consensum requirit, & sic matrimonium nullum est, quod puella contraxit asserens se nolle contrahere. 107. 2. e. f. ad Matrimonium annullandum sufficit sola nimia reuerentia, ob quam contractum fuit. 108. 2. b

Matrimonium illud non est validum in foro contentioso, super quo dispensatum est in foro conscientie. 111. 2. a. b

Matrimonium inter impuberes contractum est nullum. 137. 1. e

Matrimonium nec verum nec præsumptum est, si nec verba de præsentia, nec copula intercessit. ibid. f. super Matrimonio sententia lata quomodo retractari possit. ibid. 2. a

Matrimonium consummatum Pontifex non potest dissoluere. 254. 2. d. Matrimonium aliquod vt sit iualidum iure particulari non potest statui. 257. 1. d

Matrimonium metu contractum sit validum, si cessante metu pars quæ metu consensit, illud ratum habeat. 258. 2. d. & rursus. 270. 2. c

Matrimonium error personæ non qualitatis & fortunæ annullat. ibid. f

Matrimonium ratum non consummatum potest dissolui per ingressum religionis S. Iohannis Hierosolomytanorum. 290. 1. c

Matrimonia clandestina ante Concilium Tridentinum valida erant. ibid. 2. d

Matrimonium bona fide legitimum putatum à coniugibus, non separandum, si ex eo graue scandalum sequeretur. 291. 1. c

Matrimonium ratum & non consummatum dissolui nullo modo à Pontifice potest. ibid. f. Matrimonium in foro exteriori non creditur in præiudicium ordinis sacri. 293. 2. c

Matrimonium per notorium adulterium dissoluitur quoad torum & habitationem. ibid. f

Matrimonij valorem tutius est in dubio casu præsumere. 296. 2. b

Matrimonium per copulam maritali affectu habitam perfectum non potest dissolui, quoad vinculum. ibid. e

Matrimonium contractum inter infideles non dissoluitur per conuersionem alterius, donec alterum matrimonium contrahatur. 277. 2. c

Matrimonium verum inuenitur apud Iudæos & alios infideles & est indissolubile. 298. 1. b

Matrimonium ante Concil. Trident. ad sui essentiam nihil requirebat, quam liberum legitimarum partium consensum. 298. 1. f

Matrimonium inter infideles licet sit verum, non tamen est ratum neque sacramentum. 299. 1. e

Matrimonij inseparabilitas est de lege naturæ. 299. 2. a

Matrimonium secundum contractum ab infideli conuersa dissoluit prius. ibid. d

Matrimonium apud infideles est legitimum, sed non ratum & proinde Papa potest illud dissoluere. 300. 1. b

Matrimonium inter fideles ratum & non consummatum verum est sacramentum & potest dissolui. ibid. d

Matrimonium non potest contrahi cum pacto, vt seruetur continentia ab vtraque parte. 310. 2. b

Matrimonij separatio fieri potest, quando probabiliter excohabitatione timetur mors siue corporalis siue spiritalis. 311. 1. b. c per Matrimonium quæritur vxori ius petendi alimenta, & multa alia. 313. 1. e

Matrimonium quare dirimat votum, solenne religionis, & ordinis sacri, non autem simplex. 312. 1. a

Matrimonij sacramenti materia est consensus utriusque, forma autem sunt verba vel signa, quibus ille consensus exprimitur. 3. 1. b. *

Matrimonium bis celebratum in foro exteriori contraxisse, qui fuit per procuratorem unam, & per se aliam duxit, quamvis in foro conscientie secundam tantum verè duxerit. ibid. c

Matrimonium qui cum duabus eodem tempore contraxit pro remedio antequam molesteretur, ad inquisitionis officium supplicabundus accedat. ibid. d. Matrimonium qui ut contrahat cum A. nobili & illustri puella se nobilem primogenitum & diuitem fluxit, cum esset plebeus grauius peccauit, & familiam illustrem offendit, matrimonium tamen valet. ibid. 2. b. Matrimonium hoc cum ratum sit, & non consummatum Papa potest dissoluere. ibid. c

Matrimonij huius dissoluendi iustæ causæ quæ & quot esse possint. 4. 1. a. * Matrimonium nullo iure naturali, diuino, vel humano sine consensu esse non potest. ibid. c. Matrimonium Christiano Catholico cum hæretico contrahere non licet, si tamen contrahatur tenet. ibid. 1. d. Matrimonium nullum est hodie per copulam præsumptum nisi in terris ubi non est publicatum Concilium. ibid.

Matrimonium per copulam an sit inter Catholicum & hæreticam post sponsalia queritur & negatiue resoluitur. 4. 1. e. f. * Matrimonium non requirit necessario verba, sed sufficiunt signa & notus quibus consensus significetur. 5. 1. f. 2. a. Matrimonium sine consensu utriusque partis consistere nequit. ibid. b

Matrimonio consensus defuisse ex coniecturis multis colligitur. ibid. c. d. Matrimonio parochus interesse non audebit, cui opponitur sponsalia cum iuramento inter alium intercessisse. 6. 1. a

Matrimonium contra ius humanum qui bona fide contraxerunt, relinquendi sunt. ibid. f

Matrimonium quod ab initio nullum fuit, altera parte ignorante, an sublato impedimento requiratur nouus consensus partis ignorantis queritur & resoluitur affirmatiue. 7. 2. d. e. * Matrimonium contra eum cum eo qui aliam habet uxorem est ipso iure nullum, & potest peti diuortium etiam mortua priore. ibid. f. Matrimonij impedimentum quod ignorat alter coniux debet ei notificari, habita dispensatione, ut de nouo matrimonio consentiat & sic valere incipiat. 8. 1. c. *

An autem huiusmodi consensus præstandus sit coram parochis & testibus stante Concilio Tridentino queritur, & quod non sit necessarius consensus expressus aliquibus argumentis probatur. ibid. 2. c. d

Matrimonij impedimenta omnia sunt ex iure positio excepto primo gradu ascendenti, quæ Papa auferre potest. ibid. b. Matrimonium nullum, sublato impedimento ut validum sit requirere nouum consensus fuisse probatur. 9. 1. c. d

Matrimonium non est si adhibeantur verba de præsentibus cum conditione, *si pater consenserit*, etiam si pater consenserit, nisi accedat nouus consensus. ibid. c. Matrimonij consensus debet esse mutus, purus, & sine conditione. ibid. 2. b. Matrimonium inter patrem & filiam, matrem & filium, noueram & priuignum, & vitricum & priuigam iure naturali non potest consistere, & sic Papa cum his dispensare non potest, sed sic ut frater relictam fratris ducat. 10. 1. d. *

Matrimonium in primo gradu transversalium nunquam celebrari dispensatum est. ibid. f. Matrimonium quod nouo consensu validandum est, non requirit præsentiam parochi & testium ex declaratione S. D. N. 11. 2. a. Matrimonium qui contraxerunt coram hæreticis ministris non debent separari. 11. 1. e

Matrimonium in foro exteriori quale verum erit in præsentia parochi contractum, quod non erit verum in interiori. ibid. 1. a. Matrimonium nõ valet si moechus adulteræ dixit, se eam post mariti uxorem ducturum, post mortem vere contractum. ibid. c

Matrimonium inter duos impuberes nobilissimos contrahi ne possit queritur & in eo Papa dispensare queritur & asseritur. 13. 1. d. e. * Matrimonij contrahendi tempus præscriptum est potius legis diuinæ quam humanæ. 14. 1. a. tempus hoc tamen determinatum ut in femina sit 12. & in masculo 14. annorum est iuris humani. ibid. 2. b. Matrimonij impedimentum quod successum temporis tolli potest naturaliter vel per actum non est contra substantiam matrimonij. 15. 1. a. de Matrimonio inter ipsos impuberes Greg. XIII. sententia. 16. 2. c. A

Matrimonium non definit esse validum si non adhibeantur omnes solennitates modo præsentia parochi & duorum vel trium testium ad sit. 17. 2. e. * Matrimonium quod non est tale post Concilium Tridentinum nullum est, & sic matrimonium præsumptum iam est sublatum. 11. 1. b. Matrimonium inter impuberes nec inter puberem & impuberem esse non potest, sed tantum sponsalia. ibid. 1. f

Matrimonium illud per solam ætatem superuenientem non confirmatur, sed magis obligat quam sponsalia de futuro. 13. 1. 2. Matrimonium qui impuberes contraxerunt quomodo cõpelli possint ad illud adueniente pubertate vel non. ibid. b. Matrimonium qui ante ætatem legitimam contraxerunt, & diu vixerunt quomodo possint matrimonium rescire. ibid. c. d. Matrimonio regulariter ineptus est qui nequit reddere debitum. ibid. 2. e

Matrimonio sine præsentia parochi cõtracto discedi potest etiam propria auctoritate. 17. 1. f. * & illud vim sponsalium non habet. ibid. 2. a. Matrimonium ad contrahendum sufficit præsentia parochi vnius, contrahentium in quacumque parochia celebretur. 18. 1. a. de hoc tamen dubitatur. ibid. b. c. Matrimonium contractum contra Concilij decretum neque per septemni cohabitationem validatur, & possunt partes alteri copulari. ibid. e. f

Matrimonium quoad cohabitationem separari potest quando alter coniugum alteri mortem machinatur. ibid. 2. a

Matrimonium de licentia parochi tempore pestis coram acolytho contractum est nullum. 18. 2. c. * Matrimonium est nullum, quod

ciuitatis incolæ coram parochis rurali loci, ubi ipsi animi gratia concedunt contraxerunt. ibid. e. Matrimonium non definit esse validum ob absentiam parochi, ubi Concilium non est publicatum. 19. 1. c

Matrimonium coram parochis schismatico pro tali non declarato validum est. ibid. d. Matrimonium valide contractum est coram parochis simulatè ad alia vocato, & duobus & tribus testibus. 20. 1. 2. b. Matrimonium cur Concilium contrahi voluerit coram parochis & testibus. ibid. c. Matrimonio adesse potest habens generalem à parochis curam exercendi suas vires. ibid. 2. a

Matrimonium ut contrahatur extra suam diocesim an episcopus suo subdito dare possit licentiâ, queritur & negatiue resoluitur. 21. 1. c

Matrimonium cur Concilium voluerit coram parochis suo celebrari. ibid. f. Matrimonium qui clandestine ante Concilium celebrabant peccabant, sed in nullas censuras incidebant. ibid. 2. d

Matrimonium coram parochis & testibus contractum cum conditione licita, adueniente ea an sit iterum celebrandum queritur & resoluitur negatiue. 22. 1. d. e

Matrimonium contrahens per procuratorem, cogendus est in eo perseverare, nisi probet se mutasse voluntatem. 23. 1. d. * Matrimonio collocare qui puellam tenet, constituitur in mora per lapsum 25. anni, vel temporis sufficientis arbitrio boni viri. 23. 2. 2

Matrimonium per verba de præsentibus contractum non tollit votum, si statim vult illud adimplere. 24. 1. e. Matrimonium non impeditur inter duos, eo quod alter occiderit alium in bello, vel aliqua alia de causa. 26. 1. a. Matrimonium qui contraxit nulliter, viuente prima uxore, ea mortua debet iterum contrahere. ibid. 2. a

Matrimonium non validum, de nouo contrahendum est coram parochis testibus & notario qui fidem de hoc matrimonio secundo contracto faciat. ibid. d. e

Matrimonium qui clam contraxit cum N. ante Concilium, & post cum O. publice, mortua N. debet rursus cum O. contrahere. 27. 1. a. * Matrimonium ab initio nullum, non potest validari nisi nouo consensu. ibid. b. Matrimonium inualide contractum in facie Ecclesiæ potest clam & secrete de nouo contrahi. ibid. b. Matrimonij impedimenta potius restringi, quam ampliari expedit reip. 29. 1. d. Matrimonij dispensatio inter cognatos spiritualiter an nulla sit, eo quod contracturi priusquam eam obtinerent, se carnaliter cognouerunt, queritur & resoluitur negatiue. 30. 2. a. b

Matrimonium iuste nemo contrahit, nisi credat non adesse impedimentum. 32. 1. f. Matrimonium ad impediendum non sufficit testem vnum dicere se audiuisset contracturos, in quarto consanguinitatis gradu se attingere. 32. 1. b

Matrimonium potest esse sine copula carnali actuali sed non potentiali. 41. 2. f. * Matrimonium ut significet indissolubilitatem coniunctionis Christi ad Ecclesiam requirit coniunctionem seruum. 42. 1. 2

Matrimonium quod constat carnalem copulam consequi non posse, dissoluendum est. ibid. b

Matrimonium quomodo esse possit cum femina non potente seminare, & cum viro eodem modo affecto. ibid. f. Matrimonij ad consummationem non est necessaria seminum viri & mulieris commixtio. ibid. b. Matrimonium contractum inter fidelem & infidelem baptizatum valet, sed non inter fidelem & infidelem non baptizatum. 41. 1. c. Matrimonium qui propria auctoritate separauerunt, & aliis se coniunxerunt sunt deneganda sacramenta. ibid. 2. c

Matrimonium coram parochis & testibus celebratum non seruatis aliis solemnitatibus est validum tam antiquo quam nouo iure. 53. 2. a. * Matrimonio non obest sine licentia episcopi contractum esse nec concubinatibus triginta annorum. ibid. c

Matrimonium spirituale contraxerunt qui sacros ordines susceperunt vel professionem ediderunt. 74. 1. f. Matrimonium per dispensationem de nouo contrahendum, est publice contrahendum si fuit clandestinum, & secreto, si fuit occultum. 78. 2. b. vide coniugium, nuptiarum.

MAVRI.

Maurorum descendentes pauci sunt qui sponte Christianismum bene retineant. 136. 1. e. *

MEDIATOR SIMONIE.

Mediator Simonie rogatus, ut oblara restitutione expensarum bullarum suadeat resignationem, si illam simpliciter fieri procuret, & postea gratuito daram pecuniam accipiat non simoniam realem sed solum mentalem committit. 71. 1. e. d. *

Mediator Simonie est, ille qui dat vel facit aliquid temporale pro aliquo, ut ille impetret collationem beneficii, & est tam simoniacus, ac ille qui dat. 80. 2. a

Mediatori qui dar pecunias, ut accipiat dimissorias, & ille eas pecunia obtinet, & alter ordinatur earum virtute, an sit simoniacus in ordine queritur. 91. 2. e. * Negatiue concluditur sed non ex sententia auctoris. 94. 1. c. d. non est simoniacus attentio iure naturali & diuino auctoris sententia. ibid. 2. f. sed sic iure Pontificij attentio. 95. 1. 2

Mediator Simonie tenetur fructus male perceptos restituere, si beneficiarius simoniacus eos non restituit. ibid. 2. e

Mediator Simonie tunc demum in subsidium beneficiarij fructus restituit, quando collatio est nulla, & non quando collatio beneficii valet. 97. 2. b. *

Mediator Simonie est ille qui suis in causa ut illa fiat, utique ex illa nullam percipiat utilitatem. 111. 1. d

Excommunicatus est si simonia completa sit in ordine & beneficio. ibid. e

Mediator cui ultra suum laborem nihil aliud percipit in nullas penas incidit. ibid. f

I N D E X.

Mediator simoniae tenetur restituere fructus causa suae mediationis male perceptos. 112. 1. c. Mediator simoniae ad restituendos fructus, cur non tenetur probat quidam doctor. ibid. 2. c. sed auctor argumentis responderet, & probat suam sententiam. 113. 1. a. b.

MEMBRVM.

Membrorum suorum dominus nemo est, & ideo non potest se obligare ad penam ignis, vel mutilationis. 132. 2. b. *

MENDAX, MENDACIVM.

Mendax non est, qui supplet aliquid in mente, sine quo esset. 189. 1. c. * Mendacium nullum est in iudicio mortale, quod extra illud non esset tale explicatur. ibid. d.

Mendax non est qui simpliciter dicit aliquid esse verum, licet id verum esse pro indubitato non habeat. ibid. 2. a.

MENDICANTES ORDINES, MENDICARE, MENDICITAS.

Mendicantes non permittunt suis uti verbo appellationis & petitionis apostolorum, sed uti possunt verbo defensionis. 140. 1. c. Mendicantes non debent esse peioris conditionis quam alij. ibid.

Mendicantes non possunt absolueri penitentem a casibus episcopo referuatis, nisi aliunde ad id facultatem habeant. 233. 2. c.

Mendicare lex naturalis permittit & praecipit, & per se & per alios. 238. 2. a. b.

Mendicantium ordo plus prodest Ecclesiae quam clerici saeculares. 241. 2. c. Mendicantium ordinem profitens ante annum probationis completum non fiebat verus religiosus. 252. 1. a. sed religiosus in genere. ibid. b. Matrimonium ab eo contractum valet. ibid. c.

Mendicantium ex ordine is cui facta est facultas transeundi ad quamcumque religionem transire, potest transire ad militarem. 274. 1. d. Hoc tamen reprobat. ibid. f. A. non potest habere aliquam in ea praesentiam. ibid. f.

Mendicantium qui ex ordine ad ordinem Canonicorum regularium translatus est, debeat ne esse nouitius per annum, ut professio valeat, quaeritur & resoluitur affirmatiue. 275. 2. f. apud Mendicantes professio facta ante finem anni nouitatus, etiam de consensu utriusque patris est nulla. 276. 1. f.

Mendicantium ordo ille est, cuius fratres in commune nec in particulari habere proprium non possunt. ibid. 2. a.

Mendicantium ex ordine translatus ad canonicos regulares potest eligi in Canonico dicti ordinis in Ecclesia numerata & non numerata. 278. 1. d.

Mendicantes transeuntes ad non mendicantes sunt excommunicati, sed non dicuntur apostatae. 238. 2. c. *

Mendicitas incerta requiritur ad hoc, ut aliquis ordo dicatur Mendicantium. 226. 1. a.

MERCATOR, MERCATVRA.

Mercator qui vendit plus iusto pretio rigorofo ut illud plus det proxima peccat. 185. 2. b. & idem si sartori ob eam causam tribuat. 186. 2. a.

Mercator qui mercimonia multa exercuit, quae vix sine fraude exerceri possunt, quid faciat ut suae conscientiae consulat. 195. 2. f.

Mercaturam per se esse illicitam & malam quae argumenta probent. 220. 2. c. Mercatura duplex honesta & turpis. ibid. f.

Mercatura non facit quem malum, sed peritiam & mendaciam. 221. 1. a. Mercatura probatur esse licita, & licet emere vilius & carius vendere. ibid. b. est indifferens potest esse mala & bona. ibid. c.

Mercator quando non inuenit qui mercem suam praesenti pecunia emat, dilata solutione non potest eam vendere carius, nisi duo concurrant & quae illa. 170. 1. c. * nec hoc licet quando emptores nolunt emere praesenti pecunia, & ob suam vtilitatem differri solutionem petunt. ibid. 2. a.

Mercator iturus ad nundinas pecuniam ad merces emendas praeparatam mutare potest, & accipere lucri cessantis interesse. ibid. b.

MERETRIX.

Meretrix quae confessa & communicata fuit in paschate, & post ea in domo amatij interfecta reperta fuit debuit sepeliri in loco sacro. 235. 2. c.

METVS.

Metus reuerentialis filij efficit professionem religionis ipso iure nullam. 34. 2. c. Metus omnis etiam non iustus reddit actum nullum in foro conscientiae. ibid. Metus reuerentialis etiam non sit iustus excusat a valore matrimonij & professionis. 45. 1. c.

Metu facta secum quid inuoluntaria sunt, sed simpliciter voluntaria. 100. 1. b. Metu iusto ordinatus accipit characterem, sed non tenetur ad continentiam. 101. 2. e. f. Metus iustus minor est mulieri quam viro. 101. 1. a.

Metus minor iusto sufficit ad annullanda & rescindenda gesta per eum in foro interiori. 102. 1. b. Metus conditionalis non impedit impressionem characteris ordinis, nec alterius sacramenti. 103. 1. c. per metum gesta in principio inuoluntaria per ratificationem coalescunt. ibid. d. hoc quomodo fiat declaratur. 104. 1. e.

Metu facta regulariter ipso iure valent, fallit tamen in voto & matrimonio. 104. 1. b. Metu facta aut ipso iure sunt nulla, aut rescindenda. 105. 1. c. Metu facta spiritualia praesertim nullam inducunt obligationem in foro conscientiae. ibid. d. Metus qui iuste infertur alicui non parit actionem, nec sufficit ad annullandum aut rescindendum actum. ibid. 2. f.

Metus iustus arbitrio boni viri definiendus relinquitur. 108. 2. a.

Metus qui facit contra alios rescissione dignos, facit matrimonium ipso iure nullum. ibid. c.

Metus ideo hoc facit, quia tollit consensum. ibid. d.

Metus reuerentialis sufficit, ut professio per eum facta declaratur nulla. 108. 1. c. & Matrimonium etiam. ibid. Metus reuerentialis quem sola patris praesentia inducit, non sufficit, sed ille qui causa fuit, ut filia consentiret. ibid. e.

Metu datum ad restitutionem tunc obligat quando est metus mali iniuste inferendi non quando iuste. 185. 2. c.

Metus iuste illatus non inducit violentiam, imo neque metum ex quo nascatur actio. 255. 2. c. *

MILES ORDINIS SACRI,

Miles, Militare.

Miles ordinis Christi manens in Italia gaudere debet privilegio canonis & fori, & remitti ad suum iudicem cui est rex Lusitaniae. 247. 1. c. Milites ordinum, quibus est permittum coniugium sunt religiosi. ibid. 2. b.

Miles ordinis S. Iacobi qui crimen morte dignum commiserat, ab ea est liberatus, eo quod religiosus sit iudicatus. 247. 1. c. Milites S. Iohannis vere & proprie sunt regulares. ibid. f. Milites hi comprehenduntur decreto Conc. Trid. quibus iubentur episcopi castigare quoscumque religiosos delinquentes extra claustra manentes, nisi habeant privilegium. 248. 1. a.

Milites Hierosolymitani & alij Cruciferi sumpto habitu in monasterio extra illud probationis annum complere possunt. 265. 2. c.

Militum S. Iohannis religio est vera, & ad eam ingressus dissoluit matrimonium ratum & non consummatum. 290. 1. f.

Miles ordinis religiosi habens pensionem non tenetur dicere preces B. Virginis recitans ex officio. 110. Pater & Ave. 374. 2. c.

ad Militandum Principi Turcarum se obligare in bellis iniustis & iustis peccatum est, sed non in bellis iustis ipsius subditis. 118. 1. c. d. *

MINIMORVM ORDO, MINIMA.

Minimorum statutum de correctore conuentus Minimorum in vrbe e natione Gallica deligendo. 18. 1. b. c. huic statuto quaedam opponuntur. ibid. e. f.

Minimorum hoc statutum non est contrarium privilegio S. Francisci de Paula ei conuentui concessio. ibid. 2. c. d. Minimorum conuentus in vrbe debet constare ex fratribus Gallicae nationis etiam non stante privilegio. 19. 1. c. Minimorum illud statutum non potest ita intelligi, ut alij quam nationis Gallicae in eo passim admittantur. ibid. e. f. Monasterium Minimorum Vrbe ex folis Gallis magnum est Vrbe & orbis ornamentum. ibid. 2. a.

Minimorum hic conuentus non tenetur obedire Generali contra praedicta sed appellare modeste ab eo debet. ibid. b. c. Minimorum generalis potest ex causa suos religiosos vbiicumque voluerit mittere non tamen eos qui sunt in Vrbe. ibid. e. f.

Minimorum generalis non potest recipere monachos in vrbe sine consensu correctoris & conuentus. 20. 1. b. Minimorum an generalis constitui possit vicarius generalis disputatur & resoluitur negatiue. 37. a. b.

Minimorum praelatus tanto tempore debet subici quanto praefuit. 7. 1. d. Minimorum generalis finito triennio non potest fieri zelosus nec procurator generalis. ibid. 2. c. Minimorum Prouincialis potest fieri zelosus seu procurator generalis. 38. 1. b.

Minimorum Generalis non potest constitui Vicarius in aliqua prouincia. ibid. c.

Minimorum in congregationibus an potius locus sit dandus Prouinciae Lugdunensi, an A. uitaica quaeritur & resoluitur. huic. 93. 2. a. b. in Minimorum ordine congregationibus prouincialibus datur praecedentia iuxta ordinem antiquitatis prouinciarum. 94. 1. d.

Minimi conuentus S. Trinitatis in Vrbe a quadam vicarij generalis sui sententia appellare potuisse probantur. 139. 1. c. d.

Minimi fratres Gallicae nationis quantum laborare debeant, ut privilegium eis in vrbe concessum tueantur. ibid. e. f.

Minimorum in ordine professio ante 18. annum facta an valeat quaeritur, & asseritur, valde dubia, sed in partem negatiuam inclinatur. 155. 1. e. f. Minimorum in ordine professio N. qui fuerat ex genere infideli inuoluntaria aliorum vero valida & cur. 156. 1. e. f.

de Minimis non est curandum saltem ad effectum rescindendi magna. 203. 2. f. Minima non nocent cum ex circumstantiis personarum praesumitur contrarium. 204. 1. a.

Minimorum capitulum generale an statuere potuerit ne quis ex infideli genere descendens in illum ordinem admittatur quaeritur & resoluitur negatiue. 256. 2. a. b. ex Minimorum ordine nullus est eiciendus, eo quod genere Iudaeus in eo professionem fecerit. 257. 1. a.

Minimorum in ordine professio facta ante annum probationis completum est nulla. 259. 1. b. Minimorum religio arctior & durior est quam pleraque alia. ibid. c. Minimorum in ordine professio ante 17. annum completum facta est nulla. ibid. d. post illum annum autem noua professio, facienda est, neque opus est noua receptione. ibid. Professus ante 17. annum exire potest & aliam religionem laxiorem ingredi, vel uxorem ducere si sit laicus. ibid. e. Professus est tacite qui mansit in eo ordine annum integrum post 18. annum. ibid. 2. a.

Minimorum cenobij Sanctissimae Trinitatis constructio quando & a quo facta. 354. 1. d. in eo nulli Correctores nisi Gallicae nationis esse debent concessione S. Francisci per Iulium III. confirmata. ibid. e. f. quaeritur an illa concessio sit de iustitia seruanda, an verè de decencia, & responderetur de iustitia. ibid. 2. b. illius cenobij patronus Carolus VIII. censendus est. ibid. 2. f.

Minimorum conuentui in Vrbe quot & quanta a Cardinalibus Gallis sunt collata. 355. 2. c. d.

Minimorum quemlibet religiosum pudere debet contra statutum illud de correctore nationis Gallicanae in vrbe eligendo hincere. 357. 1. d. Vide S. Franciscus de Paula.

MINORES

MINORES DE OBSERVANTIA ET ALII.

Minor Conventualis, qui impetravit ut posset vivere sub obedientia ordinarij in eremitorio, etiam si dicatur fuisse minor de observantia in suo scripto verè fuit dispensatus. 19. 1. e. f.

Minoribus de observantia legatum aliquid fieri non potest, quo illi teneantur aliquot sacra quotannis facere, & multa huiusmodi. 225. 1. c. d. Non possunt institui hæredes, nec licet eis dare aliquid eo modo, quo non licet eis accipere. ibid. pecunia tamen vel res immobilis eo modo, quo illi eam accipere possunt eis donari potest. ibi.

Minores non possunt habere vlla bona pecuniaria, nec in communi, nec in speciali. 225. 1. b.

Minorum paupertas arctissima, qua ratione gravari maxime possit. ibid. 1. e. f. Minoribus non licet aliquid accipere nisi pro præfenti aliqua necessitate vel præterita, & non ab eo qui ad id sit obligatus. 226. 1. b. Minoribus legatum cum non valeat queritur an illius limitationem date eis liceat & responderetur negative. ibid. c.

Minoribus legatum ad pia cuius ipsi sunt incapaces, quomodo eis obvenire poterit salvis eorum constitutionibus & statutis. 226. 1. a.

Minoribus legata perpetua pro dicendarum Missarum obligatione assignari non convenit, nec dispensationem Papæ ad id habere. ibid. 2. b. legatum Minoribus pro fabrica, vino, hostijs & c. an valeat queritur & affirmative responderetur. ibid. e.

Minores conventuales non potuerunt cogi ad profitendam regulam observantium. 251. 2. b.

Minores conventuales posse eicere suos novitios quocumque tempore apud eos manserint, falsum est iure communi. 253. 1. e. Si autem statuto hoc apud eos vel consuetudine præscripta hoc viget professus non est tacite qui apud eos biennium mansit. ibid. f.

Minorum conventualium est ordinis, qui in eis professionem fecit, & postea exiit ad minores de observantia, ex quibus deinde exiit. ibid. 2. c. d. Minor conventualis professus qui in observantia mansit septem annos tacite est in ea professus. ibid. f.

Minor non potest exire à religione ad subueniendum necessitati matris suæ sine licentia superiorum, & qui ita exiit & ministravit est irregularis. 254. 1. a.

Minoris cuiusdam de observantia qui incarceratus & damnatus aliquoties ad trimeses fuerat causa queritur an possit Generalis ei facultatem concedere, ut maneat extra claustra & resoluitur affirmative. 281. 1. c. d. Minores de observantia quale dominium seu possessiones acquirant in rebus sibi à rectoribus Ecclesiarum & aliis clericis oblati. 287. 1. c. d. Minoribus à laicis & clericis multa donari non possunt sine licentia Papæ. ibid. e.

Minorum generalis quicumque sit habet facultatem reducere Missas ad pauciores in suis conventibus fundatas. 370. 2. a. Potest dispensare in Missis receptis ante & post bullas, sed non potest dare facultatem ut plures quam possunt dici recipiantur. ibid. b.

Minorum Generalis potest dispensare tam in tempore visitationis quam extra illud super his Missis, non tamen hanc dispensandi facultatem aliis committere. ibid. e. f.

Minorum generalis qua ratione hæc permutatione faciet. 371. 1. a.

Minores quomodo has Missas postea commutandas possunt recipere. ibid. b.

Minorum ordo de observantia non est capax iurisdictionis spiritualis nec iurium parochialium. 209. 2. c. & si ministrant sacramenta Eucharistiæ vel extreme unctionis vel matrimonij sunt excommunicati. ibid. Nisi id faciant ex privilegio Papæ, quid probabunt si allegent consuetudinem immemorabilem. ibid. d. Vel de licentia Episcopi. ibid. e.

Minorum prælati qui correctionis gratia fecerit verberari suum subditum à laico, an incidit in canonem queritur & resoluitur. 256. 1. c. Non potest castigare per alium qui non sit subditus ex privilegio. ibid. e. Potest excusari ex eo quod suum privilegium male intellexerit. ibid. f. Vel propter consuetudinem. ibid. 2. a. vide Conventuales.

MISSA.

Missam in omni animæ liberantur à penis purgatorij. 21. 2. c. Missa à solo sine ministro dici potest, quamvis secundum canones duo, & secundum consuetudinem unus semper interesse debeat. 74. 2. b.

Missam à dicenda omnino surdus excusatur: & illa sine ministro per statutum Ecclesiæ dici non potest. 75. 1. c.

Missam ordinatus legitime in alieno Episcopatu an in eo possit dicere queritur. 77. 1. c. d. concluditur affirmative. ibid. 1. a. nisi quandoque. ibid. b. Missam ad dicendam quæ sine necessaria. 77. 1. c.

Missam auditori duo triaue missa rustici conficiunt. 118. 1. e.

à Missa audienda quæ distantia excuset à iure non est determinatum. ibid. f.

Missam ut non audiant aliqui custodes onium nisi raro in anno consuetudine præscribi potuit. 119. 1. c. eorum tamen dominis præcipiendum, ut curent eos audire. ibid. Missam ad audiendam pastores vel citius vel tardius oves ad pasendum debent educere. ibid. d.

Missam addicendam quotidie obligatus satisfacit eam, dicendo eam quoties salva honestate & decencia eam dicere poterit. 163. 2. c.

Missas tres in die Natali Christi Domini nullus presbyter celebrare tenetur. 365. 2. d.

Missas tres in die Natali dici possunt post auroram omnes sed vna tantum ante illam attentio iure communi. ibid. f.

Missas duas in die celebrare licet ob necessitatem, & utilitatem non dicentis sed audientium. 366. 1. b.

ad Missas duas quæ sit necessitas arbitrio boni viri statuendum est, & quidem in Angliam esse talis iudicandum est. ibid. c.

Missam sine vestibus sacris non potest celebrari. ibid. f.

Missam ultimæ orationi addere licet, ubi est consuetudo & Regem

nostrum cum prole regia, & c. ibid. f.

Missam Italus in Græcorum terris ritu Græcorum an audire debeat interrogatus qua de re sit informandus. 367. 2. a. b.

Missam de audienda præceptum humanum est. 367. 2. b.

Missas & officium defunctorum quis vivens ut pro se sicut procurari, potest sed cavendum in illis, ne ea dicantur quibus is mortuus esse perhibetur. ibid. e. Missam capite recto dicentes quos auctor & ubi viderit. 368. 1. a. b.

Missam capite pileolo recto licere facere auctor probat. ibid. 2. a.

Missam in loco non sacro quis dicere potest urgente necessitate. 368. 1. b.

Missam regularis vnam pro duabus pitantijs etiam superiore concedere dicens non satisfacit. ibid. c. Missa non tantum valet vni si pro pluribus dicatur, quam si pro vno solo. ibid. f.

Missam tribus modis applicari potest defunctis per intentionem animi per memoriam, & per collectas. 369. 1. d.

Missam applicandi defunctis optimus modus est per collectas. ibid. f. Missarum collectæ quæ sunt propriæ defunctorum magis eis quadrant quam collectæ pro vivis. ibid. 2. b.

Missam pro defunctis ceteris paribus magis eis prædest, quam Missa de feria. ibid. in Missis privatis de Sanctis potest fieri commemoratio pro defunctis. ibid. c.

Missæ peculiare in diebus festis quomodo celebrari sint veritæ. ibid. d. Missas qui habent facultatem reducere ad pauciores in Ecclesiis collegiatis quam circumspici esse debeant. 370. 1. a.

Missæ per prælatos diminuatæ qua ratione refarciri debeant. ibid. c. Missas diminuendi quæ petuntur in dies à pijs personis non est iusta causa paucitas sacerdotum, & caritas annonæ, sed bene eas quæ sunt fundatæ. 371. 1. c. d.

Missam eius quem scit esse simoniacum audiens si non sit denunciatus non peccat. 271. 1. d. *

Missæ sunt æqualis valoris quoad opus operatum. 239. 2. f. *

Missæ pro defunctis quoad aliquid valet plus pro illis quàm alia, sed alia etiam illis ex opete operantis plus valere possunt. 240. 1. a.

MOBILIA.

Mobilia in bello capta ut sint capientium non requirunt iustitia belli. 121. 2. d. Mobilia Lusitanorum capta à Mauris si tribus diebus continuè ea possideant, non redeunt ad pristinos dominos. ibid. e.

Mobilia perditæ in bello, non debent restitui primis dominis nisi sint res in quibus locum habet ius postumini. ibid. f.

Mobilia in bello capta ut non restituantur consuetudo orbis totius esse videtur iam ab antiquissimis recepta temporibus. 123. 1. a.

MODVS.

Modus, & onus iniunctum per viam modi non faciunt dispositionem conditionalem. 191. 2. d.

MOLLICIES.

Mollicies peccatum committens quomodo simul plura peccata committat. 219. 1. b. *

MONACHI, MONACHISMVS,

Monachus.

Monachi olim & eorum abbates subiacebant episcopis, licet non possent ab eis inquietari super quibusdam. 25. 1. b.

Monachus magis ad residendum obligatus, quam canonicus satisfaciendo huic obligationi absens propter negotia sui monasterij de consensu sui Abbatis. 147. 1. a.

Monachus annum probationis facere potest extra monasterium de mandato sui superioris. ibid. b. Monachi non excusantur ab observantia trium votorum substantialium, etiam si res dura aliquibus videatur. 160. 2. f.

Monachus simplex non potest iure communi testari, nec dare alicui quicquam inter vivos, sed utrumque potest ratione specialis privilegij. 216. 1. b.

Monachus non sit apostata non redeundo ad ordinem post episcopatum renunciatum. ibid. f.

Monachus factus episcopus exiit monachatum non quoad tria vota substantialia, sed quoad alias observantias. 216. 2. f.

Monachus est civis illius civitatis, in qua fecit professionem, nisi alio transmittat. 223. 2. b. Monachus post professionem neque episcopus neque conventus possunt facere condendi testamenti potestatem. 227. 2. b.

Monachus qui occisus repertus est in suo cubiculo suspensus, in loco sacro sepeliri debuit. 236. 1. d.

Monachus manens extra monasterium de licentia abbatis videtur manere intra illud. 249. 1. d. Monachus qui non est habitus monachalem non debet deferre. ibid. 2. c. Monachus iuste potest fieri vicarius vel cubicularius episcopi. ibid. e.

Monachus nemo potest esse qui non faciat professionem, validam, & Monachum non facit habitus sed professio. 251. 1. a. Monachorum receptio pertinet ad conventum, & prælatum immediatum. 264. 1. a.

Monachus eiectus potest manere in habitu clericali sub obedientia episcopi. 284. 1. e. quod explicatur de monacho eiecto iuridice. ibid. f. Monachus privatus Ecclesia parochiali vel qui eam renuntiavit debet manere sub obedientia episcopi. ibid. 2. a. Monachus eiectus tenetur adire episcopum, & illi suum statum significare. ibid. b.

Monachi secundum regulas antiquas nullam habent vocem in capitulo, sed iam prælati tenentur regere secundum consensum conventus. 289. 1. f.

Monachismus plus separat matrimonium quam sacerdotium. 295. 1. f.

Monacho non licet vota vouere sine consensu abbatis sui, limitatur. 316. 1. d. Monachus non est honor nec dignitas & inhabilis ad beneficia sunt habiles ad monachatum. 327. 1. f.

I N D E X.

Monacho aut monachæ nulla ratione aliquid tribui potest impendendum in usus pios sine licentia superioris. 336. 1. b. Monachi in usus quod impenditur, id in comunem usum monasterij impenditur. ibid. 2. d. Monachus de ordine non mendicantium non potest de suo monasterio sine culpa mutari. 338. 1. d. e.

Monachus non potest obligare sibi suum prælatum & conventum. 347. 2. d.

Monachus conuersus & donatus valde differunt & quomodo. 341. 1. d. Monachus ad prælatum suum ita se habet vt seruus ad dominum. 347. 1. c. Monacho agere contra suum prælatum non permittitur. 348. 1. a.

Monachus excommunicatus est, qui ad curias vadit, vt noceat monasterio. 349. 1. d.

Monachorum correctio primo pertinet ad Abbatem, etiam si Abbas non sit exemptus. 205. 1. b. * Monachorum creatio ad conuentum & abbatem simul pertinet. 210. 1. f. vide Abbas, regularis.

M O N E T A.

Monetam leuiorem hic emere licet, sed non vendere plurius quam hic valeat. 182. 2. c. Monetam transferre licet, vbi plurius valeat, & emere vt ibi transferatur, sed non vendere plurius quam valeat. ibid.

Monetam auream qui mercatoribus tradunt, & postquam illam recipiunt argenteam cum adiectione vnius quatrini vel plutium, non peccare censentur. 183. 2. a.

Monetæ auctarium quando est domini & quando heri. 184. 1. b.

M O N I A L I S.

Moniales episcopus sine consensu abbatissæ creare non potest. 20. 1. f. Moniales 16. quarum 9. elegerunt vnam ex eis in abbatissam, metu compulsi non potuerunt eligere aliam, & electio alterius est nulla. 34. 1. b. c.

Moniali confessioni primæ quæ falsa est, se esse monialem an sit standum, an secundæ quæ id negat queritur & resoluitur posteriori. 114. 1. c. d.

Monialium morientium ante professionem sicut & abeuntium pena non pertinet ad monasterium. 234. 1. a.

Monialibus pauperibus permittitur pacisci cum ingressura super dote honesta. 171. 1. b. Moniales non possunt exire de monasterio tam facie ac Cathusiani, eis tamen morbi causa hoc conceditur. 379. 2. b.

Monialis corrupta consecrari potest, sed non benedictione virginum. 289. 2. b. & rursus. 127. 2. c.

Monialis oculis corrupta consecrari potest consecratione virginum mutatis mutandis. ibid. d.

Monialis publice corrupta si non vult benedicti benedictione viduarum, debet de virginum monasterio eici. 327. 1. c.

Moniales ex causa probata ab episcopo possunt transire ex vno monasterio in aliud. 339. 1. b. exemptæ autem cum approbatione superioris. ibid. f.

Moniales gratis & sine pretio sunt recipiendæ iure communi. 353. 1. c. Monialis nulla esse potest nisi quæ tria vota substantialia in religione approbataauerit. 140. 2. d.

Moniales quædam seculares sunt collegialiter seu conuentualiter viuentes. 341. 2. b. Monialium monasteria an liceat episcopis ingredi visitationis causa queritur & resoluitur affirmatiue. 343. 2. a. b. sed intelligitur ob causam urgentem etiam sine licentia superioris. ibid. f.

Monialis eiecta ob simoniam si rursus recipiatur in eodem, sedere debet in ultimo loco. 110. 1. c. * Monialibus in foro exteriori credi non debet dictis sibi à Papa gratiam esse factam manendi extra claustra. 100. 2. b. pec in foro interiori nisi ad sit semiplena probatio. ibid. c. vide monachi.

M O N I T O R I A, M O N I T I O.

Monitoria multiplicis formæ esse solent. 87. 1. d. Monitoria pro varietate formarum sunt magna cum prudentia à subditis obseruanda. ibid. e. Monitoriū quod fertur contra eps qui Dei nomen audiunt blasphemare, quale esse debeat. ibid. 2. a. b. Monitoria pro rebus perditis vt plurimum male conceduntur. ibid. c.

